Del collegio de la comp.a de Jhs de granada
R.4995

# ANDREÆ TIRAQVELLI
## REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS

# COMMENTARII
## In L. Si vnquam. C. De reuocandis donationib.

**Poſtrema hac editione felicius, quàm antea renati, accuratiſſiméque repurgati.**

*In quibus præter propriam ac peculiarem eius l. materiam, diſertè multa, in omni diſciplinarum genere, & copioſè tractantur: quæ octaua poſt hanc pagina indicabit.*

IN VIRTVTE



ET FORTVNA.

*LVGDVNI,*
APVD GVLLIELMVM ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO.
*M. D. LXXXI.*
CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Del collegio de la comp.a de Jhs de granada
R.4995
Ba

# ANDREÆ TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS

## COMMENTARII

In L. Si vnquam. C. De reuocandis donationib.

**Poſtrema hac editione felicius, quàm antea renati, accuratiſſiméque repurgati.**

*In quibus præter propriam ac peculiarem eius l. materiam, diſertè multa, in omni diſciplinarum genere, & copiosè tractantur: quæ octaua poſt hanc pagina indicabit.*

IN VIRTVTE



ET FORTVNA.

LVGDVNI,
APVD GVLLIELMVM ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO.
M. D. LXXXI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# ANDREAS TIRAQVELLVS AMPLISSIMO ORDINI SENATVS BVRDEGALBNSIS.

*NESCIO, P. C. quo meo aut virtutis aut doctrinæ merito, hoc me tanto honoris titulo decoraſtis, vt minimè candidatum petitorem, nullique veſtrum vlla neceſſitudine coniunctum, ſed & tantis locorum interſtitiis, atque etiam citra fines veſtri conuentus remotum, publico tamen decreto veſtro in Senatoris demortui locum ſublegeritis. Verùm quicquid huic veſtræ de me opinioni anſam præbuerit, non poſſum non mihi admodum gloriari, quòd à Senatu in Galliis celeberrimo Senator ſim deſignatus. Id quod nos in primum laudum noſtrarum cenſum collocabimus, quicquid poſthac meliori ſorte, ſi qua reperiri poteſt, obtigerit. Cùm autem in præſentiarum nihil aliud nobis ſit, quo gratum in vos animum noſtrum teſtemur, ecce Commentarios noſtros in pientiſſimam legem vobis dedicamus, vtinam non indignos, qui ab eo edantur, quem Senatoris munere dignum indicaſtis. Eos ſi probaueritis, facilè patiar improbari à vitiligatoribus iſtis, qui nihil aliud quàm oblatrant, obganniunt, obmurmurant.*

*Valete.*

*

iuris libros adire, tum vero lemis pluſquam Saturniis cæcutiunt, offendúntque etiam in meridie. Indidem tot prouocationes, appellationes, refutationes, reiectiones, ampliationes, dierum diffiſſiones, comperendinationes, & id genus cætera, quibus tanquam filo texuntur in longum iudiciorum litiúmque telæ, quas lege intellecta velocius eſt componere, quàm à texente tela ſucciditur, vt interim Iob verbis vtar. Fítque (quod iure plerique omnes quibus mens ſanior eſt, queruntur) vt iudicum magiſtratuúmque imperitia, ne malicia dicam, controuerſię ferè omnes ſeculares pro roſtris pendeant, nonnullę etiam poſtremo Chriſti iudicio ſeruentur, dum ſinguli eorum iudicia detractent, nec ea ſubire vlla ratione ſuſtinent. Expoſui itaque παχυμερέστερον, vt Gręcum Vlpiani verbum vſurpem, id eſt, craſſius, & pingui minerua, propter quoſdam imperitiores, legem illam, cuius caput eſt, Si vnquàm. C. de reuoc. donat. cuius ſenſus à nemine omnium, qui hactenus eam interpretati ſunt, funditus erutus, enucleatúsque fuerat, & tamen adeò frequens eſt eius in iudiciis vſus, vt quia ſecus ac debuit, eſt à quibuſdam expoſita, ſexcentæ quotannis cauſæ aut perperam diremptę, aut prorſus intactę indeciſæque maneant, gementibus interim, atque ad Deum altiſſimum verum nomotheton noſtrum clamantibus pupillis ac viduis. Tu lector amice, labore noſtro fruere, reliquóſque commentarios propediem expecta. Ex Fontenaio Calendis Auguſti, Anno 1534.

ANDR

ANDREAE TIRAQVELLI IN L. hanc Diſtichon.

*Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis:*
*Omnis & hac conſtat lege parentis amor.*

ALIVD.

*Eſt legis natura parens, eadémque magiſtra:*
*Si neſcis, legito hæc, continuóque ſcies.*

MICHAELIS TIRAQVELLI, AVCTORIS filij, aliud diſtichon in eandem l.

*Lex ait, id munus reuocari, quod ſine natis*
*Quis dat, ſi natos poſtea ſuſcipiat.*

ALIVD.

*Lex hæc, ſi donans natis ſine, poſtea natos*
*Suſcipit, id donum, mox reuocatur, ait.*

PETRI COGVETI ALIVD.

*Lata ferendáve ſit quænam ſententia, diſces*
*Iſta legens, ſi non vndique cæcus eris.*

PETRI MARCHANT ARCHIDIACONI Lucionenſis ad Tiraquellum carmen.

*Materna exhæres infans lugebat in aluo*
*Immenſa externo munera facta viro,*
*Hunc tu ſolaris natum, vt cum luce, parentis*
*Donatas, rupto munere, captet opes.*
*Plus igitur tibi inops quàm luci eſt debitor infans:*
*Corporis illa fugat, tu ingenij tenebras.*

*In his commentariis, Lector beneuole, multa videbis non iniucunda, nec pœnitenda de amore & affectu omnium animantium in ſuos fœtus: atque ex eo leges aliquot & conſtitutiones prodiiſſe.*

*Plura quoque de veriſimili, & non veriſimili: à nullo hactenus vno in loco plenius neque diſtinctius tractata.*

*Plurima præterea de ſcripto & voluntate cum legum, tum verò aliarum diſpoſitionum, publicarúmque & priuatarum: vt intelligatur, verbáne plus an ſententia valere debeat.*

*Sed & de amicitia nonnulla, non omnibus obuia.*

*Necnon de diuitiis & paupertate: vtrùm ſcilicet vtilius ac præſtantius haberi ac cenſeri debeat: quantásque vires vtraque & olim habuerint, & hodie habeant.*

*Adhæc multa contra communes iuris regulas officiis & remunerationi attributa (quæ ſpecialia noſtri appellant) vberius multò, quàm ab vllo ante hac vnquam, vnum in locum digeſta.*

*Deinde de tempore partus humani ex ſententia noſtrorum, aliorúmque ſcriptorum multa, ex meris intimiſq; naturæ præcordiis eruta.*

*Poſtremò plurima de canone latæ aut ferendæ ſententiæ, tum vt vnum ab altero diſcernas, tum vt vtriuſque vim & effectus intelligas: tanta præterea copia vt ea per ſe iuſtum volumen conficere potuiſſent.*

TABVL

# TABVLA PARTICVLARIS QVAESTIONVM ET

*materiarum ad legem noſtram priuatim & peculiariter pertinentium ex ordine operis.*

## In Præfatione poſt titulum pag. 2.


1 QVAE ſit legis noſtræ ratio, & an ea ſit vnica, & quæ principalis ac præcipua, in Præfatione numero 3. & multis ſequent & iterum nume. 90. 91. 92. 93. Rurſumque in verbo, libertis. nume. 42. 64. & 72.

2 Vtrum in donatione intelligitur conditio non natis liberis. numero 6.

3 Vtrum ea conditio ſit ſuſpenſiua, in verbo, reuertatur. nu. 283. & duobus ſequent.

4 Vtrum hæc lex habeat locum, cùm donans cogitat de liberis. numero 63.

5 Vtrum donas in dubio cenſeatur de ipſis cogitaſſe, vt non ſit locus huic legi. nume. 66. & ſequent.

6 Vtrum hæc lex habeat locum in donatione aut renunciatione facta in contractu dotali vel matrimoniali, in princip. numero 69. & ſequen. & iterum in verbo, donatione largitus. numero 187. 188.

7 Quid autem in iis qui admodum ſunt teneræ ætatis, dum contrahunt matrimonium, & in ipſo matrimonij contractu donant & renunciant. nume. 71.

8 Quid autem ſi quis donat non in contractu matrimonij ſui ipſius, ſed alterius, nume. 72. & in verbo, donatione largitus. nume. 240.

9 An lex noſtra habeat locum, cùm is qui donat, alicubi in donatione facit mentionem liberorum ſuorum. nume. 73.

10 Sed quid ſi eos memorans, nihil tamen de illis diſponit. 74. & ſeq.

11 Quid item ſi non in donatione, ſed in alio actu poſtea eodem die & loco, & inter eaſdem perſonas confecto de filis mentionem faciat. 75. & 110.

12 Quid autem ſi non de ſuis, ſed de donatarij liberis mentionem faciat. nume. 76.

13 Quid item ſi mulier renunciat fratri & ipſius liberis, quandiu forent maſculi, an ſit locus huic legi. numero 77.

14 Vtrum ſatis ſit in genere de liberis cogitaſſe, vt huic legi non ſit locus. nume. 78. & ſequent.

15 Vtrum clauſala codicillaris faciat ceſſare hanc legem, nume. 82. & ſequen. & in verbo, libertis. nume. 105. & 107. & in verbo, donatione largitus. nume. 261. 265. 266. 269. & 270.

16 Quid ſi pater veriſimiliter donauiſſet, etiam ſi cogitaſſet de liberis. nu. 84. & ſeq

17 Vtrum donans poſsit huic legi renunciare expreſsè. nume. 87. cum multis ſeq. & in verbo, reuertatur. nume. 320. 321. 323. 324.

18 Quid ſi filius natus poſt donationem, eam vult ratam eſſe viuo patre, an ſit locus huic legi. nume. 94. & ſequen.

19 Quid ſi donans dolo inductus fuit ad renunciandum huic legi. nume. 97

20 Quid autem ſi dolus eſt dubius, an valebit renunciatio. ibidem.

21 Quid ſi mulier renuncians fuit certiorata de beneficio huius legis, nume. 98. & ſeq.

22 Quid etiam ſi minor renuncians non fuerit certior factus de huiuſmodi beneficio. nu. 101.

# ANDREAS TIRAQVELLVS FONTENAIVS SVPPRAEFECTVS, PICTONIBVS LEGVM STVDIOSIS.

SCipionem illum Africanum dicere ſolitum accepimus, nunquam ſe minus ſolum eſſe, quàm cum ſolus eſſet: nunquam minùs ocioſum, quàm cùm eſſet ocioſus. Magnifica vox, inquit Tullius, & magno viro ac ſapiente digna, quæ declarat, illum in ocio de negotiis cogitare. Ego verò, Pictones mei, illud è diuerſo dicere poſſum, nunquam me minùs negocioſum eſſe, quàm cùm ſum negocioſus. Etſi enim perpetuis negociorum vndis iam inde ab incunabulis ſic inuolutus vſque fuerim, vt emergere in ocium ac quietem, homine libero dignam, animíque ſecuritatem illam, quam veteres primi nominis Philoſophi εὐθυμίαν dixère, nulla vnquam arte potuerim, quaſi mihi cum fato res eſſet: igniculos tamen quoſdam à natura ſuſcitatos, literarúmque meliorum ſtudia in memetipſo perſentiſcebam, quæ ſic cum annis venientibus creuerunt, vt quo maximè tempore rem facere noſtrates ſolent, ego tum abiecta rei domeſticæ ac familiaris cura, negociorum, quæ ferè omnia aut amicorum, aut vniuerſitatis nomine ſuſcepi, interualla ocio liberali diſpungere cœperim: non id equidem agens aut ſatagens (quod ſcribentibus penè perpetuum eſt) vt edito ingenij ſpecimine immortalitatis mihi gloriam compararem. Quæ enim immortalitas alia eſt ab ea quam nobis Chriſtus pollicitus eſt, ſi ex præſcripto legis Euangelicæ vixerimus? neque vllum ex ſtudiis lucrum aut fauorem à quopiam ſperans: nam potius ex immodicis vigiliis damnum rerum mearum cum luculento valetudinis diſpendio expertus ſum. Quid igitur, ais, te potiſsimùm mouit? quò ſpectabas? quid ſperabas? Dicam certè quod res eſt. Videbam olim fere hominum genus velis (quod aiunt) remíſque conniti, vt ignorantiam, ſocordiam, imperitiam, cęteráſque Gotthorum reliquias procul è finibus ſuis εἰς κόρακας extruderent, & Herculis illius Gallici exemplo Gerionis ſtabulum repurgarent, faceréntque quàm exiſtimatiſsimam celeberrimámque vnuſquiſque patriam ſuam: Soli Pictones mihi graui quodam veterno torpêre videbantur, quos primos omnium ad brabeum contendere decuerat, ſi ſoli, cælíque illius quidem vberrimi, huius autem ſaluberrimi ratio habeatur. Qua rei indignitate commotus, vrgere cœpi, ac meditari, ſiqua lucubratione Pictones hos meos ad honeſtam hanc ac plauſibilem literarum pugnam animare poſſem. Ea verò mihi ſcribendi ratio potiſsimùm arridebat, in qua placido quodam nexu iungeretur cum politiori literatura (quoad eius quidem facere liceret) iuris Cæſarei, legúmque peritia. Etſi enim multò iucundiora, tractatúq; faciliora argumenta multa paterẽt, illud tamen mihi locupletandũ in primis eligere optabã, quo maximè municipes meos videbam indigere. Iamdiu enim malè vulgo audiunt noſtrates ob irrequietam litigandi pertinaciam, quaſi non alij frequentiùs vlli iudicum, patronorũ, tribunaliúmque limina proterant, prope vt iam in prouerbium abierint Pictonicæ diſceptationes, veluti in ea re Aegyptios de induſtria nobis imitandos propoſuerimus, genus hominum (quod Ammianus ſcribit) controuerſum, & adſuetudine perplexius litigandi lætiſsimum. Facturus igitur operæprecium mihi viſus ſum, déque patria bene meriturus, ſi quoniam, teſte Tullio, litigioſa eſt iuris legúmque ac morum ignoratio, quod in legibus noſtris municipalibus (quas conſuetudines vocant) aut obſcurum videtur, aut paradoxum, enarrarem, lucémque aliquam propter hebetiores quoſdam ac craſsiores adderem. Congeſsi proinde in eas tanquam ſyluam quandam commentariorum annis iam aliquot, quibus niſi exactè doceo, nihil in conſuetudine noſtra eſſe à priſcis legibus, probatiſsimíſque vniuſcuiuſque gentis inſtitutis abhorrens aut alienum, voti non ſum compos effectus. Horum ſectionẽ vnam, cui titulus eſt, de Legibus connubialibus impolitam adhuc, planéque muſteam, & à lacu feruentem, ſuperioribus annis edidi. Ita enim amicis meis viſum eſt, quorum iudicium meo ipſius antiquius ſemper duxi: ſed eam tot mendis ac maculis deformarunt, vt vix non me editionis pœniteat: quanquam extitit, qui ex ea chartas integras non ſemel, ſed ſexcẽtis locis in ſuos libros tranſcripſerit, & bona fide, hoc eſt vnà cum ſuis mendis, ne ſyllaba quidem mutata, vt hinc facilè intelligas non eum intellexiſſe quod legiſſet. Cuius nomen libens ſupprimo, eum digito monſtrare cõtentus, quòd titulus operi ab eo nuncupatus tam elegans eſt, quàm liber vniuerſus, nempe Catologus glorię mundi. Sed & quod multò indignius eſt, ac iniquius, modo nomen meum diſsimulat, tanquam id totum ipſius ſit, quod totum meum eſt: modo ita profert, vt putes minimam partem eorum quæ mea ſunt, eſſe mea. de qua re in alia editione eiuſdem mei operis dicam effuſius: ne ſi plura hoc in loco dixerim, ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι, videar. Illud tantum hîc dicam, quòd cum eo præclarè actum fuiſſet, ſi ſua contentus pellicula, id eſt, opere quod primum ediderat, non vltra crepidas quicquam molitus fuiſſet. Sed vt ad inſtitutum redeam, cùm ab immenſo illo commentariorum opere tanquam in flexu interſpirare ſtatuiſſem, conatúſque meos non peſſimè ceſſiſſe, ſed ſupra ſpem, votúmque ſucceſſiſſe viderem, libuit interim, dum reliqua parantur, argumento ex ipſo legum Codice ſumpto ludere, experiríque ecquid in iure noſtro tot tantiſq; vigiliis profeciſſem, fecíque hoc etiam libentius, quòd ſciolos quoſdam, planéque dieculares, aut, ſi mauis, ephemeros leguleios paſſim muſſitantes audirem, aduerſumque ius hocce noſtrum impudentiſſimè oblatrantes, tanquam nõ tam iuſtitiæ quàm litigandi vias tradat, iactantéſque iuris ſe conſultos triduo euaſuros, ſi quis eis ſtomachum mouerit, etiam ſi Pandectæ ſimul omnes in fauillas ſint redactæ. Quid enim ipſis non liceat hominibus, vt ipſi putant, ad elegãtiæ vnguem reconcinnatis, quod Ciceroni licuit? quaſi ſcilicet Cicero ipſe id intellexerit, aut non omnem ætatem in iure perdiſcendo, tractando dicundóque conſumpſerit: quod & ipſe in ſuis legibus planè profitetur. Ferendum hoc vtcunque in hominibus idiotis, priuatíſque, quorum acta domo non efferuntur, niſi quoſdam cerneremus rerum publicarum gubernaculis admotos, próque tribunali ius dicentes, eò ſocordiæ delapſos, vt credant, confidántque ſeſe egregie de iure reſponſuros, litéſque definituros, ſi Tullium tantùm ipſum conſulant, aut Fabium. Nec interim animaduertunt infelices ciuitates ſibi creditas aſſiduis litibus penè interuerſas, & in mutuam perniciem coniuratas, viuentibus, videntibúſque ipſis, & non opitulantibus hilum. Nam cùm ad ſalutem ciuium, ciuitatúmque incolumitatem, vitámque hominum & quietam & beatam conditas eſſe leges conſtet, quî rectè atque ordine rempublicam adminiſtrare poterunt homines legum iuríſque imperitiſſimi, qui ſi quando è re nata cogantur ad Pandectas, cæteróſque ſanctioris

23 Quid deniquè de ruſtico renunciante. nume.102.
24 Vtrum ſi donans renunciauerit huic legi, intelligitur tantum reſpectu liberorum præſentis matrimonij, an etiam alterius futuri. nume. 103. cum multis ſequentib.
25 Quid ſi pater donans & renuncians huic legi, omnino deſperat de liberis, & tamen ei poſtea naſcuntur, an ſit locus huic legi. nume.111. & ſeq.
26 Vtrum ſatis eſt donantem generaliter renunciare omni legum auxilio, aut alias ſine ſpeciali huius legis renunciatione. nume. 115. & ſeq.
27 Quid ſi huic generali renunciationi adiectum ſit iuramentum. nume.132. & ſequent.
28 Quid autem ſi citra vllam renunciationem appoſitum ſit iuramentum in donatione, an propterea ceſſat hæc lex. nume.164. & ſequen.
29 Quid ſi in donatione appoſita ſit clauſula, vt extendatur arbitrio vel iudicio ſapientis, an notarius poſſit apponere renunciationem huius legis. nume.174


*In verbo, libertis. pag.58.*


30 Vtrum hæc lex habeat locum in donatione facta liberto tantum, an etiam cum ſit extraneo in dicto verbo, libertis. nume.1. & multis ſequentib. vſque ad nume.74. incluſiuè.
31 Vtrùm hæc lex ſit exorbitans. nume.19. & multis ſequent. vſque ad 26. incluſiuè.
32 Vtrum propriè & ſtrictè ſit intelligenda, & ita reſtringenda, an verò ſit extendenda ad alium caſum. nume.26.27.30.61.& in verbo, reuertatur. nume.34. & 2.ſeq.
33 Vtrum etiam ad alias perſonas poſſit extendi. nume.27.28.29.30.62.
34 Vtrum ſit fauorabilis, an odioſa. nume.61. & alibi ſæpe.
35 Quid ſi pater donat filio, an natis aliis liberis reuocetur donatio, & quid & quantum reuocetur. nume.75. & duobus ſequent.
36 Quid ſi facta ſit filiæ quæ ex ſtatuto non debet ſuccedere patri. nume.78.
37 Quid ſi filio emancipato. ibidem.
38 Quid ſi eccleſiæ aut alteri piæ cauſæ. nume.78. & multis ſequentib. vſque ad 91. incluſiuè.
39 Quid ſi magno cuipiam amico. nume.92.& multis ſequentibus vſque ad nume. 106. incluſiuè.
40 Quid ſi fratri aut aliis coniunctis perſonis. nume.92. iunctis ſequent. Et iis quæ ſcribuntur in verbo, ſuſceperit liberos. nume.266.
41 Quid ſi viro aut vxori. nume.108. & multis ſequentib.
42 Quo tempore conſideranda eſt præſumpta ac veriſimilis mens donantis, vtrùm ſcilicet donauiſſet an non donauiſſet, ſi cogitaſſet de liberis: vt ſit, vel non ſit locus noſtræ legi. nu. 110. Et iterum in verbo, omnia vel partem aliquam. nume.34.& in verbo, ſuſceperit liberos. nume.161.& multis ſequentib.
43 Vtrum lex noſtra habeat locum in donationibus ab initio inualidis. nume.111.
44 Vtrum remedium huius ſit ordinarium, an etiam extraordinarium. nume.114.
45 Vtrum competat ſi aliud remedium ordinarium aut etiam extraordinarium competat pro reuocatione donationis. ibidem.


*In gloſ. Patronus. pag. 98.*


46 Vtrum hæc lex habeat locum in muliere donante, vt in viro, ibi in principio.


*In gloſ. Filios non habens. pag. 99.*


47 Vtrum huic legi ſit locus cum donans habet filios tempore donationis, vt ſcilicet nati pòſt filij reuocent. ibi in principio cum ſeq. vſque ad 11. incluſiuè.
48 Vtrum natiuitas nepotis vt filij faciat locum huic legi. nume.12.13.14.
49 Quid ſi quis cùm donat habet liberos, ſed ignorat eos habere, vel eos putat eſſe mortuos. nume.14.& ſequen.
50 Vtrum filius natus tempore donationis, quem pater non ignorabat, reuocet docationem ex hac l.16.& ſeq. vſque ad fin. gloſ.


*In gloſ. Bona. pag. 103.*


51 Vtrum hęc lex habeat locum in donatione nominum & actionum. nume.8.
52 Sed quid in nominibus ſiue in debitis conditionalibus, aut quorum dies nondum ceſſerit. ibidem.


Quid




53 Quid item ſi quis donet emphyteuſim. nume.14.
54 Quid ſi feudum. ibidem 15.


*In gloſ. Omnia, vel partem aliquam. pag. 110.*


55 Vtrum hæc lex habeat locum in donatione rei particularis. nume.1.& ſeq.
56 Vtrum in donatione rei modicæ. nume.6.& ſeq. vſque ad 31.
57 Vtrum in donatione quæ ſit intra dimidiam partem omnium bonorum, & ſeq. præſertim 13.23.32.
58 Vtrum relinquatur arbitrio iudicis, ſit ne res tanti, vt locus ſit huic legi, néc ne. nume.28. 29.30.31.
59 Vtrum vnus tantum filius poſt donationem natus æquè faciat locum huic legi, ac plures. numero 28.& iterum in verbo, ſuſceperit liberos.226.
60 Vtrum item filia donanti ſuſcepta poſt donationem non minus faciat locum huic legi, atque filius, in hac eadem gloſ. nume.28.
61 Si quis plures fecerit donationes, quæ ſingulæ ob paruitatem non reuocarentur ex hac lege, ſed ſi vna eſſet, reuocaretur, vtrum omnes, vel quæ reuocentur. nume.33.& ſeq.
62 Si quis tantum bonorum donet, vt locus ſit huic legi, ſed poſtea tantum aliorum bonorum compararit, vt ſi ea habuiſſet tempore donationis, locus huic ipſi non fuiſſet, an reuocabitur donatio. nume. 35.& 36.


*In gloſ. Donatione largitus. pag.130.*


63 Vtrum hæc lex habeat locum in venditione facta modico pretio. nume.2 & multis ſequentib.
64 Quid ſi talis donatio facta non fuerit animo donandi. nume.4.5.& 6.
65 Quid item ſi id quod excedit pretium, non tanti eſt, vt ob læſionem retractari poſſit. nume.7.
66 Quid ſi talis contractus pro maiori parte eſſet venditio, quàm donatio. nume.9.
67 Quid ſi venditio fuerit facta minori pretio contemplatione alterius rei. nume. 10.
68 Vtrum lex noſtra habeat locum in donatione remuneratoria. nume.11.& multis ſeq.
69 An autem neceſſe ſit in donatione dicere eam eſſe factam ob merita, an verò ſatis eſt, ea verè interueniſſe ſine earum mentione. nume.70.& ſeq. vſque ad 78.
70 Quid autem ſi donatio excedit merita. nume.79. & ſeq.
71 Sed quid ſi merita non ſint infra dimidiam partem rei donatæ. nume.81.82.83.
72 Quid ſi nobilis eſt is qui remunerat. nume.84. 85. & 86.
73 Vtrum ſufficiat generalis meritorum mentio. nume.87. cum ſeq. vſque ad 99.
74 Vtrum vero & ſpecialis ſatis ſit. vbi ſuprà.
75 Quid ſi iuramentum interuenerit in aſſertione meritorum. nume.88.& 89.
76 An ſaltem meritorum mentio operetur, vt non exigatur tam certa & exacta probatio. numero 100. 102.
77 Quid ſi fuerit facta in inſtrumento quod guarentigiatum appellant. nu.103 & ſeq.
78 Vtrum ſufficiant ſeruitia obſequialia, aut alia quæ de iure debentur. 106.& 107.
79 Quid ſi huiuſmodi ſeruitia fuerint diutiſsimè impenſa, cum magna cura & graui ſolicitudine, atque etiam in graui & longa ægritudine. nu.108.
80 Quid ſi fiat donatio ob ſeruitia vel merita futura. nu. 109.
81 Vtrum hæc lex habeat locum in donatione mutua, in qua vterque capit. 110. & ſeq.
82 Quid autem ſi ea fuerit facta diuerſis temporibus. 116. & ſeq.
83 Sed quod tempus eas ita diſſeparat, vt diuerſæ donationes ſint, nec vna & ea mutua reputetur, & ita non ſit locus noſtræ legi. 119. & ſeq.
84 Quid autem ſi ſit inæqualitas rerum mutuo donatarum. 122.123.124.125.
85 Vtrum hæc lex habeat locum in donatione reciproca, in qua alter tantum ex incerto euentu capere poteſt. 126. & ſeq.
86 Sed quid ſi ſit diſpar ſpes capiendi, quia alter ſanus aut iuuenis, alter ægrotus & ſenex. numero 134.& 135.
87 Quid item ſi bona vtrinque non ſint æqualia. nu.137.
88 Vtrum lex noſtra obtineat in donatione oneroſa. 139.140.
89 Vtrum in quauis donatione ob cauſam. 141. cum multis ſeq.& iterum nu. 188.
90 Sed quid ſi cauſa non excludit liberalitatem. 145.146.147.
91 Quid in donatione quæ ſit in præmium emancipationis. 146.& ſeq.
92 Quid ſi donatio excedit cauſam ipſius. 148.149 150.
93 Vtrum lex noſtra habeat locum in donatione tacita vel præſumpta aut etiam ficta. nu.151. & ſeq. vſque ad 170. incluſiuè.


94 Vtrum

94 Vtrum in remiſsione vel renunciatione rei aut debiti vel iuris quæſiti. 171.cum multis ſeq.
95 Vtrum in remiſsione iuris nondum quæſiti. nume.180. & ſeq.
96 Vtrum in remiſsione commiſsionis feudi. nume.183.
97 Vtrum in remiſsione pœnæ. ibidem.
98 Vtrum in renunciatione donationis nondum acceptatæ. nume. 186.
99 Vtrum in renunciatione ſucceſsionis futuræ. nume.187.188.
100 Vtrum in remiſsione non gratuita. nume. 189.
101 Quid ſi partim eſt gratuita, partim non gratuita. ibidem.
102 Sed vtrum in dubio præſumatur gratuita, néc ne, vt ſit locus vel non ſit huic legi. nu.190.191.
103 Quid in renunciatione quæ fit ad eius commodum à quo res renunciata prius prouenerat. nume.192.193. 194.195.
104 Quid in renunciatione iuris non liquidi. nume.196.& ſeq.vſque ad 201.
105 Quid in remiſsione vſurarum iam ſolutarum. nume.202.
106 Quid in renunciatione litis. nume.203. & ſeq.
107 Quid in renunciatione ſiue remiſsione pignoris vel hypothecæ. nume. 209.
108 Quid in renunciatione, ſiue remiſsione quartæ. nu. 210.
109 Quid in remiſsione vſusfructus. nume. 211.
110 Vtrum lex noſtra habeat locum in re habita pro derelicto. nu.213. & 214.
111 Vtrum in pacto lucrandi dotem. nu.216.cum multis ſeq.
112 Vtrum in remiſsione huius pacti vel ſtatuti etiam id lucrum deferentis. nu. 239.
113 Vtrum in donatione quæ fit ab extraneo ad dotandam puellam. nu.240. 241. 242. 243.
114 Vtrum in donatione quæ fit à patre cauſa dotis. nu. 244.
115 Vtrum item in donatione propter nuptias facta à patre. ibidem.
116 Quid ſi fiat ab extraneo. ibidem.
117 Vtrum in donatione cauſa mortis. nume.245. cum multis ſeq.
118 Vtrum in legatis. nume.259. & multis ſeq.
119 Vtrum in adoptione. nume. 274.
120 Vtrum in legitimatione quæ fit ex matrimonio. 275.& 276. iunctis ſeq.
121 Quid in alia quæ fit per reſcriptum. 277.& multis ſeq.
122 Quid in ea quæ fit per oblationem. ibid.& præſertim 306.307.321.322.
123 Et ſi reuocetur legitimatio ex hac lege, an etiã reuocetur quantum ad ſtatum perſonę. 316. & ſequent.
124 Et quid ſi legitimus qui reuocauit, poſtea moriatur. nu.320.
125 Vtrum libertas data ſeruis reuocetur ex hac lege. 323.cum multis ſeq.
126 Quid in publicatione bonorum. nu. 332.
127 Quid in iis quæ ludo amittimus. nu. 354.
128 Quid in conceſsione feudi. nu.335.& ſeq.
129 Quid ſi quis ſcienter ſoluit indebitum. nu.342.
130 Quid cum quis donationi rei ſuæ conſentit. nu.343. & ſeq.
131 Quid in confeſsione facta ſine cauſa in iudicio. nu.352.
132 Quid in donatione iuris patronatus. 353. & ſeq.
133 Quid in donatione rei alienæ. nu.357. & ſeq.
134 Quid in venditione ita facta, vt quod pluris valet res quàm pretium, id ipſum venditor donet. nu. 359.
135 Vtrum & hæc lex habeat locum cùm quis donando aut renunciando facit quod aliàs fieri ſolitum eſt. nu. 361.

*In gloſ. Et poſtea.* *pag. 211.*

136 Vtrum hæc lex procedat ſiue confeſtim poſt donationem, ſiue longo pòſt interuallo natus eſt filius, per totam eam gloſ.

*In gloſ. Suſceperit liberos.* *pag. 220.*

137 Vtrum ſit locus huic legi in adoptato filio. nu.2.& multis ſeq.
138 Sed quid ſi donans habebat filium adoptiuum, quem falſo rumore putabat eſſe mortuum. nu.18.19. 20.21.22.
139 Quid item ſi poſt donationem precibus & rogatu donatarij aliquem adoptarit. nu.22. 24. 25.
140 Vtrum hæc lex procedit in filiis ſpiritualibus, quos ex ſacro fonte leuamus. 26.& ſeq.
141 Vtrum monaſterium quod donans ingreditur, reuocet ex hac lege. nu.42.& multis ſeq.
142 Vtrum ſaltem reuocet vſque ad legitimum bonorum ſubſidium. nu.48.
143 Vtrum alumni, quos ſcilicet educant nutrices, aut alij tanquam patres aut matres reuocent. nume.49.& ſeq. vſque ad 55.





144 Vtrum generaliter ficti & improprij filij reuocent, ex multis locis in quibus ſuperiores quæſtiones tractantur. præſertim nu. 24.43. 45.54.
145 Vtrum filij naturales faciant locum huic legi. nu. 56. & ſeq.
146 Quid autem in naturalibus filiis matris donantis. nu.62.& ſeq.
147 Quid in naturalibus legitimatis, vtrum & ipſi reuocent. nu. 64.
148 Sed quid in legitimatis per matrimonium. nu.71.& ſeq.
149 Quid ſi matrimonium contractum fuerit in articulo mortis. nu.73.& ſeq.
150 Quid ſi legitimantur mortuo donante. nu.76.
151 Sed vtrum in dubio præſumatur hic donans cogitaſſe de legitimatione. nu. 95.
152 Quid autem de nato & legitimato poſt donationem. nu. 100.
153 Vtrum filia quæ non ſuccedit, reuocet ex hac lege. nu.101.cum multis ſeq.
154 Vtrum ſaltem eatenus reuocetur, quatenus dos illius ob huiuſmodi donationem diminuta eſt. nume. 138.
155 Vtrum qui exſecto ventre editur, reuocet, vt aliter natus. nu.139. & ſeq.
156 Vtrum infans qui adhuc in ventre eſt, reuocet, ac ſi iam natus eſſet. nume. 144. & multis ſequent.
157 Sed quid ſi caput ſaltem, aut aliud corporis membrum exerit extra vterum, & ille interim moritur. nu.156.& ſeq.
158 Quid item ſi naſcitur inciſo aliquo membro, quod fortè impediebat partum naſci. 160.
159 Quid ſi filius poſt integram natiuitatem poſtea ante patrem moritur. nu.161. & multis ſeq.
160 Quid ſaltem ſi illico poſt natiuitatem moritur. nu.167. & multis ſeq.
161 Quid autem ſi fœtus natus poſt donationem ſit abortiuus, non tempeſtiuus nec vitalis. numero 205.cum ſeq.
162 Sed quando dicatur eſſe tempeſtiuus & vitalis, vt faciat locum huic legi. nu. 210.
163 Quid ſi pater poſt natiuitatem filij diutius vixerit, permiſeritque donantem re donata frui, nec declarauerit mutationem voluntatis. nu.211.& multis ſeq.
164 Vtrum hæres poterit reuocare vt huius legis ibidem.& in verbo, reuertatur. numero 300.301. & 302.
165 Quid autem ſi filius poſt donationem legitimatus moriatur, an eodem iure res cenſeri debeat, ac ſi legitimatus poſt donationem natus moreretur. nu. 225.
166 Vtrum locus ſit noſtræ l. ſi vnus tantùm filius naſcatur. nu.226.cum multis ſeq.
167 Vtrum natiuitate filiorum donatarij reuocetur donatio, quæ poſt mortem ipſius donatarij ad alium erat peruentura. nu. 264.
168 Vtrum ſit locus huic legi in omnibus liberis ſiue ex pręſenti vxore, ſiue ex futura. nu.167.

*In gloſ. Totum.* *pag. 290.*

169 VTRVM totum reuocetur ex hac l. ibi per totum.& rurſum in gloſ. in verbo, quicquid.

*In gloſ. Reuertatur.* *pag. 293.*

170 Vtrum ipſo iure reuocetur donatio in caſu legis noſtrę, ibi in principio, cum multis ſequent.
171 Vtrum donans poterit rem ipſam natis liberis vendicare, ibi in princ.
172 Quid autem cum reuocatur donatio vſque ad legitimam, ſcilicet cùm facta eſt vni ex liberis aliis poſtea liberis natis, an ipſo iure fiat ea reuocatio. nu.3.
173 Quid item ſi fiat à liberis iam à tempore donationis natis, & non ignoratis à patre, aut etiam ab iis qui poſtea nati ſunt, de quibus pater cogitabat, tamen reuocatur donatio, quia eſt inofficioſa, an ea reuocatio etiam fiat ipſo iure.
174 Vtrum conſtitutum appoſitum in donatione etiam reuocetur ex hac lege. nu.2.
175 Sed vtrum reuocatio hic fiat ipſo iure tum demum ſi pater velit & declarauit, & non aliàs, nec ante declarationem. nu.10.& multis ſeq.
176 An autem ſufficit huiuſmodi declarationem tacite fieri. nu. 11.
177 Vtrum natis liberis fructus ſtatim debeant reſtitui donanti, à tempore ſcilicet natiuitatis. numero 268.cum multis ſeq.
178 Sed & vtrum fructus percepti ante natiuitatem debeant reſtitui. 275.& ſeq.
179 Vtrum ſaltem donatarius compenſabit ſumptus neceſſarios cum fructibus, an vero & hos integros recuperabit. 283.& 2.ſeq.
180 Vtrum & hæc lex habeat locum in foro conſcientiæ. 291.& ſeq.
181 Vtrum auxilium huius legis competit aduerſus hæredes donatarij, cum donans viuente donatario non declarauerit ſuam de reuocatione voluntatem. 296. 297. 298.299.
182 Vtrum donatarius poſt natiuitatem liberorum donantis poteſt rem alienare. numero 324.& ſeq.

183 Sed quid ſi ante natiuitatem alienauerit, an poterit donans ab illo tertio rem ſibi vendicare. nume. 325. & ſeq.
184 Sed an hoc caſu, poterit hic tertius à donante qui ei rem vendiderat, aut aliter alienauerat, pretium aut aliud quod pro ea re dederat, recuperare. nume. 329.
185 Sed an ſaltem id recuperabit emptor à venditore. ibidem.
186 Quid autem ſi donatarius non eam rem alienauerat, ſed pignorauerat, an reuertatur res libera ab eo pignore, an verò maneat obligata. nume. 330.
187 Vtrum & donatarius poſt natiuitatem liberorum donantis poſsit de re donata teſtari. nume. 331.
188 Vtrùm donans ſtatim natis ſibi liberis poſsit rem donatam alteri concedere ignorante ac non vocato donatario. nume. 335. & 343.
189 Sed & vtrum poſsit poſt natis liberis rem ipſam propria auctoritate occupare. nume. 343. 344. 377. & ſequentib. vſque ad nume. 443.
190 Vtrum ſi alius quiſpiam rem ipſam donatam detineat natis donanti liberis, & ſic reuocata donatione poterit ne nihilominus donatarius agere contra hunc detinentem, an verò detinens eum poterit huius reuocationis exceptione ſubmouere. nume. 354. & vſque ad nume. 365.
191 Vtrum liberantur ſubditi ei iura rei donatæ ſoluentes poſt natos donanti liberos. nume. 365. & ſequent.
192 Vtrum ſubditi ratione rei donatæ poſſunt ſe ab eius obedientia ſubtrahere poſt natos donanti liberos. nume. 366. & ſequen.
193 Vtrum præſcribatur à donatario reuocationi leg. nume. 388. & multis ſequent.
194 Quod autem tempus requiratur ad huiuſmodi præſcriptionem. nume. 395. & 396.

*In gloſ. Eiuſdem donatoris arbitrio. pag. 379.*

195 VTrum reuocatio quæ fit ex hac lege, fit ſtatim natis liberis, non expectata morte donatoris. nume. 1. & 2.
196 Vtrum pater teneatur rem ipſam donatam reuocatam natis liberis reſeruare, an vero de illis libere poſsit diſponere. ibidem.
197 Vtrum autem filius poterit reuocare patre viuo. nume. 3

*In Fine. pag. 379.*

198 SI in donatione promiſſum fuerit eam non reuocatum iri ſub pœna centum aureorum, vtrùm ſi natis liberis velit donator reuocare, committitur pœna. nume. 1. 2. & 3.
199 Quid autem ſi quis pro alio qui non habet liberos, eius nomine donauerit, & ſub pœna promiſerit ratum illum habiturum, qui tamen natis ſibi poſtea liberis noluit ratum habere, an ille tenebitur ad pœnam. nume. 4. 5. & 6.
200 Sed quid ſi is cuius nomine alter donauit, ſuſceptis à ſe liberis ratificat, an nihilominus ſit locus huic legi. nume. 7.
201 Quid autem ſi filius nullos habens liberos donat nomine patris, promittens illum ratum habiturum, poſteáque pater ratificauit, deinde filio naſcuntur liberi, an reuocetur donatio ex hac lege. nume. 8. & 9.
202 Quid ſi ſtatutum ſit aut conuentum, vt donatio pleno iure valeat, an ex hoc impediatur reuocatio ex hac lege. nu. 9. 10. & 11.
203 Vtrum hæc lex habeat locum inter Iudæos. nume. 12.






IO. VICTORII IN EFFIGIEM ANDREÆ TIRAQVELLI, REGII IN CVRIA Pariſienſi Senatoris, Hexaſtichon.

*Iam nihil eſt, venerande ſenex, quòd pulla ſororum*
*Stamina, vel Stygias quòd verearis aquas.*
*Subtrahet hæc vultus morti pictura: perennem*
*Ingenio vitam tot tua ſcripta dabunt.*
*Ergo vbi fatalem Lacheſis tibi neuerit horam,*
*Magna tamen fugiet pars Acheronta tui.*

---

Extraict du Priuilege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'Imprimer, ou faire Imprimer vne fois ou pluſieurs, ce preſent liure intitulé Andreæ Tiraquelli, Regij Conſiliarij, Cõmentarij in l. Si vnquã. C. de reuoc. donat. reueu, corrigé & augmenté par ledit Tiraqueau: & eſt faict deffenſe de par ledit Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & perſonnes quelconques, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne diſtribuer, en ſes pays, terres & ſeigneuries, ledit liure ainſi reueu, corrigé & augmenté, ſi ce n'eſt par le conſentement dudit Rouille: & ce iuſques au temps & terme de douze ans, à compter du iour & datte que ſera parachevé d'imprimer ledit liure, ſur peine d'amende arbitraire, & de confiſcation des liures qu'ilz auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puiſſe pretendre ignorance du preſent priuilege, ledit Seigneur veut & entent, que l'extraict d'icelluy eſtant mis au commencement ou à la fin dudit liure, ſerue pour toute notification, comme ſi la ſignification eſtoit faicte ſur l'original. Car tel eſt ſon plaiſir, comme plus à plain eſt contenu & declaré par leſdictes lettres de priuilege ſur ce donnees à Moulins le xx. de Feurier, mil cinq cens ſoixante ſix.

Par le Roy en ſon Conſeil,

Signé, De VABRES.

Et ſeellé du grand ſeau en Cire iaune à ſimple queue.

# TABVLA GLOSſARVM.


| | |
|---|---|
| Titulus. | pag. 1 |
| Præfatio. | pag. 2 |
| Si. | pag. 57 |
| Libertis. | pag. 58 |
| Patronus. | pag. 98 |
| Filios non habens. | pag. 99 |
| Bona. | pag. 103 |
| Omnia, vel partem aliquam. | pag. 110 |
| Facultatum. | pag. 129 |
| Donatione largitus. | pag. 130 |
| Et poſtea. | pag. 211 |
| Suſceperit liberos. | pag. 220 |
| Totum. | pag. 290 |
| Quicquid. | pag. 292 |
| Reuertatur. | pag. 293 |
| In eiuſdem donatoris arbitrio. | pag. 379 |
| In fine. | eadem. |




# IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS A. A. AD ORPHITVM P. V.

*Rubrica.* — *Conſtātius & Conſtans fratres imperatores.* — *Orphitus.* — *P. V. quid ſignificent.* — *V. P. quid ſignificent.* — *Perfectißimatus.*

1 HVnc noſtræ l. titulum ita emendauimus ex Codice Theodoſiano, in quo hæc eadem l. adſcribitur ſub eadem rubrica, vt noſtri non ineptè cum{Paulo iuriſconſulto, in l.ij.§.recuperandæ.ff.de interdic.& } Perſio appellant, ſcilicet de reuo. dona. cùm tamen in noſtris Codicibus, qui circumferuntur, ita vbique is titulus ſcribatur, IMP. CONSTAN. A. AD ORPHITIANVM. Fuere autem Conſtantius & Conſtans filij Conſtantini imperatoris, ſimúlque poſt patrem imperauerunt, vt videre licet ex Aurelio Victore, Eutropio, & cæteris imperatorum deſcriptoribus. Fuítque etiam eorum tempore Orphitus, vt tradit Ammianus Marcellinus, qui hæc de eo ſcribit libr. rerum geſtarum 14. Inter hæc Orphitus præfecti dignitate regebat vrbem elatè: nam vltra modum delatæ dignitatis ſeſe efferens inſolenter, vir quidem prudens, & forenſium negociorum oppidò gnarus, ſed ſplendore liberalium doctrinarum minùs quàm nobilē decuerat, inſtitutus. Idem lib. 16. & ſeq. meminit ſecundæ Orphiti præfecturæ. Ex quibus facilè potes intelligere, quid illæ literarum notę, P.V. in tit. noſtrę legis poſitæ ſignificent, nempe, Pręfectum Vrbis. Quanquam Valerius Probus harū rerum obſeruator diligētiſsimus, nō literis ſimplicibus id ſignificari tradit, ſed iis PRAE. VRB. vel etiam iis, PRAEF. VR. Verùm aut tēpus id, vt cætera propè omnia, immutauit, aut fortè librariorū incuria, quibus non admodū curæ fuit has antiquitates tā exactè obſeruare, quæ ſibi parū vtiles videbantur. Cęterū ſi literis inuerſis ita ſcriptum fuiſſet, V. P. aliud ſignificaſſet, videlicet Virum Perfectiſsimum vt apertè declarat Eumenius Rhetor in oratione quam pro inſtaurandis ſcholis ad Præſidē Gallię habuit, in qua eum virum perfectiſsimum ſępius appellat, nunc pręſcriptis tantùm notis, nunc etiā extenſis. Eſt autem Perfectiſsimatus (ne & id ignores) ſpecies quædam dignitatis, de qua & nos titulum peculiarē habemus, de perfectiſsimatus dignitate, lib. 12. C. vbi hoc optimè & ſcientiſsimè, vt ſemper aliàs, declarat Andr. Alcia. & iterum in libro diſpunctionum 3. c. 4. atque etiam Franc. Purp. in l. j. col. 32. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſd. Traditque Ammianus lib. 21. Conſtantium, cuius hęc l. eſt, magno in tribuendis celſioribus dignitatibus impendio fuiſſe parcū, nec ſub eo ducem quenquam cum claritate prouectum fuiſſe. Erant enim, vt mox ſubdit, perfectiſsimi.

*Orphiti plurimi.*

2 ¶Porrò alterius Ser. Cornelij Orphiti conſulis ſub Claudio Cæſare meminit Cornelius Tacitus lib. 12. hiſt. { & Plinius lib. 2. c. 31. vbi dicit illum fuiſſe ipſius Claudij in conſulatu collegam. Sed & idem Tacitus lib. 15. meminit Cornelij Orphiti, ſiue ille fuit, ſiue alius. Et} Pactij Orphiti Primipili honore perfuncti lib. 13. Sed & lib. 20. ſcribit Aquilium Regulum in ſummum odium extuliſſe ſubuerſam Craſſorum & Orphiti domum. Memorat & Suetonius tum in Nerone tum in Domitiano, Saluidienum Orphitum: & eundem quoque, niſi me fallit coniectura, Philoſtratus in Apollonio libr. 8. non ſemel, & iterum lib. 8. & Plinius lib. 7. c. 5. Orphitum Clariſsimum ciuem Veſtiliæ virum. { & Caſsiodorus in conſulibus Roman. vbi dicit Traianum & Orphitum fuiſſe Conſules primo anno Neruæ, } & Iulius Capitolinus in Antonino Pio Orphitum & ipſum pręfectum vrbis, {cum dicit, Succeſſorem Viuenti bono iudici nulli dedit, niſi Orphito præfecto vrbis, ſed petenti. } Et in Antonino philoſopho vel eundem, vel alium eius nominis, quem dicit fuiſſe adulterum Fauſtinæ vxoris ipſius Antonini, & tamen eum ad varios honores ipſum Antoninum promouiſſe. Et Aelius Lampridius in Commodo Antonino memorat Maximum & Orphitum Conſules, atque etiam Orphitum & Ruffum, quibus Coſſ. factum eſt S.C. Orphitianum ab ipſo Orphito ita dictum, vt ſcribitur in §. j. Inſtit. ad S. C. Orphit. Id quod fortè anſam præbuit noſtris librariis, vt hîc etiam Orphitianum pro Orphitum ſcriberent. Sed & Trebellius Pollio & Caſsiodorus in conſulibus Roma. imperij in Secundo Claudio Orphitū quoque Conſulem cum {Acinao Atticiano, aut vt alij ſcribunt Antiòchiano } memorat, {de quo etiam in l. ij. C. de diuer. reſcri. Et legimus alium Solenum Orphitum Conſulem fuiſſe cum Priſcino, aut vt alij legunt Priſco, ſub Traiano imperatore. } & Apuleius lib. 3. Floridorum, Scipionem quendam Orphitum, & Galenus, vt id quoq; obiter dicam, lib. 7. de compoſitione Pharmacorum {τῶν γένη,



UNIVERSITARIA DE GRANADA

*Orphitus medicus.* non ſemel,} Orphitum quempiam medicum. Ex quibus planè potes intelligere, ſuper ea quæ ex Marcellino adduximus de hoc noſtro Orphito, fuiſſe familiam Romæ antiquam & nobilem Orphitorum: ideóque & titulum illum Theodoſiani Codicis ad Orphitum, veriſimiliorem eſſe ac probabiliorem, quàm illum noſtrorum Codicum, ad Orphitianũ, cuius nomen non adeò frequens eſt: præſertim cum habeamus & aliam legem ipſius Conſtantij ad Orphitum, videlicet l.j. C. de quadr. præſcrip. Ex quibus, ne & hoc interim prætermittam, planè liquet noſtram hanc l. non eſſe parui momenti, quæ ſcripta ſit ad Orphitum maximæ dignitatis ac vetuſtiſsimæ nobilitatis virum.

3 *A.A. quid ſignificent. C.C. item Auguſti Cæſares.* ¶Denique quòd ad noſtrum titulum etiam pertinet, illud quoque te ſcire voluimus, lector, illas illius notas A.A. Auguſtos ſignificare, ſicut C.C. Cæſares. Illæ enim literæ ſingulares ponuntur, cum ſunt vnius imperatoris. verbi gratia, Impera. Conſtan. A. & C. id eſt Auguſtus & Cæſar. De qua re loco opportuniori dicemus, videlicet in noſtro tractatu primigeniorum, q. xvij. in iiij. opin. quo etiam in loco declaramus qui Auguſti, qui Cæſares dicebantur. alterum enim altero maius eſt, & auguſtius, vt inibi videre poteris. Neque enim in huiuſmodi rebus diutiùs immorari ducimus. Audi igitur noſtram l.

SI vnquam libertis patronus filios non habens, bona omnia vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & poſtea ſuſceperit liberos: totum quicquid largitus fuerat, reuertatur, in eiuſdem donatoris arbitrio ac ditione manſurum.

*PRAEFATIO.*

1 *Huius l. commendatio.* HAnc l. notab. ſimul & ſing. dicunt Bar. & Salyc. hîc. Sed & ſing. quoque Imo. in l. filio præterito, col. xj. verſi. pro hoc etiam facit. ff. de iniuſt. teſta. & Barb. conſ. lx. cuius initium eſt, illud adferam in medium, col. v. verſi. tertio faciat, lib. 2. & Soci. conſ. ccxcv. in cauſa contra filios, col. iij. ver. circa ſecundam difficultatem, lib. 2. & Franc. Cur. ſenior con. omnium primo, col. pen. & Iaſ. in l. cum acutiſsimi, col. 2. verſi. eodem modo ſi quis. C. de fideic. & conſi. ccxxx. factum ſic ſe habet, col. j. verſi. ſed præmiſsis, lib. 2. & nouiſsimè Nicol. Eueraldus in locis legalibus, in loco à veriſimili, col. j. Ideóque eam commentandam interpretãdámque duximus, præſertim cùm non admodum copioſè à multis hactenus vno in loco tractata fuit, vt non immeritò in mentem veniat illud Vergilianum lib. j. Aeneidos,

*Apparent rari nantes in gurgite vaſto.*

Quamuis vſus ipſius multum frequens ſit, ac penè quotidianus, ob ídque plenius attingi, tractaríque debuit, ex ſententia Pauli Iuriſconſulti in l. legaui. ff. de libe. leg. quam approbat Bar. in l. poſt contractum, col. j. ff. de dona. In qua re non eam commentationum formulam ſectabimur, à qua vel tranſuerſum (quod dicitur) vnguem diſcedere noſtris legum interpretibus veluti religio eſt. Nam ſtatim primo loco ponunt ſummarium, quod appellant. Secundo notabilia, vt & ipſi vocãt. Deinde gloſſarium interpretationem. Poſtremo alias quæſtiones ad negotium pertinentes. Nos verò verba l. noſtræ ſuo quæque ordine aſſumemus, quæ commentatione indigere videbuntur.

2 *Quæ præmittuntur ſequẽtium præſtant euidentiorem intellectum.* ¶Primo tantùm loco rationẽ l. noſtræ & eius appendices adſcribemus, quò cetera faciliùs intelligantur. {Nam vt ſcribit Bal. in rub. C. de ſer. fugit ſæpe ea pręmittuntur, quæ ſequentiũ pręſtant euidentiorẽ intellectum. l. j. ff. de orig. iur. & l. j. ff. ſi cert. pet.} Sed illud tamen primùm te admonitum velim, lector amantiſsime, cum has cõmentationes noſtras adornaſſem ad prælum, ac non pauci Pariſienſes librarij, qui eas viris doctiſsimis iam ab hinc prope quinquenniũ videndas prębuerant, precibus ac pollicitis ingentibus à me efflagitarẽt ſibi imprimendas cõmitti (neq; enim præcipitare editionem, ſed ex præcepto Horatij nonum in annũ differre animus fuit, quòd alias proteſtatus ſum) ecce me incautum, nihílque tale metuentem arripit *Febris quartana.* febris quartana, morbus omnium vt longiſsimus, ita grauiſsimus, etiam ſi eum ſonticum eſſe negauit Iulianus noſter, atque etiam, ſi diuis placet, laudauit Phauorinus, méque duos plus minus annos vexat, membratímque veluti dilaniat. Interímque eduntur in eam ipſam l. noſtram, *Frãciſci Rip. docti in hanc leg. commentarii.* Franc. Rip. comment. & doctiſsimi quidem, & locupletiſsimi. neque enim alij ab eo viro edi potuerunt. Veruntamen ab hac editione noſtra, poſtquã ita amicis meis viſum eſt, non ob id deſtiti, nihil veritus, ne qui vtranque legerit, me compilationis alienæ hæreditatis inſimulet: nam & ſi eoſdem vterque locos, vt res ipſa exigit ſæpe tractamus, craſsior tamen eſt inter nos quàm inter Piramum & Thisbem paries. Tu lector optime, lege & iudica.

3 *Legis noſtræ ratio.* ¶Igitur vt in ſcenã tandem prodeamus, Nemo neſcit omnes prope legũ interpretes huius legis rationẽ & veluti fundamentũ ponere in amore affectúque parentum in liberos, quos ſi futuros ſibi pręuidiſſent aut cogitaſſent, ipſi veriſimiliter aliis nõ donauiſſent, ne exteros liberis & poſteritati ſuæ anteponere viderentur. Ob ídq; cenſentur exiſtimantúrq; ea lege donaſſe, vt ſi liberos poſtea ſuſceperint, irrita maneat donatio, ar. eius quod in nõ longè diſsimili caſu ſcribitur in l. cũ auus. ff. de condi. & demonſt. & in l. cũ acutiſsimi. C. de fideic. & in l. generaliter. §. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. Quibus cautũ eſt, quòd ſi quis filium nepotémve hæredem inſtituerit, ac iuſſerit illum poſt mortem ipſius alteri reſtituere; hoc ita videtur intelligere, cõiectura pietatis, ſi filius ipſe aut

nepos



nepos inſtitutus liberos nõ reliquerit, ne videatur alienas ſucceſsiones propriis anteponere. Quarum legum autoritate ſubnixus Bar. conſi. lxviij. cuius caput eſt, proponitur quod Ioannellus, col. j. pulchrè & not. reſpondit videri præſumíque ſimulatam vẽditionem, quam quis alteri fecit de maiori parte bonorum certo quodam precio, quod ſe ante recepiſſe confeſſus eſt, quæ quidẽ bona emptor poſtea iure legati reliquit filio venditoris, prætermiſsis propriis liberis. Neque enim inquit Bar. præſumendum eſt, ſi verè emiſſet, quòd extraneo reliquiſſet, ſed potius ſuis ipſius liberis, ar. d. ll. Quódque in alio non minùs memorando caſu traditur in l. ex facto, in princip. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Qui filium impuberem mutũ habebat, impetrauit à principe, vt muto ſubſtituere ei liceret, & Titum ſubſtituit: mutus autem ille filius recuperata valetudine poſt mortem patris vxorem duxit, ex éaque filium ſuſcepit: rũpitur ea ſubſtitutio natiuitate filij. nec enim veriſimile eſt, aut patrem, qui impetrauit, aut principem, qui permiſit, de hoc caſu cogitaſſe, vt eum qui poſtea naſceretur, exhæredaret. Et in l. pe. ff. de iur. codic. vbi qui vnicũ filium ſuſcepit, quædã in codicillis reliquit, poſtea alium filiũ ſuſcepit, prior filius pro virili relicta ſoluere compellitur, non etiam natus poſt codicillos. Et in l. 3. ff. de inof. teſta. vbi ſi quis poſt conditum teſtamentum filiũ ſuſceperit, nec ei teſtamentũ mutare licuerit morte inopinata præuento, intelligitur poſtremum filiũ cum cæteris ante teſtamentum natis pro virili inſtituiſſe. quã l. ſing. dicit Bald. ibi. Huc quoq; reſpicit tex. in l. ſicut certi, & in l. cùm vel in vtero. C. de teſta. milit. vbi præteritio filij poſthumi vel iam nati ſcienter à milite facta, pro exhæredatione eſt, ideóque valet teſtamentũ. At ſi ignoranter facta fuerit, quoniã filium mortuum falſo rumore putabat, aut vxorem prægnantem neſciebat, minimè valet teſtamentum, tanquam ſit veriſimile, non alios eum inſtituiſſe, quàm liberos, ſi eos habere, aut habiturum ſe fuiſſe cogitaſſet. Et quod pulchrè ſcribitur in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. quòd ſi pater dotans filiã, quam vnicam habebat, pactus ſit dotem fratri ſuo, quem hæredem ſibi deſtinauerat, reſtitui, ſi ſine liberis filia moreretur, & ipſa poſtea liberos ſuſcipiat, dos illis, non fratri ex mente patris reſtituẽda eſt. Ex quo not. Bal. in v. no. præſumi hominis mutatum conſilium, propter liberos poſtea ſuſceptos quod dicit eſſe mente tenendum. Et poſtea in fi. trahit poſt Guliel. Cu. in ar. ad quæſtionem de eo, qui cùm nullos haberet filios, quædam tradidit fratri, aut alteri coniunctæ perſonæ, vt talis donatio reuocetur ſuſceptis poſtea liberis. Sed & Alber. ibi ex eo tex. dicit, quòd ſi quis nullos habens liberos quædam emat, aut aliàs acquirat nomine fratris, ſi poſtea ei naſcuntur liberi, reuocantur huiuſmodi conqueſtus ad commodum liberorum. Quin generalius gl. not. ex illo text. aſſerit id eſſe ſeruandum, licet non ſit diſpoſitũ, quod veriſimile eſt fuiſſe diſpoſitum, ſi id quæſitum fuiſſet. de quo poſtea latiſsimè tractabimus verſic. 56. incip. inter tam multa. vbi videre poteris. Denique huc ſpectat & tex. in c. 1. tit. de duob. fratri. à cap. inue. quem ibi no. Bald. & hinc occaſione ſumpta dicit ſing. text. in d. l. tale pactum. §. vlt. vti etiam facit in d. l. cùm acutiſsimi, col. 1. & in rub. extra de pact. col. vlt. verſi. transfertur pactum.

4 ¶At hîc in noſtra l. vt ad eã tandem veluti longo poſtliminio redeamus, veriſimile eſt donãtem, ſi donando interrogatus fuiſſet, aut etiam vltro cogitaſſet de futuris liberis, aut non omnino donauiſſe, aut ſi donaſſet, eandem legem donationi, vt ſuprà diximus, appoſuiſſe, ſi liberos non ſuſciperet: alioquin ad eos, ſi quos poſthac habere contingeret, perueniret quod donatum eſt. Nam filios ad parentum bona naturæ ſimul & parentum ipſorum votum admittit l. ſcripto, in fi. ff. vnde lib. & l. de emãcipatis. C. de legi. hære. & omnia quæ noſtra ſunt, liberis noſtris paramus. l. pe. §. pe. ff. de bonis lib. cũ aliis multis, quæ haud multo pòſt adferemus. Vnde & illud Homeri lib. Iliad. v.

Βῆ δὲ μετὰ Ξάνθον τε Θόωνά τε Φαίνοπος υἷε
ἄμφω τηλυγέτω. ὁ δ' ἐτείρετο γήραϊ λυγρῷ.
υἱὸν δ' οὐ τέκετ' ἄλλον ἐπὶ κτεάτεσσι λιπέσθαι,
ἔνθ' ὅ γε τοὺς ἐνάριζε, φίλον δ' ἐξαίνυτο θυμὸν
Ἀμφοτέροιν, πατέρι δὲ γόον, καὶ κήδεα λυγρὰ
λεῖπ', ἐπεὶ οὐ ζώοντε μάχης ἐκνοστήσαντε
Δέξατο, χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέοντο.

Quibus apertè inſinuat Homerus diuini ac humani iuris peritiſsimus, bona parentum filiis deſtinari ac deuoueri, eóſque admodum angi ac cruciari, ſi extraneis illa relinquere cogãtur. Ex quo etiam laudatur Hadrianus imperator, qui, vt tradit Spartianus, ignotorum hęreditates repudiauit: nec notorum accepit, ſi haberent filios. Et Domitianus alioqui peſsimus imperator, relictas ſibi hæreditates ab his quibus liberi erant, non recepit, vt teſtis eſt Suetonius in vita illius, c. 9. Vt iam nõ mirum videatur, ſi Antoninus Pius imperator optimus hæreditates quoque eorum qui filios habebant, repudiauit, auctore Iulio Capitolino in vita illius. {Et ſi Pertinax profeſſus ſit nullius ſe aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata eſſet, lite perplexa, vt legitimi hæredes, & neceſſarij priuarentur.}

5 ¶Sed antequam vlterius progrediamur, illud dicere voluimus, hanc quam diximus rationem huic l. inter pleroſque omnes aſsignaſſe Accur. Bald. & Ang. hîc. Dy. Bar. Bal. Imo. & Pau. Caſt. in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de leg. 2. Oldr. conſi. ccxxxviij. hoc exordio, cum mulier donatrix. & conſ. cclxxviij. licet quantũ ad clauſtrales, col. 2. verſi. ad tertiam quæſtionem. Iac. Bu. Bar. Ang. & Raph. Fulg. in l. ſi totas. C. de inof. donat. Cy. Bar. & Bal. in l. j. C. eo. tit. de inof. donat. Bart. in auth. ex cauſa. & ibi quoque Alex. & ferè omnes. C. de lib. præte. Bal. conſ. clxvij. quidam Fran. col. ij. lib. v. Ang.

in §.ſiue igitur,in auth.vt cùm de app.co.Imo.in c.cùm contingat,char.vlt.verſic.attende tamen quia dixit,de iureiur.& in c.vlt.col.2.& ibi quoq; Pan.de donat.Raph.Fulg.conſ.lxv.Titius coniugẽ,col.j.Pau.Ca.conſi.ccccxxxiiij.quod incipit reſpõdeo per ordinem,in ij.dubio.lib.j.& conſi.435.cuius principium eſt,ſuper hoc puncto,in prin.lib.2.Ro.conſi.26.incip.pro deciſione eorum, col.ij.verſi.ſecunda fuit.Pet.Fert.in tit.for.libel.quo agit.pro donat.in verbo,irreuocabiliter, col.3. verſ.patet ergo ex præmiſsis.Alex.conſ.71.cuius caput eſt,conſideratis his,poſt prin. lib.4.Barb. in repet.l.cùm acutiſsimi.col.4.verſi.quintò facit,& verſi.7.faciat,& alibi ſæpe.C.de fideic.Corn. conſi.xj.quod incipit,in præſenti cõſultatione,col.3.ver.nec videtur refragari,& iterũ col.9.verſi. inſuper ſi prædicta,lib.3.& conſi.cxciiij.cuius exordiũ eſt,videtur in præſenti conſultatione,col.j. eo.lib.3.& conſ.ccvj.viſo ſupradicto themate,col.7.verſi.ſed circa portionẽ,eo.li.3.& conſ.30. incip.in hac conſultatione,col.2.ver.his tamẽ non obſtãtibus,li.4.Soc.conſ.147.hoc initio, viſa facti contingentia,col.5.verſ.circa tertiã,lib.1.& conſi.126.incip.viſum fuit,col.3. & alibi ſæpe in eo. con.li.3.& cõſ.93.cuius principiũ eſt,teſtamentũ præmiſſum,col.4.verſi.præterea interpretatio.& iterũ col.5.verſic.ſexto loco,lib.4. Iaſ.conſi.154.in cauſa mota per Iac.col.2.lib.2.& conſi.230. factum ſic ſe habet,col.3.eo.li.3.& ferè omnes doctores(quod iã ſupra diximus) de hac re loquẽtes.

6 ¶Hinc dicunt plerique omnes,quòd donatio ab eo facta,qui caret liberis , intelligitur habere tacitam hanc conditionem,ſi donans non ſuſceperit liberos:vel vt reuocetur, ſi donans poſtea liberos ſuſceperit.Et propterea ſi aliquos ſuſcipiat,exiſtente conditione reuocatur donatio ex hac l.noſtra.Ita nuncupatim voluerunt Bar.Albe.& Bal.in vtraque lec.hìc idem Bar. in d.l.1.col.2.C. de inoffi.don.& in d.l.ſi totas,& ibi quoque Ang.Fulg.& Pau.Caſt.eo.tit.Oldr.in duobus conſi. ſupra alle.Io.And.in add.Spec.tit.de dona.col.ij.Ia.Bu.& Bald.in d.l.Titia Seio.§.impetator. ff. de leg.2.idem Bal.in d.l.cum acutiſsimi,col.1.C.de fideic.& conſ.ccxv.punctus quidam donauit, l.5. Coll.in d.c.vlt.col.pen.verſi.ſed nunquid ille.de dona.Ro.conſi.cxciiij.inci.in propoſita quæſtione,col.3.verſi.ſecundo quia præſens,& col.ſeq.verſic.nec ſecundo refragatur.& conſi.cclxix. non eſt dubium,in prin.Pau.Caſt.d.conſ.cccxxxv.lib.2.Pet.Ferr.quo loco nuper citauimus. Corn.d. conſi.11.col.9.lib.3.& d.conſi.cxciiij.col.1.eo.lib.3.& d.conſi.30.col.2.lib.4.Barb.in repe.d.l.cũ acutiſsimi,col.42.verſi.nota quòd conſi.Fran.Aret.conſi.24.quatuor dubia , in primo dubio.Soc.in rub.ff.de lib.& poſthu.col.4.verſi.ſed cogita,& conſi.225.viſa prædicta,col.vlt.lib.2.Iaſ.conſ.171. viſo inſtrumento,col.1.lib.4.

7 ¶Sed vt redeamus ad amorem & affectum parentum in liberos,qui l.noſtræ veluti baſis eſt , habes de eo præter eos tex.quos ſuprà adduximus,& alios,videlicet in l.nam & ſi parentibus.ff. de inoffi.teſta.ibi,propter votum parentum,& naturalem erga filios charitatem.Ex qua dicit Bal.in l.ædem,col.iij.verſ.quid de patre.C.loca.quòd quemadmodum quis poteſt expellere colonum à domo,ſi eam ſuis vſibus neceſſariam probauerit,ita & ſi filio neceſſaria fuerit.Et optimus tex.in l.iſti quidem.§.vlt.ff.quod met.cau.vbi dicitur nihil intereſſe,an in ſe quis veritus ſit, an in liberis ſuis:cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur,quàm in ſeipſis. Ex quo not.Accu. quòd pater plus diligit filium quàm ſeipſum:ſicuti etiam aſſerit Latinus Pacatus in Panegyrico, quem Theodoſio dicit.Inſtituẽte,inquit,natura,plus ferè filios quàm noſmetipſos diligimus. Et apud T.Liuiũ lib.3.ab Vrbe cond.Verginius conſtanter aſſerit ſibi vitã filiæ ſuæ chariorẽ fuiſſe,ſi liberè ac pudicè viuere licitum fuiſſet.{Ariſtoteles autẽ lib.8.Ethic.c.12.Aequè,inquit, parentibus vita liberorum chara eſt atque ſua. } Illius autem l. autoritate ſubnixus Alber.Gan.in tracta.maleſi.tit.de quæſt.& torm.col.2.verſi.nunc videndum eſt,monet vt ſi pro quopiã delicto torquendi ſint pater & filius , primùm torqueatur filius in conſpectu patris, quò pater ipſe citiùs verum profiteatur , vt qui magis timeat in filio,quàm in ſeipſo,per d.l.iſti quidem.Quod & idem tradit Guido Suza.in tract.de tormen.col.iij.verſ.quo ordine,& iiſdem quidẽ verbis , vt hinc poſsis intelligere alterum ab altero deſumpſiſſe.Et id quoque voluit Bonif.Vitel.in tract.maleſ.titu.quali. ſit fienda tortura.Ang.Aret.in tract.eiuſdem tit.in verbo fama publica.col.34.verſic.nunc videamus.{ & Alber.in rub.C.de q.col.ij.verſi.quid ſi torquendus.}& Hipp.Marſi.in l.j.in prin.col. pe. ff.de quæſt.§.inauditum.col.ij.verſic.item adeò ſunt vera.ff.de ſicar.Ex illo item tex. tradit Inno. in c.cùm locũ.extra de ſponſal.quòd ſicut metus in perſona ſua vitiat matrimonium , per illum tex.ita & in perſona filij.& ſequitur Card.Alex.qui dicit ita teneri cõmuniter ibi,col.vlt.verſ.ſuccedit quæſtio.Sed & eodẽ tex.ſuffulti Riminal.& Alcia.in l.tranſigere.C.de pact.ſcripſerunt,quòd cùm in pœnis ſanguinis,non etiã in cæteris liceat trãſigere,vt ibi cauetur,ea ſcilicet ratione,quòd permiſſum eſt cuiq; quoquo modo ſanguinẽ propriũ redimere.l.j.ff.de bo.eorũ qui ſibi mor.cõſ. Certè ſi filio accuſato pater iudiciũ ac defenſionẽ ſuſceperit:is æquè trãſigere poterit , ac ſi ſuam ipſius vitã & ſanguinem redimeret.Nam & apud Quintilianum,ſi is eſt,declamatione ſexta,pater ille proclamat, O quàm graue eſt mori:quantò grauius, quòd ego viuo ſuperſtes filij mei.

8 ¶Et hæc quidem huiuſmodi exemplo comprobantur.Accuſabãtur pater & filius homicidij, certum enim erat alterũ eorum id facinus perpetraſſe,ſed vter id feciſſet,incertum.Carolus ſecũdus imperator iuſsit filium ſuſpendi:quod intelligens pater,vt filiũ à morte vindicaret,ac in ſe pœnã conuerteret,ſponte crimen confeſſus,ideóq; ſuſpenſus eſt liberato filio,vt retulit è noſtris Andr. Iſer.in c.j.§.publici latrones,ad finem tit.de pa.tene.& Barb.qui illum citat, loco tamen non deſignato, in repe.c.Raynaldus,col.xliij.& ſeq.de teſt.& in c.in præſentia,col.xxxvij.de prob.& in c. r.col.ij.de commo.& in repetit.l.cum acutiſsimi,col.xxiij.C.de fideic.& Paris à Puteo in tract.de ſyndicatu,



ſyndicatu,char.pe.& Iaſ.in repe.l.ſi is qui pro emptore,col.xlij.ff.de vſuc.& Matth.afflict.in conſtit.Siciliæ,incip.pacterenorum,col.pen.verſic.ſecunda ratio.& Hippol.Marſil.in l.j.col. pen. ff.de quæſt.& in l.inauditum,col.ij.verſi.item adeo.ff.de ſica. {Ideo Bal.in l.j.in fi.C. ſi rect. prou.in ij. lect.dicit quòd confeſſus per torturam filij dicitur confeſſus in tormentis.} Nec deſunt alia quoque patrum exempla, quos non piguit ſuæ vitæ iactura liberorum vitam redimere : quando & apud Quintilianum,aut quiſquis is fuit,in declamatione xj.cui titulus eſt , Diues accuſatus proditionis.Cùm filij pauperis ad ſupplicium peterentur,pater ſeſe obtulit , illos vicaria , { & vt loquitur Virgilius,alterna} morte ſeruaturus. Quod qui miretur , non habet liberos , vt in ea ipſa declamatione ſcribitur.Tanquàm ſcilicet id ſit commune naturaléque omnibus parẽtibus.Súntque item plurima aliorum exempla , qui filiis ſuis ſuperſtites eſſe non ſuſtinuerunt. Ex quibus duo hæc memorabilia ſubiiciemus.Gordianus ſenior, cuius multas leges in noſtro C. habemus, audita morte filij,laqueo vitam finiuit , vt tradit Iulius Capitolinus. Sed multis ante ſeculis Aegeus Theſeo filio nauiganti in Cretam iuſſerat , ſi confecto Minotauro reuerteretur incolumis, albis velis vteretur.Theſeus autem præcepti paterni oblitus,cum rediret,nigrum velum tetẽdit.

*At pater, vt ſumma proſpectum ex arce petebat,*
*Anxia in aßiduos contollens lumina fletus:*
*Cùm primùm inflati conſpexit lintea veli,*
*Præcipitem ſeſe ſcopulorum è vertice iecit,*
*Amiſſum credens immiti Theſea fato.*

Hi enim ſunt verſus Catulli in nuptiis Pelei & Thetidis.Et hęc etiam hiſtoria recenſetur à Virgilio,ſi is eſt,in Aethnæ montis deſcriptione,& Plutarcho in vita ipſius Theſei. Tradunt autem Solonem virum conſtantiſsimum ac ſapientiſsimum,vt qui vnus fuit ex ſeptem,cum Thales & ipſe vnus ex illis,hominem quempiam ſubornaſſet,qui ei renuntiaret filium ipſius mortem obiiſſe,cæpiſſe caput cædere,miſerandíſque vocibus ac querelis omnia complere : & fortè mortem ſibi conſciuiſſet,niſi Thales ipſe confeſtim ei commentum aperuiſſet.De qua re & Plutar. in vita illius. Sunt & parentes , qui filios in exilium ſecuti ſunt , veluti ſine illis viuere non poſſent. Rutilia enim,vt tradit Senec.in lib.de conſol.ad Albinam, filium ſecuta eſt in exilium , & vſque eo conſtricta fuit indulgẽtia,vt mallet exilium pati,quàm deſiderium:nec antè in patriam, quàm cùm filio rediit.id quod magis in fœmina mirandum eſt, quæ libertatis amantior eſt , vt in legibus noſtris Connubialibus planè oſtendimus.

9 ¶Sed ad noſtras leges reuertamur.In l.vlti.in prin.C.de cura.furio.hęc verba adſcribuntur. Quis etiam talis affectus inueniatur extraneus,vt vincat paternum? A quibus non longe abeſt , quod ſcribitur in l.quidam cum filium.ff.de hæred.inſtitut.vbi Accurſius non ſemel,atque etiam Ange.ex eo no.non poſſe filium inuenire meliorem amicum quàm patrem. Sed & ex eodem Bald. in l.precibus,col.xj.verſi.iij.hoc probatur.C.de impu.& ali.ſubſt.tradit,quòd ſi amicus amico vult bona,quod eſt dictum Ariſto.lib.viij.Ethicor. c.ij. & iterum vij. quibus locis oſtendit eſſe veluti adagium,ſæpe & ab eodem Bal.citatum, Certè multò magis pater filio:ob ídque cenſet ſubſtitutionem à patre factam filio impuberi,interpretandam in dubio eſſe directam potius quàm fideicommiſſariam:quia etiã,inquit,in dubio pater ratione naturalis affectionis præſumitur filio prouidere,non eum grauare,per alia quædam iura. & idem iiſdem prope verbis reſpondit ipſe Bald. {conſi.ccccxxiij.verba teſtamenti,lib.j.& } conſi.xxxv.pater filio ſuo,col.j.lib. ij. Ex illa quoque l.dicit idem Bald.in c.per tuas,col.ij.extra de probat. quòd melior amicus mundi eſt pater. ſunt enim verba ipſius:id quod etiam ex ead.l.dicit Bal.ipſe conſi.ccxciiij.incip.dicta particula, ad fin. lib.v.Adde & tex.in l.Paulo Callimacho.§.Pomponius,iuncta glo.ff.de leg.iij. ex quo not. Bald. in d.l.precibus,col.v.verſi. quid ergo ſi petiit non idoneos.C.de vulg.& pupil. quòd ardor amoris paterni materníque eſt inæſtimabilis,quod ex eo repetit Maria.conſi.ix.proſequendo ordinẽ, col.iiij.verſi.xx.probatur.& Fran.Cur.ſenior conſi.xlvij.ſuper controuerſia,col.iij.verſi.tranſeo ad ſecundum.Ex eóque text.reſpondit Bald.in pulchro caſu,conſi.cxxxvij.per relictum, lib.iiij. interpretandum largè plenéque legatum quoddam à patre relictum filio.Sed & ex eo aſſerit Bal. in c.ſuper eo,poſt prin.de teſti.quòd quis diligit honorem & incrementum ſuæ prolis etiam ardenti deſyderio. {Ex eo quoque idem Bal.conſi.cccxx.Ser Petrus,in fin.lib.j. dicit ardentem eſſe parentum amorem in liberos.} Adde,inquam,tex.in l.nec in ea.ff.de adul.ibi,pietas patris conſilium capit pro filiis.& in l.ſi filius,& quod ibi dicunt Accur.& Bal.C.de patri.pote. & in leg.j. §. taceat,ibi,naturalis ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem hortatur.C.de rei vxo. acti.& in §.vlt.Inſtit.de noxa.ibi,quis enim patiatur filium,&c.& in l.pen.§.Iulianus,ibi, affectu enim propenſiore magis, &c.ff.quod fal.tut.au.& in l.amiciſsimos.§.Lucius,ibi,contra naturales ſtimulos.ff.de excu.tuto.Cuius autoritate ſcribit Bal.in authen.ex cauſa,col.vij.verſicu. ſecundo accipio.C.de libe.præter.quòd qui naturalem erga liberos charitatem non curat, videtur habere morbum cerebri. Et in l. propter inſidias,ibi,pietas & ratio naturalis animi.C.qui accu.non poſ. Cuius arg. ſcribit Bald.in d.l.precibus,vbi ſuprà, quòd ſi mater petiit non idoneos tutores filiis, cenſetur non dolo,ſed bona fide feciſſe.Sed & illam expendit Cyn.ſuper ea,ad naturalem parentum pietatem,quæ & liberis aduerſus ſe peccantibus parcit.

10 ¶Cuius etiam rei memorabile nobis exemplum reliquit Dauid ille , alioqui affectuum minimè

ſequax.Nam cùm Abſalon filius primùm quidem Amon etiam ipſius Dauidis filium inſidiis interceptum necaſſet,deinde & cum patris pellicibus fœdè congreſſus fuiſſet , poſtremò & patrem ipſum & regno & vita priuare neruis omnibus contendiſſet:illius tamen mortem pater, cui hæc omnia erant compertiſsima,adeò flebiliter,ne muliebriter dicam,deplorauit , vt ſeſe totum huic affectui permittens,in hanc lachrymabilem vocem proruperit,Fili mi Abſalon , Abſalon fili mi. Quis mihi tribuat,vt ego moriar pro te?vt ſcribitur ij.Regum xviij.c.& meminit etiam Cy.ipſe in d.l.propter inſidias,vbi & ſubdit alia pleraque exempla huius paternæ pietatis à Valerio Maximo fuiſſe prolata,lib.v.tit.vij.Inter quæ illud retulit de Seleuco,qui ceſsit filio vxorem Stratonicem,quam is miſerè deperibat.quod & ab Appiano in eo libro, qui Syrius inſcribitur , & Plutarcho in Demetrio,& Galeno lib.j.prognoſticor.Hippocrat.cap. vij. { iterúmque lib. de præcognitione cap.vj.} relatum eſt,& affatim deſcripſimus in noſtro { Tractatu nobilitatis,c.xxxj.nu. 51.} Id autem aſsignat Eraſmus in Apophthegmatis Demetrio:ſed is memoria lapſus eſt , ob id fortè,quòd Plutarchus in vita ipſius Demetrij hác hiſtoriam deſcribit. Quis igitur,vt redeamus, miretur Artaxerxem regnum Perſarum Dario filio ceſsiſſe,quòd nihil ſibi ablatum exiſtimaret, quod in filium contuliſſet,ſynceriúſque gaudium in procreatione capturum,ſi inſignia maieſtatis ſuæ in filio conſpiceret,vt tradit Iuſtinus in initio libri decimi.Et Ptolemæum illum primum Aegypti regem,qui regno publicè filio tradito, omni regno pulchrius regis eſſe patrem dicebat, apud eundem Iuſtinum lib.xvj.Et potiùs non execretur Herculium Maximianum , qui cupidine reſumēdi imperij,quo ſe antè abdicarat, nixus eſt filium Maxentium à Prætorianis militibus Auguſtum nuncupatum imperio deturbare,vt tradunt Eutropius rerum Romanarum lib. iij.& Socrates apud Caſsiodorum hiſtoriæ tripartitæ lib.j.cap. iiij. Non item adeò mireris Hadrianum imperatorem,quòd eum in inſulam deportauerit,qui filium necauerat , quòd nouercam adulteraſſet,vt ſcribitur in l.diuus.ff.ad leg.Iul. de parri.

11 ¶Sed & huc reſpiciunt tex. {in l.cùm pater.§.mando.ff.de legat.ij. vbi ita ſcribitur , mando filiæ meæ pro ipſius ſalute ſollicitus,&} in l.patrem,ff.quæ in fraud.cred.& in l.quod & lex.§. ſi cum quis.ff.de lib.ho.exhi.& in l.ſi mater,ibi,per coniecturam maternæ pietatis.C.de inoffic.teſta. & in l.j.§.taceat,verſi.ſileat.C.de rei vxor.acti.& in d.cap.ſuper eo de teſti.& in cap.afferte,de præſumpt.vbi recenſetur illa iij.Reg.iij.cap.hiſtoria de matre, cuius commota ſunt viſcera , cùm Salomon iuſsiſſet infantem diuidi.Ex quo not.Bald. & poſt eum Felyn. quòd ſicut confeſsio ſiue renuntiatio litis facta metu tormentorum ſuiipſius non nocet.l.j.ff.de quæſtio.ita metu tormentorum filij.Nec mirum,ſi inibi commota fuerint matris viſcera.Nam & apud Eſaiam c.xlix.clamat dominus,Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum,vt non miſereatur filio vteri ſui? Et quod præterea voluit gloſſ.in l.ſi filius.in fin.& ibi Bald in vtraque lect.C.de pat.pot.& idem Bald.in d.cap. per tuas.col.ij.extra de prob.quòd amor parentum abſcondi non poteſt. Et quod etiam reſpondit Marianus conſi.liij.magnifice capitanee,quòd quis non dicitur liber relaxatus è carcere,qui cogitur relinquere filium pro obſide,prout illum refert & ſequitur Fely.in d.c.afferte.col.ij.& Hippo.Marſil.in l.j.char.j.nu.6.C.de rapt.virg.& in l.inauditum,ſtatim poſt princ.ff. de ſica.& ſing.clx.pater & filius.& Bartho.Chaſſe.conſi.xiiij.Chriſtianiſsimus,col.v.verſ.ſecundò coniecturatur.& iterum conſi.lxvij.ad primum dubium,col.viij.verſic. ſtringo & vlteriùs.Illud tamen conſi.Maria.reperire non potui. Faciunt huc & multa quæ latè in eam rem congerit Alex.conſi.lij.incip.hanc dubitationem,col.antep.lib.iiij.& Barb.in locis prope infinitis, ex quibus ſatis erit ea deſignaſſe,quorum nunc in mentem venit.ea ſunt in d.c.Raynaldus , quo loco nuper citauimus,& in repetit.d.l.cum acutiſsimi,in multis locis.C.de fideicom.& conſi. xxix.illud afferam in medium,col.ij.lib.j.& conſi.xlviij.quod eſt eiuſdem initij,col.vlt.eo.lib.j. & conſil.ix.præclarè ſcribitur,col.j.lib.ij.& conſi.xx.illud afferam in medium,col.v.eod.lib.ij. & conſi. lx.quod eſt eodem exordio,col.v.eod.lib.2.& conſil.lxxxj.præclarè & luculenter , col.3.lib.4.& conſi.lxxxviij.ſapienter ſcribitur col.1. eodem lib. 4. Et vbique ferè aduocat , ſicuti etiam Alexand.d.conſi.lij.illud Virgilianum lib.1.Aeneidos, quod nos in argumentum huius noſtræ l. aſſumpſimus,

*Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.*

Multa item de huiuſmodi parentum amore aggregauit ex antiquioribus Oldr.conſi.xcv.ex forma iſtius,col.2.& Maria.d.conſi.ix.col.4.& iterum conſil.xxiij.circa prædictam,col.v.verſi.& ſic prædicta.Sed multo plura Socin.huius filius,conſi.xxvj.cùm ſuper,lib.4.vbi ex eo not.interpretatur mētem cuiuſpiam teſtatoris,vt ibi omnibus videre eſt in promptu.& nouiſsimè Ludo.Gomeſsius in §.actiones autem,col.3.verſi.ſecunda regula. Inſtit. de actio. Ex externis autem ſcriptoribus Plutarchus vir in omni doctrinarum genere excellentiſsimus, librum peculiarem de ea re ſcripſit hoc tit.περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας, id eſt, de amore parentum in liberos , ex quo poteris aſſumere quæ tibi videbuntur:& Rabbi Moyſes Aegyptius lib.perplexorū 1.cap. 6. dum rationem reddit,cur lege Moſaica prohibetur parentem & filium vno die decollari.& è recentioribus Baptiſta Fulgoſ.memorabilium lib.5.tit.7.qui eſt,de parentum indulgentia in liberos. Nec tamen prætermittam quod apud Euripidem Andromache filium ſuum vocat vitæ oculum.

*Filius vitæ oculus.*

εἷς παῖς ὅδ' ἦν μοι λοιπὸς ὀφθαλμὸς βίου.

Nec quod ſcribitur de Iacob illo ſanctiſsimo patriarcha Geneſeos 37. Sciſcíſque veſtibus, indutus eſt



tus eſt cilicio,lugens filium ſuum multo tempore.Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris,noluit conſolationem accipere,ſed ait,Deſcendam ad filium meum lugēs in infernū.Quódque plerique,& inter hos Bart.noſter in l.liberorum,col.j.in iiij.not.ff. de verb. ſignifi. { Alber.in l.Gallus.§.inſtituens,col.ij.ff.de libe.& poſthu.& in ij.parte ſtatuto.quæſt.cvij. item in ſtatutum loquens de filiis, col.ij.} & Bald.in l.maximum,col.iiij. verſ. præteteà filius.C. de libe.præter.& in l.vlt.in fin.C.de verb.ſignificat.& in c.quæ in eccleſiarum,col. vlt. extra de conſtit.{& in c.j.§. & quia vidimus,col.iij.verſi.& dic quòd filius,tit. qui feudum dare poſſunt. & conſi.ccccclxxxvij.in iſto puncto,poſt princ.lib.ij. & conſi.} ccccxlj.ad euidentiam præmittēda ſunt,in fi.lib.iij.& Raph.Fulg.conſ.clix.Seius & Aurelius,col.j. in fi.& Cepola cauſarum ciuilium conſi.vij.punctus quæſtionis,col. iiij.verſi. item hoc probatur. { & Alex.conſi.j.perſpectis verbis teſtamenti,col.pen.verſi.primo caſu,lib.j.} volunt filium ita ab amore dictum, quaſi φιλίον,ob ingentem illum amorem parentum:verùm ſyllaba repugnat.Ideo alij,vt hoc in tranſcurſu dicam, à Græca voce υἱός dictum malunt, quæ filium ſignificat , addito ſcilicet ex more Aeolico digammate ϝυιός ſicuti ϝελένην ἑλένην dixerunt. Nam & Aeolico ſermoni Latinum eſſe ſimillimum tradit Quinti.lib.oratoriarum inſtitutionum j.c.x.Et quod item à nonnullis traditur l.vlt.C.de pac.qua improbatur pactum filiorum de ſucceſsione parentum,ne inducatur votum captandæ mortis,non habere locum è diuerſo in pactis parentum de ſucceſsione liberorū, quia licèt interdum filij inſidientur vitæ parentum,vt dicit gloſſ.in d.l.vlt.quæ allegat tex.optimum in §.pen.Inſt.quod cum eo.& eſt etiam tex.in d.l.propter inſidias.C.qui accuſa.non poſſ. & in §.mater.in auth.de nupt.Et illud Ouidij,lib.j.Meta.

*Filius ab amore dictus.*

*Latinus ſermo Aeolico ſimillimus.*

*Filij vitæ parentū interdū inſidiantur.*

*Filius ante diem patrios inquirit in annos.*

Nuſquam tamen repertum eſt parentes vitæ filiorum inſidiatos fuiſſe. In qua ſententia fuere vterque Deci.& Lancel.& Philip.in d.l.vlt.Quanquam Bald.Saly.Paul.Caſt.Alex.& Hiero.Cagno.in repetitione illius,aliud opinantur.Nam quamuis,inquiunt,ceſſet illa ratio inſidiandi, nō tamen ceſſat alia generalis poſita in fi.illius l.quoniam ſcilicet non licet paciſci de bonis viuentis citra illius voluntatem.Et ita omnes concedunt ingentem illum parentem amorem in liberos.

*Non parentes filiorum.*

12 ¶Sed vt redeamus , quid quòd licèt amor vxorius cæteros omnes ſuperare videatur propter illud Dei Opt.Max. oraculum,Relinquet homo patrem ſuum,& matrem,& adhęrebit vxori ſuę, & erunt duo in carne vna,quod ſcribitur Geneſ.ij.& repetitur Math.xix.Marci x. & ad Epheſ. v.vt iam poſsis intelligere maximum habere momentum,quod tam frequenter ſacræ literæ inculcant,ac repetunt.Vt interim omittam, quod adoleſcens ille Zorobabel lib. Eſdræ iij. cap.iiij. eleganter propoſuit,Homo patrem ſuum relinquit,qui enutriit illum,& ſuam regionem , & ad mulierem ſe coniungit,& cum muliere remittit animam,& neque patrem meminit,neque matrem,neque regionem.Et paulò pòſt,Diligit homo vxorem ſuam,magis quàm patrem aut matrem.In quam etiam ſententiam eſt illud Homericum lib.xiij.Iliados,

*Vxoris amor cæteros uincit.*

εἰς εὐνὴν φοιτῶν τε φίλους λήθοντε τοκῆας.

Quo planè ſignificatur virum & vxorem parentum charitatem prę coniugali obliuiſci.Ex quo illud Propertianum lib.iiij.

*Omnis amor magnus , ſed aperto in coniuge maior.*

Quamuis,inquam,vt hoc repetam,amor vxorius omnibus maior eſſe dicatur,hìc tamen tantus amor cedit amori parentum in liberos,ſi credimus Accurſio,Bart.& Ang.egregiis legum doctoribus.Illis quidem in l.Lucius.ff.de vulga.& pupilla.ſubſtitutio.huic autem in conſi.cxliiij.cuius caput eſt,ad primum,col.j.quibus locis aſſerunt non eſſe veriſimile virum diligere vxorem pluſ quam filium,allegant Bart.& Ang.in d.l.cùm acutiſsimi.C.de fideicom.& l.generaliter.C.de inſtit.& ſubſtit.quæ quidem leges loquuntur in caſu huic noſtræ l.proximo,vt ſuprà in princ.diximus.quamuis de vxore non loquantur:hoc tamen not. ad id quod dicemus infrà in gloſſa in verbo,libertis,in vlt.q.vbi hoc plenius attingemus.

*Cedit tamen amori parentum.*

*Vir nō diligit uxorē pluſquam filium.*

13 ¶Et vt intelligas hunc parentum amorem à natura proficiſci , eſſeq; communem omnium animantium,audi quod ſcripſerit diuus Ambroſ.lib.Hexameron vj.c.iiij.Natura hoc beſtiis infundit,vt catulos proprios ament,fœtus ſuos diligant.Et paulò pòſt, Quæ fera pro catulis non ipſa potiſsimum ſe offerat morti? Quæ fera fœtus ſuos,innumeris licet obſeſſa cuneis armatorum, non ſuis viſceribus tegat?ingruat licet telorum ſeges,illa tamen paruulos ſuos muro ſui corporis ſeptos immunes præſtat periculi.Hæc ille.Cui planè concinit Homerus ille ſagaciſsimus omnium rerum explorator , comparans Menelaum inter confertiſsimos hoſtes pugnantem pro Patroclo , matri quæ pugnat pro vitula,quam primum peperit. Huius carmen eſt ſtatim in initio lib.xvij.Iliados,

οὐδ' ἔλαθ' ἀτρέος υἱὸν ἀρηΐφιλον μενέλαον
πάτροκλος τρώεσσι δαμεὶς ἐν δηϊοτῆτι.
βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ
ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖν', ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ
πρωτοτόκος κινυρὴ οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο.

14 ¶Sed & longiùs id proſequitur Apollonius Tyaneus apud Philoſtratum in vita ipſius lib. ij. vbi planè oſtendit id quod diximus,ſcilicet naturalem eſſe omnium animaliū amorem in fœtus pro-

prios.Nam elephantes flumen quodpiam tranſeuntes,ſuos pullos deferunt,vinculis,ne fortè cadant,eos complexi.Vrſi licèt feritate cæteras beluas ſuperent, pro catulis tamen omnia faciunt. Itidem quoque faciunt lupi,rapinis tamen intenti.fœmina enim partus cuſtodit,maſculus autem pro catulorum ſalute cibos ad ipſam defert.Itidem etiam pantheræ faciunt,quæ propter caliditatem matres fieri gaudent,& tunc maribus dominari volunt,ac domui præſidere:mares verò patienter omnia ſuſtinent propter catulorum amorem. Leænæ autem ſentientes ſe ex pardorum concubitu grauidas eſſe,in montes confugiunt, pariunt autem maculoſos catulos, quos ideo in denſiſsimis ſyluis occultatos nutriunt,ſimulãtes venationis cauſa à maribus abeſſe.Leones enim ſi fortè viderint,eos lacerant.Quòd ſi leonem catulos habentem quis inueniat,animaduertet ipſum pro catulis toruè aſpicere: venientémque ſeſe ad pugnam parare.Tigris quoq; inſigni crudelitate animal ad naues vſque procedit catulorum repetundorum gratia,illíſque receptis cum gaudio abit. quòd ſi catulis ablatis abeuntem nauem aſpiciat,mœſta in littore vlulat, quandoque etiam ob doloris magnitudinem moritur. Aues quoque videmus pullorum cauſa multa faciẽtes,velut aquilas,ac ciconias,quæ nunquã nidos extruunt,quin lapides illis imponant. Hæc quidem à ſe aquilinum vocatum,illa verò lychnitum appellatum,propterea quòd facem adhibent,vt oua fœtum producant,& ſerpentes nidis non appropinquent. Quòd ſi maritimas etiam beluas conſuleremus,nemo admirabitur delphines ſuaptè natura benignos amare ſuos fœtus. Balenas autem & Phocas,& cætera quæ fœtus viuentes edunt,nemo contrà non admirabitur. Cùm ego, inquit,in Aegis inſula viderim Phocam à piſcatoribus comprehenſam, mortuum filium, quem in carcere,vt ſic dicam, pepererat,ita deplorare,vt triduò à cibis abſtinuerit, quamuis omniũ beluarum voraciſsima ſit.Balena autem faucibus filios abſcõdit,ſi quando maiorem beluam fugere eos contigerit.Vipera etiam viſa eſt ſerpentes, quos peperit, lingua lambere, & quaſi expolire. Cúmque Damis,cui Apollonius hæc recitarat,ex his laudare ſe dicebat illud Euripidis,Omnibus profectò hominibus filij ſunt anima.Confeſtim ſubiunxit Apollonius, id ſibi ſcitè & ſapienter dictum videri,ſed veriùs multo & ſapientiùs Euripidem dixiſſe,ſi de omnibus animalibus eandẽ protuliſſet ſententiam,in hunc modum,Cunctis animalibus filij ſunt anima. Hæc Philoſtratus. Cui in eo quod de vrſis dicit,ſubſcribunt ſacræ literæ.Nam ij.Reg.xvij.ca.Amaro,inquiunt, animo,veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat.Et Prouerbiorum xvij.item c. Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtibus,quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua.& Oſeæ xiij.ca.Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis.Quo in loco Hieronymus,Aiunt, inquit, qui de animalium ſcripſerunt naturis,inter omnes feras nihil eſſe vrſa ſæuius,cum perdiderit catulos. Sed & ei quod de leone traditum eſt,adſtipulatur Homerus hæc ſcribens lib.Iliad.17.

*ἑστήκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τεκέεσσιν*
*ᾧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσονται ἐν ὕλῃ*
*ἄνδρες ἐπακτῆρες.* Id eſt,
*Vtque leo in ſylua ſtabat ſua pignora circum*
*Cui manus occurſet catulos nemus inter agenti*
*Venatrix accincta virum.* Et iterum lib.ſeq.
*πυκνὰ μάλα στενάχων ὥς τε λῖς ἠϋγένειος*
*ᾧ ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ*
*ὕλης ἐκ πυκινῆς, ὁ δέ τ' ἄχνυται ὕστερος ἐλθὼν*
*πολλὰ δέ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν*
*εἴποθεν ἐξεύροι· μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ.* Id eſt,
*Crebra gemens nimium tanquam leo viribus ingens*
*Faucibus,abſenti venator ſi catulum audax*
*Abripuit denſo in ſaltu.dolet acre,ſequénſq;*
*Deinde nemus verſat ſcrutans veſtigia,ſi quò*
*Verſa viri inueniat,rapit illum bilis amara.*
{Et Horatius lib.Carminum 3.Ode 30.
*Non vides quanto moueas periclo*
*Pyrrhæ Getulæ catulos leænæ.*}

De eo autem quod de Tigride dictum eſt,vide & Plin.li.viij.c.xviij. & Aelianum lib.hiſtor.animalium 5. {Et Senecam Tragœdiographum in Medea,
*Vt tigris orba natis*
*Curſu furente luſtrat*
*Gangeticum nemus.* Et Martialis lib.5.Epigram.93.
*Non tigris catulis citata raptis,*
*Non dipſas medio peruſta Sole,*
*Nec ſic ſcorpius improbus timetur.*}

De Elephantis quoque idem dicit ipſe Aelianus lib.j.vbi & alia pleraque de eorum amore erga filios ſuos tradit:nec in vno tantum loco: & in poſtremo aſſerit riſu obruendos eos eſſe qui vtrùm naturalis ſit nécne amor parentum in filios,dubitant,cùm ſit in brutis animantibus.Sed & idem lib.xiiij.de Aquilis quoque in eandem ſententiam loquitur. {Nam & de ipſis atque etiam vulturibus



vulturibus eſt illa Homeri ſimilitudo lib.xvj.Odyſſeæ:
*κλαῖον δὲ λιγέως, ἀδινώτερον ἤ τ' οἰωνοὶ*
*φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες οἷσί τε τέκνα*
*ἀγρόται ἐξείλοντο πάρος πετεεινὰ γενέσθαι.*

Quibus ſignificatur illos de quibus loquitur flere abundantiùs quàm aquilas, aut vultures, quibus ruſtici filios eripiunt,antequam euolare poſsint.De Delphinorum in ſuos fœtus amore, videbis & tu multa apud Aelianum ipſum eodem illo opere ſuprà citato,lib.x.Huc quoque ſpectat illud Virgilij lib.4.Georgic.
*Qualis populea mœrens Philomela ſub vmbra*
*Amiſſos queritur fœtus,quos durus arator*
*Obſeruans nido implumes detraxit:at illa*
*Flet noctem,ramóq; ſedens miſerabile carmen*
*Integrat, & mœſtis late loca queſtubus implet.*}

Nec hæc latuerunt Bal.noſtrum,qui in l.1.col.v.verſ.expedita eſt.C.vnde vi.ſcribit bruta animalia ſalutem filiorum quadam naturali iuſtitia tueri & defendere.

15 ¶Sed quis hunc parentum affectum in liberos miretur, quando filius ſit portio corporis patris. {vel teſtimonio Ariſtotelis lib.v.Ethicorum,c.item v.& } l.cùm ſcimus.§. vlt. C.de agri. & cenſi. lib.xj.{ vbi Lucas Pen.de hac re multa collegit & illum} tex.ad hoc aureum dicit Bal.conſi.234. incip.decretum magnifici,col.1.lib.1.Et ex eo no.Bart.quòd ſi ex ſtatuto non allibrati non debẽt audiri neque in ciuilibus neque in criminalibus,certè libra patris proderit filio.Atque etiam ſi ſtatuto abſentes non potiantur priuilegiis ciuitatis, ſatis eſt patrem eſſe in ciuitate, vt filius abſens priuilegiis potiatur,perinde ac ſi præſens eſſet.Et ſequitur Ro.in l.1.§.domini,& l.2.ff.de S.C.Syl. & Pau.Caſt.conſi.cx.ſuper primo quæſito videtur dicendum,col.2.verſi.in contrarium facit,li.1. Et è diuerſo per illum tex.conſuluit Ang.conſ.2610.cuius eſt initium, ſtatuto ciuitatis,quòd nõ videtur abeſſe à ciuitate, qui in ea relinquit filios,qui ſunt pars corporis ipſius. Ex hocq; infert ad interpretationem ſtatuti.Idémque dixerat Bald.d.conſi.ccxxxviij.li.1.Neque tantùm filius eſt pars corporis patris,ſed vterque & pater & filius ſunt tanquam vnum corpus, vnáque perſona, vt aſſerit tex.in l.vlt.C.de impub.& ali.ſubſti.quem multùm commendant omnes doct.ibi, inter quos Bal.ad fi.dicit quòd id quod vnus habet,cenſetur & alter habere.& Ang.etiã ad fi.quòd habitatio patris cenſetur habitatio filij ad conſequẽdum beneficium vel priuilegium,ad quod quidem conſequendum requiritur habitatio.quod etiam voluit Bald.in l.illud.C.com.de man.Sunt, inquã,pater & filius vna caro.§.hac autoritate.35. diſt.Cuius autoritate affirmat gloſ.in c.ſtudeat, in verbo,ſui.liiij.diſt.& in c.ſuper eo,extrà de teſtib.quòd pater & filius cenſentur vna perſona, atque etiam gl.in c.tibi domino,in verbo, & iuuare,in fi.lxiij.diſt.j.quæ ex hoc dicit,quòd in patre & filio ſufficit reuocatio mandati,& ſi de ea certior non factus ſit mandatarius,per l.ſi pater. ff.de manu.vin.de quo tu vide Card.Flo.in cle.j.col.4.verſ.& ad prædicta,de renun.& Fel.in c.ex parte decani.col.xj.verſ.fallit ſeptimò,extrà de reſcrip.Et alia item gl.in c.iiij.de pœnit.diſt.iij.quæ & ex hoc quoque dicit,quòd licet quis non poſsit ieiunare per aliũ,arg.tex.ibi,poteſt tamen per filium.Et vt ſcribitur in §.ei verò,Inſtit.de inutil.ſtipu.vox vnius cenſetur eſſe vox alterius.Ideo Bald.in l.ij.in fi.C.de legit.hæred.dicit quòd promiſcua eſt poſſeſsio patris & filij,& quaſi vnum corpus,vt quod vnus poſsidet, alter poſsidere cenſeatur,per l.vlt.C.de vſufr. Quibus concinit quod apud Saxonem hiſtoriæ Danicæ lib.vij.dicit Synaldus,ſuos ipſius liberos à ſe non eſſe diuerſos,quem ſuæ generationis autorem,ſeq; ac filios vnius hominis loco eſſe cenſendos,quibus veluti vnum corpus à natura tributum videatur.Quodq; ſcribit Pau.Caſt.conſ.cclxiiij.incip. in præſenti cauſa,col.3.lib.ij.carnem filij eſſe veluti carnem patris auctam,ita quidem, vt licet efficiatur nouus homo propter nouam animam,non tamen dicitur primus homo omnino extinctus poſt mortem ipſius.Quibus{ſcribit illud Eccleſiaſtici,c.30.mortuus eſt pater eius:& quaſi nõ eſt mortuus:ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.Et quod}Hieronymus appellat liberos viſcera parentum,in epiſtolam Pauli ad Philemonem.Nam & ipſe Paulus inibi ad id alludens, Tu autem,inquit,illum,id eſt mea viſcera ſuſcipe.& Canace Ouidiana ad Macarium:
*Cùm mea me coram ſyluas inimicus in altas*
*Viſcera montanis ferret edenda lupis.* Et paulò pòſt:
*Diripiunt auidæ viſcera noſtra feræ.* Et Dido quoque ipſa Ouidiana ad Aeneam:
*Forſitan & grauidam Dido ſcelerate relinquis,*
*Párſq; tui latitat corpore clauſa meo.*

16 ¶Ex quibus illud fit,quòd licèt cùm vindicta permittitur,ea debeat ab eo tantùm capi,ac propriis ipſius manibus,cui conceſſa eſt,non etiam alteri demandari,l.ſeruus ſi hæredi,ibi, perſonæ dũtaxat eius.ff.de ſtatulibe.& voluit gl.in l.cùm fundum.ff.de vi & vi arma.& Bal.in l.ad officium,in fi.C.com.diuid.cum multis concord.à me congeſtis in noſtris conſuetudinibus tit.8.§.item 8. in gl.2.{ & iterum in noſtro tracta.retractuum,tit.j.q.xxvj.in gl.j.nu.62.ſed caue.} Poteſt tamen id per filium agi,tanquam ſcilicet per eandem perſonam actum videatur,per tex.in l. Gracchus. C. de adult.quem ita intelligit Bal.& expreſsiùs Salyc.ibi,& Bar.in l.non ſolùm.§.ſi mandato, col.2. verſ.circa primum.ff.de iniuriis.& Rom.in l.j.ff.in ius vocati vt eant, & conſ.cccclxxxiiij. incip.

hoc

hoc quod vicinus,verſ.quartò idẽ probatur.Alex.& Iaſ.in l.j.§.vſufructuarius.ff.de ope.no.nun. & Petr.Belluga.in ſpeculo principum,tit.de principe prohibente militem guerrificare. §.j. col.ix. verſ.ad ſecundum eſt videre,{Ang.Aret.in tract.malefic.in verbo,che me hai adulterato, nu.64. an maritus poſsit} & Fely.qui hoc dicit notandum tanquam nouum,in c.quæ in eccleſiarũ, col. 4.verſ.hoc intellige,extrà de conſt.& in c.ſi verò,col.j.verſ.limita niſi pater.extrà de ſenten.excom.& Hippo.Marſi.in l.j.char.j.in paruis,nu.4.C.de rapt.vir.& in l.mandatum,poſt princ.ff.de ſica.& ſing.448.habens poteſtatem.Quanquam contrarium voluerit idem Felyn. ipſe ſibi ideo contrarius,in c.vlt.§.is autem,col.vlt.extra de offic.dele.& ante illum Bald.quem tamen non allegat,conſi.clxxiij.in ciuitate clerici.col.ij.lib.iij.vbi dicit per gl.in d.l.cùm fundum, quòd ſtatutũ permittens vindictam offenſo,intelligitur de eo tantum,qui eſt corporaliter offenſus,non de eo qui iuris fictione eſſet offenſus.vnde pater,inquit,& filius offenſi non poſſunt huiuſmodi vltionem ſumere.Quanquam dici poteſt Bal.ibi loqui quando filius ſine mandato aut iuſsione patris veluti iure proprio id vellet facere,quod vtique non poteſt,vt in caſu d.l.Gracchus, voluerunt Bal.& Saly.in ea.& allegat ipſe Saly.c.l.patri:& l.ſeq.ff.eo.tit.de adul.Sed quicquid ſit de ea re,certè priori ſententiæ adſtipulatur:quòd licèt vbi eſt electa induſtria perſonæ,non poteſt alter ſubſtitui.d.c.vlt.de offi.deleg.cum ſi.poteſt tamen filius delegari,vt pulchrè & no.voluit Rom.in d. l.j.ff.in ius voca.vt eant.per l.ſciendum, §. legati. ff.de legatio.vbi legati vicarios dare non alios poſſunt,niſi filios ſuos.Ex quo dicit Bald.in rubrica extrà de procur.col. vlt. verſ.nunquid ambaſiator,quòd ambaſiator (ita vocant barbari legatum) ſi ægrotat, aliquem loco ſui conſtituere non poteſt,niſi filium ſuum.& illud Rom.dictum ſin.reputat Fely.in c.j.col.j.in fi.extrà de mag. & Hippo.Marſil.in d.l.j.nu.6.C.de rapt.virg.& ſing.clx.pater & filius.Licet de hoc videatur dubitare ipſe Fely.in c.afferte,col.ij.extrà de præſumpt.& etiam Fran.Purp.in l.more,col.xiij.verſ. & reſtringi debet.ff.de iuriſd.omn.iud.& in tractatu de offi.aſſeſ.col.penul.& apertè contrarium teneat ipſe Fely.negans illum tex.extra ſuum caſum extendendum,in d.c.vlt.§.is autem,col.vlt. de offi.deleg.& vide hîc etiam tex.in l.filius.ff.de lega.

17 ¶Ex eadem officina prodit nouum Barb.dictum,vt ipſe appellat,& vt ego quoque addo,mirandum,in tracta.de præſtan.Card.parte j.q.item.j.col.ix.verſ.ſexto cardinalatus.quòd filius vaſſallus patris non tenetur iurare fidelitatem ipſi patri,cùm ſit vna vtriuſque & eadem perſona:quẽadmodũ,inquit,nec tenẽtur cardinales iurare papæ, quia ſunt pars corporis ipſius,vt dicit ſing. Hoſt.in c.antiqua,de priuileg.licet epiſcopi iurent.c.ego.N.de iureiur.Quod quidem Barb.dictũ, an verum ſit,non parum dubito,tum quia in ea re,quæ vinculum animæ reſpicit,cuiuſmodi eſt iuramentum,non poſſunt videri pater & filius vna eadémque perſona,quemadmodum nec vna anima,vt etiam dicit è noſtris Bal.in l.maximum vitium,col.ij.in fin.C.de lib.præter.immo nec portio animæ,cùm anima non ſit ex traduce,ſicut corpus,ex Orthodoxorũ ſententia,quicquid aſſeruerit Apollinarius {& Tertullianus & maxi.pars Orientalium.}de quo per gl.in c.quod vero,32.q.ij.Gregorius Nyſſenus lib.philoſophiæ ij,cui titulus eſt de anima.c.vj.{ D.Hieronymus ad Pammachium aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani,& aduerſus Ruffinum Apolo.ij. & epiſt.earũ quæ ſunt diui Auguſtini,xxvij.& ipſe Auguſt.epiſt.ſeq.& in epiſt.7. quæ eſt ad Marcel.iterúmq; epiſto.clvij.ad Optatum.}Ideoq; nec iuramentum vnius eſt iuramentum alterius,vt no.in c.veritatis,de iureiur.& in l.generaliter,in prin.C.eo.tit.& copioſiſsimè diximus in noſtris conſuetudinibus,tit.ix.c.3.in gl.j.Tum quoque,quia hoc reſpectu, quòd alter eorũ eſt dominus feudi,alter vaſallus,ſunt diuerſæ perſonæ.Quemadmodũ ſi è diuerſo filius eſſet magiſtratus patre ſuperior,certè in iis quæ ad munus ipſius magiſtratus pertinẽt,pater ius ſuũ amittit, nec vt pater cenſendus eſt,ſed vt alius quilibet.l.ille à quo.§.vlt.ff.ad Treb.& eleganter ex Phauorino illuſtri philoſopho non minùs illuſtri exemplo comprobat Gellius lib.noctium Atticarum ij. c.item ij. & latè etiam diſſeruimus in tractatu nobilitatis.{ c.28.nu.8.quid quòd tantus,& multis ſeq.

18 ¶Sed vtcunque hoc habeat in hoc Barb.caſu,certè eodem ſpectat, quod ſcribit gloſſ.not.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb.oblig.quòd prohibitus alienare in potentiorem, poteſt nihilominus alienare in filium ſuum etiam potentiorem,quaſi non cenſeatur alienare in alium,qui in filium alienat,& ſequuntur Bart.Raph.& Iaſ.ibi & ipſe Bald.in l.ea lege,col.penul.verſ.quintò quæritur.C. de condi.ob cau.per tex.de quo mox loquemur,ſcilicet in l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.ſequitur item Firmia.in tracta.de epiſc.in 4.parte,lib.4.in xlv.q.verſ.an autem prohibitus.Fely.in d. c. afferte, col.ij.de præſumpt.& Hippo.Marſi.in l.inauditum,col.ij.ff.de ſica.& in l.j.nu.8.C.de raptu virg. & ſing.clx.incip.pater & filius,vbi hoc dicit ſing.& Ludoui.Gomeſſ.in §.quædam,col.ix. verſic. quintò limitatur,Inſtit.de actio.Et generaliter dicit Bald.in l.cum pater.§.cùm inter,per illum tex. ff.de lega.ij.quòd prohibitus alienare,poteſt tamen in filium alienare,quod & idẽ aſſerit ipſe Bald. conſi.358,quidam Lucanus,col.ij.verſ.de eo autem,lib.j.per not.in d,§.ea lege,& in l.j.C.de impo. luc.deſcrip.lib.x.& rurſum ipſe Bald.conſi.ccliij.incip.caſus talis eſt,quidam de ciuitate,col.ij.li.iij. & conſi.460.punctus talis eſt,quidam reliquit,col.j.lib.v.vbi & id dicit procedere in filio naturali; & conſi.ſeq.quando teſtator prohibet,in prin.eo.lib.v.Nam & dicitur,inquit,potiùs cõtinuatio, quàm alienatio,per d.l.in ſuis.A quo non longè diſtat quod reſpondit idẽ Bal.conſi.lij.hoc exordio,ſubſtitutio facta,circa medium,lib.ij.per d.l.in ſuis,& alia quædam iura, vt ibi videre poteris, & Raph.Fulg.conſi.cxvij.Ioannes,col.iij.verſi.reliqua deliberatio.& conſil. ccxv.in primo.col.ij. dum



dum vtrobique allegat not.in d.§.ea lege.{& vide interim D. à Rota deciſio. clxxvij. ceſsio facta in nouis,vbi diſputatur,vtrùm valeat ceſsio à patre facta filio clerico.}

19 ¶Et ſanè in hæc omnia eſt optimus tex.in d.l.in ſuis,cuius hæc verba ſunt,in ſuis hæredib.euidentiùs apparet continuationem dominij eorum perdurare(ita enim ſcribendum eſt,non perducere)vt nulla videatur hæreditas fuiſſe,quaſi olim hi domini eſſent,qui etiam viuo patre quodámodo domini exiſtimantur.Et paulò pòſt,Itaque poſt mortem patris non hæreditatem percipere videntur,ſed magis liberam bonorum adminiſtrationẽ conſequuntur.Ex quo not.Ang.Imo. Raph.Cu.& Franc.Aret.quòd ſtatutum ex quo debet ſolui gabella ex acquiſitione dominij, aut etiam ex hæreditate,non compræhendit filium hæredem patris:quod & tenuit idem Angel.in l. cùm in adoptiuis,col.ij.C.de adopt.& Ioan.Plat.in d.l.j.in ij.notab.C.de impo.lucra. deſcript.& in procemio Inſtit.in verbo,Alemanicus.& latè Corn.conſi.cclxviij.in hac conſultatione,col.iij. lib.iij.vbi ſuper hoc nuncupatim conſuluit,& Benedict.Cap.conſi.xlj.hoc capite,etſi Venantius. & Barb.conſi.xlix.illud afferam,col.ij.lib.j.& Philip.Dec.in l.vlt.col.iij.verſ. & ſi expreſsè ſtatutum.C.de edict.diui Adria.tollen.& conſi.262.in cauſa magnifici.col.ij.verſ.ſeptimo.De quo tamen vide Alex.& Iaſ.in d.l.in ſuis.Et idem in ſtatuto iubente ſolui gabellam ex quolibet lucro, vt ſcilicet non comprehendat ſucceſsionem patris obuentam filio,voluit Bart.& Plat.in d.l.j.in princ.C.de impo.luc.deſcri.lib.x.& ſequitur { Alex.conſ.cxliiij.Viſo themate,col.4. verſi.nec ſimiliter.}Socin.conſ.cxviij.ſi volumus,lib.iij.& illius præceptor Franc.Aret.in l.ſi duo,col.j. in fi. ff.de acquiren.hæred.vbi dicit facere tex.not.in l.ſi quis in teſtamento.ff. de cond.inſtit. vbi ipſe Bart.circa medium,illius rationem reddit,quia hæreditas patris non eſt propriè lucrum:& qui eã perdit,dicitur pati damnum,per l.vlt.C.de codici.aut certè quaſi damnum,vt no.in l.ij.C.de iur. & fac.igno.Sequitur etiam idem Aret.conſ.ij.cuius eſt initium,Intellecta diligenter,col.j.verſ.pro iſta concluſione.Licèt idem in d.l.in ſuis,in prin.ita referat Bart. tanquàm contrarium tenuerit, & ita etiam illum ſequitur,ſibi contrarius.Sed priorem ſententiam ſequitur Georg. Na.in rep.c. quamuis,col.pen.verſ.tu tamen tenendo,de pac.lib.vj.vbi reprehendit Ang.qui aliter tenuiſſe videtur in §.ſi verò expectet,in auth.de nup.Et pro ea ſententia optimè facit, quod non admodũ longè voluit gloſſ. in c.paſtoralis,in verbo,quaſi de lucro,extra de deci.quòd licèt de omni lucro debeat ſolui decima,per tex.ibi,non tenetur tamen filius ſoluere ex hæreditate paterna , per d.l. in ſuis,& d.l.vlt.C.de imp.& ali.ſubſt.& illam gl.ſequuntur Ala.Vincen.Hoſtien.Io.And.& Pan. ibi Raph.Co.in d.l.in ſuis.& nouiſsimè Phil.Dec.in l.vlt.col.ij.verſ. vlterius tamen.C.de impub. & ali.ſubſt.& conſ.cccxxxj.pro reſolutione,vbi & illud ſequitur quod diximus de gabella ex lucro ſoluenda.& Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ incip.intentionis noſtræ,col.8. verſ.item quæro, dicitur hîc Quibus & finitimum eſt quod tradit Bald.in d.c.quæ in eccleſiarum,col.pen.verſ.extra quæro,extrà de conſtit.quòd filij non debent laudimia ex patris ſucceſsione , quia non eſt noua acquiſitio,ſed dominij continuatio.{ & ſequitur Philip.Dec.in auth.prætereà,col.penul.C. vnde vir,& vxo.& conſi.443.in caſu ad me tranſmiſſo,col.j.verſ.quia filius.& dicit Bald. conſil. xxxvij.Decreto.col.ij.verſ.item alienatio.lib.iij.non propriè dici alienationem quæ fit in filios, per d.l.j.de impo.lucra.deſcript.}

20 ¶Et hæc omnia confirmat,quod etiam per d.l.in ſuis,affirmat gl.in c.j.§.vlt.tit.de feud.cog.quòd filius poſt mortem patris vaſſalli nõ dicitur feudum acquirere,ſed acquiſitum capere,quam not. & ſequuntur Iac.Bel.Bald.qui dicit menti tenendum hunc pulchrum & ſapidum morem loquẽdi,Mar.Laud.Aluar.& Cardi.Alex.ibi.& Barb.conſ.x.incip.ſapienter ſcribitur 1. Regum,col.iij.li. ij.vbi illam dicit valde ſing.& conſi.lxxiij.magnanimus,col.iij.lib.4.& in rep.Rubricæ C.qui admit.col.4.verſ.ſecundò mihi videtur & Bapti.Cacia.qui eam dicit not.in repet.c.j.in vj.prin.parte.in vlt.differentia.d.tit.de feud.cog.Cui & ſimile eſt quod dicit Bal.in c.j.col.vlt. tit. an mutus vel ali.impe.quòd ſuus hæres viuente patre dicitur feudatarius,arg.l.ſi is qui duos. ff. de lib. leg. Et ideo,inquit poſt mortem patris non dicitur ſuccedere in feudo , ſed illud retinere,per d. l. in ſuis.Et quod ſcribit idem Bald.in l.cùm antiquioribus,col.vj.verſ.decimò ſic.C.de iur.deli.quòd filius viuo etiam patre dicitur poſsidere feudum.Id cóque & in eum ſine alia inueſtitura continuatur poſſeſsio:& hoc dicit ſing.Iaſ.in l.quotiens,col.vij.verſ.nota etiã perpetuò.C.de rei vẽd. & in l.ſi ſorori,ad fi.C.de iur.delib.& Catel.Cotta in memor.inci.feudũ viuo etiam patre.& alij quos congeſsimus in noſtris cõſuetudinibus,tit.xvij.§.3.gl.j.col.3.verſ.illud tamẽ quod diximus.

21 ¶Huc quoque pertinent & alij tex.Primùm quidem tex.appellans reges filios regis in l.ij.§. exactis deinde regibus.ff.de orig.iur.vbi iuriſconſultus dicit exactos reges numero multitudinis, cũ vnus tantùm rex eſſet,ſcilicet Tarquinius:vt hinc intelligas,illius filios , quos reges etiam vocat, fuiſſe,& cum eo exactos,vt omnes Romanæ hiſtoriæ ſcriptores recẽſent,& inter cæteros Liuius circa initia libri ij.vbi & ſæpius reges exactos numero plurali ſcribit.Et libro iij.cùm primum dixiſſet,quæ ſi in rege tum eodem,tunc in filio regis ferenda non fuerit. quo in loco loquitur de ipſo Tarquinio,& eius filio.non multò poſt dicit reges exactos,regem ſcilicet,& filium ipſius.Et ita ea verba d.l.ij.intelligit Zaſius vir,præter iuris ſcientiam,omnium bonarum artium peritiſsimus,& poſt eum Hiero. Cagnolus,licèt Accurſius aliò eam verborum pluralitatem non inſcitè tamẽ referat.Sed & Tullius Philip.3.& iterum v.{rurſumq; li.1.de diuina.haud multò poſt prin.} reges etiam exactos dicit,cùm de eadem re loqueretur,& priori loco paulò ante dixiſſet ſingulariter

riter Tarquinium expulſum.{Et Valerius quoque maximus iiſdem verbis in re eadem vtitur li. 4.c.j.poſt princ.& iterum lib.viij.c.ix.etiam poſt princ.& Plinius lib.18.c.3.} Ex quibus potes intelligere regis filios reges dici.Id quod planè aſſerit glo.in cap.vlt.xxiiij.q.j.ex eo tex.qui regem vocat quempiam filium regis,& etiam allegat d.l.in ſuis.& eam glo.ſequitur Andr.Iſern.in præ lu.feud.& in cap.j.& ibi etiam Aluar.col.antepen.verſ.quæro an filius regis.Mart.Laud.col.vlt.& Cardin.Alex.col.iij.in princ.tit.quis dica.dux.co.mar.& idem Andr.in procemio conſtit.Siciliæ,& in conſtitut.incip.proſequentes,col.iij.& ibi quoque Matth.Afflict.in viij. q. vbi per hæc dicunt, quòd filius comitis potitur priuilegio illius conſtitutionis loquentis de comite,& idem Matth.in conſtitut.incip.intentionis noſtræ,col.8. verſ.item pro iſta parte.& in tract.protomixeos. col.7. Sequitur item eam gl.Bal.in d.l.in ſuis.per illum tex.tam in lect.quàm in repet.ad fin.in pen.q.& ibi quoque Alber.& idem Bald.in l.quæſitum.§.ſi ſeruus mihi.ff.de leg.j. vbi tamen locum illius glo.non deſignat.& conſ.389.conſuetudo eſt in nonnullis regnis,col.3. verſ. item primogenitus dicitur,lib.ij.Alb.in l.pactum.C.de rei vendi.& Raph.Com.conſi.131.cuius eſt exordium.duo fratres,poſt princ.Panor.qui hoc dicit procedere ex conſuetudine à lege inducta,in c.tanta , col.iij. extra qui fil.ſint legit.Ioan.Ray.in §.præterea ſi quis,col.3.verſ.& iſta inducebant , tit.de prohib. feud.alien.per Fed.Barb.in repe.rub.de cauſ.poſſ.& pro.in 22.char.verſ.opportunè ſe offert modò quæſtio.& conſi.xlix.incip.illud adferam,col.ij.lib.j.& conſ.x.cuius eſt princ.ſapienter ſcribitur,col.iij.lib.4.quibus locis dicit illam glo.valde ſing.& d.conſ.lxxiij.col.3.lib.4.& Card.Alex.in c.per venerabilem.§.quod autem,col.30.verſ.poſtremò ad eandem materiam , qui fil.ſunt legit. Iaſ.qui & eam glo.dicit no.conſ.cxcij.exorta eſt,col.iij.verſ.corroboratur,lib.ij.{ & iterum conſi. x.nonnulli,col.iij.circa med.lib.iij.}Philip.Dec.conſ.cclxij.in cauſa magnifici,col.ij.verſ.ſeptimò. {Carol.Rui.conſ.xix.in hac controuerſia,col.j.nu.2.lib.j.Latè Ant.Corſet.in tract.de poteſtat. & excellent.regi.in xxv.q.} Franc.Luca.in tractat.de priuileg.fiſ.parte j.in cxix.caſu.Lud.Gozad.in repet.l.ſi patris,col.x.verſ.tertiò ſequitur.C.vnde libe.vbi & illam glo.dicit ſing.Nec longè tamẽ ab ea diſtat & alia glo.in c.Adrianus,in verbo,auguſtos.lxiij.diſt.quæ dicit,quòd filij imperatorum dicuntur Auguſti,per illum tex.qui non ſolùm Baſilicum(ita enim legendum eſt,non Baſilium,vt vulgo legitur)imperatorem Conſtantinopolitanum , ſed & Conſtantinum & Leonem ipſius filios Auguſtos appellat.Sed id certè non ideo fit,quòd eſſent filij imperatoris,ſed quia pater eos conſortes imperij fecerat.Nam alibi,ſcilicet in noſtro tractatu primigeniorum. q.17.in 4. opi.ſatis ſuperq; oſtendimus Auguſtos eos vocari ſolitos,qui iam ad imperium adſciti eſſent:qui verò ſucceſſores deſignabantur,Cæſares,non Auguſti vocabantur. Sed & ad eam priorem gloſ. propius accedit alia in c.denique,in verbo,rege ſuo. vij. q.j. prout eam intelligit & citat Franciſ. Curt.ſenior.qui eam auream dixit conſ.lxxiiij.incip.ſuper memorata,col.j.in fi.videlicet quòd filij regum de iure debent eſſe reges,& reges appellari. Verùm ea glo. de huiuſmodi appellatione nihil dicit,ſed illud ſcribit,quòd filij regum debent eſſe reges,id eſt,ſuccedere patri in regno, vt ſatis declarat tex.ibid.loquens de Roboam filio Salomonis,qui patri ſucceſsit,& alia iura quæ illa gl.allegat.{Virgilius autem li.ix. Aeneid.Aſcanium regem appellat,quòd eſſet regis filius,cùm dicit, *Regemque requirunt*.Quo in loco ſeruius id annotat.}

22 ¶Cæterùm,vt ad alios tex.veniamus ad hunc locum pertinentes,habemus tex.in d.l.j.§.domini appellatione etiam filiusfa.ff.de Senatuſconſ.Syllan.quòd domini appellatione continetur & filius domini etiã emancipatus.Ex quo no.Bar.& Bal.quòd pœna,quæ imponitur vaſallo, ſi quid faciat contra dominum, habet locum ſi faciat contra filium domini.Itẽ quòd libra ſiue cataſtrũ, vt ipſi loquuntur,patris prodeſt filio etiam emancipato:quod vltimũ etiã dicit Ro.ibi , & idem Bar.in d.l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſi.li.xj.Sed & ex eo tex.in d.§.domini,not.ipſe Bal.quòd ſtatutum puniens pœna dupli offendentem alterũ in domo ipſius,habet locũ in offendẽte filiũ in domo patris,tanquam domus patris dicatur domus filij.& ſequitur Socin.in l.plerique.col.v. in quinta quæſt.ff.de in ius vocan. vbi & ipſe dicit:quòd cùm nullũ de domo ſua in ius vocari liceat per tex.ibi,certè etiã filius ex domo patris vocari non debet.Habemus etiã tex.in l.lcèt.§. patronos,ff.de verb.ſignif.vbi liberti patris poſſunt dici liberti filij.Et in l.patris &filij.ff.de vulg. & pup.vbi teſtamẽtũ patris & filij pro vno habetur:ideóq; vna vtriq; ſolẽnitas ſatis eſt.Ex quo no.Ang.quòd ſi ex forma ſtatuti notarius debeat tãtũ habere pro quolibet teſtamẽto, vel quòd ſoluatur gabella de vnoquoque inſtrumento,non debet notarius pro teſtamento patris & filij niſi illud vnum & ſimplex,nec ſolui debet niſi vna gabella.Sequuntur Imo.& Alex.ibi,& Barb. in c.j.de mutu.petit.& in c.cum dilectus,col.xxvij.de ordi.cogni.licèt contrarium teneat Franc. Aret.in d.l.patris & filij.Sed & per illum tex.dicit Bart.in l.inficiando,§.infans , in fin.ff.de furt. quòd ſi ſtatutum prohibet inuitari ad cõuiuium vel ad nuptias vltra xij.dominas, ſi pater & filius ſimul faciant ſuas nuptias,non poterunt ad eas inuitari vltra xij.dominas,tãquàm ſint vnæ tantùm nuptiæ.Sequuntur Franc.Aret.& Iaſ.in d.l.patris & filij.& Barb. in locis in præcedenti verſ.alleg.& præterea in rubr.de cauſ.poſſ.& propr.char.xxvij.Ioan. Ana. in c.vlt.col.x. verſ.ex prædictis infert ad quæſtionem,de collu.dete.Licèt Ang.in d.§.infans,tenuerit contrarium.Sed priorem ſententiam,& omnia quæ ſuprà diximus,cõfirmat,quòd cum apud antiquos illos Romanos C.Licinius Stolo Tribunus plebis legem promulgaſſet,ne cuiquàm pluſquàm quingẽta iugera agri poſsidere liceret,vt refert Liuius li.vj.ab vrbe condita, ipſe Licinius poſteà à M.Popilio



pilio Lenate ſua lege decem millibus æris eſt damnatus, quòd mille iugerum agrũ cum filio poſſideret,emancipandóque filium,fraudem legi feciſſet,vt prodit idem Liuius lib. ſeq. { & Valerius Maxim.lib 8.c.6.}De qua re etiam aliquid ſcribit Columella lib.1.rei ruſticæ.cap.3.vbi tamen nihil de ea fraude dicit.{ & Plin.lib.18.c.3.& alter Plinius,ſi is fuit,in libro de viris illuſtribus,vbi de Licinio Stolone,& Plutarchus in Camillo,Gellius lib.9.cap.20.}

23 ¶Iam ſatis textuum,vt opinor,habemus.Supereſt gl.omnibus not.in l.ij.C.qui ætat.vel prof.lib. 10.quæ dicit,quòd cùm eadem ſit perſona patris & filij,ſi pater ſubeat munera,non tenetur filius ſubire:ſufficit enim patrẽ ſubire pro vtroque.quam ſequitur Ioan.Plat.ibi. & pro ea eſt optimus text.in l.diximus,§.ſi pater.ff.de excuſa.tuto.vbi Bal.hinc ſumpta occaſione eam gl.citat, & dicit ſing.ad hoc quòd ſolutio collectæ facta à patre, prodeſt filio. Ideóque ſi ex ſtatuto non ſoluens collectam poſsit impunè offendi,ſi pater ſoluit,filius cenſetur ſoluiſſe,nec offendi poterit.Et idẽ Bal.illam in aliis multis locis citat & ſequitur,videlicet in l.non plures,in fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.vbi per eam dicit,quòd pater & filius in muneribus cenſentur quid inſeparabile.& in l.ij.ante fi.C.de libert.& eor.lib.vbi dicit ex ea,quòd recepto patre ad ciuilitatem vel extimum ciuium, omnes filij gaudent priuilegio extimi.& in d.l.vlt.in fi.& ibi quoque Alex.Corne.Franc.Aret.& Iaſ.C.de impub.& aliis ſubſt.& idem Bald.in l.etiam,col.pen.verſi.modo videndum , C.de execut.rei iudic. vbi ex ea dicit, quòd pater cùm multis filiis pro vno capite cenſentur.& in d.l.j. §. illud.C.comm.de manumiſ. vbi ex ea dicit quòd domus habitationis patris cenſetur domus habitationis filij,& cã dicit not.& in l.ſciendum,col.vlt.& ibi ex recentioribus Iaſ.qui & illam dicit ſing.ff.qui ſatiſda.cogan.vbi per ea dicũt,quòd ſi ſit ſtatutum,quòd nullus poſsit eſſe prior ciuitatis, niſi habeat in bonis libras mille,ſicuti olim ex legibus antiquis Romanorum(vt id quoque obiter dicam)ſenatores,equites,iudices,& cæteri magiſtratus cenſu legebantur, autore Plinio ſeniore in procemio libri 13.naturalis hiſtoriæ,& Plinio iuniore cùm in multis locis , tum præcipuè epiſt.ad Romanum Firmum, lib. 1.& Horatio in epiſtolis,illis verſibus,

*Pater & filius cenſentur quid inſeparabile.*

*Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,*
*Eſt animus tibi,ſunt mores,& lingua fidéſque, Plebs eris.*

Et aliis multis ſcriptoribus.Extantibus igitur huiuſmodi legibus aut ſtatutis,vt redeamus ad caſum Bald.& Iaſon in d.l.ſciendum,bona patris in hac re proſunt filio,tãquam ſua ipſius, vt cooptari poſsit in eum ordinem ſiue magiſtratum.& idem quoque tenet Albe.in d.l.in ſuis,vbi dicit ſe de conſilio aliorũ peritorum Bergami conſuluiſſe, quòd filius cuius pater trecenta habebat in facultatibus,poteſt eligi ad officium,cui obtinendo neceſſaria ſint ea trecẽta in bonis,refert & ſequitur Raph.Com.d.conſ.cxxxj.duos fratres,vbi per hoc ſing.dicit,quòd in caſu auth.præterea. C. vnde vir & vxor.nõ dicitur vir aut mulier laborare inopia,cuius pater diues eſt.quod poſtremum dictum etiam aſſerunt idem Rapha. in d.l.in ſuis.{& ibi quoque Ang.Peruſin.in repet. col.ij.} & Corn.qui dicit quoſdam recentiores & legendo & conſulendo ita tenuiſſe in d. auth. præterea,col.pe.& ibi quoque Alex.col.3.verſ.ſed iuxta prædicta.{& Fran.Curt.Iunior col.3.nu. 9.} & Roma.in l.j.§.domini appellatione,col.ij.verſ.item facit & ſecundo,& col.ſeq. verſic.item ad id.ff.de S.C.Sylla.vbi tamen circa hoc diſtinguit.& Soci.qui hoc reputat ſing.con.xxx.incip. in cauſa dominæ,col.3.lib.4.& conſ.cxxj.cuius caput eſt,præmittenda eſt diſputatio,col.vlt.eod. lib.4.licet contrarium tenuerint Iaſ.Phil.Dec.& Franc.Pepi.in d.authen. præterea,ille.col.3.Dec. col.pen.hic col.ix.& ſeq.in repet.Sed vt redeamus ad primum illud dictum Bald.in d.l.ſciẽdum, & Alber.in d.l.in ſuis,{idem etiam voluit ipſe Alber.in prima parte ſtatutorum.q.lxxj. item pone ſtatuto ciuitatis,& iterum q.cix.item quæro ſtatuto caſtri.& id quoque}ſequitur Alex. in d.l. vlt.C.de impub.& ali.ſubſtit.& Barb.in tractatu de præſtan.Cardin.in prima parte quæſtio.j.col. 9.verſi.ſexto Cardinalatus.& in d.conſi.x.col.3.lib.2.& Socin.qui id reputat ſing.in d.l.plerique, col.v.in v.quæſt.ff.de in ius vocan.& D.Bened.in repet.c.Raynutius, in verbo , & vxorem nomine Adelaſiam,nu.809.& ſeq.de teſta.& Felyn.in d.c.j.col.j.extra de magiſt.& Iaſon in l.filius paciſcendo,in j.not.C.de pact.Quin plus voluit Bald.per illam glo.quam dicit ſing.in c. quæ in eccleſiarum.col.vlt.de conſtit.quòd in caſu illius ſtatuti,de quo ſuprà proximè diximus , extimũ ſiue cataſtrũ patris prodeſt omnibus filiis inſolidum,vt poſsint omnes illud officium,vt cum noſtris loquar,obtinere quandiu pater viuit,ac ſi quilibet eorũ tantùm haberet in bonis. Sed & illã glo.ſequitur Bald.in d.l.j.§.domini.ff.de ſenatuſ.Syllani.vbi eam quoque dicit ſing.obtinere locum ſiue filij ſint emancipati,ſiue in poteſtate patris.de quo tu vide omnino Iaſ.& Phil.Dec.inter ſe digladiantes in d.l.vlt.C.de impub.& ali.ſub.{& tex.in l.ij.§.incolumes.ff.de vaca.muner.} Illam quoque gl.ſequitur idem Bald.in c.filius.tit.de capi.qui cur.vend. vbi ex ea dicit , quòd filius non debet habere honorem paternum,& onera hæreditatis repudiare , quia cenſetur eadem perſona.& in addit.Spec.tit.de cenſib.§.nunc dicendum,in fi.& conſi.cxxxviij.Petrinus de Iſco, circa med.lib.1.vbi eam dicit elegantem.& conſi.ſeq.conſuetudo eſt,col.j. vbi & eam dicit ſingu. ſed vtrobique eam intelligit in filiofa.tantùm,non etiam in emancipato,ſibi in hoc contradicẽs. & conſi.ccxxxiiij.decretum magnifici,col.j.eo.lib. 1. vbi per eam dicit , quòd pater & filius ſunt vna identitas,& vnum eſt vtriuſque domicilium,eámque etiam dicit ſing.& conſil. cccclxxxvj. quidam dominus,in fi.eo.lib.1.& conſ.cclxxxix.hoc exordio,conſuetudo eſt,col.ij.verſ.ſecundò hoc probatur.lib.2.vbi & ex ea dicit, quòd pater & filius in muneribus & honoribus ad intelle-

ctum vnius perſonæ reducuntur.& conſi.cv.in cauſa quæ vertitur,col.2.lib.3.& conſil. ccxciiij. iſta cauſa,col.1.lib.4.vbi eam dicit not. & per eam dicit quòd libra patris cenſetur libra filij. Sequuntur item illā gl.Pau.Ca.conſ.cx.ſuper primo quæſito,col.2.verſi.in contrarium.lib.1.Alex. in d.l.in ſuis.col.2.& in d.auth.præterea,vbi ſuprà.& conſi.xlviij.ſuper hæſitatione de qua quęritur,col.1.verſ.tertiò pro hoc facit,lib.1.& conſi.ccxv.viſis & opportunè digeſtis,col.2. & iterū col.vlt.lib.2,Cep.cauſarum criminalium conſil. xxj.ego Bartholomæus,col.vlt.vbi ex hoc dicit, quòd ſi ex ſtatuto debeat manus amputari condemnato ad certam pecuniā ob delictum, niſi ſit idoneus ſolutioni illius pecuniæ,certè is cenſetur eſſe idoneus,cui pater ſoluendo eſt.Sed & eam gl.ſequitur Corn.d.conſ.cclxviij.in hac conſultatione,col.2.lib.3.& Barb.d.conſ.x.ſapienter ſcribitur.lib.2.& conſ.lxvj.ſcribitur præclarè,col.pen.eo.lib.2.& in d.conſi.lxxiij.col.3.lib. 4. & in d. tracta.de præſtan.Cardin.in j.parte q.ij.col.pe.Soci.col.lxxxiiij.accuratiſsimè,col.iij.eo.lib. 3. & d. conſ.30.in cauſa dominæ,col.3.verſ.bene facit,lib.4.Fran.Curt.ſenior conſ.49. memoriæ recolēdæ dux,col.17.verſ.& cum dominus.& conſ.50.cuius eſt idem initium,col.60.verſ.dum dicunt aduerſarij.Iaſ.latè in d.l.filius paciſcendo,in prin.C.de pact.& Phil.Dec.in ca.epiſcopus,extra de preb.Ant.Corſet.qui eam gl.dicit ſing.in tractatu de pote.& excel.regia.in 25.q.col.2. & omnes vbiq; pręter vnum Ro.(niſi nos fallat memoria)qui eā reprobat in d.l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cog. hinc occaſione ſumpta,quòd Guil.Cu.Bart.Alberi.& omnes ibi aſſerunt poſſeſsionē immobiliū patris non prodeſſe filio in caſu illius l.Sed pro illa gl.vide tex.in c.1.extra de magi. probantem, vt etiam not.Panor.{& Fely.}ibi,non eſſe verum pauperem,cui pater diues eſt.& in c.clericos.1. q.2..& in c.vlt.in fi.16.q.1.{& eam gl.ſequi videtur Fran.Aret.in l.maritum.col.vlt.ff.ſolu.matri.}

24 ¶Et hæc ſanè confirmat,quòd ſi pater munus quodpiam aut magiſtratum geſſerit,non ſibi tantùm ſed filio præbet vacationem eiuſdem muneris intra tempora legibus definita. Quod vt intelligas,illud nobis primū ex antiquis legibus repetendum eſt,quòd olim apud Romanos ex lege non licebat eundē magiſtratum intra 10.annos capere,vt traditum eſt à Tito Liuio,ad calcem libri 7.ab vrbe condita,atque iterum lib.10.vbi refert Q.Fabium Maximū vrgente maxima neceſsitate,Conſulem dictum,legem hanc recitari iuſsiſſe,quæ illi huius muneris vacationem præbeat:quod & aſtruit Iulius Florus in epitome ipſius,tū libro lj. tum quoq; 56. in quo ſcribit Scipionem Africanū ob eandem legem conſulatum ſibi vltro delatum à S.P.Q. R. minimè capere voluiſſe.Huius autem legis verba adſcribit Tullius lib.3.de legibus,Eundem magiſtratum, ni interfuerint decem anni,ne capito.At Liuius,vt ad eum redeamus,ſcribit lib.7.ſecundi Belli Puni. C.& L.Arianos tribunos plebis,cum Q. Fuluius Conſul diceretur ſe interpoſuiſſe : neque enim magiſtratum continuari ſatis ciuile erat.Idem lib.3.ab vrbe condita tradit ſenatū cenſuiſſe magiſtratus continuari,contra rempublicam eſſe.Ex quo apparet apud Rom. iam à priſcis tēporibus id obſeruatum fuiſſe.Plutarchus autem in vita Coriolani ſtatim in principio dicit,populū Rom. Martio Cenſorio ſuadente eam legem tuliſſe.Sed & huius legis meminit Appianus lib.1. bellorū ciuilium,tum quo loco de tribunatu Grachi diſſerit , tum etiam cum acta Syllæ in Dictatura deſcribit,vbi & ipſum eandem legem ſanxiſſe tradit.{Apud Valerium Maxi.lib.4.cap.1.M.Rutilius iterum Cenſor,citatus ad concionem , populum vocatum grauiſsima oratione corripuit , quòd eam poteſtatē bis ſibi detuliſſet.Et continuò poſt: Quintius Cincinnatus conſul cùm honorem eius P.C.continuare vellent,non ſolùm propter illius egregia opera,ſed etiā quòd populus eoſdem Tribunos in proximū annum creare conabatur,quorum neutrum iure fieri poterat,vtrunque diſcuſsit:Senatus ſtudium ſimul inhibendo , & Tribunos verecundiæ ſuæ exemplum ſequi cogendo.Sed & mox ſubdit,Fabiū maximum cùm à ſe quinquies,& à patre,auo,proauo,maioribúſque ſuis ſæpenumero conſulatum geſtum animaduerteret,in comitiis quibus filius ſuus ſummo conſenſu creabatur,quàm potuit conſtanter cum populo egit,vt aliquando vacationē huius honoris Fabiæ genti daret,ne maximum imperium in vna familia continuaretur. } Cæterùm ex legibus Thuriorū non niſi intermiſſo quinquennio militū prefecturam gerere licebat,vt ab Ariſtotele proditum eſt lib. Politicôn 5. c.7.Qui & ipſe lib.eiuſdem operis 6.cap.2.inter multa popularium gubernationū documenta illud adiicit,non niſi ſemel eundem magiſtratum ab aliquo debere geri, vel perrarò,& paucis. At Plutarchus in Lyſandro tradit legem fuiſſe apud Lacedæmones,ne bis idem præfectus claſsis fieret.Apud eundem Cato ſenior in ipſius vita, ciues grauiter increpabat,qui eoſdē frequenter in publicis muneribus pręficerent.{ Cęterùm Demoſthenes πρὸς λεπτίνην ſcribit lege ſancitū fuiſſe Athenis,ne cui iterū Syndicum fieri creariq; à populo liceret,ne id munus ob publicā vtilitatem inuentum, in quæſtū compendiúmq; priuatum verteretur.Plutarchus in vita Lycurgi , vnius ex decē tradit apud eoſdē Athenienſes legē fuiſſe ne quis vltra quinquenniū publicę pecunię curā adminiſtraret.}Nec huic rei deſunt leges noſtræ,quibus interdicitur,ne quis honorē continuet,aut repetat,l.honor.§.gerendorū.ff.de muner. & honorib. Et ſcribitur in l.æſtimationē.§.vlt.eo.tit.neminem defenſionem Reipub.amplius quàm ſemel ſuſcipere.In quā rem eſt etiā tex.in l.libertus.§.pręſcriptio.& iterū in l.diuus.ff.ad municip. & l.legato,ff.de vacat.muner.& in l.Paulus.in prin.& in §.imperatores.ff.de legat.& in l.nemo in prouinciis,& l.ſeq.C.de Aſſeſ.& in l.j.C.ad leg.Iul.de ambi.& in l.ſi quis tam.C.de decur.lib.x.& in l.ij.C.de honor.& muner.non conti.eo.lib.vbi ponuntur interualla tēporum,quæ poſtremis legibus in id ſtatuta ſunt.{& l.cùm te.C.quēadmod.ciuil.munera indic.eo.lib.}& in §.vlt.in auth. de defen

*Romanorum lex uetus ne liceret intra decem annos eundē magiſtratū capere. Magiſtratus non eſſe continuandos.*

*Thuriorum lex de ea re.*

*Lacedæmoniorum quoque.*

*Et Athenienſium.*





de defenſ.ciuita.vbi inter cætera text.eſt ſing.quòd vnus tantùm ex collegio poteſt impedire, ne quis continuet eundem magiſtratum, etiam ſi cæteri omnes conſentiant. Id enim fieri non poteſt,niſi cuncta ciuitas reluctāte nullo eum elegerit.Hæc enim ſunt verba illius tex.quem ad hoc expendit{Ange.ibi,&}Bart.in l.omnes populi,in ij.q.prin.ff.de iuſt.& iur.& in l.quod maior,poſt med.ff.ad munic.& Bal.in c.quoties,in fi.extrà de pact.{& conſi.cccxviij.ponitur quòd electio,in prin.lib.3.}Ang.qui illum tex.dicit ſing.in l.& ſuum.§.hodie.{in fi.& ibi Raph.Fulg.Paul. Caſt.& Iaſ.col.3.verſi.quintò notanter limita.ff.de pact.& idem Ang.}conſi.cclxxx.præmitto ad euidentiam,in prin.Rom.qui & illum dicit ſing.in rub.de arbitr.col.6.verſic. limita primò locū non habere.& ſing.xcv.heri fui interrogatus.{ & iterum ſing.dclxv.ad eligendum,& Feli.in c.cùm omnes,col.xij.verſi.quartò fallit,extrà de conſtit.}Ex quibus facilè intelliges,nec debere eos qui magiſtratum ſemel geſſerint,eundem facile repetere,nec ſi iterum eligantur,cogendos eſſe.Id quod certe ita obtinet,vt tandem ad noſtrum inſtitutum redeamus,vt ſi pater ſemel geſſerit , non ſibi tantùm,ſed & filio in ſequentem annum vocationem præbeat,tanquam eadem ſint perſona,tex. eſt in l.filio.ff.de legat.& in l.j.C.de honorib.& munerib.non conti.lib.10.& in l.nulli,in princ.C. de muner.& actua.lib.12.quibus locis declaratur,quomodo id intelligendum ſit.Et id quidam aſſignat patris & filij identitati,vt ſic loquar,vel vt melius dicam,vnitati,Alexan.d.conſi.ccxv.viſa opportunè,col.ij.& iterum vlt.lib.2.Et facit optimus tex.in l.diximus.§.ſi pater.& l.ſeq. ff.de excuſat.tutor.vbi tria tutelæ aut curæ munera patris,non ipſum tantùm patrem,ſed & filium quoque ab alia tutela excuſant,& econtrario.Qualiter autem hæc omnia quæ diximus,procedant,videlicet quòd pater & filius ſunt vice vnius,& quòd filius eſt veluti dominus rerum patris, & ſimilia,vide omnino in noſtro tract.primigeniorum.q.xxxiij. & iterum xl.

25 ¶Finem is imponerem veritus ne forem immodicus,niſi l.hæc noſtra ex iiſdem veluti radicibus coaluiſſet.Ideo antequam vlterius progrediamur, voluimus & huc ſubiungere alia quædam priuatim in noſtris legibus ſtatuta,aut à noſtris doctor.interpretata ratione huius affectus amoríſq; parentum,vnde & l.noſtra exiit. Primum enim leges noſtræ iuſſerunt iudicem ſequi volūtatem patris,qui in teſtamento etiam minùs ſolenni,aut poſtea rupto, aut aliàs non iure tutorem liberis dedit.l.iij.& l.filio.ff.de confir.tuto.& l.ij.C.eo.& l.pater.§.cùm à patre,& l.ſi pater.& l.iure noſtro.§.vlt.ff.de teſta.tutor.Et id quidem ſine alia inquiſitione.d.§.cùm patre.& l.j. & ibi docto. ff. de confir.tut.& §.vlt.Inſtit.de tute.& not.docto.in d.l.ij.C.de confir.tut. & latè conſuluit Corn. conſi.clxxv.incip.licèt in præſenti.col.iiij.verſi.concurrit etiam,lib.3.vbi & hoc extendit ad aliam patris diſpoſitionem circa filiorum educationem.& conſi.ccxxxviij.reperio,col.pe.verſi.cum itaque,col.4.lib.4.Idq; obtinet etiam ſi tutor datus à patre ſit ſuſpectus,modò pater ipſe non ignorauerit,per l.in confirmando,& l.vtilitatem.ff.de confir.tut.quam ad hoc dicit not.Franc.Aret.in l.is cui lege.col.ij.ff.de teſta.vbi plus dicit,id obtinere etiam ſi is tutor ſit manifeſtè prodigus, per l.tres tutores.§.vlt.ff.de adminiſt.tut.Tanta eſt,inquit , præſumptio quam habet lex pro conſilio patris erga filios,per d.l.amiciſsimos,in prin.ff.de excuſ.tuto.Idémq; ſi pater ipſe ſit adultus nondum maior annis 25.per tex.in l.3.§.quāuis.ff.de admin.tut.quē ad hoc dicit ſing.Rom.ſing.clxx. adultus poteſt.Nec patris tantùm,ſed & matris quoque,cuius non munus eſt tutorē liberis dare: ſi tamen dederit,iudiciū ſequendum eſt,vel ſine inquiſitione, vel cum modica,arbitrio iudicis,vt not.in l.ij.ff.de confir.tut.& in l.j.C.eod.& in l.credendum.ff.qui pet.tut.& in l.mater.C.de teſta. tutor.& in l.peto.§.mater.ff.de leg.ij.& per Bal.conſi.clxiij.cuidam puellæ,in ſecundo dubio,lib.5. & Steph.Bert.conſi.ccxc.quāuis mater,in prin.lib.4.{Quin etſi ipſa velit nubere,petátque remoueri à tutela,& aliū ſuffici,is debet dari,quem ipſa nominauerit,excluſis legitimis.§.ſin autem tutelā,in auth.de nupt.gl.Dyn.& Bart.in l.credendum.ff.qui pet.tutor.Cum aliis multis concord.à me congeſtis in commentariis noſtrarum conſuetudinum tit.xxvij.cap.iij.in gl.j.paulò ante.fin.}

26 ¶Ex hoc quoque affectu paterno prodiit,quòd pulchrè ac ſcienter tradit Bal.in l.pactum,in xxj. q.C.de collatio.quòd ſi ex ſtatuto non poſsit mulier contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum,non requiritur ea ſtatuti ſolennitas,ſi filia patri renuntiat.Nam propter naturalē, inquit,patris affectum,ipſi plurimùm videtur eſſe cōceſſum,per multa iura,quæ illic allegat. Et hoc ſequitur Rom.& Alex.in l.ſi quis mihi bona.§.vlt.ff.de acq.hæred.Alexan.conſi.cvj.incip.quo ad præſens quæſitum,in fi.lib.j.& conſi.xxix.cuius exordium eſt,præclarè ſubtiliter,col.pen.verſic. pro hoc etiam facit,lib.3.vbi hoc non vulgariter cōmendat.Barb.in c.cauſam matrimonij, col.iij. extrà de offic.delegat.& conſ.xvj.illud in medium afferam,col.4.verſi.4.faciat,lib.3.Fran.Aret.in l.ij.in fi.C.qui & aduerſ.quos.Philip.Franc.in cap.quamuis,in iij.not.& ibi quoque Georg.Nat.in repet.col.xj.verſic.ſecundò not.ibi,tu contra Ludou.de pact.lib.6.Socin.conſil.ccxxx.viſo teſtamento,col.1.lib.2.Iaſon qui hoc reputat ſing.in l.tranſactionem,col.ij.verſi.contra Salyc. fortiùs, & ibi quoque And.Alciat.C.de tranſact.& idem Alciat.in l.præſes,in j.gloſſ.in fi.C.eod.tit.& ipſe etiam Iaſon conſi. cxxxiij.videretur in præmiſſa,col.2.verſi.ad idem contra,lib.4.Phil.Dec.conſ. xxvj.cuius ſuperſcriptio incipit,an filia dotata,col.2.& iterum conſil. clxxx. viſa renuntiatione, col.j.& conſi.dcxj.magnificus,col.ij.lib.4.& in d.l.pactum,col.pen.verſi.vlt.notandum.C.de collat.Anto.Corſet.in tractatu de poteſtate.& excellen.regia,in xxv.quæſt.col.pen.in fin. vſque ad fin.illius quæſt.Franciſc.Ripa.lib.3.reſponſorum,cap.x.incip.ſuper dubiis,col.j.& Catel.Cotta.qu hoc dicit ſing.memo.incip.arrogationis formam,col.2.verſic.poſſumus tamen.& iterum memo

*Patris uoluntas tutorē dantis in teſtamēto minus ſolēni,aut poſtea rupto, ſeruanda eſt.*

*Idem ſi tutor datus ſit ſuſpectus.*

*Simile in matre tutorē dāte ſeruatur. Ad idem.*

ſtatutum requirens.& Ioan.Montefer.in repet.l.frater à fratre,col.xiij.verſic.tertiò quæritur.ff.de condictio.indeb.citántque omnes Bal.vbi ſuprà. Sed idem nulla ipſius mentione facta reſpondit Pau.Caſt.cuius nec illi meminerunt,conſi.ccccxxj.quòd renuntiatio iſtius dominæ, verſi.ſecundò principaliter,lib.2.aſſerúntque omnes naturalem illum patris amorem in liberos.

*Qui contrarium teneant.*

27 ¶Fuerunt tamen & ex illis plurimi,qui diuerſum cenſuerunt,videlicet Rom.ſibi contrarius in d.l.pactum,col.pe.& ibi quoque,ſubobſcurè tamen,Corn.in fi.& Barbat.ſibi quoque contrarius in addit.Bal.ibi,& poſt eos Iaſ.ſibi item contrarius,magna rationum & argumẽtorum mole fretus, in col.vlt.verſi.extra glo.non omitto.qui tamen veluti gloriabundus iactat ſe primum omnium illius Bal.ſententiæ expugnatorẽ,& etiam clanculum Alex. ſibi etiam contrarius in addit.Barto. in l.apud Iulianum.§.ſi pupillus.ff.ex quib.cauſ.in poſſeſ.eat.& apertius in l.more,col.j.ff. de acq. hæred.& Barba.conſi.lx.ſapienter ſcripſit,col.2.lib.1.& conſi.xlj.immortalem Deum.col.2.& ſeq. lib.4.Iaſ.in d.l.præſes,col.2.verſi.ego vltra omnes.C.de tranſact. quanquam illud Bal. dictũ ſing. inibi aſſeruiſſet,& Ludouic.Gomeſ.in §.omnium,col.ix.& iterum col.x.verſi.iſta tamen communis concluſio,Inſtit.de actio.Et ante hos Bald. ipſe à nullo iſtorum memoratus, non ſemel hanc poſtremam ſententiam ſecutus eſt, videlicet conſi.xxiij.præſuppoſito ſtatuto,lib.4.& conſi.483. viſo ſtatuto,eod.lib.3.& conſil.cxcix.refutatio non valuit:lib. 5. & idem videtur ſenſiſſe. cccxxxj. quædam puella,lib.3.Sed huius partis rationibus nos abundè poſt Phil.Dec.reſpondimus in noſtris legibus connubialibus,in gl.iij.{in verbo, *ontracter*.num.30.ſecundò intellige,& multis ſeq.} vbi videre poteris,ne iam actum,quod dicitur,agamus.

*Pater legitimus tutor poteſt filiifamilias minoris res alienare ſine decreto iudicis.*

28 ¶Huc quoque pleriſque manere videbitur,quod not.ſcribit Azo ille fons legum ſæpe noſtris vocatus,in ſua ſumma quam vocant,titu.de bon.quæ liber.poſt medium,verſi.nec puto.Quòd pater legitimus adminiſtrator filiifam.minoris poteſt res ipſius immobiles alienare ſine decreto iudicis,quod aliàs requiritur in huiuſmodi rerum alienatione. C. de prædi.minor.per totum. & ff. de rebus eor.etiam per totum.Quod dictum ſequitur Bald.in l.vlt.§.ſin autem æs alienum, per illum tex.& ibi quoque Raph.& Corn.C.de bon.quæ liber.& idem Bald.in l. cum emancipatis. C.de prædi.minor.& in l.præſes,col.2.in 1.q.& ibi etiam Fulgoſ.Pau.Caſt.Alex.Fran.Aret.Iaſ.& Alciat.C.de tranſact.ex quibus Bald.ipſe hoc dicit menti tenendum.Paul.autem & Alex.teſtantur id eſſe ſing.& Fran.Aret.not.Sequitur item ipſe Bal.in{l.de re filiorum,in 2.lectu.ff.eo.tit.vbi id dicit ſing.nec alibi reperiri & in} l.j.in prin.& ibi Raph.Co.ff.de reb.eorum,vbi & hoc Bal.dicit ſing.& idem Bal.in l.pupillorum.§.ſi pater,eo.tit.& in l.& ſi ſine.§. quæſitum. ff. de minor.in 2.lectu.& in l.iuſiurandum quod ex conuentione.§.vlt.ff.de iureiur.{& in l.aliàs autem,col. vlt. ff.eo.tit.}& in ſua Margar.in verbo,alienatio,col.j.verſi.alienatio neceſſaria,vbi & hoc dicit ſing. & iterum in verbo,parentes,col.j.verſi.pater eſt legitimus.Ang. qui hoc quoque dicit notandũ. in l.de re filiorum.ff.de tranſact.Imo.in c.conſtitutus,de teſtib.Roma.& Iaſ.qui dicit ſing.in l.filiusfam.vterque in fi.ff.qui ſatiſd.cog.{& idem Roma.in l.ſingularia.col.7. & ibi quoque Iaſ.col. item 7.verſ.non omitto vnum.ff.ſi certum petat.} Lanfran. Oria in ſuo tractatu de arbitr.char. vj.q.iij.Fran.Aret.in l.vlt.§.pupillus,col.2.ff.de verb.oblig.Soci.conſ.lxvj.viſa donatione,col.vlt. verſ.tertiò quia pater,lib.3.Steph.Bertr.conſ.lxxxiiij.viſo proceſſu cauſæ ceptæ,col.vlt.nu. 7.lib. 2.Phil.Dec.in l.pactum,col.vlt.C.de collatio.& conſ.ccix.in caſu propoſito agam breuibus , col. 1. & Catel.Cotta,qui & hoc dicit ſing.memor.incip.decretũ iudicis.Ferdi.Loaz.in repet.l.filiusfa. §.diui,col.7.verſ.pro cuius corroboratione.ff.de lega.j.{Hippol.Marſil.in ſingu.ccccxcviij. bona minorum.Carol.Ruin.conſ.cj.ponderatis omnibus,col.2.nu.2.lib. 5.}

*Contrarium tenentes.*

29 ¶Quorum omniũ conſenſus non deterruit Saly.quin conſtanter & apertè diuerſum ſentiret in d.l.præſes,verſ.ſed dubitari poteſt.C.de tranſact.Quem ſolus ex recentioribus,quos legi, ſequitur Ioan.Monteferra.in repet.d.c.frater à fratre.d.col.12.de condict.indeb.Nihil enim videt Saly. cur id fieri poſsit,niſi id operetùr affectio paterna,quæ omnes excedit,per d.l.iſti quidem.§. vlt. ff.quod met.cau.Sed hoc,inquit,non eſt tutum : quia hæc affectio paterna non ceſſat cùm filius ſit ſui iuris,& tamen pater eius legitimus tutor non poteſt alienare ſine decreto,per l.cùm emãcipatis.C.de prædi.minor.Sed ad hoc reſpõdet Alex.in d.l.præſes, quòd pater tutor vel curator filij emancipati,de quo loquitur d.l.cùm emancipatis,non tantum iuris habet,quàm qui eſt legitimus adminiſtrator filiifa.quem habet in poteſtate,inque ipſius bonis habet vſumfructũ.l. cùm oportet.C.de bonis que liberis,cum ſimilibus,potéſtq;{vt ſubdit Bal.}conſtituere procuratorem

*Reſponſio ad contrariã opinionem.*

ante litẽ conteſtatam,vt probatur in l.j.prout eam intelligunt Bar.Bal.& alij,gl.reprobata. C.de bonis mater.Bal.{in l.j.in j.lectura,col.j.& iterum in ij.lectu.col.ij.ff.de procur.&}in ca.vlt. col.j. verſ.item not.regulam,extrà de iuramen.calum.Pau.Caſt.conſ.34.ſuper primo dubio,ante fi.lib. 2.quod non poteſt facere curator.l.neque.C.de procur.etiam ſi is ſit pater , vt dicit Bald.in d. c. vlt.ita intelligens glo.in d.l.j.de bon.mater.quam dicit ſing.Adiicit & Iaſ.hoc confirmans in d.l. præſes,quòd pater tutor aut curator filij tenetur reddere rationem,vt quilibet alius tutor aut curator,per l.ſi ſuperſtite,& ibi Bal.in j.nota.& alij.C.de dol.& l.licèt,& ibi quoque Bal.C.ad leg. Falcid.& l.Aurelius.§.Titius teſtamẽto.ff.de lib.lega.& voluit Bal.in d.l.cùm oportet.§.vlt. Cui adde quod & idem voluit ipſe Bal.in l.is qui,in prin.ff.de tutorib.& curat.datis ab his,qui ius.& in l.j.col.xij.verſ.modò ſequitur videre.C.de confeſ.& in l.filiæ cuius.C.famil.erciſc.& in c.edoceri,colum.ij.extra de reſcript.Angel.in §.ſed quod ſancitum,in authent.de nupt.Franc.Aretin. in l.vlt.§.primo ad fin.ff.de verbor.obligat.Socin.conſil.ij.incip.ſequendo ordinem,col.j.in fin.

lib.1.&



lib.1.& iterum conſi.lxxiij.difficultatem faciebat,col.vj.verſic. capio nunc certum, lib.3.& plenè diximus in noſtris conſuetudinibus,tit.xxvij.§.iiij.in gl.iij.At pater legitimus adminiſtrator ( vt ad Iaſo.redeamus ) non tenetur rationem ſuæ adminiſtrationis reddere,per d.l. cùm oportet.§. non autem.& voluit Bart.in l.vſufructu,in principio.C.de vſufruct.& Bal.in l.orphanotrophos. C.de epiſcop.& cleric.vbi reddit rationem diuerſitatis,& in d.l.filiæ cuius,col.vlt.C.famil.erciſc. Cui & in hoc adde text.in l.vlt.§.ſin autem æs alienum,verſi.hoc proculdubio,in illis verbis, & à ratiociniis &c.C.de bo.quæ lib.& in d.l.cùm oportet.§.non autem,& ibi glo.Cyn.in iiij.q.Bal. & alij eo.tit.& in §.& ita circa talium,in auth.de nupt.glo.in d.l.orphanotrophos.Angel.in l.j.§. hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus quàm per leg.Falci.Rapha.Cuma.conſi.lxxxviij. cuius principiũ eſt, caſus talis eſt,col.2.Roma.in reper.l.ſi verò,§.de viro,in xxix.fal.ff.ſolut.matr.Franc. Por.in tractatu de duobus fratribus,parte j.q.xlix.Alex.conſi.cxj.circa primum dubium,col.pen.lib.3.Maria.conſi.xxxiiij.hoc capite,proſequendo ordinem, col. x. verſic.circa ſextam principalem quæſtionem.& Bart.eius filius,conſi.ccliiij.incip.viſa & conſiderata.col.2.verſic.ex quibus infero,lib. 2.Adde & aliam rationem.Nam cùm pater habeat in his bonis vſumfructum , non adeò veriſimile eſt eum illa temere alienare,vnde ſuum amittat vſumfructum.argu.l.cùm de indebito.ff.de probat.Et ſic vltra affectionem paternam occurrit & ſuum ipſius commodum. { Ad quod facit etiam quod ſcribit Bal.in l.ſi infanti,col.iij.in vij.oppoſit.C.de iure delib.}

*Alia ratio aduerſus cõtrariam opinionem.*

*Ad idem.*

30 ¶Ex quibus facilè intelligitur Salyc.deceptum fuiſſe,& vt loquitur Iaſon,æquiuocaſſe, dum allegat d.l.cùm emancipatis.C.de prædi.minor.loquentem de patre tutore ſiue curatore filij emancipati,cuius bona non poteſt alienare ſine decreto iudicis,vt inibi cauetur , & in d.l.ſi pupillorũ. §.ſi pater.ff.de rebus eorum. { quo in loco apertè probatur id quod diximus, ſed ita tamen , vt patri tutori ſit faciliùs concedendum alienare quàm alteri, ídque verum eſt vt pater ſcilicet alienare non poſsit ſine decreto. } etiam ſi ea bona à patre fuerint antè filio donata,per l.2.C.ſi aduerſus donat.vbi eſt textus notat.Azo autẽ illius ſententiæ autor, ac veluti præſultor, & qui eũ ſequuntur,planè intelligunt & loquuntur in patre legitimo adminiſtratore filiifamil.qui plus iuris habet in bonis ipſius filij in ſua poteſtate conſtituti,quorũ eſt legitimus adminiſtrator,quàm pater curator filij emancipati,vt ſatis liquet ex prædictis.Et hanc differentiam ex antiquioribus nuncupatim facit Bald.in d.§.ſi pater. { & in d.l.j.vbi etiam Iacob.Aretin.& Alberic.ff.de rebus eorum. } Quando autem & quorum bonorum pater ſit & dicatur legitimus adminiſtrator,plenè diximus in noſtris conſuetudinibus,d.tit.xxvij.§.iiij.in glo.ij.

*De eadem re.*

31 ¶Sed interim tamen non omittendum putamus,quòd Bal.loquens in patre legitimo adminiſtratore,videtur idem tenere quod Salyc.& in re quidem ac ſpecie magis ambigua,in l.generaliter,in prin.col.2.verſi.extrà ego quæro.C.de ſecun.nup.dum dicit , quòd pater legitimus adminiſtrator filiorum ſuorum,qui ex ſucceſsione matris opulentam hæreditatem acceperunt,non poteſt inter filios ipſos minores eam diuidere ſine decreto iudicis,quia talis diuiſio eſt ſpecies alienationis,in qua requiritur decretum,per l.non ſolùm.C.de præd.minor.Sed & idem Bald.conſil.448. quæritur in primis,in vlti.dubio,lib.1.tradit quòd pater non poteſt ſine decreto iudicis tranſigere ſuper bonis in quibus habet vſumfructum,in præiudicium filij, niſi cautè & prudenter id faciat,propter dubium litis euentum,per l.j.C.de bonis mater.& l.pactum curatoris. C. de pact.& d.l.præſes.C. de tranſact. Ex cuius ſententia facilè intelligis non poſſe patrem etiam legitimum adminiſtratorem(nam aliàs non haberet vſumfructum,vt patet ex §.j.ad fi.in auth.vt liceat matri & auię.& plenè diximus in d.§.4.)non poſſe,inquam,patrem libere alienare huiuſmodi bona quod & expreſsiùs tenet ipſe Bald.conſi.ccclvij.incip.nulla mulier,col.2.lib.1. { & rurſum conſi. ccxv.proponitur quòd inueſtituræ,col.3.verſi.aduerte hìc,lib.2. } & iterum conſi.cccxxxj. quædam puella,colum.2.lib.3. { & Benedict.Cap.conſil.cxlix. punctus quædam domina, colum.vlt. in vj.dub.& omnes} etiam per d.l.j.C.de bon.matern.vbi eſt optimus tex.quòd pater legitimus adminiſtrator filiifa.non poteſt alienare bona ipſius in quibus habet vſumfructum. Id quod etiã cauetur,l.quicquid.eo.tit.cùm dicitur vt vendere,donare, relinquere , alteri obligare non poſsit. quæ verba in id ſunt expreſsiora, quàm vt quis ea cauillari , aut in alium ſenſum trahere poſsit. nec id minùs expreſſum eſt in l.quæcunque,tum in princ.tum in §.vlt.C.de bonis quæ lib.& in l.cùm oportet.§.non autem,eo.tit.

*Diuiſio eſt ſpecies alienationis.*

*Fundamentum opinionis Azo.& aſſeclarum hac in re.*

32 ¶Ideo hìc attende lector.Nam potiſsimum,imò vnicum fundamentum Azo.& aſſeclarum ipſius ſitum eſt in d.l.vlt.§.ſin autem æs alienum. C. de bonis quæ liber. vbi cauetur quòd ob æs alienum hæreditarium & legata vel fideicommiſſa ſoluenda tantùm poteſt pater alienare bona immobilia aduentitia filiifami.quorum eſt legitimus adminiſtrator & vſufructuarius.Nec vllã mentionem facit is text.de decreto iudicis,vt aliàs fit in alienatione rerum immobilium minoris.Ideóque nec decretum,inquiunt,requiritur.Ex quo euidenter conſtat illud dictum Azo.& ſequacium obtinere in huiuſmodi alienatione neceſſaria,quæ fit ob æs alienum,de qua loquitur tex.quo ipſi ſolo innituntur,non etiam in alienationibus merè ſpontaneis ſiue voluntariis,quia dicta placitáque doctor.debent intelligi ſecundum leges quas ipſi allegant,ex ſententia Bart in l. non ſolùm. §.ſi liberationis.ff.de libera. legat.cum ſimilibus.Quanquam multi ita allegat illud dictũ Azo.dum ſimpliciter & ſine mentione æris alieni allegant, vt videantur velle licere patri legitimo adminiſtratori paſsim ſempérque ſine decreto iudicis alienare. Et tamen Azo ipſe non obſcurè oſtendit

ita ſe intelligere,vt procedat in alienatione quæ fit ob æs alienum. Nã primùm ſcribit quòd pater legitimus adminiſtrator debet abſtinere ab alienatione , niſi ob æs alienum : mox ſubdit hæc verba,nec puto quòd exigatur à patre decretum,cùm ipſe alienat , licet exigatur à tutore. Vides igitur quòd Azo non facit ius patri alienandi niſi ob cauſam æris alieni. & confeſtim ſubiungit, non eſſe neceſſarium decretum iudicis in alienatione illius , quod tamen aliàs requiritur, cùm fit ob æs alienũ.l.ob æs.C.de præd.minor.Et ita Azonẽ expreſsè intelligit & ſequitur Bal.in d.l.j.in prin.& iterum in d.l.ſi pupillorum.§.ſi pater.ff.de rebus eorum.& Fran.Aret.in l. vlt.§.pupillus, poſt medium.ff.de verb.oblig.{& Fa.in dicto tractatu,de empt.& vendit.vbi ſuprà} & Iaſ.in d.l. filiusfa.in fi.ff.qui ſatiſd.cogant. Et ſecundũ hanc noſtrã interpretationem debent etiam intelligi quæ dicit Bal.in d.l.generaliter.& conſi.ſuprà allegatis, vtpote qui loquitur de alienatione minimè neceſſaria.Et hoc modo quoque intelligi d.l.j.& d.l.quicquid.C.de bonis matern.neceſſe eſt.

*De eadem re.*

33 ¶Sed & adhuc in caſu d.§.ſin autem æs alienum,videtur res hæc de qua loquimur,non omnino certa eſſe,nec expedita:tum propter verba in eo.§.adſcripta,in verſi. ſed pater quidem in prædictis.quæ verba ſunt huiuſmodi,habeat licentiam ritè res filiorumfa.vendere.Nam illa dictio,ritè, eam naturam & vim habet,vt iuris ſolennitatem dicat,ſicut dictio recte,ius & cauſam,ſiue iuſtitiam cauſæ,vt placuit glo.& Bart.in l.ij.ff.de inoffic.teſtam.& in l.ſed & ſi lege.§.ſcire.ff. de petit. hæredit.cum ſimilib.Ex quo,rite,pro ritu nonnulli vſurparunt,vt Statius lib.2.

*Dictio, ritè, quam uim habeat.*

*At tu(pudet)hoſtia regni*
*Hoſtia nate iaces,ceu mutus,& è grege ſanguis.*
*Hei mihi primit.:s ararum & ritè neſaſto*
*Libatus iuſſúſque mori.*

Ritè,id eſt ritu,quod & Priſcianus lib.14.annotauit.Ex quo & hæc dictio denotat formã ex ſententia gl.in l.ſi quando,in verbo,ritè.C.de bon. vacan. & eam quidem ſubſtantialem ſecundum Petr.Anchar.in c.poſſeſſor,col.iiij.verſi.item de iure canonico,de regul.iur.lib.6.per c. firmiter.§. ſacramentum,extra de ſumma trinit.& c.nihil,extra de elect. Tum quoque quia vbi alicui conceditur facultas conficiendi alicuius actus,quẽ ante facere non poterat, intelligitur ſeruata ſolennitate, per l.ſi quando,& ibi gl.docto.C.de inoffic.teſtam.Propterea ſcribit Spec. in tit.de loca.§. nunc aliqua,verſi.xciiij.poſt multos alios doctor.quos illic nũcupatim citat, quòd cùm dominus facit poteſtatem emphyteutæ alienandi rem emphyteuticam,intelligitur tamen,vt alienet ſeruata ſolennitate,ſcilicet requiſito ipſo domino ſecundum formam l.vlt.C.de iure emphyt. in cuius ſententiam veluti pedibus ire videtur Ioan. Andr. in addit.illius. Eámque non obſcurè ſequitur {Ioan.Fab.in §.vlt.col.2.in verbo,obſeruari.C.de iure emphy.& Collect.in c.potuit.col.v.verſic. ſed quid ſi dictum fuit,de locat. } Floria.in l.ſi ſtipulatus,col.ij.ff.de vſuris.{Ioan.Fay.in c.imperialem.§.habito.col.vij.in paruis,verſi.ſed tunc quomodo fit.de prohib.feud.alien.per Federic.}& Alexan.conſi.cvj.cuius exordium eſt,viſo themate,col.1.lib.4.& latiſsimè omnium Laur. Calca. conſil.l.non eſt dubitandum,per quatuor primas columnas.{Franc.Curt.in tractatu Feud.in iiij. parte,col.lxvij.verſi.quintò quæro ſi in inueſtitura. } Et facit quod in ſimili tradit Petr. Anchar. conſi.cclxxiiij.ad declarationem dubij.Ideo Iaſon in d.l.præſes,col.2. C.de tranſactio. dicit quòd licet temerarium eſſet à communi illa ſententia Azo.& cæterorum aut conſulendo aut legendo diſcedere, putat tamen legendo eam non eſſe veram.

*Autoris ſententia confirmans opinionem Azonis.*

34 ¶Ego verò omnibus modis veram eſſe arbitror,ita tamen intellectam,vt ſuprà diximus,vt videlicet poſsit pater ob neceſsitatem filiorum ipſorum bona immobilia,quorum eſt legitimus adminiſtrator,alienare ſine decreto iudicis,per doctrinã gl.& omnium in d.l.ſi quãdo.C.de inoffi. teſta.quæ talis eſt,quòd cùm aliquid permittitur fieri in caſu aliàs permiſſo, intelligitur nõ obſeruata etiam ſolẽnitate in eo caſu aliàs requiſita,ne huiuſmodi permiſsio ſit ſuperuacua, per l. 1.ff.ad municip.& l.ſi quando.ff.de legat.j.cum ſim.At æs alienum,& alia ſimilis neceſsitas ſunt inter caſus propter quos bona immobilia minoris alienari poſſunt,interueniente tamẽ decreto iudicis;d.l.ob æs alienũ.& ibi not.C.de præd.minorũ cum ſimilib.Igitur cũ ſimpliciter patri permittitur ob huiuſmodi caſus aliàs permiſſos alienare,debet intelligi,vt etiã id poſsit ſine illa ſolennitate.Propterea etiã non verum eſt illud Spec.dictũ ſuprà allegatum,quin ſi dominus permittat rem emphyteuticã vendere, intelligitur etiam ſine conſenſu aut alia requiſitione ipſius domini,vt hæc permiſsio aliquid operetur,vt voluerunt Albe.& Salyc.in d.l.vlt. ille col.pe.hic col.1.& ibi etiã col.2.C.de iure emphyt.& Bal.Ang.& Floria.ſibi cõtrarius in l.cùm eſſent.§.per plurium.ff.de ſeruit.ruſtic.præd.per tex.ibi & allegat præterea ipſe Ang.c.j.tit. de feud.non hab. pro.natu.vbi & hoc dicit not.Card.Alex.in col.j.{Nicol.Neapol.in c.feudum, & ibi etiam Iaco. Aluar.verſi.opt.cum gl.& ipſe Cardin.Alex.in fin.tit.ſi de feud.fuer.controuerſ.inter domin. & agnat.}& Imol.in cap.potuit,col.xlix.extra de loca.& Rom.ſing.ccccl xxj.incip.emphyteuta nõ poteſt alienare.& Alex.ſibi contrarius conſi.clxxiij.viſo themate & ſcriptis,col.3.verſi.quod autem Geraldus,lib.2.quod repetitur conſi.xcj.lib.3.{Socin.conſi.iij.in cauſa domini Guidi,col.vlt. lib.3.}& Phil.Dec.in cap.quæ in eccleſiarum,col.vlt.de conſtit. & Firmia. in tractatu gabella.in 1.parte,col.x.verſi.& aduerte ad propoſitam quæſt.De quo & per Socin.in l.qui Romæ.§.cohæredes,col.iij.ff.de verb.oblig.

35 ¶Nec huic ſententiæ obſtat dictio rite,poſita in d.§.ſin autem æs alienum , quia intelligitur ſecundùm



præcedentia,vt videlicet priùs bona mobilia, ſi quæ ſunt:ſin minus , bona immobilia alienari poſsint,& ita rite,id eſt ordine alienentur,vt apud Virgilium lib.iij.Aeneidos,

*Reſponſio ad contraria.*

*Præceptiſq; Heleni ſederat,quæ maxima rite*
*Iunoni Argiuæ iuſſos adolemus honores.*

Nam quòd ita eo in loco intelligatur,indicant quæ confeſtim ſequuntur:

*Haud mora continuò confectis ordine cunctis.*

Ideóque ſæpenumero dicitur recte atque ordine,vt in l.diui fratres.§.rectè. ff.de liber.cau. & in l.obſeruare.§.antequam.ff.de offi.Proconſ.& l.ij.ff.ad Senatuſconſ. Velleianum. & apud Marc. Tul.Ciceronem in oratione pro P.Quintio,atque etiam in Philip.3.& 5.& 10.non ſemel,& etiã in oratione pro Sexto Roſcio Amerino,atque alibi ſæpe.& in oratione Cęſaris apud Salluſtium in Catilinario.{& Liuium in v.decadis,lib.v.}Neque enim perpetua eſt , nec ſemper obtinet illa differentia earum dictionum,recte,& rite,quin plerunque rite pro recte,& contrà ponantur,nõ ſolùm à noſtris,vt per Accurſ.in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bonor.poſſ.contra tab.{Luc. Pen.in l.j.col.ij.in fi.C.de profeſſor.qui in vrbe Conſtanti.lib.xij.}& Domin.poſt alios in c.cõtra Chriſtianos,poſt prin.de hæret.lib.vj.& Franc.Aret.in l.Titius,in princ.ff.de lib.& poſth.& in l. quamuis.§.infans.in fi.ff.de acquir.poſſeſ.& Iaſ.latè in l.iuſtè poſsidet.col.ij.ff. de acquir. poſſ.& Philip.Dec.etiam abunde in l.lecta.col.v.ſuper glo.in verbo,recte.ff.ſi cer.pet.vbi etiam nuncupatim loquens de caſu d.l.vlt.§.ſin autem æs alienũ,dicit illic rite pro recte poni.& And.Alciat. in l.hæc verba in ſtipulatione.ff.de verb.ſign.& eſt bonus tex.in l.iij.{cùm dicitur, rite atq; ſolẽniter.}& ibi Lucas Pen.C.de bon.vacan.ſed & ab aliis quoq; probatiſsimis ſcriptoribus.Nam & Virgil.ipſe Poetarũ maximus,qui in huiuſmodi rebus eſt inſtar omniũ,eo.li.4.Aeneid.ita ſcribit,

*Rite ſecundaret viſus.*

Id eſt,recte,vt interpretatur Seruius,& ratio recti ſermonis admonet. Et iterum in eodem libro:

*Si rite audita recordor.* Atque etiam lib.v.

*Si modo rite memor ſeruata remetior aſtra.*

Quibus locis ſatis conſtat eam dictionem nullam ſignificare ſolennitatem.Ex quo Priſcianus li. xv.A ritu,inquit,rite pro recte:quia nihil traditur ritibus,niſi quod rectum eſſe credatur.{& Sextus quoque Pompeius in verbo,ritus,Rite,inquit,ſignificat bene ac recte.& ante hos Varro lib. 3.de lingua Latina,quo loco de Halcyone aue loquitur,quod(ait)fit rite,id ratum ac rectum eſt. Ab eo Accurſ.rectè perfectis ſacris vult accipi.} Et cum iſtis expedita eſt res hæc, in qua paulò diutiùs immorati ſumus,quia quotidiana eſt,nec tamen ſatis à noſtris excuſſa.

*Dictio, rite, nullam ſignificat ſolennitatem.*

36 ¶Denique vt ad alia veniamus.Ex eodem fonte fluit,quod eleganter reſpondit Paul.Caſt.conſ. cclxxv.incipien.ſuper primo quæſito dicendum videtur dictam ſubſtitutionem,col.ij.verſ.ſecũdò an poſsit hoc dicere,lib.j.quòd pater in dubio præſumitur competenter dotaſſe filiam,nec in huiuſmodi paterna dotatione debet fieri ſubtilis indagatio. Nam cùm paterna pietas conſilium capiat pro liberis,d.l.nec in ea.ff.de adult.non debet alteri videri incompetens,quod patri competens viſum eſt,arg.l.ſi furioſo puberi,in fi.ff.de cura.furio.niſi eſſet magnus quiſpiam exceſſus, qui argueret dolum patris,arg.l.vnde ſi Neruæ,cum ſeq.ff.pro ſocio.Et idem quoque voluit ipſe Pau.Caſt.conſ.cccciiij.viſis & ponderatis,circa medium,lib.ij.& conſ.ccccxxj.hoc capite,quòd renunciatio iſtius dominæ,verſ.ſecundò principaliter loquitur,eod.lib. ij.& Alex. conſil. xxxiij. videtur ſuper dicto quæſito,paulò ante fi.li.4.Maria.conſi.xxx.quamuis ex his,col.ij.verſi.cõcludo quantum ad ſecundum membrum.& Bart.eius filius conſi.cclxxviij. cuius eſt initium, circa primam quæſtionem,col.x.verſ.confirmantur & præmiſſa,lib.ij.conſ.lxxvij.viſo teſtamento Petri,col.pen.lib.iij.& Franc.Curt.ſenior conſ.xxvij.hoc capite,magnificus vir,col.xiiij.verſ. venio ad quartum,& col.xvij.verſi.& ita in terminis.& iterum conſi.xlv.ſtatuto ſeu cõſuetudine, col. xij.verſ.ad tertium arg.& iterum col.vlt.ad fi.& item conſi.lxxxj.incip. rectè præfatus egregius doct.col.vlt.& Iaſ.qui hoc reputat ſing.in l.voluntatis.C.de fideicom.& conſil. ccxxxj.iſtæ duæ mulieres,col.iiij.verſ.quartò eſt bene conſiderandum,li.ij.& conſi.cxxxiij.videretur in pręmiſſa, col.ij.verſ.ad idem contra,lib.iiij.{Carolus Ruinus,conſ.lij.quia de pluribus.col.vlt.nu. 13.lib.ij.} & Philip.Dec.in l.pactum,col.vlt.C.de collatio.vbi hoc dicit not.& conſi.xxvj. cuius ſuperſcriptio incipit:an filia dotata,col.ij.verſ.ſed tamen his non obſtat,vbi hoc reputat not. & conſ.89. viſo puncto,col.vlt.verſ.ſecunda quia.& conſi.clxxx.viſa renuntiatione,col.ij.verſ.& intantum hoc procedit.& conſ.ſeq.ſatis nota,col.ij.verſ.& etiam dato , vbi & hoc dicit procedere etiam ſi filia eſſet læſa,vltra dimidium iuſtæ æſtimationis.{& conſi.cxcvj.viſa tranſactione,col.2.verſ. & in ſimili caſu.} & conſi.cclxxvj.proponitur quòd dominus.lib.j.{conſi.cv.copioſè col.ij.verſ.cõcurrit.} & conſ.dcxj.magnificus.col.2.{verſ.dubitari poteſt.}& Fran.Curt.iunior conſi.x.viſa ac diligenter cõſiderata,col.1.& Laurus Pala.in tractatu ſtatutorum excludentiũ fœminas à ſucceſ. char.v.col.iiij.verſ.reperio autem in hac quæſtione.& Cate.Cot.qui & hoc dicit ſing.in memori. incip.dos data.& Ant.Rub.conſ.clxiij.circa primum dubium,col.1.verſ.circa aliud.& idem propè voluit Corn.conſ.cvij.in conſiliis,col.iij.verſ.quia lex debet,lib.ij.& ante omnes Bald.cuius nullus illorum meminit,conſi.328. cùm in cauſa Piſani conuentus,col.ij.verſ.quæritur ſecundò,lib. iij.vt iam non dubites,vt opinor,in tot legalis diſciplinæ procerum ſententiam pedibus manibúſque haud cunctanter ire,etiam ſi reclamet Bald.& Barthol.in tractatu dotium, in xvij. priui-

*Pater præſumitur competenter filiam dotaſſe.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

legio v.patris.Cuius quidem autoritas mihi certè veluti ſacroſancta eſt,ſed nemo ſolus ſatis ſapit,
ex Periplectomeni ſenis ſententia in Milite Plauti.id quòd Græci ita pronunciant, εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς
ἀνήρ,id eſt,vnus vir,nullus vir.Quanquam idem cum eo ſenſiſſe videtur Socin.conſ.lvij.in cauſa
reſtitutionis.col.vij.verſ.non obſtat illud,lib.4.

*Fũdamentum huius legis cõſiſtit in veriſimili mente donantis.*

*Veriſimilitudo in legibus quãtũ valeat.*

37 ¶Sed iam,ni fallor,tempus eſt,vt hunc affectum,amorem,neceſsitudinem,coniunctionem,aut ſi
mauis vnitatem,vel vt alij appellant,vnionem parentum & liberorum relinquamus,& ad aliam
partem rationis atque fundamenti noſtræ l.quæ eſt veriſimilitudo,pergamus.Hæc igitur l.noſtra
omnium conſenſu fundatur in veriſimili mente donantis,qui ſi cogitaſſet de futuris liberis veri-
ſimiliter,aut non donauiſſet,aut ſub ea conditione donauiſſet , ſi liberos non ſuſciperet. Scilicet
tanti eſt noſtris legumlatoribus & peritis veriſimilitudo,vt ex ea leges faciant,litéſq; diffiniri iu-
beant,tanquam id verũ ſit,quod veri eſt ſimile.Quibus planè conſonant vltra tex.ſuprà in prin.
allegatos,l.non veriſimile.ff.quod met.cauſa. {Et l.peculium autem.§.j.ff.de pecul.& l.ſi filius,eo.
tit.& l.Iulianus.§.præterea.ff.de actio.empt.} & l.ſed & ſi ſuſceperit.§.primo.ff.de iudic.& l.ſi ex-
traneus.ff.de condictio.ob cauſ.& l.ſi debitor.§.veriſimile eſt.ff.de contrah.emp.& l.2.§.ſi vendi-
tor.ff.de hæred.vendit.& l.peculium.§.j.& iterũ l.ſi filius,quæ eſt pen.ff.de pœnis.& l.Neſennius.
ff.de nego.geſt.& l.quæro.§.inter locatorem.ff.locati,& l.obligatione.ff.de pign.& l.Pomponius.
§.ſi quis.ff.in quibus cauſis pign.vel hypoth.tacitè contraha.& l.inſulam.ff.qui pot.in pign.hab.
& l.iij.§.j.ibi,veriſimilia reſponderint.ff.de teſtib.& l.ob carmen.§.vlt.ibi,quæ rei aptiora,& vero
proximiora,eo.tit.& l.ſi nuptura,in fi.ff.de iure dot.& l.inter ſocerum,in prin.ff. de pactis dotal.
& l.amiciſsimos,in prin.ff.de excuſ.tuto.& l.ex facto,poſt prin.ff.de vulg. & pup. ſubſtitutione,
& l.cohæredi.§.qui patrem,eo.tit.& l.cùm res,in prin.& l.quidam,etiam in prin.ff. de legat.j. &
l.Titia cùm teſtamento.§.qui inuita,ibi,non eſt veriſimile patrem.ff. de legat. ij. & l. Mæuius,in
prin.eo.tit.vbi incredibile reputatur,quod non eſt veriſimile.& l.cùm pater.§.pater certum,eodẽ
quoque tit.& l.qui filium,ff.de lega.iij.& l.vxorem.§.feliciſsimo,eo.tit.& l.qui concubinam.§.qui
fundum,eo.quoque tit.& l.Publius.§.Titia.ff.de conditionibus & demonſtrationib. & l. cùm vir
vxori , eod.tit.& l.Plautius.ff.de auro & argento legato. & l.denique.§. vlt. ff.de pecu. legat. &
l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.& l.ſi inimicitiæ.ff.de his quib.vt indig.& l.ex facto.§.ſi quis autem ſuſ-
ceperit,ibi,quia non eſt veriſimile.ff.ad Trebel.& l.cùm quidam.ff.de ann.leg.& l.in ratione.§.ta-
metſi.ad leg.falcid.{ & l.octaui.ff.vnde cognati.& l.vlt.ad fi.ff.de fideic.liber.} & l.quod & lex.§.
hoc interdictum.ff.de libe.ho.exhib.& l.ſi ita fuerit libertas,in princ.ff.de manum. teſta.& l.cum
ex pluribus,ibi,quòd veriſimile videretur.ff.de ſolutio.& l.ſi is cui nummos.§.Flauius,eo. tit. &
l.miles.§.mulier.ff.ad leg.Iul.de adulter.& l.eum qui ita ſtipulatur,in prin.ff.de verb.oblig.& l.fi-
deiuſſor obligari.§.vlt.ff.de fideiuſ.& l.ſed ſi vnius.§.filioſa.ff.de iniu.& l.ſanctio.ff.de pœn. & l.
hæc autem.§.j.ff.quib.ex cauſ.in poſ.eat.& l.j.§.hæc actio.ff.ſi quis teſta.lib.{& l.triplici, ad fin.ff.
de verb.ſign.} & l.in obſcuris,ff.de reg.iur.& l.j.C.qui aduerſ.quos.& l.cum quis,ibi,neque enim
veriſimile eſt.C.de nat.lib.& l.vlt.in fi.C.de hære.inſtit.& l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſtit.
& ſubſt.& l.cum cognitionaliter,& iterum l.milites,verſ.oportet,ibi,argumẽtis veriſimilibus. C.
de quæſt.& l.j.C.ad leg.Corn.de falſis.& l.ij.C.de his quę vi met.cauſ.fiu.& l.vlt.in fi.C.de vſu-
fruct.& §.idémque iuris,ibi,cùm non ſit veriſimile,Inſtitut.quib.ex cauſ.manum.non poſſ. & §.j.
ibi,coniecturis & veriſimilium ratione,in auth.de teſtam.imperfect.& §.quia verò veriſimile , in
auth.de non ali.& c.ſolicitè,quod eſt ij.extra de reſtit.ſpol.& c.in literis,in fin.& in c.conſtitutis,
lib.j.extra de teſtib.& in c.literas,extra de iureiur.& c.quia veriſimile,extra de præſump. & c.ſu-
per hoc,extra de renunt.& c.quoniam,verſ.ſi autem de carnali,extrà,vt lite non conteſt.& c.bo-
næ,ibi,ex veriſimilibus & probabilibus cauſis,de appel.& c.nauiganti,quod eſt vlt.extra de vſur.
& c.in præſentia,extra de procu.& in c.ſi quis.& in c.cùm P.Manconella, extra de purg.can. &
in c.ſi culpa.extra de iniu.& dam.dat.& c.per venerabilem,ſtatim poſt princ.extra qui fil.ſunt le-
git.& c.vt circa,verſ.alioquin,de elect.lib.vj.& c.nulli,eo.quoque tit.& li.& c.quorundam,ibi,ve-
riſimiliter formidamus,eod.tit.& li.& c.cupientes.§.quod ſi per.xx.eo.rurſum tit.& li.& c.vlt.de
renunt.& c.vlt.de reſtit. ſpoli.eo.li.& c.vlt.& ibi gl.de offi.vicar.eo.li.& c.ij.de fil.presby.eo.li.Ex
quo tex.dicit Dom.cõſ.lxv.diſcutiã,col.pe.quòd taciturnitas etiã veriſimilitudinis inducit ſubre-
ptionem.& c.ij.§.ſtatuimus,de decim.eo.li.& c.in fidei,de hæret.eo.li.& c.quanquã,ibi,non mino
rẽ,quàm veriſimiliter creditur,de vſur.eo.li.& c.ſi epiſcopus,de pœnit.& remiſ.eo.li.& c.inſpici-
mus.& c.in generali,de reg.iur.eo.li.& ibi cõcor.per gl.& doct.& cle.cauſã,verſ.verùm ſi propter.
& ibi gl.in verbo,veriſimliter,de elect.& cle.ij.verſ.ſi verò dicti,de for.compet. & cle.ij.verſ.vt
autem præmiſſa de relig.domi.& cle.exiui.§.deinde,& §.rurſus,& ibi Card.Zab.gl.de verb.ſign.

65 ¶Ideoque in ſimili,videlicet in caſu l.cùm acutiſsimi.C.de fideicom.& ſimilium iurium,quæ ſuprà in prin.citauimus,ſi teſtator cogitauit de liberis filij, aut alterius deſcendentis hæredis inſtituti,non habent locum ea iura,vt latiſsimè diſſerit & probauit Barb.in repe.d.l.cùm acutiſsimi, col.iij.quæſt.v.& aliis multis ſeq.Nam cùm ea iura pariter ac noſtra l.fundentur in illa veriſimili





& præſumpta mente teſtatoris,quòd ſi de liberis liberorum cogitaſſet, veriſimiliter non ſubſtituiſſet extraneum,vt dicit Ang.conſ.cviij.incip.iſta quæſtio,in ij.dubio.& Petr.Anch.conſ.xlvj. hoc capite,prima facie videretur,poſt prin.cum ſi.Conſequens eſt,inquit Barba. quòd ſi de illis cogitauit,& tamen extraneum ſubſtituit,non eſt locus illis iuribus,vtpote ceſſante eorum ratione.quod & ante ipſum voluit Roma.cuius tamen non meminit,conſil.ccclxx. in propoſita conſultatione.quem nuncupatim ſequitur Phil.Dec.conſ.ccclxv.viſo conſ.col.ij.verſi.quartò & vltimò.& iterum conſ.cccxcj.in caſu propoſito,col.j.& conſ.ccccxvj.in teſtamẽto col.vlt.Et id ſatis probat tex.quem ad id expẽdit Ro.vbi ſuprà,in l.generaliter.§.cùm autem,ibi, ſi de nepotibus cogitauerit.C.de inſtitut.& ſubſtit.{Tu tamen hîc vide Caro.Ruin.conſil.cxxxj.in themate,col. iiij.verſi.ſola igitur difficultas,& col.vj.verſic.ſed plus eſt,& multis ſeq.præſertim col.viij. verſic. non obſtat etiam dum dicitur,lib.3.in quibus locis tenet contrarium,poſt alios multos,oſtendítque diſsimilem in hac re eſſe rationem donationis & teſtamenti,vt ibi videre poteris.}

*An in dubio ceſſet diſpoſitio huius legis.*

66 ¶Sed hîc in quæſtionem vertitur,vtrùm donans in dubio præſumatur cogitaſſe de liberis,vt etiã in dubio ceſſet diſpoſitio huius l.niſi donans probet contrarium.An verò potius præſumatur nõ cogitaſſe, & ſic contrà locum habeat noſtra l. niſi etiam donatarius probet donantem cogitaſſe. In qua re poſſet ſtatim videri magis præſumendum eſſe donantem cogitaſſe,cùm natura ad hoc homines produxerit,vt liberos procrearent.l.maximum vitium.C.de libe.præt. & vt ſcribit Valer.Maxi.ex Camilli & Poſthumi Cenſorum ſententia,lib.rerum memorabilium ij.c. iiij. Natura nobis quemadmodum naſcendi,ita gignendi legem ſcribit.Sed eadem natura, vt hoc adiiciam, pleroſque omnes huic rei idoneos,nedum ipſius auidos genuit etiam monachos ac Carthuſienſes,vt probatur ex c.ſicut ex literarum,vbi & hoc not.Ioan.And.& Io.Ana. de homi.Ex quo eſt Græcum Samij epigramma à quopiam latinitati ita donatum:

*Aligeri accepto crudeli vulnere nati*
*Sic ait ingenti victa dolore Venus:*
*Si facis hoc,quid erit puer hoſtibus impie noſtris?*
*Tot monachis quid erit,virginibuſque ſacris?*
*Qui ſeruaturos ſe iurauere pudorem*
*Perpetuum,nec te,nec tua tela timent?*
*Contra Amor,ô mater ne ſæui,vruntur & illi,*
*Et ſenſêre meas oſſa per ima faces.*
*Vruntur grauiùs,quàm quos connubia iungunt:*
*Sed furtim coeunt,& ſua furta tegunt.*

Sed quod extra iocum dicere liceat,vix è cunctis millibus vnum reperias,qui gignere non poſſit,aut non expetat,nempe cùm liberorum procreatio & educatio ſit iure naturali.l.j.§. ius naturale.ff.de iuſt.& iure.& optimè facit l.ſi quis poſthumos,in prin.ff.de lib.& poſth.{in illis verbis, natura magis in homine generandi & conſuetudo ſpectanda eſt,quàm vitium,&c.} de qua re alibi latiùs diximus.

*In dubio non cẽſetur donãs cogitaſſe de liberis.*

67 ¶Contrarium tamen expreſſè tenuit Bart.vt videlicet in dubio non cenſeatur donans cogitaſſe de liberis,in l.Titia Seio,§.imperator,col.ij.verſi.quid ſi in dubio,& ibi quoque Raph.Corn. col. pen.ff.de leg.ij.Imo.qui hoc dicit mente tenendum in c.vlt.col.vj.verſic. item attende,extrà de dona.Pau.Caſt.conſi.ccccxxxv.cuius exordium eſt,ſuper hoc puncto,lib.2.vbi hoc tamen limitat eo modo quem declarabimus infrà in verbo,ſuſceperit liberos,verſic. xcv.incip.ſecundò intelliges quòd licèt.& Rom.conſi.ccix.non eſt dubium,col.2.Barba.in repetit.d.l.cùm acutiſsimi, col.v.verſi.& ratio.C.de fideicom.Fran.Aret.conſi.xxiiij.quatuor dubia,in j.dubio.Corn. conſi. xj.in præſenti conſultatione,col.pen.verſi. his tamen non obſtantibus,lib.4.Soci.in d.rubri.ff.de lib.& poſth.col.vlt.& in d.l.ij.col.j.ff.ſol.matri.& conſi.ccxv.viſa prædicta facti contingẽtia, col. vlt.lib.2.quod repetitur conſi.xxij.lib.4.& idem Soci.conſi.cclxiij.capio primum,col.vlt.lib.2. & conſi.cxxvj.viſum fuit,col.j.& iterum col.ij.verſic.quæro his præmiſsis,lib.3.& conſil.xciij.teſtamentum præmiſſum,col.vlt.lib.4.& inter conſi.Franc.Curt.ſenioris conſi.ij.eleganter & ſubtiliter,col.ij.verſi.ſecunda conſideratio.& Iaſ.conſi.ccxxx.factum ſic ſe habet,col.pe.verſic.non obſtat deciſio,lib.3.{Caro.Ruin.conſi.xcviij.viſa renuntiatione,col.ix.nu.21.lib.1.}

*De eodem.*

68 ¶Nam ſi aliter diceremus,ſequeretur quòd in dubio nullus, præſertim idoneus gignendis liberis,cuiuſmodi penè omnes ſunt,vt iam diximus,poſſet reuocare donationem propter ſuſceptos poſt eam liberos,quod eſſet nimium reſtringere hanc l.quæ generaliter loquitur, & diſponit ob eam cauſam reuocari donationem,ideo etiam generaliter in dubio debet procedere.l.j.§.generaliter.ff.de leg.præſtand.& l.iij.ff.de offi.præſi.& c.ſi Romanorum.xix.diſt.cum ſimil.Alioqui vix vnquam haberet locum.Et licèt quis ſit idoneus procreationi liberorum, ſit & natura prona ad deſiderandum ſperandúmque liberos, non tamen propterea cogitat de liberis. Nam hæc ſimul ſtant,ſperare & deſiderare liberos,& tamen de illis nõ cogitare,vt declarat Bar.in d.§.imperator.

*De eodem. Finis præcipuus ac principalis matri=*

69 ¶Sed hæc intellige,vt videlicet quis in dubio non cenſeatur tempore donationis cogitaſſe de liberis,cum donat iam matrimonio collocatus, aut cælebs extra contractum matrimonij ſiue dotis:ſecus verò ſi donet in ipſo contractu matrimonij vel dotis ipſius:nam tunc veriſimiliter cogitauit de liberis ex eo matrimonio procreandis,vt ſcribit Signo.conſi.lxix.cuius initium eſt, in

*…monii eſt ſobolis procreatio.*

quæſtione Blandiſiæ,col.4.verſi.præterea cùm mater.& Rayner.inter conſ.ipſius Signo.conſ.omnium vltimo,ad confuſionem,col.3.verſi.item quia vir.& vterque quidem innixus tex. in auth. de æqua.dot.in prin.Quibus & ego accedo, cùm cauſa finíſque præcipuus ac principalis matrimonij ſit ſobolem procreare,vt not.in l.j.ff.ſolu.matri.& in d.l.j.§.ius naturale. ff. de iuſt.& iur. Ideóque hoc caſu,cùm videlicet ſit donatio in contractu matrimonij vel dotis, non habebit locum hæc l.vt expreſsè voluit Socin.in l.ij.in j.not.& poſt eum Hercul.ff.ſol. matri. & idem Socin.conſ.liij.viſo inſtrumento,col.iij.verſi.ſecundò reſpondetur,lib.4. vbi dicit ita tenuiſſe multos ſolennes doctor.modernos,vt ipſe loquitur,in d.l.ij.ff.ſolu.matrim.& ita quoque conſuluiſſe Ang.Aret.& Leonem à Carpellis.Sed & idem Soci.poſtea,videlicet col.v.verſ. confirmatur iſta opinio,dicit ita ſe conſuluiſſe eo anno Senis,& ſuo conſil. ſubſcripſiſſe Baldũ & Bartholinum,& Phil.Corn.& alios ſolennes doct.& ita quoque reperio conſuluiſſe ipſum Corn.conſi.ccvj. viſo ſupraſcripto themate,col.viij.verſi.itaque eſt aduertendum,lib.3.vbi & ita etiam dicit conſuluiſſe Ibonem Peruſinum præceptorem ſuum,& Ang.Perig.etiam Peruſ.& ita quoque voluit {Carol. Ruin.d.conſi.xcviij.col.ix. verſic.ad iſtud etiam reſpondetur,lib.1.} Franc.Ripa.lib.3.reſpon.c.iij. incip.licèt donatio,col.antep.vbi ſolum Soc.allegat in d.conſi.liij.Et id mihi admodum placet,nã ſi vnquam aliàs quis cenſeri debeat cogitare de futuris liberis, tunc maximè cenſendus eſt, cum matrimonium contrahit.

*Contrarium prioribus tenentes.*

70 ¶Quanquam Thomas Parpa.in repet.d.l.ij.col.viij.verſic.iſte articulus.ff.ſolu.matrim. & Steph. Bertr.conſi.cccxij.difficultas,circa medium lib.3.tenent contrarium,ille quidem hac ratione motus,quòd hæc liberorum cogitatio eſt ſolùm in genere, quæ in hoc caſu non ſufficit,de qua ratione dicemus paulò pòſt nu.78.incip.ſed hîc quæſtionis eſt.& aliis ſeq. Alter autem ea ratione ducitur,quòd in dubio non præſumitur quis cogitare de liberis ſecundum Bar.in d.§.imperator. {& diximus ſuprà nu.67.}Sed hæc ratio ſatis ex iis refellitur,quæ diximus.Sed & tu interim vide quæ circa hoc caput donationis factæ in contractu matrimonij dicemus priorem ſententiam approbantia,infrà in gl.in verbo,donatione largitus,nu.187.incip.ſimiliter & in caſu. & aliis ſequentibus,vbi differimus de filia quæ in contractu dotali renũtiat hæreditati paternæ. & iterum nu.216.incip.decimò quæro,an hæc l.& ſeq.vbi etiam tractabimus de pactis lucrandæ dotis,quæ fiunt in contractibus matrimonij.

*Quando reuocationi huius legis locus ſit.*

71 ¶Si igitur ſequaris priorem & communiorem ſententiam eorum qui dicunt non eſſe locũ huic l.in huiuſmodi donationibus,pactis,& renuntiationibus factis in contractu matrimonij, ob præſumptam liberorũ cogitationem:eam not.intellige in iis qui tã maturæ ætatis ſunt,vt veriſimiliter cogitẽt de liberis,dum matrimonium cõtrahunt.Secus ſi tam teneræ,vt nec liberos,nec aliud quippiam futurũ cogitent,vt ſæpe fieri ſolet.tunc enim locus eſt reuocationi huius l.vt bis conſuluit Phil.Corn.videlicet conſi.xj.in præſenti conſultatione,col.pe.verſ.nec obſt. quod d.l.iunctis iis quæ prius dixerat,col.3.verſi.nec etiam videtur,lib.3.& iterũ conſi.xxx.in hac cõſultatione,col.3.verſi. & maximè iunctis iis quæ dixerat,col.j.lib.4.Nam is vtrobiq; loquitur in quadam puella teneræ admodũ ætatis,quæ in contractu matrimonij quaſdã renuntiationes fecerat, de liberis veriſimiliter ob tenellam ætatem non cogitans. Sed ita tamen de hac re loquitur, vt poſſit videri intelligere in omnibus,cum vtatur dictione maximè, in hunc ſcilicet modum, qui ſequitur.Filia,quæ renuntiat in contractu matrimonij,maximè cum eſt teneræ ætatis, quæ non ſolet cogitare de liberis,poteſt reuocare ob liberos poſtea ſuſceptos.Et ita illum, tanquam generaliter id voluerit,citat & ſequitur Fran.Ripa.ſibi contrarius in hac l.in xxij.q.

*Donans in cõtractu matrimonii ſiue dotis cẽſetur cogitaſſe de liberis.*

72 ¶Secundo intellige procedere, vt ſcilicet donans in contractu matrimonij ſiue dotis cenſeatur cogitaſſe de liberis,cùm is eſt,de cuius matrimonio agitur.Nam in eo obtinet ratio, quam ſuprà adduximus,vt ſcilicet cenſeatur cogitaſſe de liberis ex eo matrimonio,cui ſe mancipat ob liberos ipſos procreandos.Secus ſi alius quiſpiã,de cuius matrimonio non agitur,donet fortè ipſis ſponſis,aut alteri eorum,vt fit plerunque. Nam nihil eſt propter quod debeat de ſuis ipſius futuris liberis cogitare.Ideóque locum habet hæc l.vt expreſsè voluit,& ex facto,dum cõtigiſſet,reſpondit Steph.Bertr.conſi.clvij.ſiue donatio.lib.3.& in eodem quoque caſu idem reſpõdit ipſe Bertr. conſi.ccclxxxiij.viſo caſu ſuperius,lib.2.{& D.Boer.deciſi.clix.donatio iuris, col. 3.nu.10.vbi me ex hoc loco citat.} Sed vide quæ dicam infra nu.76.nec ſolùm.& in gl.donatione largitus,num. 240.duodecimo iſta dotis mentio,& ſeq.

*Aliqua in parte liberorum mẽtione facta cenſetur teſtator de liberis cogitaſſe.*

73 ¶Item intelligitur de liberis cogitaſſe,qui donauit,ſi in aliqua parte donationis mentionẽ fecerit de liberis.per l.qui filiabus,in prin.& quod ibi not.Bal.ff.de leg.j.Per quã conſuluit Rapha. prout illũ retulit Barb.alicubi in rep.d.l.cùm acutiſsimi.C.de fideic. quòd ſi pater duos liberos inſtituit, & aliũ ſubſtituit,& in vnius perſona appoſuit conditionẽ,ſi ſine liberis moreretur,non habet locum d.l.cùm acutiſsimi,cũ ex hoc præſumatur cogitaſſe de liberis.Similiter per illũ tex.conſuluit Alex.conſi.xxxj.hoc capite,ponderatis his quæ in themate,col.1.lib.3. quòd cùm rupto teſtamẽto præteritione filij,conſeruentur legata ex auth.ex cauſa.C.de libe. præter. niſi fuerit ignoranter præteritus,ſecundũ opi.Bart.de quo poſteà latè dicemus. Certè ſi in aliquo loco teſtamẽti fuerit facta mentio liberorũ,cenſetur de ipſis cogitaſſe,& ita conſeruabũtur legata. quod & ante illum, quamuis non dicat,voluit in eodem caſu Bal.in d.auth.ex cauſa col.v.verſi. itẽ in teſtamentis.& cõſ.156.clauſula codicillaris,col.1.lib.2.& conſ.239.quia vltimus paſſus,col. 1. & iterũ col.2.lib.3.

Et ad



Et ad hæc faciunt quæ ſcribit Sig.conſi.172.teſtator.in ſuo ſolenni teſtamento,col.pe.Ex quibus potes intelligere,non eſſe locũ huic l. ſi pater in donatione liberorum aliquã mẽtionem fecerit.

*Reſtrictio præcedentiũ.*

74 ¶Quod tamen intellige,ſi filiorum mentionem faciens,de ipſis aliquid diſponat:ſecus ſi obiter & veluti tranſeunter eorum meminerit,nihil interim de illis diſponens, vt ſing.voluit Bald.conſil. 167.cuius principium eſt,quidam Franciſcus tunc carens liberis,lib.v.vbi conſuluit in huiuſmodi ſpecie.Quidam donauit ea lege, quòd ſi decederet relictis liberis qui excederent pupillarem ætatem,reuocata cenſeretur donatio.poſtea deceſsit relictis liberis,qui mortui ſunt ante pupillarem ætatẽ,reuocata cenſetur donatio ex hac l.noſtra,quoniam licèt de poſthumis cogitauerit,& eorũ meminerit,nihil tamen de illis diſpoſuit,niſi ſi ad ætatem pupillarem peruenirent : & ideo iſti qui eo ætatis non peruenerunt,non ſunt poſthumi illic deſignati,ſed omiſsi ſunt.l.commodiſsimè.ff.de libe.& poſthu.& cùm fuerit caſus improuiſus,tacita voluntas diſponentis non auget effectũ donationis:imò nec ea tacita voluntas pro voluntate eſt in caſu omiſſo.l.militis codicillis.§.veteranus.ff.de teſta.mil.Hæc ferè Bald. quẽ ſequitur Iaſ.conſ.ccxxx.factum ſic ſe habet. col.4.verſ.tertio prædicta,li.ij.vbi & ad hoc alia quædã vulgaria adfert, quæ inibi videre poteris.

*Ad eandem reſponſio.*

75 ¶Tu tamen cogita,quia ſi id verum eſt,videtur eſſe contra mentem omnium,qui ſimpliciter dicunt hanc legem non habere locum cum donans cogitat de liberis,nec vllum omnino verbum faciunt,vtrũ donans de illis diſponat,an non diſponat.neq; enim diſpoſitio quicquam ad id facit de quo agimus,ſed ſola ſatis eſt cogitatio.Præterea in caſu de quo loquitur Bal.nõ obſcurè cenſetur donans voluiſſe donationem manere ratam,nec reuocari natiuitate liberorũ,ſi ij infra ętatem pupillarẽ morerentur,quòd ij eò minùs rebus donantis indigeant,quò ociùs celeriusq; moriũtur.{Nec tamen omiſerim Carol.Ruin.conſ.131.in themate,col.4.verſ.non obſtat dum ſecundo,& multis ſeq.li.3.in ea fuiſſe ſententia generaliter,vt pater mentionẽ faciens liberorum in vna parte teſtamenti,non cenſeatur propterea de illis agitaſſe in clauſula ſubſtitutionis, niſi & in ea de illis mentionem fecerit:conaturq; reſpondere ad d.l.qui filiabus,vt ibi videre poteris. Sed illi non poſſum accedere,niſi ſi fortè mortis agitatione turbatus teſtamentũ fecerit:nam in hac ſpecie loquitur ipſe Rui.per not.à Guil.Cu.in l.precibus.C.de impub.& ali.ſubſtit.& Alex.in l. iam hoc iure.col.vlt.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.} Quid autem ſi in donatione non fuerit facta mentio de liberis,ſed in alio actu poſtea eodem die confecto inter donantem & donatarium,an tunc cẽſeatur donans ita cogitaſſe de liberis,vt non ſit locus huic l. dicemus infra nu.110.

76 ¶Nec ſolùm ſi de propriis ipſius liberis mentionem fecerit is qui donat, ſed & ſi de liberis eius cui donat,meminerit,de ſuis cogitaſſe videtur,vt in pulchro caſu conſuluit Soci.conſ.cxlvij.cuius initium eſt,viſa facti contingentia,col.v.verſ.primò quia ipſa donauit.lib.j.Inibi enim quædã mulier renuntiauerat iuri ſibi obuento ex ſucceſsione matris in fauorem fratrum & liberorum maſculorum ex illis naſciturorum.Ideo qua ratione,inquit Socin. cogitauit de filiis naſcituris ex fratribus,eadem,imò & maiore cenſetur cogitaſſe de filiis ex ſeipſa naſcituris:ſicut dicimus in ſimili,quòd licèt teſtator faciendo mentionem de filiis,non cenſetur cogitaſſe de poſthumis,tamẽ ſi de poſthumis in alia parte teſtamenti ſit mentio,cenſetur & de illis cogitaſſe, per d.l.qui filiabus.ff.de leg.j.At huic obſtat quod ſuprà diximus num.72.ſecundò intellige.

*Alia coniectura cogitationis futurorũ liberorum.*

77 ¶Sed & Soci.ipſe eodem in loco confeſtim ſubdit aliam coniecturam cogitationis futurorum liberorum.Nam ea mulier renuntiauerat fratribus,& eorum liberis, quandiu filij & deſcendentes maſculi forent:& conſequenter,inquit,iis deficientibus,cenſetur voluiſſe quòd donatio ad ſe reuerteretur.propter ſuſpenſiuam illam dictionem,quandiu,per ea quæ ponit Bartol.in l.vlt. ff. ad Tertul.& Bal.in l.maximum vitium.C.de libe.præte.Et non ſolùm ad ſe ſed ad ſuos quoque deſcendentes & hæredes:quia licèt in caſu ſtatuti,de quo per d.ipſum Soci.diſputatur, dubium ſit, an fœmina ad tempus ſuſpenſa tranſmittat hoc ius ad ſuos hæredes:tamen cùm in hoc caſu iſtud ſit deductum in pactum,cenſetur voluiſſe prouidere non ſibi tantùm,ſed & ſuis hæredibus, etiã ſi de illis mentionem non fecerit.l.ſi pactum.ff.de pact.cum ſimi.Cùm igitur voluerit quòd donatio valeat,quandiu ſunt deſcendentes maſculi, quorum appellatione veniunt deſcendentes in infinitum,vt per Bart.in l.vlt.ff.de ſuis & legit.& eſt tex.in l.iuriſconſultus.§.parentes.ff.de gradib.affini.Hinc ſatis apparet,quòd eos voluit præferre cauſa conſeruandę agnationis eius familię, vnde orta eſt.Cùm autem deficientibus maſculis voluit donationem reſolui, cẽſetur id voluiſſe cogitando de ſuis liberis,arg.l.cùm acutiſsimi.C.de fideic.Nec eſt dicendum,quòd voluerit prouidere hæredib.extraneis,& priuare fœminas deſcendentes ex fratribus,per tex.in l.Lucius,& ibi not.ff.de hæred.inſtit.& not.per Bar.Imo.& recentiores in l.Gallus.§.inſtituens.ff.de libę.& poſthu.dum tractant de intellectu d.l.Lucius.

*An ſufficiat in genere cogitaſſe de futuris liberis, an in ſpecie. Opinio eorũ qui dicunt ſatis eſſe in genere cogitaſſe*

78 ¶Sed hîc quæſtionis eſt,vtrum ſatis ſit de liberis in genere,vt loquimur,cogitaſſe, vt hæc l. locũ non habeat, an verò neceſſe ſit in ſpecie cogitaſſe. Hîc reperio diuerſas docto. ſententias. Sunt enim qui arbitrantur ſatis eſſe in genere cogitaſſe,vt in caſu noſtræ l.priuatim voluit Pau. Caſtr. conſi.xv.hoc exordio,incipiendo à ſecundo, col.iij. dum reſpondet ad hanc l.noſtram, lib.ij.& Alex.conſi.xxx.ponderatis his,col.ij.verſ.& per prædicta,lib.iij.{& conſi.50.circa primam,col.v. verſ.& ad d.l.lib.vj.}& Corn.conſi.xv.ex quo dictus Franc.col. iij. verſ. vbi enim vnica,lib.j.& conſ.ccvj.viſo ſupraſcripto themate,col.vij.lib.iij.& Barb.in repet.c.Raynaldus,col.v.extra de teſta.{Anto.Corſe.in ſuis ſing.in verbo,ſubſtitutio,vbicunque teſtator.} & Steph.Bert.conſ.cxcij.

viſo caſu,ante fi.lib.2.& conſi.xxxij.optaſſem,col.ij.verſ.ad tertium huius primi,li.iij.& ante hos Bald.idem ſenſiſſe videtur,ſi ſolerter intelligatur,in l.vlt.col.pen. verſ.ſed quæro nunquid , ibi, item non obſtat,iunctis præcedentibus.C.de codic.& ita quoque ferme videtur voluiſſe omnes, qui de hac re locuti ſunt.

*Alii eiuſdem opinionis.*

79 ¶Et huius item factionis ſunt,qui in ſimili caſu huic noſtro , videlicet cum quæritur , an legata conſeruentur ex auth.ex cauſa,nato poſthumo ignoranter præterito,dicunt conſeruari,etiam ſi in genere,nedum ſi in ſpecie de eo fuit cogitatum.In qua ſententia fuerunt Bal.Ang.Pau.Caſt. Cor.Alex.& Iaſ.in d.auth.ex cauſa,Bald.in d.l.vlt.quo loco nuper citauimus.C. de codicil. & in l.j.& ibi Ang.ff.de iure codi.Ang.in l.filio præterito,col.ij.verſ.tu adde,& ibi etiam Imol. col.iiij. verſ.ſubdit tamen Ang.ff.de iniu.teſt.Ang.in l.mulier codicillis.§.miles in ſupremis.ff.de teſt.mili.& in l.ſicut certi,& in l.ſi cum vel in vtero.C.eo.& conſ.364.cuius factum incipit, Pierus fecit ſuum teſtamentum.col.iij.Ioan.Ana.conſi.xxviij.viſis & ponderatis,col.iij.Ro.conſ. cxxij. circa id quod effectualiter quæritur,col.j. verſ. præmiſsis tamen non refragantibus.{ & iterum col.2. paulò ante fi.}Pau.Caſt.in l.j.C.de poſth.hære.inſtit.& d.conſ.xv.col.ij.& ſeq.lib.ij.& conſ.clxxj. quanquam multa,col.vlt.eo.lib.2.Corn.conſi.cxcv.in hac conſultatione,col.vij.verſi. tamẽ eum ſequẽtes,lib.j.& conſ.clviij.pro deciſione,col.ix.verſ.quare alterius,li.ij.& conſi.ccxxv.antequã aggrediar,col.pen.in prin.lib.iij.Alex.conſ.cxxiiij.diſcuſsis hæſitationibus,col.pen.verſ.& hoc verum eſt,lib.j.& conſ.cxlij.incip.circa primam dubitationem,col.v.verſ.præterea dicit ipſe, eo.li.j. & conſ.xxx.ponderatis his,in prin.lib.iij.& conſ.ſeq.eiuſdem exordij.col.ij.verſ.quia ſufficit,eo. lib.iij.Barb.conſ.lx.illud afferam in medium,col.iij.& iiij.lib.ij.{& latiſsimè omnium Philip. Dec. conſi.490.viſis & circunſpectis.col.2.verſ.primò in genere.}

*Fundamentũ eiuſdem opinionis.*

80 ¶Horum præcipuum fundamentum eſt tex.in l.qui iure militari.ff. de teſta.milit.vbi ſcientia patris de filio in genere nocet ipſi filio.quem tex.etiam ad hoc ponderant & commendant Bald.& Ang.ibi.& idem Ang.in l.ſicut certi.C.eod.vbi illum tex.dicit ſing.& in repet.l.qui Romę.§.duo fratres,col.pen.ff.de verb.oblig.& in l.tres fratres,col.ij.ff.de pact.vbi optimè declarauit,quomodo,& quando quis cenſeatur in genere cogitaſſe.& in l.manifeſtiſsimi.§.ſin autem. C. de fur. Et omnes ferme vbique & in omni materia dicunt ſufficere ſcientiam ſiue cogitationem,ſiue volũtatem,ſiue conſenſum alicuius rei in genere per tex.in d.l.qui iure,vt per Bart.poſt Pet.& Cyn. in l.ſub prætextu,la ij.C.de tranſ.Bar.in l.ſi de certa,circa medium,eo.tit.& alibi ſæpe.Ang.in locis ſuprà alleg.& præterea conſ. ccclxxxix. totum dictum ſtatutum,paulò ante fin.docto. in d.l. tres fratres.Imol.in c.cùm contingat,de iureiur.& in d.§.duo fratres,& ibi quoque Alex.Franc. Aret.& Iaſ.qui maxima ex parte limitant procedere,niſi ſciẽtia ſpecifica requireretur pro forma. Raph.Fulg.in l.vlt.§.idem quæſiit. ff.de condi.inde.Pau.Caſt.in no.caſu conſi.xxx. incip. ſuper puncto iſto,in fi.lib.j.& conſ.ccccxxxix.ad euidentiam quæritur , col.iij.verſ. quantum verò ad ſecundum,lib.ij.Flori.in diſputa.incip.mulier primo vidua.Barb.qui vbique illum tex.dicit ſing. aut valde not.conſ.xviij.præclarè ſcriptum,col.vj.li.2.& conſ.xxj.præclarè dixit.col.ij.eo.li.2. & conſ.xxvj.ſapienter ſcripſit,col.ix.eo.li.2.& conſ.lxiij.illud in medium afferam.col.pen.verſ.nec ob.cùm allegatur,lib.iij.& cõſ.lxxij.cuius eſt idem initium,col.4.verſi.præterea faciat,eo.li.3. vbi & illũ tex.dicit meliorẽ totius corporis iuris.& conſ.xxj.clementiſsimũ Deum,col.4.li.4.& cõſi. xlix.ſimilis exordij,col.j.eo.li.4.& conſi.lxxxvj.magnus dixit,col.4.eo.lib.4.Alex. latè conſi.xlij. ſuper præmiſſo themate.col.iiij.verſ.quintò pondero.lib.j. & conſi. cv. incip. ponderatis verbis inſtrumenti,col.ij.lib.vj.& conſ.iij.perſpectis literis,col.iij.verſi.nec ad hoc ob.lib.vj.Franc.Aret. in l.ſi quis cùm aliter,ad fi.ff.de verb.oblig.& conſ.xxxiij.cõſultatio præmiſſa,col.pe.verſ.ad tollendum.Corn.conſi.clxv.circa primum,col.pen.verſ.nec refragatur.lib.ij.Socin.conſ.lix.in cauſa nobilium,col.vlt.lib.iij.Philip.Dec.conſi.cccxliij.viſis his quę ſuprà,col.j.& omnes(quod iam diximus)vbique,quos ſi nuncupatim citare vellem,magnitudinem voluminis excederent.

*Qui negẽt in caſu huius legis ſatis eſſe de liberis in genere cogitaſſe.*

81 ¶Nam ſolus omnium,quos hactenus legimus , niſi nos fallat memoria, Iaſ. & Thomas Parpa. & Steph.Bertr.non infimæ viri notæ in legibus,ille conſi.ccxxx.factum ſic ſe habet,col.4.verſi. quartò pro confirmatione,lib.2.iſte in repet.l.ij.col.ix.verſ.in articulo autem principali. ff. ſolut. matri.hic conſi.cccxij.difficultas,li.iij.expreſsè negant ſatis eſſe in caſu l.noſtræ de liberis in genere cogitaſſe.{vti etiam poſtea tenuit Pau.Pariſi.cuius conſi.edita ſunt poſt primam huius operis editionem,conſi.lxxiij.donatio iſta,col.viij.nu.50.& ſeq.lib.j. } Nec quicquam allegat Iaſon, niſi quòd hìc non ſufficit generalis renũtiatio omnium iurium,de quo poſtea latiſsimè dicemus infra nu.115.Parpal.autem allegat Bart.dixiſſe huic l.poſſe donantem renuntiare , modò cogitet in ſpecie de liberis,puta ſi dicat,promitto non reuocare etiam per natiuitatem liberorum.locum autem Bart.non deſignat.Ego verò non memini Bart.illud ita ſcripſiſſe,vt retulit Parpalia, ſed illud tantùm,poſſe donantem renuntiare huic l.& ſi donans ipſe cogitauerit de liberis,hanc ipſam l.nõ procedere.In dubio autem nõ videri cogitaſſe,vt ſuprà ex eo diximus in l. Titia Seio. §.imperator.ff.de leg.j.Vtrùm autem ſatis ſit in genere cogitaſſe,an verò requiratur in ſpecie,nõ inueni ab eo expreſsè declaratum.Scio illum in caſu d.auth.ex cauſa.ſæpius tenuiſſe , non conſeruari legata per clauſulam codicillarem,ſi poſthumus fuerit ignoranter præteritus,vt latè poſtea dicemus in verbo , donatione largitus,quo loco differemus an l.noſtra habeat locum in legatis.In quo poteſt videri Bart.& alij qui ſunt eiuſdem ſentẽtiæ,quos ibi refero,ſenſiſſe in eo caſu

non



non ſufficere generalem cogitationem,quam quis dicitur habuiſſe per huiuſmodi clauſulam codicillarem,ſi verum dicit Bald.in d.auth.ex cauſa,col.v.verſ.item in teſtamento.& Alex.d.conſi. xxx.col.j.verſ.& attento,lib.iij.& Barb.conſi.vj.vbi Chriſtus.col.vlt.lib.iij.Sed contrarium,videlicet non cenſeri quem cogitaſſe de liberis in genere per eam clauſulam,ſentit Io.And. in addit. Spec.tit.de inſtr.edit.§.compendioſè,verſi.pone P.in ſuo teſtamento , dum dicit quòd illa clauſula debet intelligi teſtatore in eodem ſtatu manente,quaſi non cogitauerit de futuris liberis,ſed tantùm de præſentibus.& id apertè voluit Ang.in l.j.ff.de iure codic.dum dicit quòd opi. Bart. eſt vera,niſi appareat quòd teſtator in genere cogitauit de liberis.Vult ergo non obſcurè Angel. per ſolam hanc clauſulam non cenſeri fuiſſe cogitatum in genere.quod & apertè aſſeruit Barba. conſ.lx.hoc initio,illud adferam in medium,col.2.& 3.& 4.lib.2.& apertiſsimè omnium Soc.cõſ. xciij.teſtamentum præmiſſum,col.vlt.verſi.non obſtat vij.ratio.col.iiij.lib.iiij.

*Clauſula codicillaris nõ eſt impedimento huius legis reuocationi.*

82 ¶Ex quo etiam fit quòd ſi in donatione fuerit appoſita clauſula codicillaris, videlicet ſi non valeat vt donatio,valeat iure codicillorum,aut etiam alia id genus clauſula , verbi gratia,ſi non valeat donatio eo modo,valeat vt valere poterit,non per hoc intelligetur ſublatum remediũ huius legis,vt non obſcurè ſentit Card.Flor.conſi.xx.incip.cùm in teſtamentis,in ij.dubio.& Barb.ſibi contrarius,d.conſ.vj.illud afferam,col.v.verſ.tertiò faciat,iunctis præcedentibus,lib.2.& expreſsè conſuluit Fran.Are.conſ.xxiiij.quatuor dubia,col.ij.verſ.nec obſtet,iunctis iis quę priùs dixerat. Quod confirmatur ex eo quod dicam inferius num.173.incip.& ita , videlicet iuramentum in donatione appoſitum non impedire reuocationem ex hac l.Nam iuramentum habet vim clauſulæ:ſi non valet quod ago vt ago,valeat vt valere poteſt.l.cùm pater.§.filius matrem,& ibi latè doct.ff.de leg.ij.cum ſimil.

*Contrarium tenentes.*

83 ¶Non deſunt tamen qui dixerunt clauſulam codicillarem huius l.reuocationi impedimento eſſe,cum id expreſſe conſuluit Corn.conſ.cxciiij.cuius caput eſt,in præſenti conſultatione , col.ij. verſi.concurrit etiam.& col.ſeq.verſ.inſuper in caſu noſtro lib.iij.& ad hoc quædam allegat, quæ illic videre poteris.Et idem videtur voluiſſe Bald.cuius Corn.non meminit,in l.vlt.col.item vlt. verſ.item non obſtat,iunctis præcedentibus.C.de codicil.Sed tu vide ſuper hoc quę dicam infrà in verbo,donatione largitus,in d.quæſtione de legatis.

*Alia huius legis reuocatio.*

84 ¶Nec ſolùm ceſſat hæc l.cùm pater donans cogitauit de liberis,ſed & ſi veriſimile eſt ex probabilibus coniecturis,quòd etiã ſi cogitaſſet,nihilominus donauiſſet,non eſt locus huic l.vt voluit Bald.hìc in ij.lectu.atque etiam Ang.vterque poſt prin.& in pulchro caſu conſuluit Petr. Anch. conſ.xlvj.cuius exordium eſt,prima facie videretur.& in alio Corn. conſ.ccvj.viſo ſupraſcripto, col.vij.verſ.itaque eſt aduertendum,iunctis iis quæ paulò antè dixerat.lib.iij.& etiam Soci.conſi. cxlvij.viſa facti contingentia,col.pen.verſ.ſecundò principaliter,lib.j.& iterũ conſ.xxxix.in quęſtione quæ vertitur,col.vlt.lib.iij.& conſ.xciij.teſtamentum præmiſſum,col.vlt.verſi. ad quartũ, lib.iiij.& Philip.Dec.{conſi.ccccclxxxj.viſo puncto,col.iij.verſ.non obſtat.&} conſ. dclxxv.conſuluit eleganter,circa medium.

*Confirmatio reuocationis.*

85 ¶Et ad hoc optimè facit quod in ſimili caſu à multis ſcriptum eſt,conſeruari legata facta in teſtamento,in quo filius aut poſthumus ignorãter eſt præteritus,ſi veriſimiliter teſtator ea reliquiſſet, etiam ſi de filio aut poſthumo cogitaſſet.Id enim voluit Bart.conſi.cciiij.Cechus condidit teſtamentum.ante fi.Bald.in auth.ex cauſa,col.iij.verſi.item non obſtat,& ibi etiam Ang. C. de libe. præter.& idem Ang.hìc.& conſ.lj.incip.ex facto propoſito,col.pen.verſi.ſolùm igitur reſtat videre.& conſi.lxxvj.poſita pro conſtanti,col.vlt.verſi.ſecundò.& conſi.ccclxiiij.cuius factum incipit,Pierus fecit ſuum teſtamentum,col.ij.& iterum col.vlt.& vbique per tex.in l.pen.ff.de iure codicil.& idem Ang.in §.ſiue igitur,col.iiij.verſi.finaliter dici poteſt,in auth.vt cùm de appel. co. Fran.Aret.in l.Titius,col.vlt.ff.de libe.& poſthu.& conſi.xcij.incip.viſo legato,col.iiij.verſi.quid enim ſi hæreditas.Bart.in repet.l.cùm acutiſsimi,col.xv.C.de fideic.Soci.dicto conſi.xciij. teſtamentum præmiſſum,verſi.ex quibus omnibus,lib.iiij.

*Alia cõfirmatio reuocationis huius legis.*

86 ¶Facit præterea quod voluit Bart.in l.demonſtratio.§.quod autem,col.pen.verſi. quartò quæro. ff.de condit.& demonſtrat.in illa quæſtione,vtrùm falſa cauſa adiecta legato vitiet legatũ.& concludit,& poſt eum Imo.quòd ſi veriſimiliter teſtator erat relicturus,etiam ſi falſam eam cauſam ſciuiſſet,debentur legata,aliàs non.& idem voluit ipſe Bart.licet ſtrictiùs,in l.vlt.ff. de hæred.inſtitu.Facit item quod dicemus poſtea in gl.in verbo,omnia vel partem aliquam,nu.6. incip. ſed illud in dubium venit,& aliis ſeq.Facit poſtremò & hæc ratio,quia ſi ideo hìc reuocatur donatio natiuitate liberorum,quia veriſimiliter pater non donauiſſet, ſi cogitaſſet de liberis:conſequens eſt,vt nõ reuocetur,ſi veriſimiliter donauiſſet,etiam ſi de illis cogitaſſet,ceſſante huius l. ratione,

*Idẽ ſi expreſsè huic legi renuntiat.*

*In rebus apertis non eſt locus coniecturis.*

87 ¶Ex iis quæ dicta ſunt,planè conſtat,quòd cùm donans tacitè poſsit huic legi derogare,dum videlicet donat cogitans de liberis,aut etiam non cogitans,ſed tamen donaturus,ſi cogitaſſet:poſſit & multò quidem magis expreſsè huic legi renuntiare.Nam tunc prorſus ceſſat ea ipſius pręſumpta voluntas,nec in rebus apertis,clariſque ac certis locus eſt coniecturis & præſumptionibus.l.continuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig.& l.ille aut ille.§. cùm in verbis. & l.non aliter. ff. de leg.iij.ceditque præſumptio veritati.l.nuptura filio.ff.de iure dot.Et ſi aliter diceremus,cõfeſtim ſequeretur illud abſurdum , quòd pater fraudem non committens non poſſet alienare omnia bona ſua,ſi filius poſtea natus vellet reuocare huiuſmodi alienationem , quod falſum eſt l.non

vſquequeadeo.

vſqueadeo.ff.ſi quis à paren.manu.fuer.eſt enim ſuæ quiſque rei legitimus arbiter & moderator. l.in re mandata.C.manda.Et ideo hoc caſu poterit natus poſt alienationem vſque ad legitimum bonorum ſubſidium tantùm reuocare,per not.in l.j.C.de reuocan.donat.

*Qui ſint huius opinionis.*

88 ¶Et ita,videlicet quòd poſsit pater expreſsè huic l.renuntiare,videtur tenere Spec.dum formam huius renuntiationis præſcribit,in tit.de inſtru.edi.§.porrò,verſ.donatio autem firma.ibi, poteſt etiam dici.& ibi Bald.in addit,ipſius.& Bart.in l.Titia Seio.§.imperator,col.2.verſ.vtrùm.l.ſi vnquam,& ibi quoque Imol.& Raph.Co.col.pen.verſ.& ex ratione prædicta.ff.de leg.ij.Bald.in d.l.j.ad fi.verſi.deinde quæro,pater donauit.C.de inoffi.dona.Alber.ſubobſcurè hîc col.j.licet pro contraria opin.à quibuſdam citetur.Nam primo loco ſcribit , quòd ſi donans iurat donationem non reuocare,nihilominus reuocabitur ſuſceptis poſtea liberis.Deinde ſubdit quòd Spec.vbi ſuprà,videtur tenere quòd ſi ſpecialiter renuntietur huic l.valet renũtiatio,nec aliud dicit.Ex quibus potes intelligere eum eſſe in hac ſententia:vt generalis renuntiatio etiã iurata non obſit huic l.ſpecialis autem ſecus.Sed & in hac opi.eſt Ant.in c.vlt.& ibi quoque Pet.Anch.col.v.verſ.quęrit etiam.& Imol.col.x.verſi.item attende,& iterum col.pen.verſ.vltimate quærit,extra de dona. idem Imo.in c.cùm contingat,char.vlt.verſ.attende tamen quia dixit,ext.de iureiur.Ro.conſ.26. incip,pro deciſione eorum,col.ij.verſ.ad tertium.Pau.Caſt.conſ.435.ſuper hoc puncto,col. vlt.li. 2,Maria.Soci.in tracta.oblationũ in xv.libello,in fi.Barb.in repet.d.l.cùm acutiſsimi,col.iiij.verſi. ſextò faciat quod pulchrè.C.de fideicom.& in repet.c.Raynutius,col.viij.extra de teſta.& in repet.c,Raynaldus,col.v.eo.tit,Bartho.Cepo.in l,irritam,quæ eſt vlt.col.ij.C.de vſucap.pro donat. Socin. conſi.cxlvij.viſa facti contingentia,ante fi.lib.j.& conſ.cxxvj.viſum fuit,col.iij.lib.item iij. Iaſ.in l.pen.col.iij.verſ.iuxta hanc regulam,C.de pactis.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe Papiæ,& multos ſcripſiſſe.& ibi quoque Philip.Dec.col.ij.in v.not.& And.Alcia.in verbo,antiqui.in fi.& idem Iaſ.conſ.ccxxv.Barptolomæus,col.ij.verſ.ſed præmiſsis,lib.j.vbi hanc dicit eſſe communem opi. & iterum conſ.cliiij.in commota.col.iij.verſ.tertium præſuppoſitum,lib.ij.& Stepha. Bertra.conſ. cxcij.viſo caſu,ante fi.lib.2.& conſi.xxxij.optaſſem,col.ij.verſ.ad tertium huius primi, lib.3. quibus locis dicit hanc eſſe communem opin.& iterum conſ.{xxxix.viſis inſtrumentis,ad fi.lib.iiij. & conſi.}cv.viſo caſu,col.iij.in iiij.dubio.{eodem lib.iiij.Anton.Corſe.in ſuis ſing.in verbo, ſubſtitutio,vbicunque teſtator.}& ita propè omnes præſupponunt & ſentiunt,præter eos,quos mox continenter tibi citabimus.

*Qui dicant donantem nõ poſſe renũciare huic legi.*

89 ¶Contrarium enim,videlicet quòd donans non poteſt huic legi renuntiare,aut aliter derogare, quin locum habeat,tenet Oldr.conſi.clxxiij.hoc principio,quidam habens vnicum filium,in fin. & eius diſcipulus Ioan.Andr.qui tamen nullam ipſius,vt aliàs ſæpe , mentionem facit , in addit. Spec.tit.de inſtru.edi.§.porrò,in addit.vlt.col.eiuſdem addit.id eſt,ibi,hoc autem certum eſt. Alber.qui ita dicit ſe in quæſtione facti obtinuiſſe,& Salyc.hîc idem{Alber.in l.illud,col.vlt.verſ.eadem ratio.C.de ſacro.eccleſ.& ipſe}Saly.in d.l.j.col.iij.verſ.quæro ix.quid ſi pater.C.de inoffi.donat,Rom.ſibi contrarius conſ.cclxix.non eſt dubium quòd donatio,in fi.Pet.Fer.in ſua pract.tit. forma libel,quo agi.pro dona.in verbo,irreuocabiliter.col.ij.verſ.ſed hîc inſurgit dubium, & iterum col.ſeq.verſ.patet ergo ex præmiſsis.Nicol.Mil.in ſuo repertorio,in verbo,donatio facta ex traneo,& iterum in verbo,renuntiatio,in pen.no.{Io.Berbe.in ſuo viatorio iuris, tit:de reuocan. donat,col.ij,verſ.an autem iuramentum,vbi etiam dicit,iuramentum nihil facere.}& Vital.Camba.in tracta.clauſularum. in rubri, an legibus inſinuationem exigentibus renuntiari poſsit,char. 4.& iterum in rubr.an poſsit renuntiari.l.ſi vnquam.Maria.conſi.xxiij.circa prædictam conſultationem,col.vj,verſi,ſextodecimò probatur.& omnium latiſsimè Fran.Curt.ſenior cõſi.j.incip. circa primum,col.ij,verſ.ſed iſtis non obſtantibus.cum multis ſeq.& Socin. ſibi contrarius inter conſi.eiuſdem Curt.conſi.ij.eleganter,col,j.verſ.cui addo.vbi tamen non aſſeueranter aſſerit,propter autoritatem,vt ipſe dicit,eorum qui ſunt contrariæ opinionis,de quo etiam idem Soci. dubitat.d,conſ.cxxvj.col.v.lib.iij.atque etiam in conſ.cclxiij.capio primum , coi. vlt.lib.ij.vbi dicit, quòd licèt communis opinio ſit,quòd donans poſsit renuntiare,non eſſet tamen hæreticum tenere contrarium.ſed hoc ſine ſcrupulo tenet ipſe Socin.proptereáque ſibi etiam contrarius,in repe.l.cùm auus,col.xix.ff.de condi.& demonſtr.vbi ediuerſo dicit hanc eſſe communem modernorum,vt appellat,op.& Vincent.Palio etiam inter conſ.Curt.ſenioris,conſi.iij.incip.& ſi ſubtiliſsimè.colum. j.{ Firmia.in ſuo indice,in verbo donatio reuocatur.Caro. Ruin.conſi.xcviij.viſa renunciatione,col,x.nu.22.lib.j.& conſi.cvij.Ieſu,ad fi.eo.lib.j.& conſi.clxix.de tribus,col.3. nu. 12.eo.li.j,& conſi,clxxiij.quæritur primò,col.vj.nu.14.eo.lib.j.& conſ.lx.de re quidem,col.vj.nu. 17.lib.iij.vbi tamen nutare videtur.}& Franc.Curt.iunior conſi.xv.circa præmiſſam.colum.pen. verſ.præterea & ſecundo,vbi dicit ita vidiſſe ſe conſultum per plures ætatis noſtræ docto.excellentiſsimos & ſubobſcurè Steph.Bertr.ſibi contrarius,conſ.clxxv. puto quòd donatio ad fi. li.1. & conſ.clvij.ſiue donatio,lib.2.& apertiſsimè conſ.cclxxx.Chriſti,& c.viſo caſu , de quo ſuprà, col,iij.nu.9.eo,li.2,& conſ.xx.duo ſunt.col.ij.lib.iiij.& conſi.cxxxv.thema conſultationis,col.vlt. eo,li.iiij.{& Paul,Pariſi.ſibi etiam contrarius conſil.lxxij.videtur dicendum,per totum id conſil. lib.j,cuius conſi.longè poſt noſtram priorem editionem ſunt impreſſa:& ibi dicit hanc opi. eſſe æquiorem,benigniorem,& humaniorem,& iterum conſ.ſeq.donatio iſta,col,iiij.nu.31. eod.lib.j. Hiero.Gratus conſ.50.Reuerendiſsime,col. pen. nu.65.lib.j.vbi tamen dicit eam rem eſſe adeò obſcuram,



obſcuram,vt indigeat conſtitutione imperatoris.Et hanc quoque partem}dicit æquam Barb. in d.c.Raynutius,vbi ſuprà,licèt contrariam,vt diximus,eodem in loco ſequatur.

*Fundamẽtum eorum opinionis.*

*Fauori alterius nemo renuntiare poteſt in præiudicium alterius.*

90 ¶Horum præcipuum atque vnum fundamentum eſt,quia non ſola eſt huius l.ratio præſumpta illa,de qua tam multa diximus,voluntas donantis,ſed alia quoque eſt,videlicet fauor filiorum. At fauori iuríque alterius nemo renuntiare poteſt in præiudicium illius,vt teſtatur Accurſ. in l. inuitius.§.j.ff.de reg.iur.& Bart.Bal.& alij in l.pe.C.de pact.& in l.ius publicum.ff.eo.& Imol.in c.ex conqueſtione,& ibi etiam Pan.col.iij.verſ.ij.q.extrà de reſtit.ſpol.cum ſimi.Etiam ſi is alter à renuntiante ius cauſamq; habeat.l.quod de bonis.§.vlt.ff.ad legem falci.& l.ij.& l.pen. cum ibi no.per glo.C.vt in poſſ.lega.& quod not.Bart.in l.hac edictali,in fi.prin.per illum tex.C. de ſecund.nupt.vbi & hoc dicit procedere,etiam ſi interueniat iuramẽtum,de quo etiam per Cano, in c.ſi diligenti,de foro compet.& dicam paulò poſt,verſi.ab hinc ij.

*Alia huius l. ratio.*

91 ¶Et hinc quoque ſuboritur alia ratio.Nam cùm non ſola ratio huius l.ſit ea præſumpta ac veriſimilis voluntas patris,ſed & fauor etiam filiorum:certè ceſſante altera tantùm,id eſt,illa pręſumpta voluntate,non propterea ceſſat huius l.diſpoſitio,cùm altera ratio integra maneat,per l.ſi nõ lex,& ibi Bart.& Bald.qui dicit illum tex.ad id eſſe meliorem,quàm alium quemuis in iure.ff.de hæred.inſtit.& l.liberorum,poſt prin.& ibi etiam Bart.ff.de iis qui not. infa. cum multis ſimil.& concordan.à me congeſtis in{noſtro tracta.cui titulum fecimus , Ceſſante cauſa ceſſat effectus} in xx.limita.vnde & tu accipere poteris,ne huc iterum repetam.

*An conſiderãdus ſit fauor filiorum.*

92 ¶Sed hîc parum attende lector optime,vtrùm attendendus conſiderandúſque ſit hoc in loco fauor filiorum,ſi quis ſit(neque enim negauerim aliquem eſſe)ad hoc videlicet , vt non poſsit pater aut tacitè aut expreſsè huic l.renuntiare,& ita etiam non poſsit pater donare in præiudicium futurorum liberorum,qui nondum ſint in rerum natura,cùm poſsit tamen haud dubiè in præiudicium eorum qui iam nati ſunt,vſque ad debitum bonorum ſubſidium,& ſi amplius donauerit,valet tamen eatenus donatio ,& id quidem ſemper,vt nõnullis placuit,aut certè ita demum, ſi fraus abſit,vt plenè not.in l.j.C.de inoffi.donat.Et iſtud quidem remedium, quod prorſus eſt in fauorem filiorum introductum,competit nõ natis ſolùm,ſed & naſcituris,per l.ſi totas.C.eo. tit.Quæ igitur ratio eſſe poteſt,vt magis poſsit pater filiis natis nocere,quàm naſcituris,vtq; pinguius ius habeant iam nati,quàm naſcituri, faciliusq; & fortiùs infringatur donatio fauore eorũ qui nondum erant in rerum natura,quàm qui iam erant:niſi quia fortaſsis pater non donauiſſet ſi eos iam natos habuiſſet?Et id quidem veriſimile eſt,vt iã ſępius diximus,& probauimus.Ideóque ex huiuſmodi veriſimili & præſumpta mente ipſius donantis reuocatur donatio,non autem fauore filiorum poſtea ſuſceptorum,quibus iam aliud remedium paratum erat, ſicuti & iam natis:quod quidẽ remedium omnino fauori liberorum conceſſum eſt,vt ſcribit Bal.in l.Titia Seio. §.imperator,col.j.poſt prin.& iterum col.2.verſ.quæro mater & pater.ff.de leg.ij.vbi per hoc dicit in poſtremo loco,quòd non poteſt pater illi remedio conceſſo aduerſus inofficioſam donationem,etiam interpoſito iuramento,renuntiare:quia quãdo contractus infirmatur ratione alterius perſonæ,nunquam iuramento contrahentium confirmatur,alioqui vergeret iuramentum in diſpendium alterius:quod fieri non debet.c.cùm cõtingat,in fi.extra de iureiur.& c.quamuis. in fi. de pact.lib.vj.nec enim iuramentum vnius alteri nocere poteſt.l.iij.§.pe.& l.nam & poſtea.§.vlt. cum l.ſeq.& l.ſed & ſi poſſeſſori.§.vlt.ff.de iureiur.{& l.j.in prin.ff.ſi muli.ventr.nomi.}quod poſtremũ voluit etiam Bal.in d.§.imperator,& alij quoque,& idem Bal.in d.l.j.col.iiij.verſ.ex prædictis pone,& ibi etiam Saly.in ix.q.C.de inoffi.donat.& Pet.Anch.& Imol.in c.vlt.col.pe.& ibi quoq; Ant.col.vlt.extra de donat.& idem Imo.in d.c.cùm contingat,tum col.v.verſ.aduerte tamen quia quãdo,tum char.vlt.verſ.attẽde tamen quia dicit,extrà de iureiur.& Pau.Ca.conſ.348, tria ſunt quæ vidẽtur,verſ.ſecũdo videtur facere,li.ij.& Iaſ.d.conſ.cxxv.col.iij.verſ.& præmitto, lib.j.& conſ.cxlj.viſa longa,col.pe.li.4.Alex.conſ.lv.conſideratis verbis,col.iij.verſ.nec prædictis ob.lib.j.Et hoc planè ex eo conſtat,quòd illud remedium inof.donat. eſt contra voluntatẽ donãtis,vt eſt tex.expreſſus in d.l.Titia Seio.§.Lucius,in duobus locis.hoc autem ex volũtate ipſius.

*Iuramentum unius alteri nocere non debet.*

*Pater etiam cum iuramẽto non poteſt renunciare remedio inofficioſæ donat. Poteſt tamen renunciare huic l. Eiuſque differentia.*

93 ¶Et hanc differentiam,huius videlicet l.noſtræ,& remedij quod datur contra inofficioſam donationem,apertè ſentit Bart.in d.§.imperator.Nam poſtquam illud dixit,quod & nos ſuprà proximè diximus,videlicet non poſſe patrem renuntiare,etiã cum iuramento,remedio inoffi.donat. non multo pòſt,videlicet in verſ.quæro vtrùm,ſubdit poſſe contrà renuntiare huic l.Illud enim remedium in fauorem filiorum omnino introductum:hoc autem patris,nempe ob præſumptam & veriſimilem illam mentem illius.Quam etiam differentiam expreſsè appoſuit Ant. in d.c.vlt. de donat.& nouiſsimè And.Alciat.vir à nemine vnquam ſatis laudatus , in l. pacta quæ contra. C.de pact,& multi ex iis quos ſuprà citauimus.Et ea apertè hac ratione cõprobatur, quòd inofficioſa donatio non reuocatur,niſi poſt mortem donantis,vt dicit Cyn.in d.l.j.C.de inoffi.don. & dicemus latè in vlt.glo.hæc autẽ,de qua nunc tractamus,confeſtim natis liberis,non expectata morte donantis,vt hæc l.ſtatuit,& latè etiam dicemus in ead.gl.vlt.in prin. Quod non ob aliud fit,quàm quòd prior reuocatur fauore liberorum,ideóq; non niſi eo tempore,quo ipſi erant res donatas habituri.Poſterior fauore parentũ:ideóq; confeſtim,& ad ſuũ ipſorũ commodũ, nõ expectato eo tẽpore, reuocatur:vt latè dicemus infrà in verbo,in eiuſdẽ donãtis arbitrio , in prin.

*Deficiente uo*

94 ¶Ex quibus & illud infero à paucis annotatum,quòd etiam ſi filius natus poſt donationem vel let

*lũtate patris reuocatur diſpoſitio huius leg.*

let huiuſmodi donationem manere ratam,eámque approbaret , ea tamen nihilominus ex hac l. reuocaretur,nempe deficiente voluntate patris , ob quam cauſam reuocatur donatio,vt in ſimili pulchrè voluit & conſtãter aſſeruit Bal.in l.ſi cùm vel in vtero.C.de teſta.milita.quòd cum poſthumus ignoranter præteritus rumpat teſtamentum,corruántq; etiam legata aliàs debita,ex auth. ex cauſa.C.de libe.præter.ſecundum opinio.Bart.ibi,de qua latiſsimè dicemus infrà in gl. donatione largitus.in quæſtio.an hæc l.habeat locum in legatis : certè licèt poſthumus approbet teſtamentum,tamen non valet,quia non reperitur adeſſe voluntas teſtatoris naſcente poſthumo:ſicuti etiam dicitur de tacita ſubſtitutione.nam quando mater eſt in medio,licèt ea abſtineat à pupillari,non tamen ſuccedit ſubſtitutus,quia non adeſt voluntas teſtatoris. Quod Bald. ipſe dicit nouum videri,& mirabile.& ſequitur ibi Pau.Caſt.qui dicit ſing.& menti tenendum,trahítq; ad caſum l.noſtræ.& etiam Alex.Corn.Barb.in addit.Bald.& Iaſ.ibi.& Soci.conſ.xciij.teſtamentum præmiſſum,col.vj.verſ.præterea dictam reſponſionem,li.iiij.& hoc quoque nuncupatim voluit in caſu l.noſtræ Ang.in auth.de immen.donat.§.j.col.iiij.verſ.item quæro an iſta donatio. & faciunt quæ dicam infra in verbo,in eiuſdem donatoris arbitrio,in prin.

*Modò eo viuo reuocetur.*

95 ¶Quod ſine dubio verum eſſe exiſtimo,vt ſcilicet reuocetur viuo patre,ſi ipſe voluerit , etiam ſi filius approbaret donationem,nollétq; eam reuocari.Sed poſt mortẽ patris videretur quòd filius eam donationẽ,quam iam viuo patre approbauit,reprobare non poſsit , etiã ſi eo tempore quo approbauit,nihil iuris in ea re haberet,cùm approbauit per l.rem alienã.ff.de pig.& l. qui balneũ. §.Titia.ff.qui potio.in pign.hab.& l.ſi quis.ff.de act.emp.& l.pe.ff.de fun.dota.Sed tu tamẽ ſuper hoc vide quæ ſcripſimus in noſtris legibus connubialib.in gl.vij.in verbo, *le ſon mary*. in xj.q.

*Autoris hac de re ſententia.*

96 ¶Cæterùm vt redeamus ad id quod principaliter tractamus,hæc mea eſt ſententia,probabiliorem eſſe eam opinio.quæ & expreſſa & tacita huius l.renuntiatione,adeóque etiam liberorum cogitatione aſſerit hanc l.tolli , nec ei locum eſſe:nam & alioqui corruerent omnium prope ſcripta in materia huius legis quæ vbi fundantur in veriſimili aut non veriſimili mente donantis, ad eamq; tanquam ad anchoram in omnibus dubiis omnes paſsim confugiunt, etiam ij qui alterius opin. ſunt,vt videre licet ex iis quæ ſuprà ſcripſimus,& infrà quoque dicemus,& quidem tam ſæpe,vt nihil frequentiùs occurrat,quàm mens & voluntas donantis:ſiue quæratur,an hęc l.habeat locũ in donatione facta eccleſiæ,aut amico,aut vxori:ſiue etiam an procedat in re qualibet, aut parua, aut magna:ſiue itẽ quæratur,in qua donatione obtineat. Quid tãdẽ?nihil hìc quæritur, tractatur, diſſeritur,quin confeſtim in medium producatur veriſimilis illa aut non veriſimilis mens & voluntas donantis.per hanc omnia dubia,quæſtiones omnes,omnia conſilia abſoluuntur,etiam ab iis,quos iam diximus,ſed tamen ſæpius dicendum eſt,qui veluti extra mentem ſuam poſiti, mentem donantis,quam aliàs vbique aſſerunt,hoc vno in loco nihil faciunt.

*Latior eiuſdẽ explicatio. Dolus excludit cõſenſum.*

97 ¶Poteſt igitur donans,vt hoc reaſſumam,huic legi expreſsè renuntiare,vel tacitè cogitando de liberis derogare. Quod tamen tribus aut quatuor modis minimè contemnendis intelligendum declarandúmque putamus.Primo,vt procedat , niſi donans dolo inductus fuiſſet ad renuntiandum.Nam tunc per huiuſmodi renuntiationem non cenſeretur cogitaſſe de liberis, ea quidẽ cogitatione, qua huic renuntiationi conſenſum præſtitiſſe videatur:quoniam dolus excludit conſenſum ab ea diſpoſitione,ad quã quis eo dolo fuit inductus,ſecundũ not.in l.eleganter,in prin. ff.de dolo.& ita expreſsè in caſu noſtræ l.tenuit Soc.conſi.cclxiij.cuius caput eſt:capio primum, col.vlt.lib.ij.vbi & illud ſing.addit,quòd ſi dolus non ſit ſufficienter probatus, ſunt tamen coniecturæ,ex quibus dubiũ ſit,an interuenerit,necne,certè propter huiuſmodi dubiũ & in ipſo dubio pręſumemus donantẽ noluiſſe præiudicare liberis,ex doctrina Bar.& aliorum in l.Titia Seio. §.imperator.ff.de leg.ij.de qua ſupra diximus in nu.66.incip.ſed hìc in quæſtionem,& ſeq.Ideóque & huic l.locus erit.In quo etiam illud no.ex ipſo Soci.in d.conſ.col.antepe.verſ.non omitto etiam,quòd hæc renuntiatio expreſsè facta de hac l.cùm ſit contra pręſumptam mentem donantis,& res non ſolita fieri,confert cum cæteris indiciis aut coniecturis ad præſumendam mentem donantis,ad præſumendam fraudem aut dolum.Illud autem generale eſt,vt renuntiatio non noceat,cùm in ea fuit deceptus renuntians ab aduerſario,per gl.in l.paciſci contra edictum.ff.de pactis.quam ad hoc ponderat & dicit ſing.Bald.in ſua margari.in verbo renuntiatio, col.ij. verſ.renuntiatio non nocet.Quanquam ea nihil mihi ad id facere videtur. Sed tamen vide Paul. Caſtr. qui in eam ſententiam conſuluit conſ.ccclxxxv.ſiue dicamus,circa medium.lib.j. { Et facit quod ſcribit Bal.in l.ſi præſidium,col.vlt.verſ.ſed nunquid ædilitiis.C.de ædil.act.}

*Eiuſdem declaratio.*

98 ¶Secundo modo declara,vt huiuſmodi cogitatio liberorum , vel expreſſa huius legis renuntiatio in donatione facta à muliere,impediat reuocationem ex hac l.ſi ea certior fuerit facta de hoc iure reuocandi,ſi ſuſciperet poſtea liberos.Aliàs ei tanquam erranti in iure , & tractanti de damno vitando,ſubueniri debet,per leg.error.& l.iuris ignorantia.ff.de iur.& facti ignor.vt in ſimili dicimus mulierem renuntiantem Velleiano aut alteri remedio,nihil ſibi præiudicare, niſi fuerit de tali beneficio certiorata,ſecundum glo.communiter approbatam in l.vlt.§.vlt.ff.ad Velle.& in d. l.vlt.C.eod.& in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.& vbique Docto.in §.igitur ordinandus, in verbo, interroget,& ibi Bart.in auth.quo.opor.epiſ.& cle.Dy. Bart.Ro.Alex. Franc.Aret.& alios in l.in repudianda.in auth.de acquir.hæred.Cy.in l.ij.in vj.q.& ibi Bald.in q.iiij.C.de reſcin. vend. vbi ita dicit Dy.conſuluiſſe.Io.And.& Ant.in c.pen.de emp.& vendi.eundem Ioan.And.in c.ſi diligenti,

*Mulier ignoranter renuntians Velleiano, nihil ſibi præiudicat.*



ligenti,col.iij.& ibi cæteros poſt eum,de foro compet.& in addi.Spec.tit.de oblig.& ſolu. §.j. in addi.incip.Vbertus.& rurſum tit.de renun.& conclu.§.j.circa mediũ addi.incip.quomodo huic dicto.Bal.in l.j.in antiq.lect.ante fi.& ibi Soci.in fi.ff.ſi quis in ius voca.non ier.& in l.qui iure. ff.de teſt.milit.& in l.pen.col.ij.verſ.hoc verum,& ibi etiam Phil.Dec.col.vj.verſ. poſtremò not. C.de pact.& eundem Bal.in l.iij.ad fi.C.de decur.lib.x.& in c.cùm in iure,col.vlt. verſ. & vnum ſcias,extrà de offi.delega.& in l.qui iure,& ibi Ang.ff.de iur.mil.{& conſ.iiij.quæritur vtrũ,col.j. li.j.& conſ.cxxxix.factum tale eſt.D.col.vlt.li.ij.& conſ.clxvj.allegationes hinc inde factæ, verſi. ad aliud de duob.reis,li.iiij.& conſ.cxciij.punctus prohibetur per ſtatutum,in fi.lib.v.Pan. in c. ſi diligenti,col.iiij.extrà de foro compe.Pau.Caſt.conſi.ccccxj.viſo facto ac dubio.col.j.li.j. Alex. conſi.xxvij. viſo libello,col.ij.in fi.lib.j.Vital.Camb.in tract.clauſularum in rub.an mulier poſsit renũtiare benefi.Vellei.non ſemel.Guid.Pap.conſ.cxxij.Ioannes molaris,in iij.dubio.} Lud. Bol. conſi.xlv.Samaritana,col.iij.verſ.præterea etiam dato.

99 ¶Nam mulier præſumitur ignorare ius ſuum.l.cùm de indebito.§.ſi autem is qui.ff.de proba. & l.ij.§.vlt.ff.de iur.fiſc.Renuntiatio autem non trahitur ad ignorata ſiue ignota.l.mater decedens, in princip.ff.de inoffi.teſta.& l.cùm aquiliana.ff.de tranſ.& leg.ex maleficiis.§.longè minus,ff.de actio.& obliga.Imò nec ad ea de quibus quis dubitat,an ſibi competant,nec ne,per text.in l.vlti. §.ſin autem neſcius & dubitans.C.de furt.quem ad hoc not.Bart.ibi non ſemel,multumq; commendat,ac negat ſe alibi ſcire.& Ang.etiam ibi,qui & ad hoc allegat l.pro dubietate, quæ eſt vlt. C.de condi.inde.vbi dubitanti ſicuti & ignoranti datur repetitio indebiti.{& eſt etiam text. in l. qui in domini.& ibi Roma.ff.de teſta.}& etiam{Bar.conſ.lxxiij.quæritur vtrùm procurator. col. ij.}Bald.in l.leges ſacratiſsimæ.C.de lega.vbi dicit per illum text. quòd æquè parcitur dubitanti ac ignoranti.& id dicit no.dignum,& in c.cùm contingat,col.j.verſ.ibi,fuerit deputandum,extrà de reſcript.vbi ex hoc dicit,quòd is qui dubitat,ignorat.& in cap.vlt.circa medium,extra de poſtula.præl.vbi etiam dicit quòd dubitatio idem eſt quod ignorantia, vt excuſet.{ & conſi.lxxiiij. verba.col.ij.verſi.& videtur,lib.j.& conſi.cxxxiiij.in primo teſtamento, col.ij.eod.libr.j.& conſi. ccxcviij.hæc materia,ante fi.eo.lib.j.vbi ex hoc dicit dubitantem cenſeri eſſe bonæ fidei,vt ignorantem,& conſi.ccccxxxviij.Titius habebat.Seiam,col.vlt.verſ.quæritur ergo,lib.v.& Ang.cõſi. xciiij.cùm lis & quæſtio,col.v.verſi.illa enim alternatiua.Iaco.Alua.in c.j.§.ſi vaſallus feudũ,in j. not.etiam per eum tex.tit.ſi de feudo fuerit controuer.} Ro.in l.nec is.§.hæres.& ibi etiam Frãc. Aret.in vlt.no.& Iaſ.in v.not.ff.de acq.hære.Alex.cõſi.xxxvij.in cauſa mota.col.pen. verſi.item quia dubius.li.j.& Io.Ana.cõſ.lxxij.viſis & cõſideratis.col.vlt.& Barba.cõſ.xvj.præclarè ſcripſit. col.ij.lib.ij.Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil cõmune.col.vj.verſ.& ad iſtam.ff.de acqui.poſ.& in l.apud Iulianum.§.ſi Titius,col.ij.in v.no.ff.de leg.& in l.j.col.j.verſi.adde,& iterũ col.vlt.verſi.ex tertia parte fortius.ff.de condi.ind.& in l.vlt.§.idem quæſiit,col.ij.eod.tit.{& conſi.lxvij.viſo ſecundo, col.iiij.verſ.v.facit,lib.3.} & cõſi.cvij.in præſenti cõſultatione,col.iiij.verſi.j.dicitur,lib.iiij.& cõſi. clx.viſis & diligẽter conſideratis,col.vlt.verſi.hinc eſt,eo.lib.iiij.Philip.Deci.in l.qui cũ alio,col.j. ff.de reg.iur.& conſ.clxxx.viſa renũciatione,col.v.verſi.iij. non obſt.Et facit tex.in l.ij.verſ. fieri enim poteſt.ff. quis ord.in bono.poſ.ſer.& in l.quandiu,& ibi latè Rom.Corn.Alex.Iaſ.& Deci. C.qui admit.& in l.ſi is ad quem,& in l.repudiando, & in l.hæres inſtitutus,cũ ll.ſeq.ff.de acqui. hære.iuncta l.pro hærede,in prin.& l.gerit.ff.eo.& l.auia.C.de iure delib.facit etiam { text.in l.de ſtatu.ff.de teſtam.} tex.in l.vlti.C.de condi.indeb.Nam & dubitans , ſcire non dicitur.gl.in l.de ſtatu.ff.de teſta.& Bar.in l.admonendi,col iiij.ff.de iureiur.& quod ſcribit idem Bar.conſi.xc.dilecto domino,col.iij.verſi.ad quod reſpondetur.{ Ideo nec in mala fide eſſe dicitur, gl.no.in c.ſi diligenti,in verbo,bona fides, ad fin.de præſcr.& in c.vlt.in gl.vlt.eo.titu.& ibi late Panorm.col. antepe.in iij.q.gl.de quo tamen vide Bal.in fi.col.ij.& in l.ſuper longi.C.de præſcr.longi.tempo. Bart.in l.naturaliter,col.ij.ff.de acqui.hære.Ant.in c.vlt.& ibi late Imo.in ix.q.de præſcri.& omnium latiſsimè Fran.Bal.in tract.de præſcr.in ij. parte v.q.prin.primæ partis prin. } Et adeò procedit id quod diximus, ſcilicet reuocationem non trahi ad ignorata,& de quibus dubitatur , vt etiam verum ſit ſi conſtet quòd quis remitteret,ſi ea ſciret haud dubie ſibi competere,per gloſſ. ſing.in l.Pomponius ſcribit,in verbo,probauero,in fi.ff.de neg.geſt.quam ad hoc annotat & dicit ſing.Bal.in l.ſua Marg.in verbo,renuntiatio,col.j.

*Mulier præſumitur ignorare ius ſuũ.*

*Dubitans, ſcire non dicitur.*

100 ¶Et licèt non ſubueniatur mulieri,niſi in caſibus expreſsis l.vlt.C.de iur.& facti ignor. qua ratione dicebant Richar.in d.l.cùm Aquiliana.& Rapha.in d.l.vlt.ad Velleia.huiuſmodi renuntiationem Velleiani ſine alia certioratione valere:tamen ad hoc reſpondent docto.vt refert Alex.& alij recentiores in d.l.ſciendum,quòd ſatis dicitur expreſſum in iure,quando tractatur de damno vitando,per d.l.error.Ex quo & idem in caſu l.noſtræ,vt ad eam propiùs accedamus, nuncupatim concludit Soci.d.conſi.cclxiij.ad fi.quoniam non poteſt , inquit,dari ratio diuerſitatis inter vtrunque caſum,ideóque & idem ius obtinet.l.illud.ff.ad leg.Aquil.Imò,vt ſubdit,maior hìc eſt ratio,quàm in Velleiano;quando non ſit vſquequaque certum,quòd poſsit huic l. renuntiari.& idem etiã voluit Ripa,qui tamẽ Soci.non meminit,in hac ipſa l.in liij.quæſtio.Et ad huius confirmationem vide Franciſ.Aret.in l.ſi quis cùm aliter,paulò ante finem.{ & ibi quoque Iaſ.colum. vlt. } ff.de verb.obl.dum intelligunt dictum Bar.in l.vltim.§.idem quæſiit.ff. de condi.indeb.de quo paulò poſt dicemus numero 111.quartò declara,procedere in muliere,& minore , & cæteris

*De eodem.*

*Eadem eſt ratio in renunciante quæ in contrahente.*

quorum fragilitas obuiat obligationi. Nam qua ratione facilè contrahunt, eadem quoque renunciant remedijs ſibi aduerſus contractum competentibus. Nam eadem ratio eſt in renuntiante, quæ in contrahente ſimpliciter. l. ſi iudex circunuento. ff. de minorib. nec enim poteſt renuntians ſuam ipſius fragilitatem tollere, id quod etiam intelligit ipſe Bart. conſi. lxxxviij. in quæſtione inter Franciſcum, poſt medium, & Bald. in l. vlt. §. item ſi mulier, in lectu. antiq. ff. ad ſenatuſconſult. Velleia. quos ipſe Are. non citat. & Alc. in l. pen. in verbo, antiqui, in iiij. cauſa. C. de pactis.

*Idem in minore.*

101 ¶ Et quod dictum eſt de muliere, idem de minore intelligas, cuius etiam renuntiatio, ſicuti nec mulieris, nihil ei obeſt, niſi de beneficio, ſiue priuilegio, aut remedio quod ei competit, fuerit factus certior, vt per docto. in d. l. ſciendum. ff. de verb. obl. & Bal. in d. l. j. & ibi etiam Soci. ff. ſi quis in ius voca. non ier. & in d. c. cùm in iure. { & idem Bal. d. conſi. iiij. col. j. lib. j. & conſi. xlvij. caſus talis eſt, d. Andreolus, in fi. eo. lib. j. & conſi. cxlviij. in caſu propoſito, col. ij. lib. j. & conſi. clxxix. ad euidentiam, lib. iij. & d. conſi. clxvj. libr. iiij. & conſi. xcvj. pupillus, lib. v. } & d. conſi. clxvj. lib. iiij. & omnes penè quos citauimus in præcedenti verſi. quóſque adducemus infrà in hac eadem gl. nu. 135. incip. & in hanc partem facit. Nam & minor quoque præſumitur ignorare ius ſibi competẽs. d. l. cùm de indebito. ff. de prob. & d. l. ij. §. vlti. cũ gl. ff. de iur. fiſ. & in l. j. §. vlt. ff. de edend. & no. gl. in §. notandum. j. quæſt. iiij. Et ius quoque ciuile & gentium, vt no. gl. in §. j. in verbo, ſciens, & ibi Ang. in auth. de inceſt. nupt. quã quidem gl. admodum no. Fran. Tigr. in l. venia. C. de in ius voc. & Alex. conſi. cxxvj. viſo proceſſu cauſæ vertentis, col. vlt. lib. vij. Imò veriſimilior & tolerabilior eſt ignorantia iuris in minore, quàm in muliere. l. regula, poſt princ. ff. de iuris & facti igno. quam ad hoc expendit & commendat Iaſon in d. l. ſciendum, col. xij. verſic. ij. pro iſta parte. ſed eſt melior tex. cuius Iaſon non meminit, in l. quãuis in lucro. C. de iuris & facti igno. & ideo plus fauoris & priuilegij habet minor in reſtitutione in integrũ ob ætatẽ, quàm mulier ob ſexum in beneficio Velleiani, vt eſt tex. in l. vlt. in prin. vbi Salyc. no. ff. ad Velleia. vbi ita ſcribitur. Nec enim loco minoris vigintiquinque annis circunſcripti per omnia habenda eſt mulier. & in l. ſi apud minorem. ff. de minor. & facit quod ſcribit Bal. in c. cum contingat. col. iij. verſ. quæro quãdo mulier, extra de iureiur. & tex. in l. de die. §. ſi ſeruus. ff. qui ſatiſd. cog. vbi ita ſcribitur, minori quoque viginti quinque annis ſuccurrendum eſt, fortaſſe & mulieri propter imperitiã. & in l. qui habet, quæ eſt iij. in fine prin. ff. de tutel. vbi etiam magis ætati quàm dementiæ conſulendum eſſe ſcribitur.

*Minor præſumit ignorare ius ſibi competens.*

*Plus fauoris & priuilegii habet minor ob ætatem, quàm mulier ob ſexum.*

*Idem in ruſtico.*

102 ¶ Et idem quoque non abſimili ratione de ruſtico poſſumus dicere, ſi renuntiauerit reuocationi donationis ob futuros liberos, niſi fuerit certioratus de beneficio huius l. nã leges noſtræ vbique æquiparant ruſticum mulieri & minori in iuris ignorantia. vt in d. l. j. §. vlti. ff. de eden. & in d. l. ij. §. vltim. ff. de iure fiſci. qui tex. expreſsè loquitur in ignorantia ſui iuris. & gl. in l. pater, in prin. in verbo, per errorẽ. ff. de excep. dol. & Bal. in d. l. j. ff. ſi quis in ius voc. & in l. ij. verſi. quæro vtrũ hæc l. C. de fideicom. per l. vlt. in prin. ff. de dol. excep. & Philip. Deci. in l. ſi quis id quod, col. vj. verſi. ſecunda cauſa. ff. de iuriſd. om. iudic. Quinimo magis ſubuenietur ruſtico, quàm mulieri in iuris ignorantia, vt probatur ex l. iuris, iuncta l. quicunque. C. qui admit. ad bon. poſ. Neque enim mihi ſatisfaciunt quæ inibi à recentioribus quibuſdam aduerſus id ſcripta ſunt. Ideóque Cy. in d. l. ij. in vj. q. & Bald. ibi in quæſt. iiij. C. de reſcin. vend. volunt ruſticum certiorari, vt per renuntiationem amittat remedium illius l. quod & aſſerit Imo. in c. pen. col. ij. extra de empt. & vend. & latè Alex. conſi. j. ponderatis his, col. j. & ij. lib. vj.

*Magis ſubuenitur ruſtico, quàm mulieri in iuris ignorantia.*

*Tertia declaratio.*

103 ¶ Tertio declara expreſſam huius l. renuntiationem, aut cogitationem liberorum impedire reuocationem quæ fit ex hac l. quantum ad liberos ex ea vxore naſcituros, quam quis tunc habet, cum donat: non etiã ex alia, quam fortè ducit poſt mortem prioris, vt ſing. voluit Soc. conſi. 126. cuius initium eſt, viſum fuit primò, col. iiij. verſic. ex quibus. concluditur, lib. iij. vbi & ita quoque aliàs conſuluiſſe ſe dicit, ſicuti verè conſuluit inter conſi. Fran. Curt. ſenioris conſi. ij. hoc exordio, eleganter & ſubtiliter, col. ij. verſic. prima eſt quòd iſte donator. Mouetur primùm, quia cùm matrimonium ſit indiuidua viri & vxoris coniunctio. l. j. ff. de ritu nup. & quilibet præſumatur viuere vſque ad centum annos. l. vlti. C. de ſacroſ. eccl. cum ſimil. non videtur quis cogitare de alijs liberis, quàm ex eo matrimonio, nec niſi reſpectu illorum renuntiare. nec enim cenſendus eſt cogitaſſe de alio matrimonio, nec de alia vxore, quam habere non poteſt, niſi poſt mortẽ iſtius, quam expectare neque ciuile eſt, neque naturale. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obli.

*Quilibet præſumitur uiuere uſque ad cẽtum annos.*

*De eodem.*

104 ¶ Et hanc rationem confirma ex tex. no. in l. ſi quis poſthumus. poſt prin. ff. de lib. & poſth. vbi ſi ex ea quæ alij nupta ſit, poſthumum ſuum quis hæredem inſtituerit, non valet, quia turpis ſit inſtitutio, ob id ſcilicet, vt ibi ſcribunt docto. quòd illam in vxorem habere nõ poteſt, niſi mortuo marito, quod expectare turpe eſt, per d. §. ſacram. Ex quo conficitur quòd cùm donans vxorem habeat, nec niſi poſt mortem illius liceat aliam ducere. l. eum qui duas. C. de adult. quàm quidem mortem expectare turpe ſit, non cenſeatur de liberis ex illa cogitaſſe: cùm in dubio quis cenſeri non debeat quicquam malo animo facere. l. merito. ff. pro ſocio, cum ſi.

*Appellatione poſthumi continetur omnis poſthumus ex quacunque uxore.*

105 ¶ Deinde tex. eſt in l. placet. ff. de libe. & poſthu. quòd ſi in inſtitutione fit mentio de poſthumo, comprehenditur omnis poſthumus ex quacunque vxore, & id quidem fauore teſtamenti conſeruandi, vt voluerunt gl. Bar. & omnes ibi, & idem Bar. in l. ſi ita. ff. de auro & argen. lega. { Cui adde Alex. & Iaſo. in l. qui filiabus. in prin. illum col. ij. verſi. adde quod etiam hoc, & Iaſ. col. vlt. ff. de lega. j } Igitur ſi is fauor ratióque teſtamenti conſeruandi abſit, ius commune eſt in contrarium. l. ius



l. ius ſingulare. ff. de legi. Hîc autem non habet locum ea ratio, imò potiùs contraria: quia ſi comprehenderetur omnis poſthumus ex quacunque vxore, ita videlicet quòd etiam natiuitate liberorum ſecundi matrimonij non reuocarentur donationes ex huiuſmodi l. ea res tenderet ad deſtructionem teſtamenti donantis, ſi quod eſſet. nam fortè filij non adirent hæreditatem exhauſtam huiuſmodi donationibus, arg. eius quod in ſimili dicitur in l. j. ff. ad leg. Falc. & ita ſubuerteretur teſtamentum, non adita ſcilicet hæreditate. l. eam quam. C. de fideic.

*Inſtitutio poſthumi comprehendit omnem poſthumum. Secus in exhæredatione. Differentiæ ratio.*

106 ¶ Poſtremò huc, inquit, propiùs accedit quod dicit Imo. in d. l. placet, quòd licèt inſtitutio poſthumi comprehendat omnem poſthumum ex quacunque vxore, vt ibi dicitur: tamen exhæredatio non includit poſthumum ex alia vxore naſciturum, quia exhæredatio eſt odioſa, nec potuit pater moueri odio poſthumi propter ipſum, ſed fortè propter vxorem, quam tunc habebat minimè ſibi gratã, vt in ſimili dicitur in l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffi. teſta. & in l. Cicero, verſi. ſed & ſi qua. ff. de pœnis. Hîc verò huius l. renuntiatio ſiue abrogatio eſt odioſa liberis, ſicuti exhęredatio, nec potuit mouere donantẽ odiũ vxoris futurę nondũ cognitæ, ſicuti nec poſthumi nõdũ nati. Igitur nihil eſt quod poſsimus dicere patrẽ donantẽ intellexiſſe de filijs naſcituris ex alia vxore.

*De eodem.*

107 ¶ Adde ad confirmationem huius ſententiæ Soci. tex. in l. ſi quid earum. §. vlt. in fi. ff. de leg. iij. vbi ita ſcribitur, quia non eſt ita de poſteriori vxore cogitatum. Cuius autoritate dicit Bald. in l. vlt. col. iij. verſi. & nota quòd ſi talis vxor. C. de indi. viduit. quòd ſi teſtator reliquit vxorem ſuam dominam & vſufructuariam, poſtea verò mortua vxore, quam habebat tempore teſtamenti, aliam ſuperducat, ad eam non trahitur illud legatum, cùm de ea non cenſeatur teſtator cogitaſſe. Sequitur Fran. Cre. qui hoc dicit ſing. not. viij. quid ſi maritus. & Fely. in c. ij. extrà de treu. & pac. Iaſ. in l. diuortio. §. quod in anno, col. pe. verſi. vndecimò facit. ff. ſolu. matr. & in l. duobus reis. §. ſi ei qui, col. ij. verſi. decimò facit. ff. de iureiur. Phil. Dec. in c. quoniam Abbas, col. pe. verſi. vndecimò quæritur. extrà de offic. deleg. & Catel. Cotta memor. incip. vxor relicta. Sed tu ſuper hoc vide { Alex. cõſ. 170. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter dominã Ant. col. ij. verſ. non obſt. etiam iunctis præcedentibus lib. 2. & } quæ ſcripſimus in comment. noſtrarum conſuetud. titu. x. §. in xiiij. limitat.

*De eodem.*

108 ¶ Sed & tu præterea adde ad Soci. quod ſcribit Bald. conſi. ccxxxix. quia vltimus paſſus, col. 2. lib. 3. quòd in caſu auth. ex cauſa. C. de libe. præte. ſi clauſula codicillaris operaretur vt conſeruentur legata nato filio ignoranter præterito, nihil tamen haberet virium in natis ex alia vxore, de quibus cogitare nec in genere quidem potuit, quia debemus referre coniecturam voluntatis ad id quod veriſimile eſt ſecundum naturalem rationem: per not. per Dyn. in l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupilla. & idem quoque conſuluit Barb. qui Bal. non meminit, conſi. lx. illud afferam, col. ij. & iij. & multis ſeq. lib. 2. vbi inter alia mouetur ex d. §. ſacram, ſuprà allega. Quanquam in hoc vltimo contrarium voluit Pau. Caſt. aliud tamen agens, conſi. xv. hoc capite, incipiendo à ſecundo, col. 2. lib. 2. Vt interim omittam quòd qui de liberis loquitur aut cogitat, debet cenſeri loqui & cogitare de liberis primi matrimonij tantum: ſicut qui de matrimonio loquitur, de primo tantum intelligere videatur, per tex. expreſſum in l. dotis promiſsio. §. vlt. ff. de dot. promiſ. & in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignific.

*Liberorũ nomine liberi ſecundi matrimonii non cõtinentur.*

*Socini hac in re diſtinctio.*

109 ¶ Hoc Socin. placitum pulchrum eſt & egregium, ſi verum ſit, de quo non parum dubito. Nam haud dubiè pater poteſt renuntiare huic l. non ſolùm reſpectu liberorum huius matrimonij, ſed & alterius, ſi voluerit, vt & ipſe Soci. nõ obſcurè intelligit: cuius tota diſputatio in hoc eſt, quòd donans non præſumitur cogitaſſe de liberis alterius matrimonij, tanquam ſi cogitaſſet, illos quoque comprehenderet, etiam ſi id ſit odioſum. neque enim odium conſideratur, ſi pater voluerit, quantum ad l. noſtram pertinet, vt planè conſtat ex iis quæ tam latè diximus de ratione huius l. Igitur cardo huius rei in hoc tantum vertitur, an pater donans cenſeatur renuntiaſſe reſpectu omnium liberorum cuiuſuis matrimonij. Pone ergo quòd nondum matrimonio mãcipatus donat, & renuntiat expreſsè huic l. nunquid intelligitur reſpectu liberorum futuri prioris matrimonij tantum, non etiam aliorum matrimoniorum? & certè nemo dixerit, cùm par ſit omnium qui naſcituri ſunt, liberorũ ratio, par amor, par affectio, par ſucceſsio: quæ omnibus æqualiter defertur, nullo ætatis, ſexus, matrimonij diſcrimine: & qua ratione voluit donans præferre donatarium liberis prioris matrimonij, eadem & alterius, ſicuti latè dicemus infra in gl. in verbo, filios nõ habens. & cum liberos aut filios vocamus, de quibus l. noſtra loquitur, omnes omnium matrimoniorum intelligimus. neque enim in hoc leges diſtinguunt, ideo nec nos diſtinguere debemus. l. in fraudem, in fi. ff. de teſta. milit. cum ſimi. niſi tamen aliqua particularis ratio aliud induceret, vt in exhæredatione, de qua loquitur Soc. poſt Imo.

*Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

110 ¶ At alia, inquit, eſt hîc ratio liberorum prioris, alia poſterioris matrimonij. nam fortè pater habet odio vxorem præſentem, & conſequenter liberos quos ex ea habiturus eſt, per d. §. legis. ob idq; fecit donationem quam facturus non erat, ſi præuidiſſet futuros ſibi liberos ex alia vxore. Igitur non ad eos extenditur hæc renuntiatio. Et ego certè fateor, ſi conſtet veriſimiliter donantem ob id donauiſſe, & huic l. renuntiaſſe, huiuſmodi donationem & renũtiationem ex illo odio in præſentem vxorem & illius liberos prouenientem, & ita limitatam, non trahi ad alios liberos: cùm limitata cauſa limitatum producat effectum. l. in agris. ff. de acq. rer. domi. cum ſimil. Ad quod optimè facit, quod voluit Pau. Ca. diſtinguens circa materiam huius l. inter liberos odioſos, & dilectos patri, in l. j. col. iij. C. de inoffi. dona. & quod ſcribit Card. Flor. conſil. xx. cuius factum incipit,

Iacobus teſtator.de quibus latè dicam in d.glo.in verbo filios non habens.vnde poteris colligere quid & hîc dicendum ſit.Nec tamen omiſerim Iaſo.latiſsimè diſputaſſe de reuocatione donatorum ex hac l.ob natiuitatem liberorum ex alia vxore prouentorum,tribus in locis,videlicet cõſ. cxv.Barptolomæus,lib.1.& conſi.ccxxx.factum ſic ſe habet,libr.2.& conſi.clxxj.viſo inſtrumento dotis,lib.4.vbi omnibus neruis contendit donationem reuocari aliis quidẽ multis rationibus, ſed nihil omnino dicit,ex quo videatur feciſſe aliquod diſcrimen inter filios præſentis matrimonij & futuri.Sed vnum tamen dicit in ſecundo loco,quod omittendum non ducimus,quòd licèt cùm pater donans cogitat de liberis,vt cùm eorum mentionem facit in donatione,non ſit locus huic l.iuxta ea quæ diximus ſuprà nu.73.incip.itẽ intelligitur.Et aliàs ea quæ fiunt ſeparatim inter eaſdem partes eodem die & loco , cenſeantur eſſe vnus idémque actus,& quod vni ineſt, alteri ineſſe cenſeantur,vt latè dicemus infra in verbo,donatione largitus,nume.117.ſed & hoc, & duobus ſeq.tamen ſi pater alicui ſimpliciter donet ſine mentione liberorum, & eodẽ die & loco & coram iiſdẽ notariis faciat aliud pactum cum donatario nihil pertinẽs ad eam donationem,ſed extraneũ ac diuerſum,quo mentionem facit liberorum,vt in caſu ſuper quo illic conſuluit, non propterea ceſſat huius l.diſpoſitio.nec enim tunc illi actus pro vno habẽtur,nec quod vni ineſt, alteri ineſt,cũ ſint penitus diuerſi & ſeparati,ſecundũ gl.in l.etiam.§.ex cauſa.ff.de mino.& facit l. quædã mulier.ff.fam.erc.& l.ſi ex falſis.C.de tranſ.{ Cui omnino adde quæ de hac relatius diximus in tract.Retract.tit.ij.§.j.in gl.j.quæ eſt in verbo,in limine cõtractus,nu.24.ſed & id ſecũdo.}

*Quarta declaratio.*

*Vxor quinquagenaria non eſt idonea gignendis liberis.*

111 ¶ Quartò declara, vt videlicet donantis cogitatio de liberis aut expreſſa huius l.renuntiatio tollat huius l.remedium,quando pater ita cogitans aut renuntians veriſimiliter ſperat ſuſcepturum ſe liberos,vt quia ipſe vxórque ſua ſunt iuuenes , bonáque corporis ad gignendum conſtitutione.Secus ſi prorſus deſperaret , vt quia ipſe vxórque ſunt admodũ ſenes,diutiúſq; ſine liberis in matrimonio permanſerũt,aut ſi quos ſuſceperunt,mortui ſunt,nulláq; ſpes eſt futurorum , quia fortè vxor eſt quinquagenaria,ideóque nõ ampliùs,vt creditur,idonea gignendis liberis, per l.ſi ſterilis,in prin.ff.de act.empt.& l.ſi mater,& ibi Ang.Fulg.& alij.C.de hæred.inſti.& plenè diximus in noſtris legibus connubia.Contingit tamen,vt ex ea ipſa vxore(nihil enim iam de futura laboro,propterea quæ diximus in præced.declaratione)contingit,inquã,præter omnẽ ſpem,vt fit aliquando ſecundũ l.ſi maior.vt ex ea vxore,quã prorſus ſterilem,aut iam viribus ad gignendũ effœtã putabat,natus ſit ei filius,nihil tale iam à tempore donationis opinanti. neq; enim inopinabilia,quæ vocamus,ſecundum naturam cogitare poſſumus,per tex.in §.& hæc quæ diximus, iuncta gl.in auth.vt hi qui obli.ſe perh.hab.res minor.Nam & quæ ſunt incredibilia,eadẽ ſunt & non cogitabilia.l.antiqui.ff.ſi pars hære.peta.& quæ non ſunt veriſimilia,eadem incredibilia reputantur.l.Mæuius,in prin.ff.de leg.ij.& diximus ſuprà verſi.lxj.ex externis,nec mens & cogitatio ad id trahitur , quod nunquam fit,aut raro,c.coram.extra de offi.dele.Propterea hoc caſu reuocabitur donatio per natiuitatem huius filij, nõ obſtante illa patris cogitatione aut renuntiatione, quam ob id magis feciſſe videtur,quia tunc credebat nullos ſe vnquam habiturum liberos, & ita hanc renuntiationem tacitam vel expreſſam fore ſuperuacuã,& nullius momẽti, quàm ob aliud quicquam,arg.l.non ſolùm.ff.de act.& obli.& l.an inutilis,in verbo,finge.ff.de accepti. prout illam intelligunt, & ad alium no.caſum trahunt Raph.Co.Paul.Caſtr.& alij recentiores, in l.j.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.Soc.conſi.xcviij.incip.aliàs conſului,col.v.lib.iij.& eius quod voluerunt Saly.& Fulg.in l.nõ codicillum.C.de teſta.Et ita obtinet ratio noſtræ legis,quæ eſt,vt ſæpius diximus,quòd non præſumitur quis donare, ſi cogitet de futuris liberis. nã & hîc non abſimili ratione non præſumitur iſte deſperans de liberis donaturus fuiſſe , aut in donatione huic l.renuntiaturus fuiſſe, ſi nõ ſic deſperaſſet de liberis.Eſt enim quælibet renuntiatio & promiſsio intelligenda habere locũ rebus ſic ſtantibus.l.quod ſeruus.ff.de con.ob cauſ.& l.quæſtio.§.inter locatorem.ff.locat.& dicemus poſtea latius,nu.130.inci.ad hæc huiuſmodi. Igitur renũtiatio talis interpretanda eſt ſecundum ſtatum,in quo tunc erat donator,videlicet in illa deſperatione liberorum propter quã donauit:ex qua deſperatione liberorum ductus fuit ad donandũ, eadem quoque & ad renũtiandũ.l.doli.§.diuerſum.ff.de nouat.& quod ſing.no.Guil.Cu.Iac.Bu.& Alb.in l. 1.ff.de cõdi.ind.quòd ſi ſoluens indebitũ renuntiat condictioni indebiti credens eſſe debitũ,poterit tamen repetere,nõ obſtante huiuſmodi renuntiatione:quia quo errore ſoluit,eodẽ renũtiauit. quod & idẽ ferme voluerũt Bar.Saly.Ang.Pau.Caſt.& recentiores,in l.vlt.§.idẽ quæſiit, per illũ tex.ff.eo.tit.Bart.in l.ſi ex cautione,col.vlt.& ibi etiam Bal.in ij.q.& alij.C.de non num.pec.Bar. cõſi.lxxxviij.in quæſtione inter Franciſcũ,verſic.ad cuius declarationem.& conſi.xc.dilecto domino,in fi.Saly.in l.pen.C.de donat.& Pau.conſi.lxxiij.inci.licèt iſta domina.col.vlt.lib.j.& cõſi. cxliij.viſo proceſſu,col.j.lib.ij.& Barb.conſi.lxxiij.à Ioue principium,col.iij.vbi ad hoc dicit ſing. tex.in d.§.idem quæſiit.& conſi.lxxvj.illud in mediũ afferam,col.vj.lib.iij.& Corn.cõſi.clxxxix. in præſenti cõſultatione,col.iij.verſi.pro quo etiã facit,lib.j.& conſil.cxxxiij.cui eſt ſimile initiũ, col.iij.verſi.ideo inſtitutio,lib.3.& conſi.cclviij.quanquam in hac conſultatione,col.iiij.verſi.ſimiliter ergo,lib.4.Et faciunt not.in ſimili per Bar.& Ang.in l.vlti.ff.ad Velleian.& eundem Barto. Rom.& Fran.Aret.in l.ſi quis cùm aliter,ff.de verb.obli.è quibus Aret.dicit ſing.tex.in d.§.idem quæſiit.& Imo.in c.ſi cautio,ext.de fid.inſt.& in c.pen.col.xv.ext.de emp.& vend.vbi dicit ſing. tex.in d.§.quæſiit.Alex.{cõſi.xxxv.viſa ſcriptura priuata,col.j.verſi.& licèt dicta ſcriptura,lib.j.&} conſi.

*Inopinabilia ſecundum naturam non cogitamus.*

*Renuntiatio interpretanda eſt ſecundùm ſtatum in quo erat donator.*



conſi.clxxix.viſa ſcriptura,col.ij.verſi.& licet lib.2.& Phil.Dec. conſil.clxxx.viſa renuntiatione, col.pen.verſi.tertiò non obſtat.

*Confirmatio præcedentis opinionis.*

112 ¶Et ita expreſsim in caſu noſtræ l. de quo loquimur,ne auctoritate carere videamur , conſuluit Soci.d.conſi.cxxvj.viſum fuit,lib.3.& inter conſi.Fran.Curt.ſenioris,conſi.ij.eleganter & ſubtiliter,quibus locis ſuprà citauimus,in quibus dicit de hoc eſſe caſum in c.vlt.xvij.q.4. vbi quidam donauit cum nullos ſperaret liberos, & ita, inquit,cogitabat de liberis, quæ cogitatio habet vim renuntiationis.Tamen cum ei non opinanti nati eſſent filij,retractata fuit donatio. Et ſimilis eſt (vt hoc ei addam)tex.in legibus Longobard.titu.de ſucceſſ.in hæc vèrba , ſi quis ſe deſperauerit propter ſenectutem,aut aliquam corporis infirmitatem,quòd filios non poſsit habere,& res ſuas alij thingauerit,poſteáque contigerit filios legitimos procreare, omne thinx , quod eſt donatio, quæ prius facta eſt,rumpatur.hæc ibi.Sed & hoc dicit Soc.vt ad eum redeamus,probare tex.in l. tale pact.§.vlt.ff.de pact.iunctis not.per Guil.Suz.& Alb.ibi,inducẽtes illum tex. ad quæſtionem de eo,qui cum nullos haberet ſperarétve filios , acquirebat nomine fratris , poſtea tamen præter ſpem genuit filios,certè filij ipſi poterunt repetere ea bona nomine patris comparata, per illum tex.quaſi videlicet ille text.qui eſt fundatus in ſimili præſumptione,& coniectura , & veriſimilitudine,cuiuſmodi & fundatur l.noſtra habet locum non ſolum in eo qui non cogitat de liberis, ſed & in eo quoque,qui cogitat,ſed eſt deſtitutus omni ſpe gignendorum liberorum, nam non poteſt deſperare de filiis,niſi qui cogitat,vt dicit probari in lib.6.Ethicorum,licèt verbum ſperare ſit generale ad cogitantem & non cogitantem.c.1.& ibi Arch.in verbo,ſpem,de elect.lib.6.& diximus ſupra nu. 68.inci.nam & ſi aliter diceremus.Sed & quod in caſu d.l.pactum.§.vlt. pater cogitabat de liberis,probatur quoque hoc modo. Nam in ſtipulatione , de qua loquitur, adiecta fuit conditio ſi filia mea decederet ſine liberis.ex quo facilè depræhenditur, quòd de liberis cogitabat,arg.l. qui filiabus,in prin.ff.de lega.j.& quæ diximus latiſsimè ſupra verſic.lxxiij.item intelligitur. & rurſum verſi. lxxvj.incip.nec ſolum ſi de propriis.

*De eodem.*

113 ¶Sed & idem quoque in caſu de quo loquimur,vt videlicet non obſit cogitatio aut renuntiatio patris,apertè ſenſiſſe videtur Pau.Caſt.cuius tamen Soc.non meminit,in l.j.col.iij. verſic. vnum tamen ſcias.C.de inoffi.donat.cùm hæc dicit ad verbum,Vnum tamen ſcias, quòd propter liberos de nouo ſuſceptos non debet reuocare,niſi ex tacita voluntate,niſi donator de liberis deſperaſſet,vt quia habebat vxorem ſterilem,&c.Vides igitur ex Paul.ſententia,quòd ſi etiam donantis tacita interuenerit voluntas, quia ſcilicet cogitauit de liberis , ſi tamen deſperabat de liberis, reuocatur.Et idem quoque expreſsè voluit Franc.Ripa.hîc in l.q.& iterum lib.3.reſpon. cxv.incip.licèt donatio,col.pe.quibus locis ſolius Soc.meminit.

*De eadem re.*

114 ¶Et optimè facit quod in ſimili ſcribit Bal.in l.Titius.ff.de liber.& poſth. dum loquitur de teſtatore habente vxorem ſterilem,quæ tamen poſtea habuit filios,quorum natiuitate reuocantur legata,nec conſeruantur ex auth.ex cauſa.C. de lib. præter quod & idem voluit ipſe Bald.in l.filio præterito.ff.de iniuſt.teſta.& Cor.conſ.cxcv.in hac conſultatione,col.pen.verſic.& maximè hoc procedit,& ſeq.lib.1.vbi ingenioſè probat aliud eſſe non cogitare de liberis,aliud deſperare omnino de futuris liberis.& rurſum conſ.clviij.pro deciſione,col.pe.lib.2.& conſ.cxxxiij. in hac cõſultatione,col.3.lib.3.& conſi.cl.prima facie,col.2.verſi.cum itaque,eo.lib.3.vbi etiam facit diſcrimen,de quo ſuprà diximus ex eodem.rurſuſq; conſi.ccxxv.antequam aggrediar,col.pen.eo.lib. 3.vbi & idem dicit voluiſſe Dio.Barig.& Bald.à Bartho.in d.auth.ex cauſa.Nec longè abeſt quod ſcribit Bal.conſi.ccxxxix.incip.quia vltimus paſſus,lib.3. quod ſi quis conſtitutus in infirmitate, quam ſe deſperat poſſe euadere , legata in teſtamento relinquat cum clauſula codicillari, poſtea illi liberato ab eo morbo nati ſunt liberi,non conſeruantur legata ex d.auth.ex cauſa,nec vi quidem illius clauſulæ codicillaris propter deſperationem futurorum liberorum,ob eum morbum, quem letalem credebat.Et idem dicit ipſe Bal.in l.vlt.col.pen.verſi.ſed quæro nunquid iſta clauſula.C.de codic.illis verbis, niſi erronea opinio non habendi poſthumum cauſam dederit legato, vide tamen circa caſum d.auth.ex cauſa.Pau.Caſt.conſi.xv.incip.lib.2. vbi videtur voluiſſe contrarium eius quod ſuprà diximus.

*An neceſſe ſit expreßè renunciare, an ſufficiat in genere.*

115 ¶Nunc autem reſtat,vt ſciamus vtrum neceſſe ſit,vt donans expreſsè ac nuncupatim renuntiet huic l.ſiue reuocationi donationis ob futuros liberos , an verò ſatis ſit vt generaliter renuntiet omni remedio legum quibus donatio poſſet infringi,reuocari,retractari;ſiue promittat generaliter non venire contra donationem quacũque ratione,cauſa,vel occaſione, ſiue aliàs generaliter, Et hoc videtur ſatis eſſe.Nam cogitatio liberorũ in genere facit ceſſare hanc l. vt ſupra latè diſſeruimus in verſi.78.incip.ſed hic quæſtionis eſt,& ſeq.Sed qui generaliter renuntiat,cenſetur & in genere cogitaſſe de omni caſu,vt expreſsim dicit Imo.in c.cùm contingat,in iij.membro prin. de iureiur.& iterum in c.1.de commo.& Alex.conſ.3.viſo inſtrumento,col.3. verſ.fortiùs voluit, lib.1.& dicemus paulò pòſt latiùs.Imò verò fortiùs id debet operari renũtiatio generalis expreſſa quàm citata cogitatio,cùm plerumque plus roboris habeat expreſſum quàm tacitũ,per not.in l. cùm quid,ff.ſi cer.petat.& latiſsimè oſtendimus in noſtris legibus connubia lib.in glo.v.

*Plus roboris habet expreſſum quàm tacitum.*

*Generalis renũtiatio trahitur ad omnia.*

116 ¶Item quia generalis renuntiatio ſiue liberatio generaliter trahitur ad omnia. l. pluribus.ff.de acceptil.l.emptor.§.Lucius,& ibi gl.& doct.ff.de pact.Ia.Bu.& Saly.in l.age.C.de tranſa.Bart.& Saly.in l.ſi de certa.C.eo.tit.Bald.in l.tres fratres,in 4.not.& in 2.oppo.ff.de pact.& iterum in l.ſub

prætextu ſpecierũ,per illum tex.in j.oppo.C.de tranſa.{& conſ.4.quæritur vtrùm,in fin.lib.1.& conſ.184.refutatio facta,ad fi.lib.4.vbi dicit, quòd generalis renuntiatio nullis coarctata terminis refertur ad omnia per d.§.Lucius.}Ant.& Pan.in c.1.eo.tit.& Floria.inter conſi.Raph.Co.cõſi.8.viſis cõpromiſſo,col.pe.vbi nuncupatim dicit tantũ prejudicare generalem renuntiationẽ,quantũ ſpecialẽ.& iterum conſi.ſeq.duo erant ſocij,poſt med.& conſi.24.teſtator filio iã nato,col. vlt.& Alex.conſi.42.ſuper præmiſſo,col.4.verſi.& ſeq.lib.1.& conſi.xj.viſo ac vt oportet conſiderato,col.ij.verſi.ſed præmiſsis non ob.& ſeq.lib.2.vbi ad hoc multa adducit, quæ tu videre poteris.& Bened.Cap.conſi.clxv.cum vt in facto præſupponitur , col. vlt. Ideo nemo cogendus eſt facere huiuſmodi generales liberationes.l.iij.§.contrarium.& ibi Ia.Aret.Dyn.Oldra.& Bald. ff. de con.iud.tute.Bar.in l.cùm aquiliana,in vlt.not.per illum tex.& ibi quoque Ange.& alij ff. de tranſact.Bal.in l.pactum,in xvj.q.C.de coll.Sal.in l.ſicut datam.C.de lib.cauſ.Card.Flo.in c.ſuper eo,extra de tranſact.Ro.conſi.clv.præmiſſum laudum,in ij.dubio,vbi ad hoc dicit ſing.tex.in d.§.contrarium.& clanculum Pan.conſi.cxiiij.videtur primo quòd dicta compoſitio,col.2.lib.2. Barbat.conſi.xvj.præclarè ſcripſit,col.iiij.verſi.ſecundò præmitto,lib.2.& Alex.d.conſi.ij.col.iij. verſi.& prædicta,lib.2.& Iaſon in d.l.ſi de certa, col.ij.verſi.& ideo nemo.& conſi.ix.venerabilis,col.vlt.lib.1.& iterum in vlt.addi.illius conſi.& col.vlt.{& conſi.clxxj.videretur,col.j.lib.2.}

117 *Generalia uerba generaliter præiudicant.*

¶Nam & generalia verba generaliter præiudicãt.l.vlt.in fi.C.de dot.promiſſ. vbi hoc notat Ang. ad id quod Peruſini dicere ſolẽt,nullus debet effundere verba ſua,vt capra ſtercora.Vnde & generalis ſubſcriptio tantùm nocet,quantùm ſpecialis,vt voluit Bal.in auth.ſi quis in aliquo, C.de eden.Ang.Imo.Pau.Ca.Alex.Frã.Are.& Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus fuero,ſi Titius.§.Chryſogonus.ff.de ver.obli.Pet.Anc.conſ.ccxlij.priùs de virib.probationis.{vbi reprehendit Bart.tenentẽ contrariũ,in l.diuus.§.Senatus.ff.de falſ.}& Pau.Ca.cõſ.216.cõfirmando quæ ſuperiùs ſcripta ſunt,paulò ante fi.lib.1.Alex.in l.quæ dotis,col.pe.verſ.& ſubdit ibi.ff.ſol.mat.vbi hoc dicit not.& conſil.147.põderatis his de quibus,col.3.li.2.vbi hãc dicit eſſe cõmunem opi.quicquid in cõtrariũ dixerit Bar.in l.diuus.§.idẽ ſenatus.ff.de falſ.& Pau.Ca.ſibi cõtrarius,prout illũ multi allegãt.cõſ.inci.de caſu præſenti fui requiſitus.ad fi.quod tamen conſ.nõ potui reperire. & idẽ quoq; voluit ipſe Alex.conſ.14.viſis & cõſideratis.col.4.verſ.quintò probatur,lib.6.{& Phil.Dec.in c.quoniã contra falſam,col.pen.verſic.de probat.& conſi.447.in donatione,in fi.}Et faciunt not. in ſimili per Bar.in l.etiam.ff.de minor.& Pan.conſ.lxxij.ſaluatoris,& c.videtur primo,col.ij.verſi.ſed his minimè obſtantibus,lib.2.vbi conſuluit in pulchro caſu de quadam renuntiatione generali.

118 *Recedendum non eſt à uerborum ſignificatione.*

¶Et hæc quidẽ omnia optima ratione,ne ſcilicet recedamus à verborum ſignificatione,quæ eſt, vt verba generalia generaliter intelligantur & operentur.l.regula.§.vlt.ff.de iur.& fac.igno.& l.j.§.cùm vrbẽ.ff.de offi.præfect.vrb.{ & l.j.§.ait ergo.ff.quæ in fraud.cred.& l.vlt.& ibi gl.quę id dicit,& probat procedere in legibus,teſtamentis & contractibus,& ibi quoque Saly.in fi.C.de hęre.vel actio.vendi.}Et ſub verbis generalibus omnia cõpræhenduntur.l.Iulianus.ff.de legat.iij. & l.à procuratore.C.mand.& c.ij.de obſer.ieiun.& in pulchra quæſt.not.Bar.in l.generali.§.vxori.ff. de vſufruct. legat. & Rom.conſi.xliiij.incip.ex ſupra narrato themate.{Etiam ſi maior ratio in vno quàm in alio.l.j.§.quod autem.ff.de alie.& voluit Soci.in l.ij.§.ex his,in princ.per eum text. ff.de verb.oblig.& Phil.Dec.qui & alios ad hoc allegat in rub.extrà de iudi.col.7.verſi.& ex his infertur.& conſ.v.in cauſa dominæ,col.j.verſi.confirmatur hoc.& conſ.xx.in cauſa iſtorũ,col.ij.verſi.quartò vt ſuprà dixi.& conſ.xxix.cuius ſuperſcriptio incipit,an detur reſtitutio,col.ij.verſ.primò hoc probatur,& conſ.xlviij.cuius etiã ſuperſcriptio incipit,priuilegium,col.ij.vbi illum text.dicit ad hoc eſſe no.& conſi.lxj.an vaſſallus,col.j.vbi & illum dicit not.Ludo.Gozad.conſil.xxxv.breuiter, col.ij.nu.6.Etiámq; ita procedit,vt cõprehendat perſonas priuilegiatas.l.in fraudẽ, in fin.& ibi Bald.ff.de teſt.milit.& Phil.Dec.loco poſtremo ſuprà allegato,& diximus latè in tractatu Retractuũ,tit.j.§.j.in gl.14.nu.96.ego verò,}Ex quo & illud quoq; exit,quòd tantũ operatur generalis diſpoſitio quò ad quamlibet ſuã ſpeciem, quantum ſpecialis quò ad ſuam ipſius ſpeciem.l.Gallus §.inſtituens,vbi Bal.& Alex.not.vterque in ij.not.ff.de lib.& poſth.& l.ſi duo, & ibi Bar.ff.de admin.tut.& l.ſi chorus.ff.de legat.iij.& l.omnes,& ibi Bald.& Ang.C.de præſcrip.xxx.an.& in c.ſi ſacerdos,extrà de offi.ordin.& voluit gl.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum,verſi. ſed vtrũ.ff.de acq.hæred.Signo.conſi.xxx.factum tale eſt,quidam nomine Arnoldus,col.j.verſic.in oppo.Bar.in l.tres tutores,in prin.ff.de admi.tut.& in l.centurio,col.vj.ver.tertia fuit oppo.ff. de vulg.& pup.ſubſti.Bal.in l.j.C.de neceſ.ſeru.hær.inſtit.Ant.Pano,Fely.& Phil.Dec.in c.ſedes Apoſtolica,de reſcri.Domi.conſ.lxv.Ieſu Chriſti.& c.diſcutiã.col.6.verſi.circa primũ.Fulg.cõſ.117.Ioan.quondã de Rapũdis,col.3.ver.in oppoſitũ.Aegid.Bella.cõſ.26.in omnibus,col.2.Ale.& Frã.Are.in l.j.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.idem Alex.conſ.cv.ponderatis verbis,col.j.lib.6.& conſ.cxj.perſpectis literis,col.ij.verſic.nec ad hoc ob. & col.ſeq.verſic. & confirmo , eod.lib.6.& conſi.ccxxxv.poſt redditum,col.j.eod.lib.6.Fran. Curt.ſenior.conſi.xlix.recolendæ memoriæ,col.xv. verſic.in propoſito, Philip. Dec. conſi.xxiij. cuius ſuperſcriptio incipit,an & quando.col.iij.verſi.non ob.quod ibi.& conſ.cclix.viſis his,col.ij.cum quibuſdam aliis concord.congeſtis à Fely.& Dec.in d.cap.ſedes. Nam & etiam ſemper generalibus ſpecialia inſunt.l.ſemper in generalibus. ff.de iur.

119 *In materia odioſa lata fit interpretatio.*

¶Et hæc quoque procedunt in odioſis , ne quis cauſetur hanc renuntiationem in caſu l. noſtræ eſſe odioſam. Nam & in materia odioſa lata fit interpretatio , ad hoc, vt diſpoſitio quæ generаliter



liter loquitur,& generaliter etiam intelligatur,vt ſcribit Ang.in l.vlt.col.vlt.verſ.tertiò quæritur.ff.de conſtit.prin.& Ant.in c.olim,ext.de verb.ſignif.quod not.reputat Philip.Dec.{in c.j. col.ij. verſ.quartò facit,de conſt.in j.lect.&}conſi.v.in cauſa dominæ,ante fi.Nam licèt materia odioſa ſit,non tamen excluditur lata interpretatio,quæ ex proprietate verborum procedit, ex tex.not.l.cum lege.& ibi Franc.Aretin.ff.de teſta.{ & l.filium habeo.ff.ad S.C.Maced.& l.ij.§.quid ſi curatores.ff.ad S.C.Tertul.Ant.in repe.c.vlt.in materia extenſionis,in j.fal.quæ eſt in char.penult.verſ.fallit primò quando verba de conſu.Dom.in c.j.de tempor.ordin.lib.vj.& } Calder. loquens in materia diſpenſationis,conſi.j.tit.de conſang.& affini.in prin.de quo & per eundem Dec.{ in d.c.j.vbi ſuprà de conſtit.& in d.c.ſedes.col.ij.in iij.not.de reſcrip. & } conſ.cxv. viſo tenore. & conſ.cclviij.in caſu Domini Franc.col.iij.& conſi.cclxxxix.non eſt parui ponderis, col.vlt.verſ.ſecundò reſpondetur.& conſi.ccclij.in caſu propoſito,col.ij.verſ.ſed tamen prædictis { & Ludo.Gozad.conſi.lix.prima facie,col.iij.nu.13.& conſi.lxvj. quod eſt eiuſdem initij.col.vlt.nu. 23. Et id denique procedit in materia ſimul odioſa,ſimul & pœnali,glo.in c.contra Chriſtianos,in verbo,procedendi,de hære.lib.vj.Ludo.Gozad.conſ.xix.dubitatum,col.iiij. nu. xvij. vbi & ad hoc citat d.l.cum lege.ff.de teſta.& conſi.lj.in hac cauſa col.vij.nu.24.& conſi.ciij.videtur primò,col.1.nu.9.Sed & d.gloſſ.in d.c.contra Chriſtianos,probat id etiam procedere in correctoriis. quod & voluit Imo.in l.ſi verò.§.de viro.col.ij.ff.ſol.matr.Alex.in auth.ex teſtamento,col.iij.verſ.ſolùm reſtat.C.de collati.Hiero.Gratus conſ.lix.conſultus,col.ij.verſ.præterea alia ratione, lib.j.& conſ.xcv.quidam canonicus,col.ij.nu.14.eod.lib.j.

110 *Verborum generalitas periculum ſæpe generat.*

¶Ideo ſalubriter monet Bal.in l.pactum quod dotali.in xvij.q.C.de collat.vt caueant ſibi renuntiantes à verbis generalibus,ne in promptum ex effuſo ſermone periculum incidant , ſecundum tex.in d.l.vlt.in fi.C.de dot.promiſſ.{& vt dicit Bald.per illum tex.conſi. clxxxvj.generalitas , in prin.lib.iiij.verborum generalitas periculum ſæpe generat.Ideo}ſibi debent imputare generaliter paciſcentes,ſi non cogitauerint ſub verbis generalibus omnia comprehendi etiam non cogitata, vt dicit idem Bald.in d.l.tres fratres,de pact.& in d.l.ſub prætextu.de tranſactio. dum reſpondet ad l.cum aquiliana,ff.de tranſactio.qua cautum eſt,generalem tranſactionem non trahi ad incognita,vt videlicet intelligatur,quando quis nec in genere quidem cogitat. In dubio autem videtur quis propter verba generalia in genere ſaltem cogitaſſe de omnibus,arg.l.qui iure.ff.de teſta.milit.& ita illam l.intelligit Bart.in d.l.ſub prætextu,in prin.qui & idem voluit in d.l.ſi certa,circa medium,verſ.quæro vlterius,& ibi Iaſ.col.vlt.verſ.ſecundò quærit.C.de tranſact.& voluit Ang.in l.qui iure militari.ff.de teſt.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig.Imo.& Alex.ſuprà allegati in verſ.ab hinc v.& præterea idem Imol.in c.conquerente,col.xiiij. extrà de offic. ordin.Pau.Caſt.conſi.xxx.ſuper puncto iſto plura,in fi.li.j.& Alex.conſi.xlij. ſuper præmiſſo themate,col.iiij.verſi.quartò.lib.j.& d.conſi.xj.col.ij.verſ.ſed præmiſsis,& multis ſeq.lib.ij. & Franc.Aret.conſi.xxxiij. conſultatio præmiſſa,col.pen.verſ.ſed dubium facit.& Soci.conſi.ciij.in caſu conuẽtionis,col.iiij.verſ.ſed tamen his non ob.lib.iij.vbi multæ concord.afferuntur.

121 *Generalis renuntiationis effectus.*

¶Ex quibus fit quòd per renuntiationem huiuſmodi generalem omnis legum auxilij, & ſimiles, cenſetur eſſe renuntiatum beneficio Senatuſconſul.Velleiani,vt voluit Bart.in l.ſi ſub conditione,col.v.verſ.quæro quid ſi non renuntiauit.ff.de teſt.tut.& in auth.matri & auiæ.col. pen.verſi.quæro quid ſi non renuntiauit,& ibi etiam Bald.& Saly.C.quand.muli.tutel.offi.& Franc. Aret.d.conſi.xxxiij. conſultatio præmiſſa,col.pen.verſ.ad tollendum.Quanquàm contrarium in hoc voluit Bald.ipſe alibi,niſi,vt dicit,ea renuntiatio fiat de conſcientia iuris.vt in matre ſuſcipiente tutelam:in quo caſu loquuntur Bart.Bald.& Saly.vbi ſuprà,aliàs ſecus,vt dicit ipſe Bald. in l.j. in 1.lect.ante fin.ff.ſi quis in ius voc.non ierit. Sed quicquid ſit, Bart.in illis duobus locis tenet per huiuſmodi generalem renuntiationem cenſeri renuntiatum beneficio non incarcerandi,id quod etiam voluit Saly.in d.auth.matri & auiæ.& Rom.in l.ſi verò.§.de viro.in ij.prin.fal.ff.ſol. matr.& in l.plerique,& ibi etiam Alex.col.vlt.Soci.col.vj.verſ.ſecundus caſus,& Iaſ.etiam col.vlt.ff.de in ius vocand.& Matheſal.qui hoc reputat mirabile,in not.cix.incip.nota caſum quotidianum.& Iaſ.in l.ſi ego,col.ij.verſ.adde tu notabilem effectum,ff.ſi cert.pet.vbi hoc dicit ſing.& not.& in l.ad egregias,col.ij.ff.de iureiur.& Soci.conſi.cxxvj.diligenter,col.ij.verſ. confirmatur hoc , lib.j.quòd repetitur conſi.clxxx.lib.ij.Item & beneficio quoque cedendarum actionum, vt per multa probat ipſe Soci.conſi.cc.quoniam ex forma,col.pen.verſ.ſeptimò certum eſt, lib.ij.quòd repetitur conſi.cxxv.lib.iiij.& ante eum Ang,quem ipſe allegat,in l.2. C. de fideiuſſ. & ante vtrunque Bald.quem nullus allegat,conſi.iiij.quæritur vtrum,lib.j.vbi poſt multa hinc inde allegata tandẽ concludit hoc de rigore iuris eſſe verius,{licet aliud ſit æquius & non obſcurè Corn.conſi.lj.licet in hac.col.iij.in litera m.& n.lib.ij.}& nouiſsimè Phil.Dec.in l.vlt.in prin.col.iiij.verſ.illud tamẽ notandum eſt.ff.ſi cert.pet.& conſ.xxvij.cuius ſuperſcriptio incipit,exceptio cedendarum,vbi & Soc.non allegat.& conſi.{ccccxlvj.viſo elegãti conſi.poſt prin.& conſi.}cccclij.viſa inſtructione,col.pen.verſi.vltimò aduertendum.& Matth.Affli.qui nullum citat,deciſi.clxxxij.quia regia,col.vlt. verſ.ſed meliùs.Licèt diuerſum cenſuerit Bald.ipſe in l.ſi diuerſa,poſt prin.C.locat.& Roma,conſ.472.in eo quod quæritur.col.ij.verſ.ſecundum obſiſtens.& Alex.in addi.Bar.in l. hi qui.ff.de fideiuſ.& in l.ſi ex duobus.§.ſi à Titio.ff.de duo.reis.& conſi.cxvj.viſis quæ ſubtiliter,col.vlt.lib.vj.& conſ.cxcvj.perſpectis narratis,col.vlt. eod.lib. vj. Atque etiam beneficio excuſsionis ex

auth.præſente.C.de fideiuſſ.aut aliàs,vt tradit Phil.Dec.in d.l.vlt.vbi ſuprà,ſi cert.pet.{& d.cõſ. xxvij.col.ij.verſ.& nunc intelligis.}& ante eum Fran.Aret.quem non allegat.d.conſ.xxxiiij.cõſultatio præmiſſa,col.pen.verſ.ſed dubium facit,iunctis præcedentibus.& ante vtrunque Bald.in l.j,col.iij,verſ,pater qui conſenſit.C.de conue.fiſci. debi. lib.x.quem nuncupatim ſequitur Alex. conſi. xxxiij.in cauſa executionis,col.iiij.verſ.ſecundò principaliter.lib,iiij.& conſ.xxxiiij.conſultus aliàs,col.j.verſ,iiij.ad exceptionem,eo.li.iiij. {Quanquam contrarium videtur ſentire Roma. conſi.ccxj. allegationes , cùm dicit quòd fideiuſſor qui promiſit ſoluere ſine aliqua exceptione, non intelligitur renuntiaſſe dicto beneficio,per multa quæ ibi allegat,& ſequitur Iaſ.in l.j. col.ij. C,de ſacroſanct.eccleſ.& Hippol.Marſil.ſing.cccxxxij.credo te ſcire.}Idem autem dicit in beneficio diuiſionis.{vt ſcilicet per renuntiationem generalem cenſeatur ei renuntiatum,Imo.conſi. xlvj.in caſu præmiſſo ante omnia ad fi.}Franc.Aret.vbi ſupra & Guid.Pap. q. delph. ccclxvij.in aliquo.vbi etiam idem dicit de omni beneficio ordinis. Item & beneficio d. l. plerique.de in ius vocand.vt per Iaſ.ibi,col.iiij. verſ. xiij. limitat.id quod etiam non obſcurè videntur intellexiſſe Ro.Alex.& Soci.ibi.Et beneficio l.de his.ff.de tranſactio.vt per Alex.conſi.xj.viſo ac vt oportet conſiderato,col.v.verſ.pondero illa verba,iunctis præcedentibus.lib.ij.& Soci.conſi.cc.quoniam ex forma,col,pe.verſ.vij.certum eſt,lib.ij.& Phil.Dec.d.conſi.ccccliij.Atque etiam beneficio reuocandi ob inſinuationem non factam,vt voluit Corn.conſi.liiij.in themate præſupponuntur, col. 3.verſ.itẽ verbũ liberè,lib,iij.& Franc.Aret.conſi.xvij.conſideratis,col.vj.verſ.& licèt in iuramento.Et denique beneficio nõ cõueniendi vltra quàm facere poſſumus,vt conſuluit idem Corne. conſi.cxxviij.circa hanc conſultationem,col.iij.verſ.confirmantur prædicta,lib.iij. Et generaliter cuilibet beneficio ſpeciali ratione indulto,vt reſpõdit Fran.Curt.iunior conſ.18.memoria repeto, col.6,{& ante cũ Fran.Aret.d.conſ.ciij.breuitas,col.iij.verſ.ſecũdò hoc probatur,per not.per Bar. in d.l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſta.tuto.& Saly.in auth.matri & auiæ.C.quand.mul.tut. offi. idq; dicit probari in l.vlt.eo.tit.& in §.qui verò.in auth.vt mat.debit.& cred.}Etiam ſi ex ſtatuto non ex iure communi competat, vt per Rom.conſ.cclj.incip.clariſsime.& Dec.d.conſi.ccccliij.

*Cõtrariæ opi. autores,*

122 ¶Contrarium tamen in caſu noſtræ l.voluiſſe videtur Old.conſ.xcv.cuius initium eſt , ex forma, iſtius,col,ij,dum loquens de hac l.noſtra,licèt ad aliud propoſitum , aſſerit non rationis eſſe per verborum generalium anguſtias filios parentum bonis fraudari. per hæc ſentiens non obſcurè, verbis generalibus non videri renuntiatũ huic l.Sed & hoc apertius voluit Bal.in l.j.in vlt.quæſt. C.de inoffi.donat.& apertiſsimè Rom.qui in id edidit,conſi.cclxix.non eſt dubium.& Pau.Ca. conſ.ccccxxxv.ſuper hoc puncto plura videntur,col.vlt.lib.ij.Soci.conſ.cxlvij.viſa facti contingentia:col.v.verſ.præterea in terminis,lib.j.& iterum conſ.liij.viſo inſtrumento,col.j.li.iiij. Barth. Cepo.in l.irritam,quæ eſt vlt.verſ.& adde quòd per renuntiationem.C.de vſucap.pro donat. & Iaſ.conſi.ccxxx.factum ſic ſe habet,col.iiij.verſ.quartò pro confirmatione.lib.ij.Steph.Bertr.cõſ. cxxxv.thema conſultationis,col.vlt.lib.iiij.& Fran.Curt.iunior conſ.xv.circa præmiſſam,col.pe. {Carol.Rui.conſ.xcviij.viſa renuntiatione:col.x.nu.22.li,j,& conſi.cvij.Ieſu,ad fi.eo.li.j. & conſi. clxix.de tribus,col.iij.nu.13.eo.lib.j.& conſi.173.quæritur primò,col.vj.verſ. ſecundò reſpondetur,eo.li.j.& conſ.ij.q.col.iij.nu.4.poſt med.lib.3.& conſi.lx.de re quidem,col.vj.nu.17.eo.li.3.}& Ripa.qui ſolum Rom.profert hîc in q.lij.& And.Alciat.in l.pe.in verbo,antiqui,in fi.C. de pact.

*Rationes autorum contrariæ opin.*

123 ¶Mouetur autem ipſe Rom.qui de hac re copioſiùs cæteris loquitur,iis rationibus. Primũ enim tranſactio non trahitur ad non cogitata.d,l,cùm Aquiliana.& l.Aquiliana.ff.de tranſact. & l.vlt. §.idem quæſiit,& ibi doct.ff.de condi.indeb.& c.cùm inter,de renunt.Cui adde quod voluit glo. in l.tres fratres.ff.de pact.in vna ſolutione quam dat ad l.qui Romæ.§.vlt.ff.de verb.oblig. quòd generalis renuntiatio non trahitur ad ius quod quis veriſimiliter ignorat ſibi competere. & eam approbat Bart.ibi,& Card.Flor.conſ.xcij.nobiles viri,col.vj.verſ.item etiam ſi valuiſſet.At in dubio,vt redeamus ad Ro.non præſumitur donans cogitaſſe de liberis,per not.per Bart.in l. Titia Seio.§.imperator.ff.de leg.ij.& ſup.latè diximus verſ.lxxj.incip. ſed hîc in quæſtionem vertitur, & aliis ſeq.Sed huic rationi ſatis reſponſum eſſe videtur ex iis quæ nuper diximus,quòd per verba generalia videtur renuntians cogitaſſe de liberis in genere:quod videtur ſufficere:vt diximus ſuprà nu.78.incip.ſed hîc quæſtionis,eſt & ſeq.

*Beneficiũ alicui conceſſum cauſa miſerationis requirit uerba ſpecialiſsima.*

124 ¶Item beneficium,inquit Rom.alicui conceſſum cauſa miſerationis & pietatis , ad hoc vt excludatur,requirit verba non ſolùm ſpecialia,ſed & ſpecialiſsima,vt voluit Cyn.in l.j.in fin.C. quan. impe.int,pupil.& vid.& Bald.in l.j.col.vlt.ff.ſi quis in ius vocat.non ier. Id quod reputat ſingul. Ro,vbi ſuprà.Et idem voluit,vt id Ro.adiiciam,Sign.conſi.ccxxxiiij. in quæſtione præſentibus intercluſa,col.j,per tex.in auth.qua in prouincia.C.vbi de cri.ag.op.iuncta d.l.j.C. quan.impe. & facit quod per d.l.j.voluit Imo.in c.ſignificãtibus,de offi.deleg.& ipſe Sign.conſ.clxxvj. quæſtio proponitur,col.ij,verſ.ſed in caſu noſtro.& conſ.ccxxxj.Titius locuples,poſt medium,verſ.præterea generalis diſpoſitio.& Card.Flor.conſi. cxxxvj.factum ſic ſe habet,vacantibus, col.v.verſ. item in c.dudum.Sed beneficium huius l.eſt huiuſmodi,cùm l.ipſa videatur miſereri parentis,qui veriſimiliter & ex pietatis coniectura cenſetur malle rem donatam ad liberos,ſi quos habiturus eſt,peruenire,quàm ad extraneos:& ſi de illis cogitaſſet,veriſimiliter non donauiſſet , aut conditionem reuocandi appoſuiſſet.Sed & ad hanc quoque rationẽ dici poſſet,quod ad præcedentem dictum eſt,ſcilicet ſatis eſſe,ſi in genere cogitauit.

¶Denique



*Beneficium alicui conceſſum à lege ratione exuberantis fauoris requirit ſpecialem renuntiationem.*

125 ¶Denique beneficium quod alicui conceditur à lege ratione exuberantis fauoris,requirit ad excluſionem ipſius ſpecialem renuntiationem,per tex.in d.l.j.& ibi etiam Bald.ante fi. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.Verùm ad id quoque dici poteſt,aut eam rationem,ſi vera ſit, non eſſe in omnibus perpetuam,aut id beneficium minimè concedi ratione exuberantis fauoris , cum ſatis ſit,vt diximus,in genere cogitaſſe.niſi id potius falſum ſit:quod non admittimus,cum ſit ex omnium,præter vnius Parpal.ſententia,vt ſuprà diximus.

*Confirmatio eiuſdem.*

*Generales renuntiationes plerunque in inſtrumentis apponuntur.*

giorum plenius animaduertere potes,& iterũ ibi,volumus priuilegiorum ſuorum ſeruare teno-
rem.Ex quo generaliter no.gl.ibi,nõ eſſe recedendum à forma verborum.& ex eo quoque Bal.
in l.j.§.ſi is qui,in lect.anti.in fi.ff.de exe.act.tradit tenorem priuilegiorũ eſſe ad vnguem ſeruan
dum.De quo etiam nõ eſt deterior tex.ſi non melior,in c.recepimus, eo.tit.de priuil.vbi dicitur,
inſpiciẽda ſunt ergo eccleſiarũ priuilegia,& ipſorũ tenor diligentiùs attẽdendus.& in c. cõſide-
rauimus,ibi,cõtra tenorẽ priuilegiorũ,ext.de elect.& in c.vlti.ibi,tenor indulgẽtiæ,ext.de trãſla.
præla.ex quo no.Bal.ibi,in iij.not.ſingula priuilegiorũ verba eſſe põderanda : { & idẽ Bal.in l.ij.
col.ij.verſi.vlteriùs quæro.ff.de cõſtit.prin.in j.lectu.vbi dicit verba priuilegiorũ eſſe põderãda. }
vt nõ abs re dixerit idẽ Bal.in c.eã te,col.3.in prin.ext.de reſcr.quòd ad quem caſum verba pri-
uilegij nõ porriguntur,nec ipſum quoque priuilegium porrigitur.& Pet.Anch.cõſi.171.caſus ta-
lis eſt,quidã dominus Ricobinus, { Ant.& Pan.poſt Inn.in c.per venerabilẽ,qui filij ſunt legit. }
atq; etiã Pau.Caſt.conſ.34.ſuper primo dubio,poſt prin.lib.2.aſſerũt in vniuerſum tenorẽ pri-
uilegiorum eſſe ſequendum.Id quod etiam facit Cepo. conſilio cauſarum ciuilium lxvj. Titius
procreauit,col.2.& ante eos Bal.conſi.355.præmittendum eſt ad euidentiam quòd priuilegium,
lib.j.& ante omnes gloſ.in c.vt apoſtolicæ , de priuil.lib.6.& in clem.j.in verbo, excolendas,ad
fin. de deci.

*Tenor inueſtituræ potiùs inſpiciendus, quàm generalis natura feudi.*

9 ¶Poſtremò adde tex.in c.j.ibi,propter tenorem inueſtituræ,tit.de duob.fratri. vbi Bal.dicit eum
tex.egregium,ex eoque no.quòd tenor inueſtituræ derogat omni naturæ feudorum.& tex.in c.
ſi cui,ibi,tenorem inueſtituræ ſequendũ,tit.de extraor.cap.Corra.quos tex.ad hoc quoque ex-
pendit ipſe Bal.in d.l.quoties,col.j.C.de ſuis & legi.& in prælud.feud.in iiij.diuiſione , vbi dicit
ſemper eſſe recurrendum ad tenorem inueſtituræ,quæ vim contractus oſtendit, per illos text.&
idem Bal. { in c.j.col.3.verſi.porrò ſi dominus,tit.de feud.guard.& } in c.j.§.denique,col.j.tit.quę
fuit pri.cau.bene.amit.vbi dicit à tenore inueſtituræ non eſſe recedendũ,per priorẽ illum tex.&
cõſi.207.quæſtio eſt,ſpurius,col.2.verſ.in cõtrarium videtur,lib.2.vbi & ex illis tex.tradit potiùs
eſſe inſpiciendũ tenorem inueſtituræ,quàm generalem naturã feudi.& conſi.251.conſiderãdum
eſt quòd quãdo emphyteuſis,eo.lib.2.vbi dicit,in duobus locis tenorem inueſtituræ eſſe poten
tiorem omni natura,nec eũ reſtringendũ eſſe,ſed indefinitè interpretãdum,prout verba ſonãt,
& conſi.275.quòd pro regula,col.4.eo.lib.2. { & conſ.330.in hoc concordati ſunt,poſt prin.lib.
3.vbi tradit naturam feudorum cedere naturæ verborũ,& ab ea regulari,per d.c.j.de eo qui ſibi
& ſuis fili. } & Rom.conſi.33. viſo inueſtituræ tenore,ad fi.verſic.dicit no.illum priorem tex.&
iterum conſi.499.in caſu propoſitæ conſultationis.Pau.Caſt.conſ.176.videtur dicendũ,in prin.
lib.1.vbi & illud aſſerit,tenorem præferri omni naturæ feudorũ,& conſ.146.viſo pũcto, in prin.
lib.2. { & conſ.245.in caſu præſenti,col.j.eo.lib.2. } & conſi.338.ad primum quæſitum,col.j.verſ.
ex his apparet,eo.lib.2.Io.Ana.conſ.7.viſis & ponderatis,col.2. verſ.ſecundũ præmitto.& conſ.
37.viſo puncto,in ij.dubio.& conſ.84.videndum eſt,col.j.Marti.Laud.in cap.j.col.j.titu.qui feud.
dar.poſſ.vbi dicit vnam eſſe maximam ( vt ipſe loquitur ) in feudis,primùm omnium inſpicien
dum eſſe tenorem inueſtituræ , quia derogat iuri feudali.Cepo.cauſarum ciui.conſi.24. propter
guerrã,col.j.Alex.ſiue is eſt Barb.quod magis credimus ex ſtilo,inter conſi.ipſius Alex.conſi.52.
circa hanc,col.4.verſi.& ſi quiſpiã,lib.4.idem Barba.conſ.4.ſcribitur 1.Regum,col.7.lib.1.& cõſi.
40.præclarè ſcribitur,col.2.eo.lib.1.& cõſi.43.eiuſdẽ principij,eo.lib.j.& conſ.ſeq,ſcribitur apud
prophetã,col.2.eo.lib.1.& cõſi.51.ſcripſit ſapiẽtiæ,col.antep.eo.lib.1.& conſi.x.ſapiẽter ſcribitur,
col.j.lib.2.conſ.ſequ.illud afferã,col.8.eo.lib.2.& conſ.26.ſapiẽter ſcripſit,col.j.eo.lib.2.& cõſi.33.
ſcripſit pſalmiſta.col.3.eo.lib.2.& cõſi.36.ſapienter ſcripſit,col.2.eo.lib.2.& cõſ.38.præclarè ſcrip-
ſit,col.x.eo.lib.2.& cõſi.50.præclarè ſcriptũ eſt,col.6.eo.lib.2.& conſ.lxj.illud afferã,col.j.eo.lib.
2.& conſ.86.magnus dixit,col.2.lib.4.& aliàs ſæpe in cõſi.Soci.conſ.67.viſis inueſtituris, col.2.
verſ.quorum volũtas,& rurſus col.v.verſ.quartò hæc cõcluſio,lib.j.Fran.Curt.ſenior d.cõſi.49.
vbi ſuprà.& cõſi.ſeq.etiam vbi ſuprà.& conſ.63.primo aſpectu,col.j.verſ.ſed iſtis textibus.Fran.
Cur.iunior cõſ.j.facti cõtingentia,col.3.& cõſ.20.præſupponitur in facto,col.vlt.Iaſ.conſi.78.vt
opportune,poſt prin.lib.j.& cõſ.114.ad obiecta,col.3.verſ.nã ad tenorem,eo.lib.j.& conſ.180.cir-
ca primum dubium,col.3.verſ.tertio moueor,lib.2. {& cõſ.233.præſens conſultatio, col.5. verſi.
ſextò ad prædicta,eo.lib.2.& conſ.j.nobilis,col.3.verſ.primò moueor,lib.3. } & conſ.17.dubium
facere videntur,in prin.& iterum col.2.verſic.ſed præmiſsis,lib.3.& conſ.117.in cauſa & lite,col.
pen.verſ.item per inueſtituras, lib.3. { & conſi.136.præſupponitur.col.3.verſic.item iſta eſt vna,

eod.lib.4. } & inter conſi.Alber.Bru.conſi.ix.dominus Ioannes,col.j.& iterum ij.& ipſe Brunus conſi.xxxix.circa antedictũ caſum,col.2.& cõſi.xlj.viſo inſtrumento inueſtituræ,col.2.vbi multa propè ad verbum ex Curtio ſeniore,vbi ſuprà,illius tamen nomine ſuppreſſo,deprompſit: & Phil.Dec. { cõſi.cclxiij.in contractu emphyteutico,in princ.vbi & id dicit procedere in emphyteuti.& } conſi.cclxix.conſultus,col.2.verſi.in quo tamen. & dicto conſi.cccxxviij. & ccccxxxv. & conſi. { ccccclxviij.ſuperiori anno,col.2.verſ.& vlterius,& conſi. } dcxiiij.in cauſa feudali,col.1. & conſi.dclxxx.cuius eſt idem initium,poſt prin.Hippo.Mar.conſi.xcix.largiri,col.2.lib.j. Sed & præter duos illos tex.qui tantùm ab illis citantur,habes & alium clariſsimè probantem tenorem inueſtituræ communem feudi rationem vincere,in c.j.§.præterea,vbi & hoc expendit Bald.titu. quid ſit inueſtitu.

10 ¶Nec ea quidem tantùm obtinent in legibus,ſtatutis,contractibus,ſententiis,priuilegiis, feudorum cõceſsionibus,de quibus iam ſatis,vt opinor,locuti ſumus,ſed & in teſtamentis,cõpromiſſis,& arbitriis,libellis,reſcriptis,inſtrumentis,actis,& quibuſuis aliis diſpoſitionibus:quãdoque de teſtamentis loquũtur d.l.nõ aliter.& d.l.ille aut ille.§.cũ in verbis.ff.de leg.iij. ſupra allegatæ. ſed non erat ſilentio ac diſsimulanter prætereũdus text.iubens verba teſtamentorum eſſe ſubtiliter cõſideranda,in §.nos igitur,in authen.de reſtit.fideicõ.vbi ita ſcribitur in antiqua eademque vulgata,qua vtimur editione,vnde ſubtilius teſtamẽtum cõſiderantes,verbis ipſius inuenimus,&c. quem quidem tex.in hoc expendit Bal.in d.c.j.col.3.verſi.poſt annũ,tit.de feud.guard. ſed verba Græcæ conſtitutionis Iuſtinianæ hoc ipſum planius ſignificãt.ea ſunt huiuſmodi, ὅθεν λεπτερόντε καὶ ἀκριβέστερον τοῖς τῆς διαθήκης ἐπισκήψαντες ῥήμασιν &c.id eſt,ad verbũ, vnde ſubtilius pariter & diligẽtiùs teſtamẽti cõſiderantes verba. ex quibus planè probatur verba ipſa teſtamenti & ſubtiliter & diligẽter eſſe cõſideranda.{ quem etiã tex.ad hoc citat vbique Iaſon in ſuis lectu.& præterea cõſi.xliij.videretur prima conſideratione,col.2.verſi.ſed præmiſsis,lib.3.& cõſi. lxxix.ſuper vſufructu,in prin.eo.lib.3.& conſi.cxliiij.agitur in præſenti, poſt prin.lib.4. } Ideoq; Bal.ipſe alibi,videlicet in l.ſi cũ dotem.§.ſi pater,in fi.ff.ſolu.mat.cautè,ait , inſpicias verba teſtamenti.& rurſum conſi.cxxij.verba teſtamenti ſic dicũt in fin.lib.j.aſſerit multos decipi,qui non ponderãt verba teſtamentorum,quæ in ſe magnũ pondus habent , ad cognoſcendum quid eſt. ex quibus multa reaſſumit & commendat Iaſon in l.ſi ancillas,in fi.ff.de leg.j.& conſi.lxvj.viſo teſtamento antedicto,in prin.lib.3.Quibus adde Pau.Caſt.conſi.lxxj.ad primũ,in fi.lib.2.vbi dicit non eſſe recedendum à verbis teſtatoris.Et huc quoque faciũt quæ dicemus inferius in hac eadem gl.nu.20.incip.quin & ſi in caſu.

*Verba teſtamentorũ inſpicienda.*

*Et ſubtiliter conſideranda.*

*Et diligẽter.*

*Verborũ pondus ad cognoſcendum multum facit.*

11 ¶De compromiſsis & arbitriis probat tex.in l.non diſtinguemus.§.de officio.ff.de arbit.& in c. cùm in iure,ibi,iuxta compromiſsi tenorem,extrà de electio.& in c.examinata,ibi,contra formã compromiſsi,extra de confirm.vtil.vel inutil.& in c.cùm olim,in fin.ibi, iuxta tenorem arbitrij, extra de præſcri.& in c.Raynaldus,ibi,prout forma compromiſsi , extra de teſt. { & dicit Bal.in l.Pedius,per illum tex.ff.de arbit.quòd à forma compromiſsi nõ eſt recedendum,etiam ſi forma ſeruata iuris effectũ nõ habeat,& conſi.cccxviij.practica,col.j.lib.j. dicit quòd à verbis laudi non eſt recendum,& allegat l.Celſus.ff.de arbit. } De libellis autem eſt tex.in l.ij.ibi,ex iis quæ in libello complexa ſunt,& ibi recentiores,qui hoc annotant.C.de inſtit.& ſubſt. { & dicit Bal.cõſi. cxc.Sempronius Manfredi,col.2.lib.2.quòd à verbis libelli non eſt recedendum,per l.vlti.C.de fideic.lib.& l.cùm precũ.C.de lib.cauſ. } De reſcriptis verò dicit gl.in d.l.Pedius.§.in ſeruũ.ff.de arbit.& poſt eá Bal.in l.cùm magiſtratu,in prin.C. quan.prouo.non eſt neceſ.quòd iudices non debent diſcedere à verbis reſcriptorum.Cui ſimile eſt quod tradit idem Bal.in rub. extra de offi. dele.col.pen.poſt Inn. quòd iudex delegatus non poteſt interpretari reſcriptum , niſi quatenus verba ipſius reſcripti patiuntur.& bene facit quod ſcribit ipſe Bal.in c.cùm olim,col.j. verſi.not. quòd in delegato,eod.quoque tit.& in c.cùm ordinem,col.5.verſi.quæro nũquid certa,extrà de reſcr.vbi dicit quòd papa non cenſetur in ſuis reſcriptis vti certa ſcientia, niſi verbis id cõcipiat, per l.Gallus.§.j.ibi,ex verbis concipi poſsit,& l.cõtractus.C.de fid.inſtru.& idem Bal.in c.ſignificante,in prin.eo.tit.extrà de reſcrip.tradit quòd vbi non cõueniunt verba reſcripti,nec reſcriptũ quoque cõuenit.De inſtrumentis,præter id quod ſuprà diximus ex Bal.in d.l.lecta.ff.ſi cert.pet. notum eſt illud eiuſdem Bal.in c.per venerabilem,col.pen.verſic.quid ſi eſt expreſſum, extrà de elect.quòd non cãtat inſtrumentũ,nec ego cantabo. { & ſimile eſt quod ſcribit idem Bal. conſi. ccxcvij.hæc materia.col.2.verſi.præterea videndum,lib.j.quod inſtrumentum non dicit,nec nos dicere debemus,per d.l.ſi fideiuſſores magiſtratuũ.§.j.& idẽ quoque dicit cõſi.clxxxix. creditor, poſt medium,lib.2. } & bene facit quod tradunt iidem Bal.& Ang.in l.ſi binæ.ff.de inof.teſtam. & in d.l.ad probationem dominij.C.de probati.& in l.ſi quis inficiatus.ff.depoſi.& in l.vlt.in fi. per tex.ibi.C.de falſ.cau.adiect. leg.vbi dicit quòd nihil aliud inquiri debet , niſi quod in inſtrumẽto ſcriptũ eſt.& in c.cùm venerabilis , in fi.extra de excep.& conſi.xv.omnis aſſeſſor, col.2. verſi.quintò,lib.2.Ang.in l.intereſt.C.de ſolu.qui & ipſi loquũtur de eo quod inſtrumentũ cantat.& eſt optimus tex.in c.cùm dilecti,ibi,ex tenore inſtrumenti,extra de dona.cum aliis multis cõcord.à me traditis in noſtris commẽtariis cõſuetudinũ tit.xxix.in gl.ij.in ij.fal.De actis deniq;, { nã & hæc poſtremo loco dicta ſunt, } Bal.qui vbiq; eſt,in c.vlt.ad mediũ,extrà de proba.quod non loquũtur,inquit,acta,nec nos loquimur.& conſi.ccccclv.quidã nomine A. col.j.lib.j.vbi dicit quòd

*A forma compromiſsi non eſt recedendum.*

*Nec à uerbis reſcriptorũ.*

*Nec à tenore inſtrumenti.*



quòd non poſſumus plus vel minùs loqui,quàm acta loquuntur. }

12 ¶Et ita quidem hæc omnia obtinent , vt potiùs actus pereat, maneátque inutilis,quàm à verbis diſcedatur,ſi nullo modo rei & negotio conuenire poſſunt,per l.tutores.§.j.cum ibi no.per Bar. ff.de adminiſt.tut.& l.fideicommiſſa.§.ſi filio.& ibi etiam Bar.ff.de leg.iij.& voluit Franc.Aret.in l.à Titio,col.vlt.ff.de verb.obli.& conſi.lxvj.viſo puncto,col.2.verſi.ſed tamen vt omnia,vbi ad hoc dicit ſing.tex.in d.c.tutores.§.j.& Iaſon in l.quoties in ſtipulationibus,in iiij. limitatione.ff. de verb.obl.vbi & de hoc dicit eſſe tex.optimum in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& idẽ Iaſon in l.ſi tibi pecuniam,in fi.j.no.ff.ſi cer.pet.& in l.ſi quis in fundi vocabulo, quæ eſt iiij. in prin.col.antep.verſi.ego vltra ſcribentes.ff.de leg.j. {& prioribus adde tex.in l.Sciæ.ff.de tuto. & curato.dat.ab his. } Sed tu ſuper hoc vide omnino { tex.ponentem tutelam procur.in l. pater Seuerinam.§.cõditionem.ff.de condi.& demon.& } And.Alciat.qui mihi in ea re cæteris rectiùs intellexiſſe videtur,in l.2.de verbo.ſign.char.ij. Sed id nolui prætermittere,vt intelligeres quàm religioſum noſtri putant à verbis diſcedere.

*Vſq; adeo ut actus potiùs pereat, quàm à uerbis diſcedendum ſit.*

13 ¶Sed & hoc ita procedit , vt in quibus caſibus permittitur interpretatio vel declaratio cuiuſpiam rei,vt puta,iudicis eſt ſuam ſententiam, actoris ſuum libellum declarare vel interpretari:ea certè declaratio ſiue interpretatio ita debet fieri,vt verbis cõueniat,nec ab iis,cum clara ſunt, recedatur:aliàs reiicitur,vt voluit Bar.in l.ab executore,col.2.verſ.item ſi verba.& ibi etiã Imo.& Ang. Aret.ff.de app.& idẽ Bar.in l.duobus.§. ergo ſi quis ff.de iureiur.Bal.in l.ea quæ.C. commi.vel epi.& in l.volũtatis,col.vlt.verſi.quæro ſi ſtatutũ.C.de fideicõ.& in l.certo generi.§.j. per illum tex.ff.de ſerui.vrb.præd.& in d.hac lege,col.j.verſi.quæro nunquid iudex.C.de ſenten.ex peric. reci. } in rub.extra de offi.deleg.col.pen.& in c.poſtremo,extra de appel.dum dicit,quòd vbi de ſignificatione vocabuli tractatur,non eſt recurrendum ad arbitrium iudicis.Ang.in l.ſi quis intentione.col.vlt.verſi.vltimò ſcias.ff.de iudi.Imo.conſi.xxj.in caſu præmiſſo,col.ij.verſi.nec obſtat prædictis,lib.2.Domi.in c.licèt.verſi.præmiſſæ,in iij.no.de teſta.& Pau.Caſt.cõſi.cccxxxviij. quia exceptiones,col.ij.lib.j.Fran.Are.in l.v.§.ſtipulatio, col.j.verſi.ſed huic rationi.ff.de verbo. obli.& in l.quicquid aſtringendæ,in prin.col.vlt.vbi hoc dicit no.& ibi etiam Iaſon col.2.in iij. no.per illum tex.ff.eo.& idem quoq; Are.in l.edita,col.2.verſi.intellige tamen quòd declaratio, & ibi etiam Fran.Purp.col.18.nu.100.C. de eden.& ipſe Are.conſi.lvj. poſt abſolutum primum conſilium,paulò ante fi.& conſi.lxxix.diligenter conſideratis,in ij.dubio Alex.in l.diuortio,col. 4.verſi.item dictum.ff.ſoul.mat.& conſi.xxviij.viſis & accuratè ponderatis,col.pen.verſicu.non obſtat quòd magis ſenſus,lib.j.& conſi.lvj.viſo proceſſu,col.4.verſi.nec etiam poteſt dici, lib.2. & conſi.ccxvij.nec arguendi ſumus,in fi.eo.lib.2.& conſi.clxvij.viſis & põderatis his,col.2.verſ. non obſtat dum quartò,lib.7.Soci.in l.natutaliter.§.nihil.commune,col.7.verſi. ſed tu cõſidera. ff.de acqui.poſ.Barb.cõſi.xxxviij.præclarè ſcripſit,col.12.verſi.& ſi quiſpiam dixerit, lib.2.Steph. Bertr.conſil.cclxix.viſo proceſſu,nu.4.lib.v.Phil.Dec.in l.in ambiguis.ff.de regu.iur.Ludo.Bolo. in tract.de indulgentiis,col.17.nu.83.

*Iudex ita debet interpretari ſuam ſententiam , ut uerbis conueniat.*

*Item actor ſuũ libellum.*

14 ¶Quibus adſtipulatur tex.no.in c.cùm dilecti,extra de accu.vbi declaratio ſiue interpretatio debet fieri non perimendo,ſed exponendo quæ dicta ſunt.quem ad hoc no.& commendat Bal.in ſua marg.in verbo interpretatio,& in l.j.in fi.C.de libe.præt.& in l.ſi de interpretatione, in prin. ff.de legib. vbi ex eo.text.dicit quòd interpretatio debet eſſe veriſimilis, vt ſcilicet exponat, non perimat.Nam & Dy.in c.nõ ſunt partium,de reg.iur.lib.6.negat interpretationem nõ veriſimilem eſſe admittendam,& poſt eum Bal.in d.l.ſi quis ambigua,in vtraque lect.& ibi quoq; Ang. ff.de iud.& Fely.in c.ſuper quæſtionum,col.j.ext.de offic.dele. Quæ omnia etiam cõfirmat illud Tullij,libr.2.de inuentione, quo loco diſſerit de controuerſiis , quæ in ſcripto verſantur. Cùm ſcriptum eſt,inquit, apertè, tum iudicem legi parere , non interpretari legem oportere. Et facit etiam optimè tex.in c.ſi pater,ibi,dummodo earum verbis conueniat,de teſta.lib.6.

*Interpretatio debet eſſe ueriſimilis.*

*Iudicem legi parere , non eam interpretari oportet.*

15 ¶Ex quo fit quòd declaratio ſiue interpretatio verborum nõ dubiorum,quæ ſcilicet illis nõ congruit,nõ cẽſetur eſſe declaratio prioris diſpoſitionis,ſed noua atque alia quædam diſpoſitio,quæ non tollit ius alteri quæſitum ex illa priori diſpoſitione,ſecundum Petr.Ancha.conſi.cccxcviij. præmitto pro clariori,in fi.Pau.Caſt.in l.hæredes palã.§.ſi quid poſt,col.2.ff.de teſt. & cõſi.22. viſa quadã ſcriptura,col.vlt.lib.j.& conſi.cxlviij.viſo & examinato pũcto,col.vlti.eo.lib.j.& apertiùs cõſi.340.præmiſsis allegationibus adhæreo,col.j.eo.lib.j.& Phil.Dec.in d.l.in ambiguis.ff. de reg.iur. { & in l.edita,col.12.verſ.& quod ſupradictũ eſt.C.de eden.} & in c.cùm veniſſent,extrà de iudi.& ante hos Bal.quem nullus citat,in c.j.col.3.verſi.itẽ qui interpretatur,extrà de conſtit.

*Interpretatio uerborum non dubiorũ, cẽſetur noua quædam diſpoſitio.*

16 ¶Sed & vt ex aliis item ſcriptoribus aliquid in rem noſtrã mutuemur, hæc mirè fulciunt quæ à Quintiliano ſeniore,ſcilicet auo,vt multi cõtendunt,eius qui inſtitutiones oratorias ſcripſit,eleganter tradita ſunt aduerſus iuris interpretes,qui in legum interpretationibus à verbis earũ recedunt,voluntati mentique earũ,vt ipſi cauſantur,ſeruientes. Hæc ipſius verba ſunt { ex declam. cclxiiij. } Manifeſtũ eſt nihil poſſe calumniæ admittere verba legis aſcripta. Nũc peritiſsimi litiũ homines ad interpretationem nos iuris adducunt. Nõ enim hãc eſſe legis voluntatẽ quæ verbis oſtenditur,quorũ ego prudentiam miror. Tãtum vicerunt illos maiores noſtros, illos cõditores iuris,illos qui rudem ciuitatem legibus ac iure formarũt.In hoc approbare conantur defuiſſe his ſermonem , defuiſſe conſilium. Et paulò pòſt, Hoc dico,iudices , pernicioſiſsimam eſſe ciuitati

*Quintiliani ſenioris locus aduerſus iuris interpretes.*

*Pernicioſiſsima ciuitati legũ interpretatio.*

hanc legum interpretationẽ. Nam ſi apud iudices hoc ſemper quæri de legibus oportet,quid in his iuſtum,quid æquum,quid cõueniens ciuitati,ſuperuacuũ fuit omnino leges ſcribere.Et credo fuiſſe tempora aliquando, quæ ſolam & nudam haberent legum æſtimationẽ. Sed quoniam ingeniis hæc in diuerſum trahebantur,nec vnquã ſatis cõſtitui poterat quid oporteret,certa forma,ad quam viueremus,inſtituta eſt.Hanc illi autores legũ complexi ſunt:quam ſi mutare,& ad vtilitates ſuas peruertere licet,omnis vis iuris,omnis vſus eripitur. Nã quid intereſt, nullæ ſint, an incertæ leges? Et cætera quæ ſequuntur.Sed & multa in hanc ſententiã adfert Tullius in eo. lib.2.de inuẽtione.Nõ oportere de eius voluntate nos argumẽtari,qui ne id facere poſſemus, iudiciũ nobis reliquerit ſuæ voluntatis:multa incõmoda conſequi, ſi inſtituatur vt à ſcripto recedatur.Nã & eos qui aliquid ſcribant,nõ exiſtimaturos id quod ſcripſerint,ratum futurum:& eos qui iudicent,certũ,quod ſequãtur,nihil habituros,ſi ſemel à ſcripto recedere cõſueuerint. Scriptori neque ingeniũ,neque operam,neque vllam facultatẽ defuiſſe, quo minùs poſſet apertè perſcribere id,quod cogitaret:nec fuiſſe ei graue nec difficile certã aliquam cauſam excipere,ſi quicquam excipiendũ putaſſet.Deinde & ipſis iudicibus iudicãdi,& cæteris ciuibus viuendi rationes perturbatum iri,ſi ſemel à legibus receſſum ſit.Nã & iudices neque quid ſequantur, habituros,ſi ab eo quod ſcriptum ſit recedant:neq; quo pacto alios improbare poſsint,quòd cõtra legem iudicarint:& cæteros ciues,quid agãt,ignoraturos,ſi ex ſuo quiſque cõſilio, & ex ea ratione quæ in mentem aut in libidinem venerit,non ex communi præſcripto ciuitatis vnamquanque rem adminiſtrabit. Indigniſsimúmque eſſe,quam rem verbo & literis mutare non poſsis,eam re ipſa & iudicio maximè commutare.Hæc Tullius carptim ac vellicatim. { Sed & idem ad fi. Partiti.ora. multa in hanc ſententiam ſcribit. }

*Incertæ, an nullæ ſint leges, nihil intereſt.*

17 ¶Et hæc quidem optima ratione.Nã quorſum ſunt nomina ſeu verba, niſi vt demonſtrent voluntatẽ dicẽtis?vt eleganter veluti interrogando aſſerit iuriſcõſultus in l.Labeo.ff.de ſupel. legat. Cui concinit tex.in c.is autẽ.xxij.q.ij.Et vt dicit Bal.in l.ſed & reprobari,in prin.per tex.ibi.ff.de excu.tut.ex loquela hominis animus iudicatur.quod dicit ſummè notandum.Quæ ſententia eſt Ariſtotelis,ſi is eſt,nã Andronicus Rhodius eũ eſſe negat,ſed Boetius & cæteri aſſerũt, circa initium lib.j. περὶ ἑρμηνείας, id eſt,ex traductione Laurentiani,de elocutione,aut vt vertit Boetius ipſe,de interpretatione.Quã quidem Ariſtotelis ſententiã ita traducit ipſe Boetius, Sunt ea quæ ſunt in voce,earũ quæ ſunt in anima paſsionũ notæ. Quam & ex ipſo Ariſtotele citat ipſe Bal. in l. { de quibus,col.vlt.ff.de legib.& in l.} j.§.vbi autem,col.vlt.verſi.no.tex.in §. ſinautẽ ad deficiẽtis.C.de cad.tol.vbi & ipſum quoq; Boetiũ ſimul citat.& in c.mandatũ,col.j.extrà de reſcri. & ſine autore ipſe Bal.in c.bonæ,le j.col.j.extrà de poſtu.præla. { & conſi.cxxxiiij.mihi Bal.col.j. lib.4. } Et ex Ariſtotele. { Alber.in d.l.Labeo,nu.4.Alex.conſi.lij.circa hanc, col.2.lib.4. } Maria. conſi.7.nunc quæſitorum,col.j.& cõſi.x.quamuis quæſtiones, col.etiam.j.& cõſi.xj.circa præſentem,col.pen.Fran.Cur.ſenior conſi.50. memoriæ recolendæ,col.xxvj.verſi. conſequenter ſtabit. & Barb.conſi.iiij.ſcribitur primo regum,col.pen.lib.j.& conſi.xiiij.clementiſsimi Dei,col.3.& iterum col.6.eo.lib.j.& conſi.xxxiiij.clementiſsimi patris,col.2.eo.lib.j. & conſi.xxxvj.illud in medium referã,col.2.eo.lib.j.& conſi.x.ſapienter ſcribitur,col.3.verſic.& ſi quiſpiam dixerit, lib.2.& conſi.xj.illud afferam,col.15.lib.2.& conſi.xxiij.ſapientiſsimus dixit,col.j.eod.lib.2.& conſi.xviij. præclarè ſcripſit,col.x.eo.lib.2.& cõſi.lvj.ſapiẽter ſcribit pſalmiſta,col.7.eo.lib.2.vbi & alia multa in id allegat. & cõſi.ix.vbi Chriſtus,col.pen.lib.3.& cõſi.xx.bene etenim cuncta gerũtur,col.pen. eo.lib.3.& conſi.xxxix.ſimilis exordij,col.2.eo.lib.3. & conſi.xlij.deum inuocent,col.3.eo.lib.3.& conſi.lxxiij.magnanimus,col.v.lib.4.& conſi. lxxxij.clementiſsimi dei,ante fi.eo.lib.4.& conſil. lxxxvj.magnus dixit,col.2.eo.lib.4.& Iaſ.conſi.cxlij.venerabilis,col.x.in xj.ratione,lib.2. & cõſi. clxxj.viſis & diligenter,col.2.verſic.ſecundò facit , eo.lib.2. Ex Boetio autem citat Bald.ipſe in l. iuriſgentiũ.§.pactorũ,col.j.ff.de pact.& ſine autore idem Bal.in tract.ſchiſma.col.7.verſi. perſpicaciter ergo videamus.& Barb.conſi.xvj.clementiſsimi dei,col.4.verſi.cum ergo iſtud.lib.4.

*Ex loquela hominis animus iudicatur.*

18 ¶Et alibi ſæpe idem Bald.citat illud Caſsiodori, Nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborũ.videlicet in l.generaliter,in primo no.C.de nõ nu.pec.& in l.ad cognoſcendos.C.de ingenu.manu.& in l.tres denuntiationes col.j.C. quo.& quan. iud.& in c.j. titu.de conten.inter me & domi.in addit.& in c.ſuper literis.col.2.ext.de reſcrip.& in rub.ext.de teſti.Subditque in poſtremo loco verbũ vulgi dicere,Loquere,& cognoſcam te. { & cõſil. clx.facta fuit inueſtitura,lib.j.& conſi.cccv.verba principis dicũt,col.j.eo.lib.j. } Et illud quoque Caſſiodori dictum ex Bal.aduocat Alex.imò Barb.ſi ſtylo credimus,inter conſi.ipſius Alex.conſi.52. circa hanc dubitationẽ,col.2.lib.4.& idẽ Barb.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te,col.vlt.ff.de verb. obl.& in c.omnipotẽs,col.2.ext.de accu.& in omnibus propè locis ſuprà citatis.& præterea cõſi. xliiij.ſapiẽter ſcripſit,col.j.lib.2.& Maria.locis etiã ſupra deſignatis. & Iaſon in l.neq; profeſsio, col.2.verſi.ſubdit vlt.loco.C.de teſtam.& in l.ſi quis filium , col.2.verſi.tertiò intellige.C.de lib. præt.quibus locis,& d.conſi.cxlij.vbi ſuprà,lib.2.& alia Bal.dicta in eam ſententiam adfert, quæ videre poteris.& Fran.Cur.iunior conſi.v.facti cõtingẽtia,col.7.verſi.prædictis tamen omnibus. & Phil.Dec.in d.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.& d.conſi.cccv.col.j.& Hipp.Marſ.in l. 1.diuus Adrianus,col.j.ff.de ſicar.& in l.j.nu 31.C.eo.tit.& conſi.xxj.vocem meam, col.3.num.21. lib.j.& Ferdin.Loaz.qui vnum Franc.Cur.citat,in repe.§.j.colum.9. Inſti.de iuſti.& iure.Quibus

*Loquere, & cognoſcã te.*

denique



denique illud Euangelicum addiderim,Loquela tua te manifeſtum facit. Et quod tradit Tullius lib.de legib.j.orationem eſſe mentis interpretem. Et paulò ante etiam Lucretius lib. 6. quo loco Athenienſium peſtem deſcribit,vocat linguam animi interpretem.

*Atque animi interpres manabat lingua cruore.*

{ At Bald.conſi.clx.facta fuit,lib.j.dicit linguam eſſe tubam cordis. & quod verbum non ſonat, pro nullo habetur.& conſi.ccccxc.ponitur quòd quidam Nicodemus,col.j.lib.quod verbũ non ſonat,nec ſentit quoque. }

*Loquela tua te manifeſtũ facit.*
*Lingua animi interpres.*
*Item tuba cordis.*

19 ¶Tum ſecundò,vt ad alias rationes pergamus,quòd hæc l.noſtra donationẽ perfectam reuocãs videtur eſſe exorbitans,vt noſtri loquuntur,nõ prorſus ineptè , cum & Auguſtinus lib.de ciuitate Dei.ix.c.4.verbo exorbitãdi vſus ſit, cũ dicit quòd exorbitet ab itinere ſapiẽtiæ,& lege iuſtitiæ. Idémque in commentariis in Euangelium Ioan. tractatu xlvij.dicat hoc verbum ita dici, quaſi extra orbitam fieri.vt exulare extra ſolum,expirare extra ſpiritũ : vt interim relinquã tex. hoc verbo vtentem in c.ad noſtrã,ext.de appel.& in c.j. verſi.ille verò,de fili. presb.lib.6. { & in §.opponitur,iterúmq; in §.huic oppoſitioni.j.q.vij.quibus locis dicitur exorbitare à fide,} & neſcio an alium talem cõperies. Quæ hîc ideo obiter volui dicere,quia id verbũ frequens ſit apud noſtros iuris interpretes,exiſtimeturq; à quibuſdã nõ eſſe ſatis probum.Græci autem pro verbo exorbitãdi ἐξιχνέομαι dicunt.Sed vt redeamus,videtur ergo hæc l.noſtra exorbitãs eſſe à regulis iuris cõmunis,quod aliàs ſtatuit donationes fore perpetuas & irreuocabiles.l. Ariſto.§.vlti.ff.de dona.l.ſine.C.eo.l.ſi donationẽ,hoc ipſo tit.de reuo.don.vbi nec reſcripti quidem autoritate reuocari nõ poſſunt.& l.cũ ancillam.C.de cond.ob cau.& l.cum te ſpõſæ,& l.ſi mater.C. de don. an.nup.& l.ſi donationis.C.de cõtr.empt.& l.vlti.C.de vſuca.pro dona.& l.ſenatus.§. ſed mortis.ibi,nullo caſu reuocetur.ff.de don.cau.mor.& c.non enim.xxij.q.ij.& c.verum, extra de cõd. appo.& no.gl.in c.in cauſis,in verbo,integra,extra de elect. { Bal.conſi.cccxxvij.pridie , in prin. lib.vbi dicit donationẽ perfectam neque tolli neque mutilari poſſe.Sunt igitur,vt id repetã,perpetuæ & irreuocabiles donationes, } ſicut & cæteri contractus.l.ſicut.C.de actio.& oblig.& l. de contractu,& l.nõ eſt.C.de reſcin.ven.& l.in cõmodato.§.ſicut autem.ff. commo.& c.licèt,ext.de voto.Ideo qui dicit donationẽ perfectam nõ poſſe reuocari,habet regulam pro ſe,& intentionẽ fundatã,vt expreſsè dicit Rom.cõſi.171.pro deciſione,col.vlt.verſi.ſecũdò quia regulam habeo. & faciunt no.per Bar.Sal.& alios in l.vlt.ff.de cond.cauſ.dat.& doct.in l.iuriſgentiũ, in princ.& Soc.in l.qui Romæ.§.Flauius Hermes,col.4.verſ.prima concluſio.ff. de verb.obli. Similiter ſtatuit ius commune,actum ſimpliciter factum,cenſeri purũ,ac ſine die & conditione l. libertis libertabúſque.§.vlt.ff.de ali.& cib.legat.& l.j.ff.de cond.& demonſt.& l.j.§.ſi quis ſimpliciter. & l. eum qui calendis.§.quoties,& l.interdũ. { & l.ſi ita ſtipulatus fuero,ſi Titius.§.Chryſogonus,in fi. } ff.de verb.obl.& l.omnia.ff.de legi.& l.in omnibus obligationibus.ff.de reg.iur.& tex.omniũ optimus in c.j.in fi.xxxiij.q.viij.cum ſi.Et hoc nuncupatim in donatione reſpõderunt , aliud tamen agentes,Old.cõſi.cxiiij.factum eſt tale,quædam mulier,verſ.iuxta hoc etiam & Pan.cõſi.lv. in quæſtione quæ vertitur, col.2.verſic.ſed his non obſtantibus.lib.j.per l.perfecta.C.de donat. quæ ſub mod.vbi etiam eſt tex.ad hoc expreſſus.& l.iij.hoc noſtro titu.de reuo.donat. { Et hoc quidem adeò procedit,vt ne princeps quidem in ſuis donationibus ſiue cõceſsionibus iam perfectis conditionem apponere non poſſet,vt per And.Iſer.multa in id allegantem in c.j.ad fin.tit. de capi.qui cur.vend.& Luc.Pen.in l.qui fundos.C.de omni agro deſer.lib.xj. }

*Quà ratione hæc lex exorbitans dicatur.*
*Verbum exorbitare.*
*Donationes perfectæ non reuocantur.*
*Regulam habẽt pro ſe & intentionem fundatam.*
*Et ſtatuunt ius cõmune.*
*Et cenſentur puræ.*

20 ¶Quin & ſi in caſu huius legis noſtræ cenſeatur eſſe tacita quædam cõditio & voluntas donantis,vt ſcilicet tum demũ donatio rata ſit,ſi donans nullos ſuſceperit liberos , ſiue ea reuocetur ſi poſtea liberos ſuſceperit,ſecũdum ea quæ diximus ſupra in præfati.huius l.nu.6. Tamen ea voluntas non prolata, ſed in mente retenta nihil ſuapte natura operari debet,ex regulis iuris communis.c.j.ibi licèt voluntatem habuerit,& ibi gl.& Panor.extrà de eo qui mit.in poſſ.& l. quidã cum filium.ff.de hære.inſtit.vbi nõ ſufficit teſtatorem voluiſſe,niſi & ipſe diſponat, & hoc not. Bal.Imo.& alij ibi.Ex quibus Bal.illud præterea no.quòd non ſufficit aliquid eſſe in intentione. Dicitque,& poſt eum Imo.ex hoc limitari omnia iura mundi,quibus cauetur voluntatẽ teſtatoris eſſe ſeruandam.& Alex.qui hoc multum commendat in l.ſi quis filium,ad fin.& ibi quoque Iaſon col.j.C.de libe.præt.& idẽ Iaſ.in l.ſi res obligata,col.6.verſi.ego teneo.ff. de leg.j. { & cõſi. xxx.in præſenti,col.3.verſi.tertiò facit,lib.3.& cõſi.96.iſte eſt valde difficilis,col.3.verſi. eiuſdem initij,lib.4.& cõſi.154.viſo teſtamẽto,col.3.lib.4. } & alibi ſæpe.& Soc.cõſi.vj. in præſenti cõſultatione,col.4.verſi.ex qua cõcluſione,lib.3.& cõſi.69.viſo teſtamento Ioãnis,poſt prin.eo.lib.3.& Fran.Cur.ſenior conſi.43.quia inquit Bal.col.11.verſi.quia non ſufficit.Et Steph.Bert.conſi.340. ponitur in facto,nu.9.lib.j.& Phil.Dec.in l.nõ omnis,col.j.ff.ſi cer.pet.& in l.cùm quid,col.v.eo. tit.& in l.ſemper in ſtipulationibus,col.j.ff.de regu.iur.& conſi.15.cuius ſuperſcriptio incipit , an appellatione filiorũ,col.3.in prin.& cõſi.63.ſubſtitutio,col.2.verſi.& ratio manifeſta eſt. & conſi. 89.viſo puncto,col.3.verſi.cõfirmatur hoc.& conſi.95.cuius ſuperſcriptio eſt,ſubſtitutio, ad fi.& conſi.186.quoniã ex facto,col.j.& conſi.205.in cauſa iſtorũ,col.2.verſi. ſed his non obſtantibus. & conſi.211.ſubtilis eſt caſus,col.2.verſic.prædictis.& conſil. 218.in caſu ad me tranſmiſſo,col.3. verſic.& ne prædictis.& conſi.248.viſa petitione,col.vlti.& conſi. 287.in ciuitate,col.4.verſi.ſed ſupradictis.& conſi.290.domina Blaſia,col.pe.verſi.primò nõ obſtat.& conſi.ſequen.col.4.verſi.

*Voluntas non prolata nihil operatur.*

& pro fundamento.& conſi.cccxiiij.pro reſolutione,col.2.& conſ.ccclxij.punctus de quo quæritur,ante medium.& conſi.ccclxix.iuridicas,poſt prin.& conſi.ccclxxvij.viſis & diligenter conſideratis,col.2.verſi.quia ad hoc reſpondetur.& conſi.ccclxxxiiij.in caſu propoſito,col.vlt.verſi.non obſtat quòd volunta.& conſi.ccccxij.viſo eleganti conſilio,col.2. {& cõſi.ccccxv.perſcrutatis,nu.7.& 8.& conſi.477.viſo conſilio,ad fi. } & alibi ſæpe.nam is ferme in hoc totus eſt.

*De eadem re.*

21 ¶Et hanc quoque ſententiam fulcit tex.in l.qui ex liberis,quæ eſt penul.§.vlti.ibi,nec putauerit quiſquam nuda voluntate conſtitui teſtamentum.ff. de bon.poſſ.ſecun.tab.& in l.iubemus.C.de teſta.vbi teſtator volebat plures inſtituere hæredes,puta tres aut quatuor,idque cõſtabat, & tamen non niſi duos inſtituit. Certè illi tantùm habentur pro inſtitutis , non etiam alij quos ſcribere voluit.Et ad hoc cũ tex.expendit Pau.Caſt.conſi.cclxiiij.videtur dicendum pro matre, col. 1.Et alius quoque tex.quem & ipſe Dec.nonnunquam citat in d.l.Gallus.§. quidem rectè, ibi,vt ex eo caſu valeat,qui ex verbis cõcipi poſsit.quem etiã expendit Bald.conſi. clxxxij.locata fuit, col.vlt.lib.j.vbi ex eo dicit,quòd finibus verborũ debemus eſſe contenti.& rurſum in c.ſecundo requiris,col.j. extrà de appel.vbi ex eo ſupplet illum tex.in verbo,intẽtioni,quaſi nõ ſatis ſit intentio,niſi ea verbis exprimatur.ad quod etiã citat tex.quem dicit ſing.in l.ſi alij, in fi.ff.de vſufr.leg.ibi,plus valet ſcriptura,&c.Per quem & ipſe Bal.alibi,ſcilicet in c.mandatũ,col.1.ext.de reſcr. aſſerit linguam cordi cedere,& ſub iugo mentis verba conſiſtere,tanquam ſub proprio originali & digniori,dum tamen ( inquit ex eo tex.) non recedatur à verbis.Et ſtatim poſt ſubdit,tacitam voluntatem cohærentem expreſſæ,haberi pro expreſſa , ſed in corde retentã nihil operari.Quin ex eo tex.reſpondit ipſe Bal.conſi.xxiij.Titius in teſtamento , col.2.lib.j.non eſſe recedendum à rigore verborũ teſtamenti.Sed & ex eo dicit idem Bal.in c.licèt de vitanda,col.2.verſi.apparet, extrà de elect.quòd non minùs verba quàm ratio magiſtralis debet attendi : quia ea ratio nõ eſt tex.legis,ſed opinio quædam doctorũ.Sed & alibi ſcribit idem Bal.in l.proponebatur , in ij.opp. ff.de leg.ij.id haberi pro omiſſo,quod nõ emittitur à teſtatore in ſcriptura vel prolatione verborum diſpoſitiua.Et rurſus in l.voluntatis,ad fi.C.de fideicõ.tradit non credendũ teſtatorẽ quicquã velle,niſi id quod expreſſerit.quod & idẽ prodit id l.j.§.ſin autẽ ad deficiẽtis.C. de cad.tol. per tex.ibi,qui ad hoc eſt optimus.Ita enim illic ſcribitur. Nã ſi contrariũ volebat teſtator,nulla erat difficultas ſcribere.Et idẽ quoq; voluit Soc.cõſi.iiij.quantũ ad primũ,col.3. verſi.non enim præſumere debemus,lib.4.& Iaſ.conſi.cxl.quod eſt primum,lib.2.inci.ſpectabilis dominus , col. v.verſi.quintò facit.& conſi.cxliij.dominus Auguſtinus,col.6.verſi.nonò & vltimò, eo.lib.2. & conſi.ccxx.teſtator fecit,col.7.ver.quintò in fauorem,eo.lib.2. { & cõſi.ccxxviij. teſtator tres filios,col.3.verſi.ſecundò pro eadem,eo.lib.2.} & cõſi.239.eodemq; vlt.factum ſic ſe habet,ſpectabilis vir.col.4.verſi.ſextò multũ me mouet,eo.lib.2 & cõſi.29.dominus Nicolinus , col.pe.verſi. quintò facit,lib.3.& conſi.66.nobilis miles,col.8.verſi.ſecundò principaliter,eo.lib.3.Ant.Rubeus conſi.ij.facti ſeries.col.2.Idem autẽ Bal.in elegantiſsimo eruditiſsimoq; illo tract.ſchiſmatis, quẽ poſuit ſub rubri.C.ſi quis aliq.teſta.prohi.col.9.verſi.in cõtrarium,nã illud tradit mentẽ in corde retentã nihil operari in actibus humanis,per l.quicquid aſtringẽdæ.ff.de verb.obli.& l.potuit. C.de iure delib.quo etiam in loco col.j.in vj. oppo.dicit idem Bal.quòd actus exterior requiritur ad declarandum interiorẽ animi motum,quia cõſenſus mentalis tantùm, neque verbo,neque facto demonſtratus non accõmodatur actibus hominum,nec reddit ipſos actus eſſentialiter perfectos.Et facit quod in pulchro caſu reſpondit Pet.Anch.cõſi.cclxvj.iſte magiſter, dum illic verba cuiuſdam teſtatoris,relicta poſt tergum mente,obſeruat.& quod ſcribitur in l. cogitationis.ff. de pœnis,cum ſi.nam vereor,ne iam nimius in hoc ſim.Et idem ante omnes voluit gl.in l. codicillis,quæ eſt pen.§.inſulam.ff.de leg.ij.Ex qua no.Bal.ibi,reſeruationem in mẽte retentã nihil operari,niſi verbis exprimatur.Et facit quod tradit ipſe Bal.in l.mutũ,in fi.per gl.ibi.ff.de acq.hære. quòd voluntas nõ declarata,ſed in mente retẽta non inducit aditionem hæreditatis, nec in foro cõſcientiæ ad quicquã tenetur tanquã hæres,quod dicit no.& idem quoq; voluit Bar.in l. gerit. ff.de acqui.hære. { & Io.Fab.in §.vlti.Inſtit.de hæred.qualit.& differ.vbi & idẽ dicit de ratihabitione mentali.& Iaſon in l.j.col.j.C.qui admit.ad bon.poſſ. }

*Tacita uoluntas cohærens expreſſæ habetur pro expreſſa.*

*Mens in corde retenta nihil operatur in actibus humanis.*

22 ¶Vnum tãtùm dixerim,horum eſſe rationem in promptu,quoniã animi cogitatio,quæ in lucem non producitur,cenſetur eſſe abortiua , eſtque tanquã poſthumus exiſtens in vtero,qui niſi naſcatur,& in lucem proferatur,nihil eſt,l.vlti.C.de poſth.hære.inſtit.Ita enim eleganter dicit Bald. ipſe in l.j.col.9.verſi.circa ſecundum capitulum.C.qui admit.atque iterũ in d.tractatu ſchiſmatis. col.x.verſi.amplius ſciendũ eſt.quod admodum cõmendat Iaſ.in l.j.col.2.verſi.gl.mag.ff.de cõdi. cauſ.dat.& in l.quod quis.ff.de condi.inde.& in l.ſi ita legatum.§. illi ſi volet.ff. de leg.j.& conſi. ccxxxix.eodemque vlt.factum ſic ſe habet,ſpectabilis vir.col.4.verſi.confirmatur, quia propoſitum.lib.2. { vt in conſi.xxij.in quæſtione vertente col.2.verſi.confirmantur prædicta.

*Animi cogitatio eſt tanquã poſthumus exiſtens in utero.*

23 ¶Vt interim } omittam illam rationem, homines ſæpe errare in cõiecturanda mente tacita propter nimiam ſubtilitatem,& quia diſponentis animum nõ videmus.Ita enim pulchrè voluit idẽ Bal.in l.precibus,col.7.verſic.dixi ergo de duabus.C.de impu.& ali.ſubſtit.vbi & illud ſubdit ex Ariſtotele in Ethicis,Ignorantes ſicut longè diſtãtes ſpeculari. illudque Boetij, Eius quod multipliciter exponitur,veritas ignoratur.Et illud dictũ Bal.commẽdat Fran.Curt.ſenior conſi.lxiiij. antiquiſsima,col.11.verſi.quia in vltimis voluntatibus. { & idem Iaſon in l.licèt imperator, col.3. ff.de

*Ignorãtes ſicut lõgè diſtãtes ſpeculãtur.*



ff.de leg.j.& conſi.cxlij.agitur,in prin.lib.4.& conſi.cliij.viſo teſtamento,poſt prin.eo.lib.4.& in addi.conſi.clvij.circa col.eiuſdem additio.j.eo.lib.4.Illud autem Boetij citat & idem Bal. in l.nec quicquam.§.vbi decretum,poſt prin.ff.de offic.procur.& in l.data,col.x. verſi. interdum propter fraudem.C.qui accu.non poſſ.& Iaſon in l.cùm prolatis,col.vlt.ff.de re iudic.Quibus adde } & eundẽ Bald.in l.j.col.7.verſi.modo ſequitur alia.C.de confeſ.vbi dicit quòd de mente hominis nullum eſt directũ teſtimonium,eſtque nota verè ſoli Deo,l.iuriſgentium.§. pactorũ.ff. de pact. Porrò ipſe Bal.in conſi.452.ſtatuto ciuitatis Mantuæ,col.vlt.lib.j.reſpondit in ſtatutis ponderari magis verba,quàm mentem imaginariam & non certam,per d.l.ſi alij.ff.de vſuf.leg. Et in rubr. extra de offic.iudi.col.2.verſi.ad officium hæc ſcribit,ad officiũ iudicis pertinet inſpicere verba, quia mens occulta in corde nihil eſt.Et vt dicit Alcia.in l.nominis.§.verborum.ff.de verb.ſigni. plerunque fallimur,dum legis rationem per coniecturas nos aſſecutos credimus.

*De mente hominis nullum eſt directum teſtimonium.*

24 ¶Et hæc quidem potiſsimùm obtinent in voluntate retenta in mente alterutrius partium,& nõ vtriuſque actum gerentis,quia tunc haud dubiè ea non attenditur, pro nihiloque reputatur,l.ſi repetendi,& ibi gl.& doct.C.de cond.ob cau.& l.iij.§.ſi quis quaſi,& ibi etiam doc.ff.eod. & d.l. quod quis.ff.de cõdi.inde.& l.cum in plures.§.locator.ff.locat.prout illum tex.doct. intelligunt. & l.ſi maiores,& ibi quoque doc.C.de tranſa.& no.gl.in l.codicillis.§.j.in verbo, ea mente.ff. de leg.ij.Barb.in l.cùm quid,col.2.ff.ſi cert.pet.& in l.ſi ego,in ij.oppo.ff.eo.tit.Bal.in c.3.extrà de iureiur.Pan.in c.ex parte,col.2.extrà de conuer.cõiug.cum ſi.Nec enim voluntate vnius retractandus eſt contractus,ar.l.ab emptione.ff.de pact.& l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.cum ſimi.

*Voluntate vnius, contractus nõ eſt retractandus.*

25 ¶Quòd ſi hæc voluntas in corde retenta eſſet aliquo modo conſideranda,nõ ita tamen vt ex ea deberet reuocari donatio ipſo iure,per l.ſi inſtituta.§.vlt.ff.de inof.teſt.iũcta l.vlt.ff.de here.inſti. vbi Bart.ex illis duabus legibus ſimul iunctis hanc veluti ſententiã pronuntiat,quòd falſa cauſa nuncupatim inſerta & expreſſa in teſtamẽto vitiat diſpoſitionem ipſo iure: ſed ſi ea nõ fuit expreſſa,ſed tantùm in mente retenta,non vitiat ipſo iure. Quod & in effectu voluit Bal.ibi , in ij. opp.At in caſu l.noſtræ donatio ipſo iure reuocatur,vt dicemus latiſsimè infrà in verbo,reuertatur,in prin.Ergo ad id ipſum requiritur volũtas expreſſa,nec debet ſufficere tacita, ſi ad regulas iuris cõmunis reſpicimus.Ex quo conſequens eſt,ꝙ ſi fiat ex tacita,id fit cõtra ius commune.

*Falſa cauſa nuncupatim expreſſa in teſtamento uitiat diſpoſitionem. Secus ſi ſit in mẽte retenta.*

26 ¶Ex iis planè conficitur,quod ſuprà aſſumpſimus,hanc l. noſtrã eſſe exorbitantem à iure cõmuni.Id quod expreſsim ( vt autoritatẽ ad rationes addamus) aſſerit Imo.in l.filio præterito,col.11. verſi.& pro hoc etiam facit.ff.de iniuſt.teſta.& Rom.conſi.xxvj.pro deciſione eorũ,col.2.verſi. concludo ergo,vbi & ex hoc dicit quòd debet intelligi propriè & ſtrictè. Corn.cõſi.cxlv.in hac conſultatione,col.v.verſi.tertio reſpondet,lib.j.& conſi.clviij. pro deciſione,col.8.verſi.tertiò reſpondet,lib.2.& cõſi.244.videtur prima frõte dicendũ,col.v.verſi.tertio reſpõdet,eo.lib.& cõſi. 4.dubia ſanè mihi,col.2.verſi.his tamẽ nõ obſtãtibus , lib.3.& conſi.11.in præſenti cõſultatione, verſi.nec etiã videtur,& col.pen.verſi.nec obſtãt ea,eo.lib.3.& cõſi.194.videtur in præſenti, col. 1.eo.lib.3.& cõſi.206.viſo ſupraſcripto themate.col.8.verſi.cõcurrit etiã , eo.lib.3.& cõſi.225.antequam aggrediar,col.v.verſi.nec ob.d.l.eo.lib.3.& in authen.ex cauſa,col.9.verſi.tertio reſpondet,& ibi quoque Alex.col.x.verſi.vnde tutior reſponſio.C.de libe.præter.& rurſum ipſe Alex. conſi.xl.ſuper primo dubio,col.pen.verſi.circa quartũ,lib.4.Fran.Aret.in l.Titius,in prin. col.4. ff.de libe.& poſth.Soci.in l.j.ad fi.C.de pact.& in repe.leg.cùm auus,col.8.verſi.tertiũ eorum relatum.& iterũ col.56.in viij.q.verſi.quo autem ad ſecundum.ff.de cõdi.& demon.& cõſi.53.viſo inſtrumento,cum in multis locis,tum col.6.verſi.poſtremo alio fundamẽto,lib.4.& cõſi.93.teſtamentum præmiſſum,col.4.verſi.tertio modo reſpõdetur,eo.lib.4.Steph.Bert.conſi.205.ſi eſt verum,col.vlti.lib.2.Iaſon in l.ex hoc iure,in xvj.effectu obligationis antidoralis.ff.de iuſtit.& iur. & conſi.171.viſo inſtrumento dotis,col.6.verſi.non ob.etiam prædictis,lib.4. Nam & exorbitantem eſſe l.cùm auus.ff.de cõdit.& demon.& ſimiles quæ maximam habent cum lege noſtra cognationem,affirmat Imo.in d.l.filio præterito, col.9.ver.item non obſtat ratio.ff. de iniuſt.teſta. & in d.l.cùm auus,& ibi etiam Soc.col.21.verſi.ſextò infertur,& alibi ſæpe.ff.de cõdi. & demon. & Fran.Aret.in l.generaliter.§.cùm autem,ad fi.C.de inſti.& ſubſtit.& Phil.Dec.cõſi.416. in teſtamento,col.2.Ideoque eã non eſſe extendendam vltra terminos eius reſpondit Pau.Caſt.cõſi. xiiij.ſi cõtingat dictam differentiam,col.vlt.lib.j.Et adeo quidem eſt exorbitãs lex noſtra, vt Gaſpar Cald.vir non ſpernendæ autoritatis ex facto cõſultus,dum nõ recordaretur huius l. ex diametro reſpõderit cõtrarium ob alias iuris cõmunis regulas,videlicet donationem nõ reuocari ob liberos poſtea natos.Nã donatio,inquit,perfecta nõ debet reuocari ex ſuperueniẽti caſu, nec repetitur tacita cõditio futurorum liberorum à iure ſubintellecta.Et licèt deficiat voluntas poſt donationẽ,tardè venere bubulci,cùm facta ſit donatio irreuocabilis, nec dependeat reuocatio à ſui nuda voluntate.Et reſpondet ad no.in authen.ex cauſa.C.de libe.præte.& in l.filio.ff.de iniuſt. teſta.& quædam alia,quæ antè allegauerat pro diuerſa ſententia.Nam ea,inquit,loquuntur in vltimis voluntatibus,in quibus voluntas eſt ambulatoria,non ſic in actibus inter viuos.

*Hæc lex exorbitans dicitur à iure cõmuni.*

*Et ob id non extendenda eſt.*

27 ¶Si igitur l.noſtra eſt exorbitans,conſequens eſt eam eſſe reſtringendam, & nõ extendendam, l. ius ſingulare,& l.quod verò contra.ff.de legi.& l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matri.& ca.quæ à iure communi,extrà de regul.iur.lib.6.cum ſi.Nec tum quidem,cùm ſubeſt eadem ratio,ex ſententia gloſ.in cap.in fidei,in verbo,inquiſitionis,de hæred.lib.6. & eſt optimus tex.in cap.conſtitutio-

nem,& ibi gl.in verbo,prorogamus,de regula.lib.6.præſertim cum ſit latæ ſentẽtiæ, vt dicemus inferius in verbo,reuertatur,in prin.Ideoque omnino extẽdenda non eſt, ſecundum ea quæ dicemus in eodem verbo,in vj.diſcrimine latæ & ferendæ ſententiæ.

*Maximè de extenſione unius perſonæ ad alias non expreſſas.*

28 ¶Idque maximè vbi agitur de extenſione vnius perſonæ ad alias non expreſſas: quãdoquidem vbi aliàs fit extenſio ex veriſimili & præſumpta mente cõtrahentis,aut aliter diſponẽtis , ſecundum no.in l.tale pactũ.§.vlt.ff.de pact.& in l.vlt.C.de inſt.& ſubſti.& in l.Titius §.Lucius.ff. de lib.& poſth.cũ ſi. tamen hoc non procedit in extenſione vnius perſonæ ad alias,ſed vnius tantùm caſus ad aliũ,vt voluit Raph.Co.in l.cõmodiſsimè.ff.de lib.& poſth.Franc.Aret.& Iaſ.in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm,vterque col.v.ff.de libe.& poſthu.Iaſ.in l.cùm res.ff.de leg.j.& conſi. ccxx.teſtator fecit,col.4.verſi.ſed iſtis non obſtantibus,lib.2.& conſi.228.teſtator tres filios, col. 2.verſi.ſed præmiſsis non ob.eo.lib.2. { & conſi.29.dominus Nicolinus,col.3.verſi. tertiò & fortius,lib.3.& cõſi.ſeq.teſtator Ioanni,col.pen.verſi.quintò pro iſta parte.} & cõſi.66.nobilis miles, col.9.verſi.tertiò principaliter,eo.lib.3.Phil.Dec.conſi.ccxj.ſubtilis eſt caſus,col.pen.& conſi.218. in caſu ad me tranſmiſſo,col.3.verſi.& ex his comprobatur.& cõſi.cclxxiij.in caſu propoſito,in fi.col.pe.& conſi.cclxxxviij.in ciuitate,col.3.verſi.ſecũdò propius.& conſ. ccxcj.viſis,col.4.verſ. ſecundò præmitto. & conſi.cccxiiij.pro reſolutione , col.2.& conſi.ccclxxvij. viſis & diligenter conſideratis, col.2.verſic.quia ad hoc reſpondetur.& conſi.cccxciiij.pro vera reſolutione,col.4. verſi.ſextò & vltimò. { & conſi.ccccolxv.perſcrutatis,nu.1.} & Hipp.Marſi.ſing.ccccxcix.licèt diſpoſitio.& nouiſsimè And.Alciat.omnium legum interpretum elegantiſsimus,lib.3.de verb.ſig. col.3.& Anto.Rub.conſi.xxxj.præſupponitur in facto,col.2.in fi.

*Confirmatio eiuſdem.*

*Generalis inſtitutio filiorũ non trahitur ad filium quem teſtator ignorat.*

29 ¶Qui quidem omnes hanc doctrinã depromunt ex l.ſi quis ita.§.ſi quis cũ ignoraret.ff.de teſta. tute.vbi teſtator dans tutorem filiis ſuis,non intelligitur dediſſe ei filio quem ignorat ſe habere, vel credebat deceſsiſſe:quanquã veriſimile eſt,ſi ſciuiſſet illum ſe habere,nõ minùs ei voluiſſe de tutore prouidere,quàm cæteris.Cuius tex.& aliorũ autoritate ſubnixus Accurſius in d.l.Titius, in prin.in verbo,oportet,ante fi.ff.de lib.& poſth. tradit generalẽ inſtitutionem filiorũ nõ trahi ad filiũ quẽ teſtator ignorabat ſe habere,licèt omniũ eadẽ eſſet ratio,eademq; affectio,eademque omnino omniũ veriſimilitudo,per l.iij.C.de inof.teſt.Quam gl.ſequuntur Dy.Old.Nicol.Neap. Alb.Ang.Raph.Co.in d.l.Titius.Dy.Cyn.Iac.Aret.Alb.& Bar.in d.§.ſi quis cũ ignoraret.Cyn. in l.ſi pater,in iij.q.C.de hære.inſtit.Bal.& Alex.in l.ſicut certi.C.de teſta.milit.Fran.Aret.in d.§. & quid ſi tantùm,col.v.Et huc reſpiciunt eiuſmodi extenſionem perſonarum improbantia,quæ ſcripſit Oldra.conſi.xxj.thema tale eſt,teſtator.Io.And.in addit.Spec.titu.de teſta.§.vlt.in vlti.q. inci.quinta quæſtio talis eſt.Pau.Caſt.in l.ex facto.§.pen.ff.ad Treb.& conſi.xcvij.ne impropriis vtamur vocabulis,lib.2.& tex.in l.ſi pater filium,& ibi Imo.Alex.& alij recentiores, ff.de vulga. & pupil.ſubſti.

*Fauorabilia non trahũtur de una perſona ad aliam.*

30 ¶Ex quo illud fit,quòd ſi etiam hæc l.eſſet fauorabilis,& ita extẽdenda,de quo poſtea dicemus, non tamen de vna perſona ad aliam,ſed tantùm de vno caſu ad alium, vt expreſsè in ſpecie huius l.noſtræ videtur voluiſſe,aliud tamen agens,Franc.Aret.in d.l.Titius.ff.de libe.& poſthu.& Soc.d.conſi.xciij.col.4.lib.4.Ideo cùm ea nuncupatim loquatur de patrono & liberto , non debet trahi ad alias perſonas.

*Maior eſt ratio reuocandæ donationis liberto quàm extraneo.*

31 ¶Tum poſtremò,quoniam multo maior eſt ratio reuocãdæ donationis factæ liberto,quàm extraneo,præſertim propter liberos patroni. Libertus enim à domino accepit ſummum beneficiũ, vt ſcribit Tullius in iij.in Verrem actione,hoc eſt libertatem,rem certè inæſtimabilem.l. libertas. ff.de reg.iur.cum ſi.ad quam ab eo euectus eſt,manentque adhuc quædam veſtigia prioris ſeruitutis.l.vnius.§.ſeruus.ff.de q.& l.ſeruus.C.eo.Ob idque debet patrono,& ipſius vxori,liberis, & hæredibus etiam extraneis honorem,obſequia,reuerentiam,operas,alimenta,& alia id genus plurima.l.j.& ij.C.de in ius voc.& l.officio.C.de nego.geſt.& l.etiam libertis,& l.libertos.C. de obſeq.patr.præſt.& ff.eo.ferme per totũ.& ff.& C.de oper.libe.etiã per totũ.& l.j.in prin.ff.de offi. præfec.vrb.& l.ſi quis à liberis.§.ſolent,& aliis ſequen.vſque ad fi.l.ff. de libe.agnoſ. cũ ſi.etiam ſi liberi ſint emãcipati,hæreditateq; paterna abſtineant.l.filij.ff.de iure patr.& l.ſi operarũ.ff.de ope. libe.Vide tamen l.cũ patronus.§.cùm libertus,eo.titu.Sed quod amplius eſt,eadem prope priuignis patroni debent, l.neque. C.de obſeq.patro.præſt.Nec tantùm viuis patronis,ſed & mortuis quoque reuerentiam & honorẽ exhibere tenẽtur.l.apud Celſum.§.aduerſus,in duobus locis , ff. de dol.mal.except. Et hæc quidem omnia,etiam ſi pactione data manumiſſus ſit,l.etiam qui.C. eo. { licèt in contrariũ faciat tex.in l.ſi quis à liberis.§.ſi quis à liberti liberto. ff. de lib.agnoſc. } Nec poteſt patronũ ac ipſius hæredes accuſare,l.vlt.C.qui accu.non poſ.cum ſi. { Nec aduerſus eos teſtificari,l.lege Iulia.ff.de legib. Ac ne quidem cõtra hæredes extraneos,gl.in l.libertorũ. C. de teſtib.& Saly.in d.l.lege Iulia.ff. eo.tit.} Nec poteſt patronũ in adulterio vxoris depræhẽſum occidere,quẽ aliàs potuiſſet.l.ſi adulteriũ cum inceſtu.§.liberto.ff.de adul.Ex quo no.Dy.Albe.& Ange.quòd non etiã poteſt patronum bannitum ex ſtatuto interimere, quod & idem dicit ipſe Alber.in iiij.parte ſtatutorum q.vj.item quod ſi ex ſtatuto.& iterum q. xxvij.item ſuppoſito. & Gaudi.in tract.maleficiorũ,in rub.de bannit.& maleſi.verſ.continetur in ſtatuto.Poteſtq; in ſeruitutem ob ingratitudinem reuocari.l.alimenta.§.j.ff.de libe.agno.cum ſi. { Etiam minor.l. non ſolùm.iuncta gl.vlt.& ibi Bal.in omnibus lect.ff. de in integ.reſtit.Imò etiam pupillus proximus

*Liberti ob ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem.*

tamen



tamen pubertati, glo.in l.ſi arrogati,in verbo,redigatur.ff.de tutel.Etiamque } de iure cano.c.de famulis,extr.de ſer.nõ ordi.Idque etiã propter leuẽ.l.ij.C.de lib.& eorum lib.& no.gl.in §.illud verò,in verbo,reſtituimus,in authẽ.vt liber.de cæt.quæ declarat quomodo id intelligatur.& gl. in c.octaua.xij.q.ij.& Inn.in c.de famulis,extr.de ſer.non ord. { & Io.Fab.in l.j.C.de ingra.liber. Quod } primum apud Romanos Claudius Cæſar ſanxit,vt Suetonius tradit, aut Nero,vt Tacitus ſcribit lib.13.Nam apud Athenienſes multis antè ſeculis idem obſeruabatur. De qua re Valerius Maximus libro rerum memorabilium ij.c.j.hæc elegantiſsimè,vt cætera omnia, deſcripſit. Age,quid illud inſtitutum Athenarum,quàm memorabile,quòd cõuictus à patrono libertus ingratus iure libertatis exuitur? Superſedeo te,inquit,habere ciuem tanti muneris impiũ æſtimatorem,nec adduci poſſum,vt credam vrbi vtilem , quem domi ſceleſtum cernam. Abi igitur, & eſto ſeruus, quoniam liber eſſe neſciſti.De quo aliquid,ſed per tranſennam audiuerat Bal.qui in l.j.C.de ingrat.liber.ſcribit, quòd quidam Græcus Philoſophus,qui primitus introduxit reuocationem in ſeruitutem,ſic ait,Eſto ſeruus,quia liber eſſe neſciſti.quem ad verbũ nullo addito refert Iaſon in l.ex hoc iure,in ij.effectu obligationis antidoralis.ff.de iuſtit.& iur.vt ex hoc poſsis intelligere Iaſon.non tam humanitatis ſcientẽ fuiſſe, quàm multi opinantur.Nec ſolùm liberti reuocantur in ſeruitutem propter ingratitudinem,ſed & libertorũ filij.l.vlt.C.de liber. & eorum libe.Idque tam patre viuo quàm mortuo,ex ſententia gl.& Ang.ibi.& Inn.in d.c.de famulis, in fi.extrà de ſeru.non ordi.Sed & nõ tantũ à patronis reuocãtur liberti in ſeruitutem,ſed ab eorũ liberis,& hæredibus.l.liberti,eo.tit.& l.qui manumittũtur.C.de ope.libe. Etiam ſi patronus damnatus fuerit.l.etiã liberis.C.de obſe.pat.præſtan.Imò verò etiã ſi patronus pro eo beneficio pecuniam acceperit.l.Titius puerũ.ff.de obſe.à libe.præſtan.quẽ tex.ad hoc expendit Pau. Caſt.in l. digna vox , poſt medium.C.de legi.& Roma.qui eum dicit aureum.Roma.ſing.ccccclix.an dux Mediolani.& Soc.cõſi.iiij.ſuper quæſt.col.v.verſ.poſtremò multùm clarè,lib.3.& Catel.qui præterea illum dicit ſingularem in memor.incip.ingratitudo.& rurſum in memor. incip.exemptus. Quanquã in diuerſum vrget tex.in l.j.C.de libe.& eorum liber.& apertius in l.ſi tuis,C.de ope. libe.de quibus nihil dicũt Ro.Pau.Soc.& Catel.Sed & denique id procedit,etiã ſi patronus omne ius liberto remiſerit. poterit enim nihilominus libertus ob ingratitudinẽ reuocari in ſeruitutem.l.ij.& iij.eademque vlt.C.de bon.liber.& in d.§.illud verò,& ibi glo.in verbo,reſtituimus,in authen.vt lib.de cætero. Nec tantùm libertus ipſe,ſed & eius filius adeo ingenuus ( vſque adeo ſunt liberti & eorum liberi patronis obnoxij ) in ſeruitutẽ ex ingratitudine reducitur.l.vlt.C.de lib.& eorum lib.& §.ſi verò decretũ,iuncta gl.in verbo,filios, in auth.de nupt.vbi & id no.Ang. Leuiſque correctio datur patrono in libertum.l.prætor edixit.§.præterea.ff.de iniur.Nec poteſt libertus aduerſus patronum teſtificari.l.libertorum.C. de teſt. { Hæcque etiam procedunt , ſiue quis manumiſerit ſponte,ſiue neceſsitate.l.inteſtato.§.j.ff.de ſuis & legi.hæred.

*Valerii Maximi elegans ea de re locus.*

*Eſto ſeruus, quia liber eſſe neſciſti.*

32 ¶Proinde videmus etiam aliàs facilius reuocari quæ patronus in libertum contulit,vt patet ex l. 1.C.hoc eo.tit.de reuo.don.vbi non ſolùm donatio facta liberto reuocatur etiã ex leui cauſa, videlicet ex ſola negligentia præſtãdi obſequij:ſed & id quoque,quod ex pecunia donata nomine liberti emptum eſt.In qua re duo ſunt ſpecialia , quæ vocamus : vnum,quòd ex ſola negligentia reuocatur donatio,cũ aliàs non negligentia ipſa,nõ alia leuis cauſa donationem reuocet,ſed grauis tantùm,nec ea tamen omnis,ſed quinque tantũ,quæ adſcribuntur in l.vlt.infrà eo.tit. Alterum,quòd patronus vendicat rem quã libertus ſuo nomine emit ex pecunia à patrono donata, cum aliàs res empta ex pecunia donata nõ reuocetur.l.qui vas,in fi.ff.de furt.quod mirabile dicit Azo in ſumma,hoc eo.tit.poſt prin.& Hoſt.in ſumma,tit.de don.§.qualiter reuocetur,verſi.ſi patronus & Gof.etiam in ſumma eo.tit.paulò ante fi.Idque dicunt ſpeciale in patrono & liberto gl.Bal.& alij in d.l.j. Sed & alibi quoque non tantum habet roboris & virium, quod in libertos noſtros contulimus,quàm quod in extraneos.l.Titio centum,§.Titio centum,le ij.ff.de cond.& demon.& l.fratres,C.de inof.teſta.& l.datum.C.de legat.

*Donatio facta liberto ex leui cauſa à patrono reuocatur.*

*Speciale in patrono & liberto.*

33 ¶Ex quo etiam fit quòd donatio inofficioſa facta à patre , reuocatur à filio vſque ad legitimam tantũ.l.j.& ibi no.C.de reuo.dona.ſed facta à liberto,reuocatur à patrono integrè l.ſi libertus,in fi.ff.ſi quis in frau.patro.quia vt dicit Fran.Are.in d.l.j.duriùs agitur cũ liberto propter reliquias præcedentis ſeruitutis.Et facit etiam quòd libertus faciliùs præſumitur donare patrono,aut per cõſenſum remittere ſcilicet cõſentiendo alienationem rei ſuæ patrono,quàm extraneus, vt dicit Bar.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,col.j.ff. de leg.ij.iuncta d.l.ſi fundũ.facit item quod aliàs facilius debent liberti cedere filiis patronorũ,in iis quæ ab ipſis obtinuerunt,quàm extraneis,vt ſatis declarat tex.in l.Pamphilo,in prin.ff.de leg.iij.ibi,ſententiã defuncti à liberto decipi ſatis inhumanũ eſt,iunctis præcedentibus , & ſequentibus.Et magis debetur hæreditas liberti patrono quàm legitimis hæredibus.l.legitimos.§.j.& ibi Bald.expreſsè.ff.de legi.tuto.& l.non vſque adeo. ff.ſi quis à parent.manumiſ.fuer.Imò etiam quàm filiis. Bald.in l.quandiu,quæ eſt iij.in fin.ff.de acqui.hære.per d.l.non vſque adeo,& l.vlt.ff.ſi quid in frau.patr.}

*Donatio inofficioſa reuocatur à filiis uſque ad legitimam.*

*Secus ſi facta ſit à liberto.*

34 ¶Adde ad hanc poſtremam rationem,tantũ iuris habere patronum in libertum,vt multò maius id ſit,quàm quod habet pater in filium,vt voluerunt Petr.à Bel.& Io.Fab.in §.ſeruitus.Inſtit.de iure perſo.quod & hinc videre licet,quòd patronus libertum,qui ſe vendidit eo ignorante, poteſt reuocare,l.iiij.ff.de lib.cau.non autem pater filium,vt voluit gloſ.in d.§.ſeruitus. Item poteſt

*Plus iuris habet patronus in libertum, quàm pater in filium.*

patronus

patronus à liberto alienata in fraudem ipſius reuocare,nõ ſic pater alienata à filio,vt de vtroque eſt tex.in l.2.ff.ſi à parent.quis manu.fue.cuius hoc initium eſt,non vſque adeo exæquandus eſt patrono parens,vt &c.ex quibus verbis planum eſt, quod ex Pet.& Fab.diximus,non tantã eſſe patris in filium poteſtatem, quantam patroni in libertum. Ex quo & illud confeſtim aſſumitur, donationem liberto factam à patrono,nõ tam firmis ſubniti radicibus, quàm quæ fit extraneo, eamq́ue facilius reuocari,cum & donatio facta à patre filio poſsit liberè reuocari, nec niſi morte confirmetur,l.donationes quas parentes.C.de donat.inter vir.& vxor.Ideo & ea quæ liberto fit à patrono facilè etiam reuocari debet.

*Hæc lex locũ non habet in extraneo.*

*Argumentum à contrario ſenſu.*

35 ¶Hæ igitur rationes non leuiter ſtabiliunt quod in prin.huius gl.diximus,hanc l. procedere tantum in donatione,quam facit patronus liberto , vt interim prætermittam aliam rationẽ notiſsimam quidem illam,ſed nõ inefficacem:quia cum l.noſtra loquatur expreſsim de huiuſmodi donatione,quæ facta eſt liberto,cẽſetur diuerſum intelligere & ſtatuere in alia donatione,argumẽto illo à contrario ſenſu in iure fortiſsimo,l.j.§.huius rei.ff.de offi.eius cui mãd.eſt iuriſd.Præſertim cum ita argumentando redimus ad ius commune , quod ſtatuit donationes ſuapte natura fore perpetuas & irreuocabiles , vt ſuprà diximus. Ideoq́ue facilè amplexanda eſt hæc argumentatio atque interpretatio,quæ nos ad illud ius cõmune reducit,& adeò ad regulam propriáque donationum naturam,ar.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.& c.ab exordio xxv.di.& quod voluit gl.in c.ſtatutum,in verbo,numerandũ,de præb.lib.6.& Bar.in l.omnes populi,in iij.q.quartæ partis principalis,verſ.iuxta prædicta.ff.de iuſtit.& iur.cũ multis ſimilibus aggregatis per Fel. in c.omnes,col.4.verſi.ſed fortè in caſu iſto,& multis ſeq.ext.de conſti.& in c.cum acceſsiſſent, col.4.verſi.hanc declarationem,eo.tit.& quæ nos etiam congeſsimus in noſtro tractatu primogenituræ,in xxiiij.q.principali. { nu.5.& id præſertim,& 3.ſeq.}

*Hæc lex regulã in donatione patroni cõſtituit, non uerò exemplũ aliquod.*

36 ¶Et hæc quidem maximè obtinent,quando dici nõ poſsit in hac l.facti contingẽtiam, vt noſtri loquũtur,aut exemplũ aliquod proponi,nec enim ea decidit tanquã caſum aut ſpeciem aliquam relatam,ſed veluti regulã in donatione patroni cõſtituit vt apertiſsimè demõſtrant verba ipſius l.quæ ſunt huiuſmodi: Si vnquã libertis patronus filios non habẽs bona omnia vel partem aliquam facultatũ donatione fuerit largitus,&c. Vidéſne his verbis regulam legémque ſtatui in ea donatione quã fecit antea, aut poſtea facturus eſt patronus liberto? nec illic exemplum aliquod proponi,nõ magis quidẽ,quàm cùm ita in l.ſtatuitur. Si quæ vnquã loca ad ſacrũ dominiũ pertinẽtia cuiuſlibet temeritas occupauerit, ſecundũ veteris ſenſus fidẽ in ſua iura retrahantur.hæc enim ſunt verba l.vlt.C.ne rei domi.Vel cũ ita etiã dicitur, Si quãdo vſus exegerit vel porticus vel quaſlibet ædes ætatis ſenio ſeu fortunis cõcuſſas caſibus reparare,liceat &c. nã & ita quoque ſcribitur in l.ſi quando.C.de ope.publ.ſuntq́ue ſexcẽtæ aliæ eius formæ leges,& in C.& in ff.& propè frequentiores,quàm aliæ nullæ,quibus apertè cognoſcitur nullũ exẽplum ad eas ſanciendas fuiſſe relatũ.Nec enim ex cõtingentia facti obtigiſſe videri debet , quod cõditionaliter profertur, vt de alio caſu loquens aſſerit Philip.Dec.in addit.l.poſthumo,col.eiuſdem addi.2.C. de bon.poſſ.contr.tab.ex no.Bal.in authen.matri & auiæ,col.j.C.quan.mul.tutel.offic.

*Exemplum non facit ius.*

37 ¶Hæc autem diximus,quoniam exemplum aut facti cõtingentia non ius facit , nec regulam reſtringit,nec ex ea licet argumentũ ſumere,vt multis placuiſſe video,& inter cæteros gl.in c. auditis,in verbo,ex poſt facto,extr.de elec.& in c.abbate ſanè.§.ſed & ad hæc,in verbo,in iudicio, in fi.& ibi Domi.etiam in fi.de re iud.lib.6.& ſubobſcurè gl.in l.j.in iij.lect.C.quan.non pet.par. & ibi Iaſ.& Phil.Dec.qui adducũt multas cõcor.ille col.j.verſ.& propterea tu iuuenis hic col.4. verſi.in eadem gl.ibi,idem tamen.& eſt optimus tex.in l.damni,la ij.§.vlt.ff.de dam.infec.& in l. j.§.quod vulgò.ff.de vi & vi ar.& in l.ſine.§.qui non iuſtè.ff.de excu.tut.& in c.j.& ibi gl.j.extr. ne cleric.vel monac.& in c.ſi papa,in fi.de priui.lib.6.

*Confirmatio eiuſdem.*

38 ¶Imò verò,vt ad l.noſtrã redeamus,& ſi exemplũ tale fuiſſet ad imperatorẽ relatum,quis tamen dubitat imperatorẽ ipſum,ſi id generaliter intellexiſſet in omni donatione,nedum in ea quæ fit libertis à patrono,id ipſum nũcupatim ſtatuiſſe , præſertim cùm nõ mediocrem ſcrupulũ nobis interieciſſet verius quàm reliquiſſet,vtrũ id generaliter eſſet intelligendum,ideoq́ue ipſa manca fuiſſet & mutila,quod minimè dicendum eſt,l.j.C.de his quibus vt indig.aut certè nimiũ ambigua,cõtra l.cõmunium,in prin.C.de natu.lib.& l.vlt.C.de indi.viduit.& c.vlt.& ibi Bal.col. vlt. ext.de cõſti.& c.abbate,extra de verb.ſig.& c.erit autem lex.iiij.diſt.nihil enim magis proprium eſt legis,quàm claritas.§.j.verſi.nos omnia igitur,in auth.de teſt.imper.

*Exemplum nonnunquam ius conſtituit.*

39 ¶Porrò & quãdo legiſlator omnino innititur exẽplo aut ſpecie propoſita,vt hîc manifeſtè facit, ſi quod exẽplum fuit propoſitũ,tunc etiã ius & regula ex eo cõſtituitur, per cle.j.de prob.& ita voluit Imol.in c.cũ apoſtolica , in verbo datur intelligi,extrà de his quæ fi.à præl.ſine conſ.ca.& Alex.in l.j.in princ.col.12.verſi.tertiò fallit,in fi.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſd. Iaſon & Phil. Dec.in d.l.j.C.quan.nõ pet.par.& idẽ,& Iaſ.in l.qui Romæ.§.Callimachus,col.4.verſ.itẽ aduerte.ff.de verb.obl.& Phil.Dec.in c.2.col.2.verſ.fatetur tamẽ Ab.ext.de offi.dele.Vt interim omittam,quòd ſemper exẽpla etſi nõ reſtringant regulam, tamẽ declarant in quibus caſibus loquatur,ex gl.no.quæ ad hoc ſolet allegari,in c.quod Dei timorẽ,ext.de ſtat.mo.& vt dicit Bal.conſ. 357.nulla mulier ſe nubat,col.pe.verſi.ſed quid eſt ſi iſta,lib.j.exẽpla ſicut digitus rẽ oſtendunt, & tactui quodammodo ſubiiciunt,per l.j.ff.de præſcr.verb.& §.ſed cum magis,Inſtit.de grad.

Et hanc



*Comprobatio eiuſdem ſententiæ.*

40 ¶Et hanc ſanè ſententiam, videlicet noſtram hanc l.habere locum in ea donatione quã facit patronus liberto tantùm,maxima autoritate affirmant gl.in c.vlt.xvij.q.4.& gl.in c.vlt.& ibi quoque Inn.& Hoſt.de dona.& idem Hoſt.in ſumma,eo.tit.§.qualiter reuocetur,verſi.item reuocatur.Gof.etiam in ſumma ad fi.eo.quoq; tit.Azo item in ſumma,hoc eo.tit.Guil.Cu.prout illum referunt Bar.& alij in l.j.C.de inof.dona.Cy.qui illum ibi ſequitur in j.q.ad fin.& ibi quoque Io. Fab.& Saly.qui tamen dicit quod conſulendo nõ ſequeretur,cum opinio cõmunis ſit in contrarium,& ibi item Raph.Fulg.Idẽ Cy.hîc,dum ſe illuc remittit,& hîc itẽ ante illũ Pet.à bella Pert. loquens tamen ſub dubio fortè.& Io.Fab.etiã hîc,atque Bal.in duobus locis, primum quidem in ſummario,& iterum in caſus poſitione. { & Raph.Fulg.etiam hîc.& ipſe Bal. } & in l.ſi totas,ad fi.& ibi quoque ante eũ Pe.à bella Pert.C.de inof.dona.& idem Bald.in l.cùm acutiſsimi, col.j.C. de fideicõ.& clanculum in l.j.col.j.in iij.C.ſi in fraud.patr.& apertiùs in auth.ex cauſa,col.3.verſ. item non ob.& ibi quoq; Imo.C.de lib.præt.idem Imol.in l.filio præterito,col.11.verſi.item non obſtat quòd habetur.ff.de iniuſt.teſta.Petr.Iac.in ſua pract.tit.de condit.ex lege pro re dona.cõp. col.vlti.vbi tamẽ dicit credere ſe,quòd alia op.ſeruaretur in iudiciis.Archiep.Embrun.in ſua ſumma,tit.de donat.§.qualiter reuocetur,verſi.item reuocatur tota donatio.Raph.Fulgo.in l.fratres, per illum tex.C.de inof.teſt.& conſi.lxv.hoc capite,Titius cõiugem non habens,col.2.verſic.ad argumenta.Monald.in ſua ſumma,tit.quib.cau.dona.reuo.verſi.j.& ij.& Card.Alex.in c.naturales,col.2.ver.quæro pater non habet niſi filium,tit.ſi de feud.fuer.cont.int.domi.& ag.& ante eos quiſquis eſt,qui interpretationes legib.Codicis Theodoſiani ſubiunxit.Ita enim hanc l.ad verbũ interpretatur:Si quis filios nõ habens,bona ſua vel partem bonorum libertis donauerit,ſi is qui donauit,filios poſtea habuerit,donationes libertis factæ ad integrum vacuantur.Et etiã Anianus, aut quiſquis is fuit,qui Alarici regis iuſſu ipſius Theodoſiani Codicis leges in epitomen coegit, cuius in hãc l.hæc verba ſunt:Si patronus filios nõ habens,aliquid libertis dederit,& poſtea ſuſceperit liberos:quicquid largitus fuerit, reuertatur in eiuſdem donatoris arbitriũ. Et hanc opi.de iure eſſe veriorem aſſerunt Cor.conſi.iiij.dubia ſanè mihi,col.3.lib.item iij.& Soci. conſi.liij. viſo inſtrumento,col.ij.verſi.his tamen nõ obſtantibus,lib.4.Quamuis tamen dicant , quòd eam iudicando aut conſulendo non ſequerentur,cùm opi.communis ſit in contrarium.

*Lex Codicis Theodoſiani.*

*Contrariæ ſententiæ autores.*

41 ¶Contrarium enim,videlicet hãc l.procedere & in donatione facta alteri quàm liberto, voluerũt expreſsè Accur.Bar.qui ita dicit ſe obtinuiſſe,Bal.ſibi cõtrarius in ij.lect.in ij.locis,Saly.etiam ſibi contrarius,& Ang.hîc.Dy.quem retulit Cy.in d.l.j.& ibi quoque Bar.col.2.& Ang.& Pau.Caſt. C.de inof.donat.idem Dy.Bar.Bal.& Imo.ſibi etiam contrarius in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de leg.ij.Archi.in c.vlt.xvij.q.iiij.Io.And.in d.c.vlt.col.2.& ibi etiam Collect.nõ ſemel. { Io. Calde. in repe.col.j.& ij. } Imo.item nõ ſemel. { ſcilicet col.2.verſi.in ea.gl.ibi in totum,& alibi ſæpe, } & Pan.& Barb.extr.de dona.Bar.in d.l.ſi totas.C.de inof.dona.Iac.Bel.& Ang.in authen.de immenſ.dona.Pau.Caſt.conſi.ccccxxxiiij.incip.reſpõdeo per ordinem,in vlt.dubio.lib.j.Ioan. Plat. in §.j.in fi.Inſtit.de dona.Corn.in d.auth.ex cauſa,col.9.verſi.nec obſtat d.l.& cõſi.15.ex quo dictus Franc.col.5.verſicu.tamen ſunt extendenda,lib.j.& conſi.cxcv.in hac conſultatione,col.vj. verſic.nec obſtat d.l.eo.lib.ij.& cõſi.clviij.pro deciſione,col.8.verſic.item donatio,lib.2. & conſi. xj.in præſenti conſultatione,col.vlti.lib.3.vbi & hanc dicit eſſe communem opi.& conſi. ccxxv. antequam aggrediar,col.v.verſi.non obſtat.d.l.ſi vnquam,eo.lib.3.Franc.Aret.in l.Titius,in prin. colum.3.ff.de liber.& poſthum.& conſil.xxiiij.quatuor dubia , in primo dubio, Soci.conſil.xlvij. viſa facti contingentia.in iij.dubio.lib.j.& conſi.xciij. teſtamentum præmiſſum,colum.4. verſic. & ad primã rationẽ,lib.4.Guid.Pap.conſi.clvj.in quadam cauſa,col.j.vbi & ita dicit tenuiſſe Pet. Heliæ in repet.huius l.ex qua & illum alibi ſæpe aduocat, ſed ea nõ reperitur. { Caro.Ruin.cõſi. cxl.circa caſum,col.3.nu.5.lib.4. } & Steph.Bertr.cõſi.cclix.adhærẽdo , lib.j.& idẽ denique tenẽt vel expreſsè vel tacitè omnes quotquot de hac l.locuti ſunt, niſi ij quos pro priori ſentẽtia citauimus,& alij fortè pauci,ſi qui ſunt,neque enim omnes legimus,nec ſi legiſſemus,recordaremur.

*Ratio eiuſdẽ.*

42 ¶Mouentur qui hãc poſteriorem opi.ſequuntur,hac potiſsimum ratione , quòd huius l.ratio eſt illa præſumpta ac veriſimilis voluntas donantis,qui ſcilicet veriſimiliter nõ donauiſſet,ſi liberos habuiſſet,aut habiturum ſe cogitaſſet.Ideoq́ue ſub hac cõditione donauiſſe videtur,ſi liberos nõ ſuſciperet,per l.cum auus.ff.de cõd.& demon.cum ſi.allegatis ſuprà in prin.l.Quæ ratio obtinet nõ ſolum in donationibus quas patroni faciunt libertis,ſed & in aliis quoque.Et huc,inquiunt, ſpectant duo tex.videlicet in l.ſi totas.C.de inof.don.& in c.vlt.xvij.q.4.qui quidẽ loquentes de hac reuocatione donationis ex liberis poſtea ſuſceptis,nullum de patronis aut libertis verbũ faciunt,imò ille nuncupatim de donatione facta filio ipſius donatoris loquitur,hic autem eccleſiæ.

*Reſponſio ad contraria argumenta.*

43 ¶Nec obſtat quod voluntas vnius tantum nõ expreſſa non attenditur,quia illud procedit,ſi non ſit alia legis prouiſio,vt in caſu l.noſtræ,& d.l.ſi totas,& d.l.vlt.quarũ baſis eſt veriſimilis illa mẽs donantis,& quæ ob eam ſubintelligunt tacitam illam cõditionẽ,vlteriuſque procedunt diſponendo.Nam & aliàs voluntas tacita ſiue in corde retẽta,ſi à iure ſit præſumpta,æquè operatur ac expreſſa,vt dicit Bal.in l.j.§.ſi is qui.ff.de exer.act.ita intelligẽs tex.ibi cum gl.& l.ij.ff.ad munic.Vel poteſt etiã dici,quòd illud procedit in contractibus & aliis actibus , qui æquè ex voluntate duorũ proficiſcuntur.At donatio maxima ex parte dependet ex voluntate donantis, vt quæ abſenti & ignoranti fieri poteſt,l.nec ambigi.C.de dona.& c.ſi tibi abſenti , de præb.lib.6.Ideo non debet

mirum

mirum videri,ſi voluntas illius tantũ tacita ſatis ſit,ex doctrina Bar.& aliorum,in l.cũ quid.ff.ſi cert.pet.& in l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb.obl.Nam quod de teſtamento dictum eſt, quod dependet ex voluntate vnius teſtatoris,cuius tamen voluntas nõ ſufficit ſine diſpoſitione, poteſt negari id verum eſſe,per tex.in l.ſi quis ita.§.non ſolum,ibi,& quidem nuda voluntate.ff.de adi.lega.& expreſsè voluit Bar.in d.locis nuper allegatis.& Pau.Caſt.conſi.ccclxiiij. videtur dicendum pro matre,lib.ij.Aut ſi verum eſt,id certè alia ratione obtinet, quòd videlicet & ipſum teſtamẽtum fieri nõ poteſt ex ſola voluntate etiã expreſſa,niſi ad actum ipſum diſpoſitionis, & eius quidem ſolennis,proceſſum ſit,per tex.in §.ex eo autẽ,Inſt.quib.mod.teſta.infir.& quæ diximus ſuprà,nu.20.inci.quin & ſi.& dicemus infrà in verbo,ſuſceperit liberos nu.220.inc.contrarium tamen in caſu.Donatio autem ſolo donantis conſenſu & voluntate perficitur citra inſtrumentum aut aliam quamuis ſolennitatem. Vel denique dici poteſt,quòd hîc ſit voluntas & præſumpta mens vtriuſque,& donantis & donatarij,quam lex fingit interueniſſe , vt nuncupatim dicit Imo.in c.cum contingat,char.vlt.verſ.attẽde tamen quia dicit,extrà de iureiur.& Pau.Ca.cõſi.ccccxxxv.ſuper hoc puncto,in prin.& iterũ col.ij.lib.ij. Nam & debuit etiã donatarius cogitare , quòd donans nõ ita donaſſet ſi de liberis cogitaſſet.Ideoque hæc vtriuſque mẽs præſumpta habetur pro expreſſa.l.j.§.vlt.ff.de cond.inde.& l.triticũ.ff.de verb.obl.Nã & vbi lex exprimit aliquid tacitè agi inter cõtrahẽtes,id pro expreſſo habetur,etiã ſi in mente fuerit retentũ. d.l.cùm quid.ff.ſi cert.pet.& gl.in c.quemadmodum,in verbo,conditio,extr.de iureiur.

*Vbi lex exprimit tacitè aliquid agi inter cõtrahentes, pro expreſſo habendum eſt.*

44 ¶Nec verum eſt,quod dictum eſt,legem exorbitantem nõ debere trahi ad aliũ caſum ex eadem ratione,quia contrarium ſimpliciter tenuit Bar.in l.ſi conſtante,in ix.q.primæ partis.ff.ſol. mat. cum cõcordant.ibi adductis per Alex.col.4.verſi.item inquantum,Bart.& per Barb.in c.iurauit, extra de prob.& Cor.conſi.ccxliij.in hac conſultatione,ante fi.lib.4.& Fely.in c.quoniã frequenter,in prin.extr.vt lit.non cõteſt.& Phil.Dec.in c.cũ dilecta,in v.no.ext.de confir.vti.vel inutil. & latè etiam And.Alcia.lib.ij.de verb.ſig.char.ix.quo loco diſſerit de limitatoria diſpoſitione.

*Reſponſio ad contraria.*

45 ¶Quorum ſententia ex eo pulchrè cõfirmatur,quod voluerũt Pet.& Cy.in l. iura non ſingula. ff.de legi.quod quãdo in pluribus caſibus eadem eſt ratio,tunc ea ipſa decidit omnes illos caſus, nõ quidem per extenſionem.Imò ſicut genus comprehendit ſpecies, l.ſemper generalibus.ff.de reg.iur.ſic generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium.Sed quãdo rationes ſunt ſpecie differentes,ſimiles tamẽ , tunc eſt extenſio,id eſt quædã progreſsio de termino ad terminũ per adæquationẽ ſiue paritatẽ.quod & idẽ voluerũt ipſi Pet.& Cy.in l.quod verò,eo.tit.& ibi quoq; Bal.qui id dicit frequẽter allegari in practica,quòd vbi eſt eadem ratio,nõ dicitur extenſio , ſed proprius intellectus l.nominis & rei.§.verbũ ex legibus.ff.de verb.ſign.vbi verbũ ex legibus, ſic accipiẽdum eſt,tã ex legum ſentẽtia,quàm ex verbis.& rurſum idẽ Bal.in auth.poſt fratres, fratrúmque filios.C.de legi.hære.vbi dicit quòd ratio debet attendi tãquam virtus intrinſeca legis, & tãquam genus prædicãs de ſuis ſingulis ſpeciebus.& in l.data opera.col. { v.verſi.quædã eſt. } C.qui accu.nõ poſ.vbi dicit,quòd illud tacitè videtur ineſſe,in quo eadem ratio reperitur,etiam in materia pœnali,per l.his ſolis,ibi,ſatis tacitè cautũ.C.hoc tit.de reuo.donat. quæ verè loquitur in materia pœnali,ſimul & exorbitãti,& per l.vlt.C.de indi.vidu.Subditque ꝙ vbi eſt eadem ratio,ibi nõ dicitur ſimilitudo,ſed eadẽ lex.l.illud.C.de ſacro.eccl.& idẽ Bal.in auth.quas actiones,col.ij.C.eo.tit.vbi dicit quòd tacitè cautũ intelligitur,quãdo eadẽ ratio reperitur,per d.l.his ſolis.quod & idẽ dicit ipſe Bal.cõſi.433. domina Ioanna,paulò ante fi.lib.3. & in c.quia V.ad fi. extr.de iudi.vbi dicit ſing.tex.in ea l.his ſolis.& idem Bal. { in rub.C. de naut.fœnore,vbi dicit quòd vbi eſt ſimilis ratio,eſt idem ſtatutum , per d.l.his ſolis,quã ad hoc dicit meliorem totius iuris & idem Bal.in l.per diuerſas,col.j.in fi.C.de mand.vbi per illum eũdem tex.dicit nõ videri omiſſum,quod eadem ratione concluditur.& } in repe.l.de quibus, col.12.verſi.item nota quòd nõ dicitur.ff.de legi.vbi dicit quòd cùm multa habent eãdem rationem,licèt de vno fiat mẽtio, videtur fieri exemplariter,nõ reſtrictiuè,nec dicitur extendi cõſtitutio,etiam odioſa,quãdo extenditur ex mẽte ipſius:quod perinde eſt ac ſi diceret,ex ratione. Nam ratio legis dicitur mẽs illius,ſecundum Dy.in c.vlti.ad fi.de reg.iur.lib.6.Cy.in l.nõ dubium,in j.q.C.de legib.& ibi clarius Bar.col.3.& Bal.col.4.per tex.in l.cum mulier,vbi etiam Bar.in prin.Alex.in v.not.& alij.ff. ſol.mat.idẽ Bal.in l.j.col.pen.in prin.eo.tit.vbi dicit de hoc eſſe meliorẽ tex.totius iuris,in l.ſcire oportet.§.aliud autẽ,verſ.ſed & ſi maximè,in illis verbis,mẽs legiſlatoris.ff.de exc.tut.vbi & hoc not.ipſe Bal.cũ aliis multis cõcor.à me congeſtis in cõmentariis noſtrarum conſuetudinum, tit. ix.§.xxvij.verſi.neque id mirũ.Sed vt redeamus ad principale propoſitum,iterũ Bal. proferimus in l.omnes populi,col.7.verſic.tertiò quæro quæ ſunt illa.ff.de iuſtit.& iur.vbi dicit, quòd non videntur diſcrepare quæ in ratione conueniunt : quia ratio eſt cõiunctio diuerſorum caſuum ad eundem finem tendentium.& rurſum in eandem l.col.pen.verſi.ſecundò not.dicit, quòd vbi eſt eadem,nõ propriè dicimus ſtatutum extẽdi,quia tacitè ineſt.allegat gl.quæ hoc idem dicit in c.j. in verbo,Italiæ,de tẽpo.ord.lib.6.& quam ad hoc ſing.Pan.in c.nihil, col.5.verſi.nec ob.ſi dicũt, ext.de elect.& Pet.Anc.& Alex.in l.curatoris.C.de neg.geſt.Sed & huc ſpectat.quod ſcribit Bal. in l.tutela,in prin.per illũ tex.ff.de legi.tut.Ang.in l.ij.ff.de dona.quòd id quod venit ex ratione legis,venit ex ipſa lege,non ex extenſione.quæ ſentẽtia eſt d.§.verbum ex legibus, & Pet.Anch. conſi.cxij.ſuperſtite domina,col.j.Pau.Caſt.conſi.ccccxlj.pro declaratione,col.pen.lib.j.& iterum conſi.

*Confirmatio eiuſdem.*

*Vbi eſt eadem ratio,non dicitur extẽſio, ſed proprius intellectus.*

*Non uidetur omiſſum quod eadẽ ratione concluditur.*

*Ratio legis mens illius dicitur.*



conſi.lxxxiiij.præſens caſus,col.ij.lib.2.vbi & illud ſubdit,gl.in auth.quas actiones.C. de ſacroſa. eccl.loqui in caſu diuerſarum rationum,licet ſimilium.Nam fauor publicus,& fauor pius ſunt diuerſi ſpecie,licèt ſimiles.Ideóque quamuis l.vlt.eo.tit.quæ loquitur de vtroque, corrigatur per d. auth.quas actiones,in hoc quod de pio & eccleſiaſtico ſtatuerat,non propterea in hoc corrigitur, quod de publico dixerat, quia id eſſet extendere legem correctoriam ex ſimili ratione. Malè igitur,inquit,allegatur ea gl.quòd ex identitate rationis non extẽditur lex correctoria,ſed ita debet allegari,quòd ex paritate vel ſimilitudine rationis id fieri nõ debet.& Cor.con.xc.ſcrupuloſa,col. ij.in prin.lib.3.& Alex.conſi.lxxv.videretur in præſenti,col.j.lib.5.& latè conſ.lxxxix.circa primũ dubium,col.3.verſi.iſtud etiam,& ſeq.lib.6.& Io.Fran.de Pauinis in extrau.vas electionis,in verbo,prorogamus,per illũ tex.de cenſib.vbi & hoc dicit procedere in cõſtitutione pœnali.& Iaſ. in l.à Titio,col.vlt.ff.de verb.obl.& cõſ.141.Chriſtophorus,col.6.verſi.in primis ergo,lib.2. & Phil. Dec.conſ.301.in cauſa quæ Ferrariæ agitatur,col.2.& cõſ.372.viſis & diligenter declaratis,col.iij. & Hipp.Marſi.qui alios citat,cõſ.61.poſt redditum,col.ij.lib.1.& Catel.Cotta.in memor.incip.rationis identitas.& ante hos gl.in c.j.in verbo,Italiæ,de temp.ord.lib.6.quæ dicit quòd vbi eſt eadem ratio,& penitus omnimoda ſimilitudo,non propriè dicimus extẽdere, etiam in pœnalibus.

*Ex paritate rationis non extẽditur lex correctoria.*

46 ¶Nec id quidem mirum eſt,quoniam ratio legis eſt ipſa lex,ſecundum Bal. in c.dilectus filius ab. ext.de reſcrip.& conſi.ccccl xvij.de iure communi,in fi.lib.2.& Pan.in c.ij.col.pe.extr.de prob.& in c.j.col.5.ext.de re iudi.cum aliis multis ſi.à me congeſtis,in d.§.27.verſi.alibi autem dicit. Aut certè ſi non ſit lex integra,eſt tamẽ potior illius pars,ſcilicet anima & ſpiritus legis, vt dicit Bal. conſi.cclxxv.quod pro regula,col.3.verſ.ſi autem ratio,lib.2.& in l.ſi quis ſeruo,col.vlt.verſic. ex his apparet.C.de furt.vbi dicit,quòd ſicut homo eſt ex anima & corpore,ſic & lex ex mente ſiue ratione,& ex verbis.verba autem tanquam corpus & ſuperficiem eſſe,rationem verò vt animam & ſpiritum.& idem Bal.{in l.vlt.in xv.quæſtio.C.de hæred.inſt.vbi dicit,quòd viua ratio eſt anima ipſius ſcripturæ.& rurſus.}in c.j.col.iiij.verſic.itẽ ſtatuta,extr.de conſtit.vbi dicit quòd virtus legis in ſubſtantia rationis cõſiſtit,quia mens legis idẽ eſt quòd anima & ſpiritus ipſius ſcripturę. nam ſcriptura ſine mente nihil eſt.& idem propè poſt eũ dicit Panor.in d.c.nihil,vbi ſuprà citauimus.ext.de elect.& cõſ.j.facti cõtingentia,col.3.verſ.vlt.adduco,lib.1.& cõſ.75.primo eſt videndum,col.4.eo.lib.1.& idem voluit Pet.Anc.in repe.c.j.in 5.q.principali,extrà de cõſt.Maria. Soc. cõſ.30.quãuis,col.3.ad fi.& conſ.35.circa prædictã conſultationẽ,col.ij.& Barthol.eius filius.conſ. 241.circa primã difficultatem,col.12.verſ.præterea & tertiò.& Fran.Cur.ſenior conſ.9.Ticinenſi ſtatuto,col.viij.verſicu.quia verba ſtatutorum.& iterum conſi.xlv.ſtatuto,ſeu conſuetudine,col. vj.verſi.quia mens & ratio.& conſi.lij.ſuper teſtamentis,col.viij.verſi.& ideo ne excludantur.

*Ratio legis eſt potior ipſius pars.*

47 ¶Ex quibus & illud confeſtim ſequitur,potiùs eſſe inſpiciendã mentem ſiue rationẽ legis, quàm verba ipſius,vt planè ac perſpicuè oſtendit tex.in d.l.ſcire.§.aliud.ff.de excuſat.tut.cuius hæc verba ſunt,ſed & ſi maximè verba legis hunc habent intellectũ,tamen mens legiſlatoris aliud vult. & in l.iij.§.conditio.ff.de adi.leg.vbi ſcribitur,ſed melius eſt ſenſum magis quàm verba amplecti, & ibi concord.in gl.& in l.pen.ff.ad exhib.vbi eleganter ſcribitur,non oportere ius ciuile calumniari,neque verba ius captari,ſed qua mente quid dicatur,animaduertere cõuenire.& in l.credendum.ff.qui petant tut.ibi, incidit in conſtitutionis verba , ſed ex ſententia excuſatur.& in l.ij.§.ſi mater,verſ.quid ſi curatores.ff.ad Senatuſconſ.Tertul.ibi,verba reſcripti deficiunt,ſed dicendũ eſt eandem eſſe rationem.Et rurſum in verſic. quid ergo ſi non fuerint l.eiuſdẽ,ibi,puto licèt verba deficiunt,ſententiam conſtitutionis locum habere.& in l.ſed ſciendum.ff.ad legẽ Pompe.de parrici.vbi ita ſcribitur.Sed & nouercæ & ſponſæ omiſſæ ſunt,ſententia tamen legis cõtinentur. Et in l.ſi quis adulteriũ.§.j.ff.de adult.cum dicitur,ex ſententia legis tenetur,quãuis verbis non continetur{& in l.nihil,ibi,verbis quidem legis non liberatur,eod.tit.Et in l.diuus.§.item ſenatus. ff. ad leg.Corn.de falſ.vbi ita ſcribitur,diuus Pius ita reſcripſit , ſententiam magis ſequendam eſſe huius ſenatuſconſulti,quàm ſcripturam.Et in l.impuberem.§.qui liberti.ff.eod.tit. vbi hæc verba adſcribuntur,Qui liberti aſsignationem ſua manu adſcripſerit, non verbis, ſed ſententia ſenatuſconſulti tenetur,& in l.j.§.incidit,ibi,non ex verbis,ſed ex ſententia.ff.ad S. C. Turpillia.& in l. in bello.§.ſi quis ſeruã.ff.de capti.& poſtlim.reuer.& in l.miles.§.ſi paterfami.ff.de caſtrenſ. pecu. in l.quamuis.ff.de in ius vocan.ibi,licèt edicti verba non patiãtur.& in l.cùm hic ſtatus.§.ſi ſponſus.ff.de donatio.inter virum & vxor.cùm dicitur quãuis verba orationis minùs ſufficiunt,tamẽ dicendum eſt donationem ad ſententiam orationis pertinere.& in l.filium quem,quæ eſt pen.§. videamus.ff.de bonor.poſſ.contr.tab.ibi,quãuis edicti verbis collatio inducatur, ex mente Prætoris denegandã eſſe reſpondetur.& in l.ſi à domino.§.ſi prędo.ff.de peti.hær.ibi,quantũ ad verba. & quæ ſequuntur.& in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum,ibi non pertinent ad legem Velleiam, ſed ex ſentẽtia legis,&c.& in l.Labeo,ad fi.ff.de ſup.leg. vbi prior & potentior eſt mens quàm vox.} Suntque ſexcentæ huiuſmodi leges. Ideóque ſcribitur in l. non dubium.C.de legi.in legem eum committere,qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Quod depromptum eſt ex l.fraus.ff.eo.tit.vbi ita ſcribitur,quod diſtat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας,id eſt,dictum à ſententia(ſiue,vt eſt in antiqua veterum codicũ traductione,verbum ab intellectu)hoc diſtat fraus ab eo quod contra legẽ fit.Nam in l.contra fraudem,quæ illam præcedit,ita ſcriptum eſt.Contra legem facit, qui id facit,quod lex prohibet;in fraudẽ verò legis facit,qui ſaluis verbis legis ſententiã eius circum-

*Ratio legis potiùs inſpicienda quàm uerba.*

*In legem quis committat.*

uenit.facit & tex.in l.quãuis,in fi.cùm dicitur,licèt edicti verba non patiãtur.ff.de in ius vocãd.

*Idem de iure Canonico.*

*Euangeliũ nõ in uerbis, ſed in ſenſu.*

48 ¶Suntq; etiam & in hanc ſententiam multi tex.iuris pontificij,vt in c.ſedulo.xxxviij.diſt.vbi dicitur,quòd ſententia præponitur verbis,ſicut animus corpori.Ex quo probatur id quod diximus in præcedenti verſi.mentem ac ſenſum animum eſſe,verba corpus.& iterum in c. Marchion.j.q.1.dicitur Euangelium non in verbis eſſe,ſed in ſenſu.& in c.humanæ.xxij.q.5.& in c. intelligentia.& c.propterea.& c.in his,extra de verb.ſign.& in c.ſi poſtquam.de elect.lib.6.& vbique concord.in glo.vt videbis.Quibus adde & tex.in cle.j.verſ.cæterùm,cùm ſcribitur, non virtutem & mentem,ſed nudum verborum inſectans corticem,ſenſumq; confundens &c. Nã, vt tradit Bal. in c.mandatum,poſt prin.extrà de reſcrip. ſemper recurrendum eſt ad intentionem diſponẽtis, quia lingua cedit cordi,& ſub iugo mentis verba conſtituit,tãquam ſub ſuo proprio originali & digniori.De quo etiam multa per Archid.in cap.is autem.xxij.quæſt.ij.& Ang.conſil.ccclxxxix. totum dictum ſtatutum,col.ij.Panor.conſ.lxxv.primò eſt videndum,col.iij.lib.1.Maria.conſi.35. circa prædictam,col.iij.Soc.eius filium.conſi.lviij.viſis priuilegiis,col.ij.verſ.his tamen nõ ob.lib. 1.& conſi.cij.in præſenti,col.iij.eo.lib.1.Barba.conſi.x.ſapienter ſcribitur,col.v.lib.2.& conſil.lviij. illud adferam,col.v.lib.3.Georg.Nata.in repe.c.quamuis,col.pen.verſic.quarto eodem modo, de pact.lib.6.Hipp.Marſil.in d.l.ſed ſciendum,col.j.& ſeq.ff.de parri. & in l.ſi quis viduam , col.iiij. verſ.quinimo mens ſtatuentis.ff.de quæſtio.& conſ.lxxxv.poſt redditum,col.j.verſ. primò dico, lib.ij.quos tu videbis,ne quæ ſemel iam collecta ſunt,iterum colligam.Et ante hos per gl.in d.c.ſi poſtquam,in verbo,mente,de electi.lib.vj.quæ ex eo text. colligit conſtitutionem etiam pœnalẽ extendi ad caſum ex mente ipſius,licèt non ex verbis in ea compræhenſum,nec tunc dici extenſionem fieri,de quo ibi multa per Pet.Anch.Imo.Domi.

*Quintiliani ſenioris hac de re locus.*

*Scribendarum legum cauſa, uoluntas.*

*Elegãtiſſimus Tullii hac de re locus.*

49 ¶Quibus omnibus adde quod Quintilianus ſenior,quem & in diuerſa parte citauimus , ſcribit decla.cccxvij.In omnibus legibus ſolam ſpectare oportet ſcribentis voluntatem.Verba enim ambigua,& in plures intellectus ducta ſunt,ſcribendarum legum cauſa voluntas fuit.Ergo id vnum ſpectare conuenit,propter quod ſcriptæ ſunt.De qua re etiam multa Quintilianus Iunior li.Oratoriarum inſtitut.vij.cap.item ſeptimo,& Tullius,quem & nos in alia ſentẽtia etiam eodem loco citauimus,videlicet lib.ij.de inuentione.Inter quæ hæc ſunt,Non omnia ſcriptis,ſed quædam quæ perſpicua ſunt,tacitis exceptionibus caueri:legem in ſententiis,non in verbis conſiſtere : iudicémque eum legi obtemperare,qui ſententiam eius,non qui ſcripturam ſequatur indignũ eſſe: eodem affici ſupplicio eum,qui propter aliquod ſcelus & audaciam contra legem fecerit , & eum qui honeſta aut neceſſaria de cauſa non ab ſentẽtia,ſed à literis legis receſſerit.Et in oratione pro Aul.Cecinna,An cum voluntas,inquit,& conſiliũ & ſententia interdicti intelligatur,imprudentiam(alij impudentiam legunt, & melius meo iudicio) ſummam aut ſtultitiam ſingularem putabimus in verborum errore verſari , rem & cauſam & vtilitatem communem non relinquere ſolum,ſed etiam prodere? An hoc dubium eſt,quin neque verborum tanta copia ſit, non modò in noſtra lingua,quæ dicitur eſſe inops,ſed ne in alia quidẽ vlla,res vt omnes ſuis certis ac propriis vocabulis nominentur?neque verò quicquam opus ſit verbis,cum ea res cuius cauſa verba quæſita ſint,intelligatur.Quæ lex,quod ſenatuſconſultum,quod magiſtratus edictũ,quod fœdus aut pactio,quod(vt ad priuatas res redeam)teſtamentũ,quæ iudicia,aut ſtipulationes,aut pacti & cõuenti formula non infirmari aut conuelli poteſt,ſi ad verba rem flectere velimus,conſiliũ autem eorum qui ſcripſerũt,& rationem & autoritatẽ relinquamus?Sermo hercule & familiaris & quotidianus nõ cohærebit,ſi verba inter nos aucupabimur.deniq; imperium domeſticum nullũ erit, ſi ſeruulis hoc noſtris conceſſerimus,vt ad verba nobis obediant,non ad id quod ex verbis intelligi poſsit,obtemperent.Exẽplis nunc vti videlicet mihi neceſſe eſt harũ rerum omniũ?Non occurrit vnicuiq; veſtrũ aliud alij in omni genere exemplũ,quod teſtimonio ſit, nõ ex verbis aptũ pendere ius,ſed verba ſeruire hominũ conſiliis & autoritatibus?Ornatè & copioſè L.Craſſus homo lõgè eloquentiſsimus,paulò ante q̃ nos in forũ venimus, iudicio centũuirali hanc ſentẽtiam defendit,& facilè,cùm contra eũ prudentiſsimus homo Q.Mutius diceret,probauit omnibus,M. Curiũ, qui hæres inſtitutus eſſet ita,mortuo poſthumo filio,cũ filius nõ modò nõ mortuus,ſed ne natus quidẽ eſſet,hæredẽ eſſe oportere. Quid? verbis ſatis hoc cautũ erat?minimè.quæ igitur valuit?voluntas,quæ ſi tacitis verbis nobis intelligi poſſet,verbis omnino nõ vteremur.quia non poteſt,verba reperta ſunt,nõ quæ impedirẽt,ſed quæ indicarent voluntatẽ.Et ſubdit quibuſdã interiectis,ſecundũ Craſſum aduerſus Q.Mutiũ fuiſſe iudicatũ. Nec enim Craſsũ ita cauſam egiſſe, vt cõtra iuriſcõſultos diceret,ſed vt hoc doceret,illud quod Scęuola defendebat, nõ eſſe iuris:& in eã rẽ non ſolũ rationes adferret,ſed etiã Q. Mutio ſocero ſuo multíſq; peritiſsimis hominibus autoribus vteretur.Hęc ille,qui & alia multa in ea oratione ſcribit,vt oſtẽdat mentẽ ac ſententiã legũ eſſe verbis & ſcripto anteponendã. { Qua etiã in ſententia fuit Ariſtot.dũ ſcribit lib. 1.rhetoric.ad Theodect.æquũ eſſe nõ legem,ſed ſcriptorem legis,ac nõ verba, ſed ſententiã ſpectare.

*Confirmatio eiuſdem loci.*

50 ¶Porrò illa contentio(neq; enim hoc omittere potuimus)Craſsi ac Scæuolæ & ab eodem Tullio memorata fuit lib.1.de oratore,iterúmque in ſecundo,& in Topicis in loco à ſimilitudine,atque etiam in Bruto{de claris oratoribus,non ſemel.}& à Fabio lib.7.oratoriarum inſtitut.c. item vij. & à recentioribus quoque legum interpretibus tractata fuit, qui & ipſi crebriori calculo in ſententiam Craſsi pedibus ierunt , Nam ſi poſthumus,inquiunt,inſtitutus hæres fuerit, ac eidem,ſi

poſtea



poſtea moriatur,Titius ſubſtitutus,nec poſthumus natus ſit,erit tamen locus, vt ſic mentẽ verbis præferamus,ſubſtitutioni.Ita enim voluit Guill. Cug.in l.precibus,in materia vulgaris ſubſt. C.de impub.& ali.ſubſtit.Ray.Forli.in tracta.ſubſtit.in materia vulgaris.Bald.in eodem tractatu, etiam in materia vulgaris,col.viij.verſicu.quæro facta eſt pupillaris,vbi & id dicit voluiſſe Franc. Piſa.Bart.in l.j.col.vij.verſi.vlteriùs quæro quid ſi ſubſtitutio.ff.de vulg.& pupil.ſubſt. & ibi etiã Alex.& Iaſ.ille col.xiij.verſi.nec obſtat.d.l.quòd ſi filius,{alter col.x.verſi.circa ſecũdum} hic col. iiij.verſi.ſextò adde,vbi id dicit not.& iterum col.xv.verſic.vltimò quærit Bart. { & ipſe quoque Bart.conſi.xlviij.Gallus Fallopi.col.ij.verſi.præterea pro dictis.}Idémque tenet Albe.qui ita dicit vidiſſe ſe obſeruari in quæſtione facti,in repet.rubr.eiuſdem tit.col.xxxj.& ſeq.Bal.in l.cum quidam,quæ eſt vlt.col.ij.verſi.quæro quidam credens.& ibi etiam{Ioan.Fab.ad fi.& } Corn.col.iiij. verſi.quintò fallit.C.de inſtit.& ſubſtit.Idem Bal.{conſi.xxxix.teſtator habens,col.ij.verſi.ſecundum eſt,lib.&}ſubobſcurè conſi.cxxvj.ad intelligentiam,ad fi.lib.1.Pet. Iac.in tit.de vulg. & pupil.ſubſtit.quando expirent,ſub rub.ſecunda ſumma ex prædictis,col.iij.verſi.item eſt notãdum. Ang.in l.lex Cornelia,in fi.ff.de vulg.& pup.ſubſt.{Petr.Ancha.conſ.ccclvj.ex ſerie teſtamenti.} Raph.Fulg.conſi.xlix.ex facto proponitur,vbi hoc negat procedere in vxore ſubſtituta, propter ſpeciales quaſdã ac priuatas in eum caſum rationes,& iterũ conſ.xc.in quæſtione Ioãnis,in prin. Imo.in l.ab exhæredati,quæ eſt antep.§.vlt.ff.de leg.j.{Vide ibi Bal.& Pau.Caſt.} per illum text. quem & ad hoc plerique omnes citant,& ſimiliter tex.in l.ventri,iuncta gl.ff.de ventre inſpicien. & in l.ſi nemo.§.vlt.ff.de teſta.tutel.& eſt caſus à contrario,in d.l.vlt.C.de inſt.& ſubſt.& idem quoq; tenet{Alex.conſi.188.viſo proceſſu agitato,col.2.verſi.condeſcendo ad ſecundũ,lib.3. Calca.conſ.102.pro parte,col.vlt.& conſi.ſeq.contra.& Anto.Roſellus inter conſi. illius conſil.104. omnipotentis.}Fran.Aret.in l.ſi mater.§.ſi filius,col.3.verſic.ſi autẽ ſubſtitutio.ff.de vulg.& pup. ſubſt.& in l.quãdiu inſtitutus,col.vlt.verſi.aduerte tamen.ff.de acq.hær.Corn.conſ.276.viſo ſupraſcripto themate,col.5.verſi.& propterea,lib.3.Fran.Cur.ſenior conſ.52.in vlt.dubio.{Soc.vide tamen quia ſtatim allegatur pro contraria parte,in l.j.col.x.verſ.circa ſecundũ.ff.de vulg. & pup. ſubſt.Caro.Rui.in repe l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de lib.& poſth.& cõſi.176.viſo teſtamẽto, col.6.nu.4.lib.2.}& Steph.Bert.cõſi.174.nemini dubiũ,in 2.dub.lib.3.& Iaſ.conſil.148. nobilis & generoſus,in 1.dubio.lib.2.& conſ.203.Vanotus,col.4.verſ.tertiò facit,eo.lib.2.& cõſi.220. teſtator fecit,col.2.verſ.& pro iſta,eo.lib.2.& cõſ.66.nobilis miles,col.4.verſ.quartò principaliter.lib. 3.& Lancel.Politus in tract.ſubſtit.in materia vulgaris.in 7.q.princ.in multis locis.Phil.De.conſ. 227.in caſu ad me tranſmiſſo,col.4.verſi.tertiò principaliter.& ſeq.{& cõſ.238.proponitur quòd nobilis,col.2.verſi.& hoc.confirmatur.}& Andr.Alc.lib.3.de verb.ſigni.in 2.q.3.axiomatis, quem miror hoc in loco non meminiſſe antiquæ illius cõtrouerſiæ,cum ſit antiquitatis ſcientiſsi.{Et id ſatis probat tex.in d.l.ab exhæredati.§.vlt.ff.de leg.j.& l.ventri,iuncta gl.ff.de ventre inſpi.& l.ſi nemo.§.vlt.ff.de teſta.tut.& tex.à contrario ſenſu,in d.l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.} Et facit quod in ſimili tradunt Bar.Ang.Imol.& vulgò alij recentiores in d.l.quamdiu inſtitutus.ff.de acq.hęred.& Saly.in l.ſi teſtamẽto,col.3.verſ.ſed tunc quæro ſuppoſito.C.de impub.& ali.ſubſti.& Iaſ. conſi.152.præſens dubium videtur formari,in 1.dubio,lib.1.& conſi.287.caſum iſtum,col.1.lib.2. Et quod ſcribitur in l.ſi extraneus.ff.de condi.cau.da.{Idq; tenent omnes ſuprà citati indiſtincte & ſimpliciter,præter Bart.& paucos quoſdam,qui in hoc diſtingunt,vt apud eos videre licet.

*Qui Mutium ſecuti contrariũ cenſeant.*

51 ¶Quanquam non defuerunt qui Mutium illum ſecuti diuerſum cenſuerunt,videlicet Oldr.cõſ. clxxvij.teſtator in ſuo vltimo teſtamento.& Ioan.Andr.in addit.Specul.tit.de teſta.in additione incip.huic quæſtioni,verſ.occurrit etiam caſus.& Ang.ſibi contrarius cõſi.xciij.viſis & inſpectis, in iij.eodémq; vlt.dubio.& Pet.Anch.conſ.ccclvj.ex ſerie teſtamenti,per totum.& Pau.Ca. conſ. ccxix.viſis & conſideratis,col.j.lib.j.& expreſsiùs conſ.ccccxciiij.vidẽdum eſt vtrum fides,col.ij. verſ.ſecundò nunc videndum,eo.lib.1.vbi tamen in ſeq.verſ.id temperat,niſi appoſita fuerit clauſula codicillaris,vt ibi per eum.{& conſi.xcvij.ne impropriis,eo.lib.2.} Roma.in d.l.quamdiu inſtitutus.ff.de acq.hære.& Alex.{ſibi contrarius}conſ.omniũ primo perſpectis verbis, col.5.verſi. quarto probatur.lib.1.{& Corn.ſibi itẽ contrarius conſi.xxviij.aliàs,in litera E.lib.1. } Soc. {vide tamen,quia ſuprà allegatus fuit pro contraria parte.}in l.j.col.xij.in iij.limitatione, & iterum col. ſeq.in viij.limitatione in duobus locis.ff.de vulg.& pup.ſubſti.{& Fely.in c.trãſlato,col.pe. verſi. ſed prædicta,de conſt.& Caro.Rui.ſibi contrarius,conſi.clxxv.poſtquam,col.iiij.nu.5.lib.2.& nouiſsimè Vigli.§.j.in verbo,ipſi filio ſit hæres ſubſtitutus,Inſtit.de pupilla.ſubſtit.vbi id ſciẽter admodum diſputat.}Verùm prior vt communior eſt,ita verior.De quo etiam vide Corn.cõſi.149. licet in hac,lib.3.& Soci.conſi.lij.dominus,& c.vt veram &c. col.ij.verſi.iij.& col.ſeq.verſi. quintò,col.vlt.vſque ad fin.lib.1.& conſi.cclix.viſis & conſideratis,per totum,lib.2.& ibi Fran.Pepi.in ſubſcripti.& eundem Soc.conſi.lxxvij.viſis teſtamento ſpectabilis,per totum{& Phil.Dec.conſil. ccxxvij.col.j.verſi.& quia iſta conditio,iunctis his quæ ſcribit in fin.}& ante hos ſigno.cõſi.cvij. quidam Maragonus,col.5.verſic.nunc venio ad tertiam,cum multis ſeq. Vide.Soc.conſi. lxxvj.in fi.lib.3.& conſi.clxxvj.col.pe.lib.3.& Vigli.in d.§.j.Inſtitut.de pupilla.ſubſtitutio.

*Sẽper in ſubſtitutionibus & teſtamẽtis*

52 ¶Sed non ſolum in eo caſu,ſed & aliàs ſemper in ſubſtitutionibus & teſtamentis mẽs & voluntas potius,quàm verba inſpicienda ſunt,vt probatur in l.hęredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.vbi ita ſcribitur,neptis prima quidem facie propter conditionis verba admitti non videbatur,ſed cũ

*Teſtatoris uoluntas inſpicienda.*

in fideicommiſsis voluntatem ſpectari conueniat, &c.{& in l.cum filiofami.§.vlti. ff.de leg.j.vbi ita ſcribitur,voluntas ergo facit,ne in teſtamento ſcriptum valeat.}& in l.pen. ibi, ſola voluntas ſeruatur in fideicommiſsis.ff.de lega.j.& in l.cum pater.§.donationis,ibi,voluntatis intentio. ff.de lega.ij.& in l.fideicommiſſa.§.item ſi quis.ff.de legat. iij. vbi ſcribitur in fideicommiſsis præcipuè ſpectandam ſeruandámque teſtatoris voluntatem.{& in l,Pamphilo,in prin.eo.tit,vbi dicitur nō videri quidem quantum ad verba teſtatoris pertinet,fideicommiſſum Pamphili vt reſtitueret,ſed cùm ſententiam defuncti,&c. } & in l.quiſquis eod.titul.vbi dicitur voluntatem defuncti,maximè in fideicommiſsis,valere.& in l.quiſquis mihi.ff.de verb.ſignific. vbi ita ſcribitur;Mihi Labeo videtur verborum figuram ſequi,Proculus mentem teſtantis.Reſpondi,non dubito quin Labeonis ſententia vera non ſit.{Per quam dicit Bal.conſi.cviij.domina Ioanna,col.iij.verſi.ſed in contrarium,lib.3.quòd non debemus meram figurā verborum ſequi ſed mentem , quod & idem dicit per illum ipſum tex.conſi.cxxj.à capite,col.v.ver.ſed hîc aduertendum,eo.lib.3. vbi ſubiungit mentem magis conſtare ratione quàm verbis,per l.iuriſgentium.§.pactorū.ff.de pact.Et probatur item}in l.ex facto proponebatur.§.rerum.ff de hære.inſtit.ibi,& facit quidem totum voluntas defuncti,& in l.in conditionibus primum.ff.de condit.& demonſt.vbi ſcribitur , in conditionibus primum locum obtinet voluntas defuncti,eáque regit conditiones.Ex qua dicit Bal.in c. cùm in veſtri,in prin.extr.de elect.quòd voluntas facit formā & conditionem.& in l.pater Seuerinam,in prin.ff. eod. vbi in conditionibus teſtatorum voluntatem potius quàm verba ſpectari oportet.& in l.emptor.§.ancillā.in fi.cùm dicitur,filiam defenſio tuebitur voluntatis.ff.de rei vendi.& in l.ſi quis ita.§.conditio.ff.de adim.leg.vbi ita ſcribitur,ſed melius eſt ſenſum magis quàm verba amplecti. & in l.ſi peculium.§.ſi ſeruus.ff.de pecu.leg.vbi ſcribitur,verba ſecundum voluntatē teſtatoris exaudiēda ſunt.& in l.ſi quis filiū.C.de liber. præter.vbi cùm manifeſtiſsimus ſenſus eſt teſtatoris,verborum interpretatio nuſquā tantum valet,vt melior ſenſu exiſtat.& in l.cum virū.C. de fideico.vbi in fideicommiſsis voluntas magis quàm verba plerunque intuenda eſt.& in l.cum quæſtio,in fi.prin.C.de leg.vbi veſtigia voluntatis teſtatoris ſequenda ſunt. & iterū in fi.illius l. ita ſcribitur,In omnibus etenim teſtatoris voluntatē,quæ legitima eſt,dominari cēſemus.Et in l. cum antiquitas.C.de vſufr.vbi ante fi.ita ſcribitur, voluntati teſtatoris per omnia obediendū eſt. & in l.quidā.C.de neceſ.ſer.hære.inſtit.vbi & ita ſcribitur,quia ſemper veſtigia voluntatis ſequimur teſtatorū.Ex eáque pulchrè dicit Bal.quòd lex pedetentim vadit poſt mentē teſtatoris,ſicut venator poſt leporē.quem ad hoc omnes quotidie allegant.& in §.noſtra autem,Inſtit. de legat. vbi ita ſcribitur,& non verbis,ſed voluntatibus eorū fauentes,cum aliis multis ac prope infinitis iuribus.Et hoc vbiq; à noſtris doct.inculcatur,vt per Bal.in l.quoniā indignum.C.de teſt.vbi ex ea.l.no.non eſſe curandū de verborum qualitate,dūmodo conſtet de mente teſtatoris.& in l,precibus,col.x.verſi.ſequamur igitur.C.de impu.& ali.ſubſt.& in l.vlt.col.ij.C.de impu.& ali.ſubſti. vbi dicit quòd ex coniecturata mente defuncti recedetur à vi & natura conuentionis verbalis. Ang.conſ.ij.certum eſt.col.pe.& conſi.clxix.ſuper puncto ſupraſcripto,col.j. vbi dicit mētem & rationem teſtatoris eſſe conſiderandam,etiā ſi ſit contra verba ipſius.quod dictū pro not.reaſſumit Iaſ.in l.iuriſgentiū.§ prætor ait,col.pe.ff.de pac.Sed & adde Raph.Fulg.conſ.xcij. Antonius. col.ij.Pau.Caſt.in l.proponebatur,per illum tex.ff.de lega.ij.& conſ.cxxiij.viſo teſtamento,circa medium,lib.1.& Cepol.cauſarum ciuilium,conſi.xlix.circa primum dubium,col.ij.verſi.& eſt ratio.& Corn.conſi.vij.nudis & incompoſitis,col.ij,verſi,& ideo attenta,lib.1.& cōſi.cclxxv.in præſenti,col.ij.verſi.licèt autem,lib.4.& Soci.qui multa allegat conſ.j.Franciſcus,col.iij.verſi.& puto, lib.4.& conſ.xxvj.cum ſuper,fermè per totum,eod.lib.4.& Barb.conſi.vj.vbi Chriſtus,col.3.lib. 3.& Guid.Pap.conſ.cxxxv.conſilium pro nobili,col.iij.& Soc.in d.l.in conditionibus,in j. not.ff. de condi.& demon.vbi ex hoc dicit fieri vt diſiunctiua in coniunctiuā reſoluatur,& verbum directum in obliquū:& è diuerſo,quod fortius eſt,obliquū in directū:nempe vt mētem ac voluntatē teſtatoris ſeruemus,vt de primo eſt tex.in l.Lucius.ff.de hær,inſti.& in l.generaliter,in prin. C.de inſti.& ſubſt.De ſecundo,in l.Scæuola.ff.ad Treb.De tertio in l.tractabatur.ff.de mil.teſt.Et vt ad cæteros pergam.Iaſ.in d.l.ſi quis filiū,C.de lib.præt.& in l.ſi pater,col.vlt.ff.de vulg.& pupil.ſubſti.vbi & hinc dicit prodiiſſe quæ ſtatuuntur in l.cū auus.ff.de cōdi.& demon.& in l. cum acutiſsimi.C.de fideic.in quibus mens etiā tantū coniecturata præfertur verbis.quæ quidem iura magnā habent(quod iā ſuprà ſæpius diximus)cum l.noſtra familiaritatē.& Franc.Curt.ſenior. conſ.lxiiij.antiquiſsima,tū col.iij.verſ.in quo paſſu,tum col.ix.ver,mens enim prædominatur. & Cur.iunior cōſ.43.Ser Iacobus,col.antep.verſi.attende ergo.Iaſ.cōſil.132.Salomon,col.pe.lib.1.& conſ.140.ſpectabilis,col.6.verſ.in primis,lib.2.& cōſ.141.Chriſtophorus,col.7.verſ.tertio pro eadem,lib.2.& conſ.ſeq.venerabilis,col.ij.eo,lib.2.& conſi.228.teſtator tres filios,col.ij.verſ.quartò facit,eo.lib.2.& conſi.66.nobilis miles.poſt prin.& iterū col.ij.lib.3.& conſi.143.ſpectabilis,col.iij. verſi.ſed præmiſsis.lib.4.& conſi.cliij.teſtator habens,col.v.ver.tertiò principaliter , eod.lib.4.& Philip.Dec.conſi.xv.an appellatione.col.ij.verſi.ad cuius rei.& conſ.xxiij.cuius ſuperſcriptio incipit,an & quādo,col.j.& conſi.182.in caſu occurrenti,col.ij.verſi. quibus tamen non obſtātibus. & conſi.clxxxvj.quoniam ex facto,col.ij.verſ.ſed tamen prædictis.& cōſi.ccxxvij.in caſu ad me tranſmiſſo,col.iij.& conſi.cccxcix.concluſionē,col.iij.& conſi.xxv.in caſu propoſito,col.pe.verſ. ſed tamen prædictis.& Fort.Gra.in repe.l.Gallus.§.& quid ſi tantum,col.xlviij.ver.aduerte. ff.de

*Etiāſi ſit contra uerba ipſius.*

lib.&



lib.& poſth.& doct.vbique.Quibus concinens Plinius Iunior iuris non imperitus,lib.4.Epiſt.ad Sabinum,maluit cum magno ſuo incōmodo ſeruire volūtati cuiuſpiam teſtatricis, quæ illū cum Sabino ipſo reliquerat hæredem,quàm mera verba teſtamenti cum ſuo cōtrà commodo ſectari: ſuaſitq; Sabino,vt idem faceret,confidens illum,vt inquit,ſuæ acceſſurum ſentētiæ,cùm religioſiſsimè ſoleret cuſtodire defunctorū voluntatem,quam bonis hæredibus intellexiſſe,pro iure eſt.

53 ¶Aut certè mentem & voluntatem teſtatoris eſſe verbis iungendā,ſi non voluntatē ipſam verbis præferamus , apertè probatur ex l.ſi ancillas,in fi.ff.de leg.j.vbi ita ſcribitur,& nec verbis,nec voluntati defuncti accōmodata hæc ſentētia eſt.& l.ab omnibus,in fi.prin.eo.tit.Cuius hæc verba ſunt. Cùm & ſignificatio verborum non repugnet huic ſententiæ,& voluntas teſtatoris congruat.& l.Meuia.ff.de man.teſta.ibi,neque contextum verborum totius ſcripturæ teſtamenti,neque mentē teſtatoris eam eſſe. Quæ iura ad hoc admodū cōmendat Iaſon, in d.l.ſi ancillas,quā legit cum l.ſi ancilla.ff.de leg.j.Et poſtremum etiā commendat & dicit egregium, idem Iaſ.in d. l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum,in iij.not.ff.de verb.obl.Cui adde & alium no.tex.in l.talem.§.j.in fi.ff.de hære.inſti.cū dicitur,non enim hunc caſum teſtatorem voluiſſe excludere palam eſt , neque verba omnino repugnant.& in l.miles.§.quidam.ff.de adul.cum dicitur , opinionē quidem tuam & verba legis & ſententia adiuuant.& in l.vlt.ff.qui pet.tuto.ibi , nec verbis,nec ſententia conſtitutionis in pœnam incidit { & in l.impuberem.§.vlt.ff.ad leg.Corn.de fal.cùm dicitur, neque verbis ſenatuſcōſulti,neque ſententia continetur.& in l.nō ſolùm verba,quæ eſt iij.in prin. C.de adult. } Vbi non ſolùm verba legis Iuliæ de adulteriis,ſed etiam ſententia attenditur. {& in l.diui.ff.de iur.pat.ibi,magis viſum eſt nepotem neque verbis neque ſententia excludi. } Quanquam ex iis multi de legibus loquantur.Sed nihil in ea re intereſt.{Aut etiam ſi quis pertinaciter contendat mentē omnino præferendā,certè id procedere debeat , modò ea mens ex verbis concipi poſsit,non aliàs,Bal.in repet.l.& ſi poſt tres,col.5.verſ.ſed quid ſi tacitā diem. ff. ſi quis cau. & dicemus pleniùs infrà in hac eadem gl.nu.70.vt interim omittam,vt ibi videre poteris.}

*Mens & uolūtas teſtatoris uerbis iungenda ſunt.*

54 ¶Et quoniam ſuprà ex Tullio diximus id quoq; obtinere in omnibus & publicis & priuatis diſpoſitionibus,certè etiam conſtat id procedere & in ſtatutis, quæ aliàs ſtrictè ſunt interpretanda & propriè,vt tamen in his ſententiam ſcripto anteponamus,id eſt mentem & rationem ſtatuentium,verbis ſtatutorum. Id quod voluerunt Cy.& Bald.in l.j.ff.ſi cer.pet.Bar.in l.contra legem. ff.de legi.vbi dicit quòd licet offendere verba ſtatuti,vt mens ſeruetur. & in l.omnes populi, in vj.q.prin.ver.iuxta præmiſſa quæro.ff.de iuſt.& iur.vbi dicit quòd verba ſtatuti impropriantur, vt mentem ſequamur,Ang.conſi.lxix.Martinus Io.de Floren.col.pen.& conſil.cxix. ſtatuto Tudertinæ ciuitatis,col.vlt.& conſi.cxlvij.viſo themate,circa med.& conſil.clxx. idē ſtatuimus, col. 1.& Pet.Anc.in repe.c.j.col.xvj.extra de conſti.Ant.in c.nouit,extra de iud.Pau.Ca.conſi.cxlviij. viſo & examinato,col.j.lib.j.& conſi.cccxx.quod in cauſa,col.ij.eo.lib.j.Soci.conſi.cviij.ſuppoſito ſtatuto,col.iij.ver.xiiij.confirmatur,lib.iij.& conſil.cxxvij.rectè & iuſtè,col.iij.verſicu.ſecunda concluſio,lib.4.& doc.vbique in ſuis conſi.dum ſtatuta interpretantur.

*Ratio ſtatuētiū præualet uerbis ſtatutorum.*

55 ¶Sed & in reſcriptis,quæ & ipſa ſunt ſtricti iuris.c.ſignificante,& ibi glo.& c.Rodolphus,& c.ſignificauit,extra de reſcrip.& c.P.& G.extr.de offi.delega.Hoc quoque procedit ex ſententia glo. in c.ſi propter tua,in verb.intentionis,per tex.ibi,de reſcr.lib.6. quam ad hoc commendat & dicit not.Iaſ.in d.l.iuriſgentium.§.prætor ait,col.pe.ff.de pac.Sed & eſt alia glo.in c.mandatum,etiā per tex.ibi,extra eo.de reſcr.Et alia quoque in c.dilecti filij,in verbo,nec fuit intentionis,eo.tit.& in c.expoſita,in verbo,intentionis,per illū tex.extra de arbit.& in c.cum dilecti,in verbo, intentio,per illum text.extra de don. Item & alia in c.paratus, in verbo, ſi verba.xxiij.q.j.Quin etiam Bal.in c.ij.col.vlt.verſi.item quòd potius,extr.de reſcr.loquens in caſu illius c.in quo duo quædā copulatiuè fuerāt poſita in reſcripto,quod inibi inſeritur,aſſerit potius eſſe inſpiciendā mentem, quàm copulam verborum.Et idē Bal.in c.conquerente,col.ij.verſi.quærit gl.ext.de reſtit.ſpo.dicit poſt Imo.mentem reſcribentis præualere verbis reſcripti,arg.d.l.quiſquis mihi.ff.de verb.ſign. Et idē quoque Bal.in l.ex facto,in iiij.no.ff.de vulg.&.pup.aſſerit ex eo.text.ſemper ad mentem reſcribentis eſſe recurrendū.Quod & tradit Barb.qui alios citat,conſi.iiij. ſcribitur primo regum, col.7.lib.1.& conſi.xxiij.ſcripſit propheta,col.x.eo.lib.1.& conſ.xliij.præclare ſcribitur.col.xvj.eo. lib.& conſ.xiij.ſapiēter ſcripſit,col.vlt.lib.2.& alibi ſæpe.& Soc.d.conſ.xxvj.lib.4.qui ad hoc etiā alleg.c.expoſita,ext.de arbi.& alia quædā iura.& ante hos Inno.in c.cū eccleſiaſticæ,extra de except.vbi Fely.& Dec.in fi.afferunt multas alias concor.& idē Fely.in c.cauſam quæ,col.8.verſ.ſecunda declaratio,ext.de reſcri.& ipſe Soc.in l.non omnis,col.j.ff.ſi cer.pet. { atq; etiam ipſe Deci. conſi.ccccix.viſo conſilio,col.ij.} Quibus adde text.præter eos quos ſupra ex aliis adduximus,in c.ad aures,ibi,cùm non ſit intentionis noſtræ,& quod ibi not.Bal.circa med.extra de reſcri. & in c.ſuper eo,& ibi gl.in verbo,intentionis,ext.de offi.deleg.& in c.vlt.ante fi.ext.de dila.cū dicitur, noſtræ intentionis non fuerat.& in c.licet,ibi,quia tamen intentionis noſtræ non fuit, & ibi etiā gl.in verbo,nec eſſe debuit,ext.de offi.ordi.& in c.dudū eccleſia,ad fi.vbi in duobus locis eadem verba adſcribuntur,extra de elect.& in cap.dilecto,& ibi gloſſ.in verbo,intentionis,extra de verbor.ſignific.& in c.cum cauſam,& ibi etiam gloſſ.in eodem verbo , extra de præbend. & in cap. vlt.eod.tit.& in c.propoſuit,ibi,intentionis noſtræ non fuit,extra de conc.præbend.& in c. cum in illis,in ſimilibus propè verbis.& ibi etiam gloſſ.de præbend.lib.6.& in c.indemnitatibus.§.vlt.

*Idem in reſcriptis.*

ibi,intentionis noſtræ nequaquam extitit,de elect.lib.6.

*Idem in priuilegiis. In excommunicatione. In iuramento. Intẽtionis uocabulum.*

56 ¶Et idem de priuilegiis probat tex.in c.ex multiplici,& ibi etiam gl.extr.de deci.& iterum in c.dilecti.& ibi item gl.eo.tit.& alia gl.in d.c.mandatum,extr.de reſcript.Et idem de excõmunicatione tradit Pan.in c.præterea,col.pe.extra de appel.dum dicit quòd ſententia excommunicationis magis regulatur à mente proferentis,quàm à conceptione verborum.De quo tamẽ vide quę dicam infra in verbo,reuertatur,nu.257.limita ſecundò,& ſeq.Sed & de iuramento,vt in eo mentem ac intentionẽ iurantis inſpiciamus,eſt tex.in c.ad noſtram.liij.ibi, habens in mente, extra de iureiur.{& gl.in c.veniens,in verbo,præſciuiſſet,eo.tit.}Et ne tu putes hoc intentionis vocabulũ, quo in hoc ver.tam ſæpe vſi ſumus,in hoc ſignificatu malè accipi,vide Plinium, qui ita quoque accipit epiſt,lib.j.xxix.His tu,rogo,intentionẽ ſcribentis accommodes. Et Papinianũ iuriſconſultorum elegantiſsimũ,in l.cùm pater.§.donationis.ff.de legat.ij.Non enim,ait,quæri oportet,cum quo de ſupremis qui loquatur,ſed in quẽ voluntatis intẽtio dirigatur{& rurſum in l. cùm vnus, in princip.ff.de alimen.legat.cùm dicit intentionem quidem defuncti prima facie refragari.}

*Idẽ in teſtium dictis.*

57 ¶Similiter & in teſtimoniis,ſiue teſtiũ dictis,ac diſpoſitionibus mentẽ & effectum verbis ipſis eſſe præferendũ,ſatis conſtat ex eo quod ſcribit Bald.omniũ iuris interpretum & copioſiſsimus & ſubtiliſsimus,in c.cum eccleſia Sutrina,col.ij.ver.quintò not.extra de cauſa poſ.& proprie. Id ſcilicet quòd teſtes vacillantes præſumuntur periuri,ſi vacillant verbis & mente, non etiã ſi verbis tantũ,per l.teſtamentum.C.de teſta.quæ tamen l.mihi non admodũ huc facere videtur.Sed is ingenio eſt adeo ſubtili,quod iam diximus,ac veloci,vt nonnunquam illũ per aera ferri videas,nec tamen intelligas quò curſum ſuum dirigat.Quanquam in hoc nihil eſt,cur nõ ei accedamus. Et illum etiam in hoc nuncupatim ſequitur Fran.Cur.ſenior in tract.teſtium,in xlvj. concluſione.

*Idẽ etiam in pactis & contractibus.*

58 ¶Idem quoque obtinere in pactis & contractibus(quod iam ex Tullio diximus)probat etiã text. in l.vlt.C.quæ res pig.obli.poſ.vbi ſcribitur,iuſtum eſſe voluntates contrahentium,magis quàm verborum conceptionem inſpicere,& ibi no.Bal.& in l.ita ſtipulatus.§.item ſi quis ita ſtipulatur, ibi,ex ſententia contrahentium.ff.de verbo.oblig.& in l.in venditione, in fi.ff.commu.præd.Ex quo gl.ibi in verbo,veritus ſit,nota,inquit,cauſam verborum , & mentem contrahentium inſpiciendam,non tantùm verborum ſignificationem.quam gl.not.& commendant Bal.& Pau.Caſt. ibi.Et tex.in l.promittendo,in prin.ff.de iur.dot.vbi dicitur,magis res quàm verba intuẽda ſunt. & in l.j.in fi.C.vt actio.ad hær.vbi ita ſcribitur,ne propter nimiam ſubtilitatem verborũ latitudo voluntatis contrahentium impediatur,& in l.in conuentionibus.ff. de verb.ſign. vbi in conuentionibus contrahentiũ voluntatem magis quàm verba ſpectari placuit.& in l.ſed Celſus.§.ſi fundus.ff.de contrah.empt.vbi ſcribitur,in emptis enim & venditis potiùs id quod actum eſt , quàm id quod dictum eſt,ſequendum eſt.Ex quo etiã not.gl.ſenſum magis quàm verba ſpectari. & in l.fiſtulas,in prin.eo.tit.vbi ſcribitur,reſpondi apparere id actũ eſſe, licèt ſcriptura non contineretur,& alij infiniti tex.in eam ſententiã.Quam & vbiq; ſequuti ſunt noſtrates legũ docto.& in cęteris gl.in l.blanditus.C.de fideiuſ.Bal.in l.quamuis,col.j.verſ.item not.mentẽ.C.de fideic.& in l. etiã,per illum tex.in j.not.C.de iur.dot.& in l.ſub prętextu ſpecierũ,col.pe.verſi. iuxta præmiſſa. C.de tranſa.& in rub.extra de pact.col.ij.verſi.nota cauſam.& cõſi.cvij. quòd iſta donatio,col.ij. lib.2.{& conſi.cxcv.laudare vos,col.pe.eo.lib.2.}& conſi.ccccxvij.in facto proponitur,col.ij.lib.5, vbi dicit quòd ſtatur intentioni contrahentium,quicquid verba ſonent.& conſi.ccccixxxvj.ſuper eo primo puncto,eo.lib.5.vbi dicit quòd ſicut voluntas teſtatoris in omnibus dominatur ex ſuo teſtamento dependentibus,ita & voluntas contrahentium in dependentibus ex contractu.Ang. d.conſi.ij.certum eſt,col.pen.Anto.in c.nouit,extra de iud.Imol.in l.vlt.ff.de hære.inſtit. Panor. in c.paſtoralis,in fi.extra de dec.Pau.Caſt.conſi.cxlviij.viſo & examinato,col.1.lib.1.& conſ. cxc. nouiter reuocatur,col.ij.verſi.certum eſt enim.lib.2.& conſi.ccclxvij.filius iſte,eod.lib.2.& Ioan. Ana.conſi.lviij viſis inſtrumentis,in prin.Alex.in l.ſi tibi pecuniam.in iij.not.& ibi Iaſ. latè poſt prin.ff.ſi cert.pet.& conſi.xxxiiij.viſo inſtrumẽto,col.j.ver.quibus non obſtantibus,lib.2.& cõſi. cxxv.attentis verbis inueſtituræ,in fi.lib.5.& conſil.lxxxij.quoniam abunde,col.j.lib.6. & Corn. conſi.xl.viſo proceſſu,col.4.lib.4.Soc.conſi.xliiij.in præſenti conſultatione,col.iij.verſi. præterea hæc concluſio,lib.1.& conſi.xlvj.eo.lib.1.repetito conſi.ccxij.cum in præſenti,col.vlt.verſ.confirmatur non ſolum,lib.2.Iaſ.conſi.lxxxiiij.verba conuentionis,col.ij.verſi.moueor in primis, lib.3. Phil.Dec.in l.cum quid,col.v.ff.ſi cer.pet.& in l.ſemper in ſtipulationibus,in prin.ff.de regul.iur. & conſi.xxvj.cuius ſuperſcriptio incipit,debitor creditoris,col.vlt.verſi.& profecto.& conſ. lxiij. ſubſtitutio facta,col.pe.verſi.vlteriùs hoc idem.& conſi.clxxxiij.in controuerſia,col.vlt. & conſi. ſeq.an valeat pactum,col.iij.& conſi.cxc.circa primum,col.ij.verſi.ſed tamen prædictis. & conſi. ccclxxiiij.in caſu propoſito.col.j.verſi.& pro fundamento.& latiſsimè Stepha. Bertr.conſ.j.Chriſti & c.viſo conſultationis themate,col.2.lib.2.& conſi.clix.cuius eſt ſimile initiũ,in j.dubio,in fi. lib.2.& conſi.cclxxxvj.viſo caſu prædicto,col.j.eo.lib.2.Io.Neuitz.inter cõſ.feudalia.Alber.Brun. conſi.xij.comederunt,col.v.Anto.Rubeus conſi.cxlix.in contractu matrimonij,col.iij.verſi.præmiſsis tamen.& conſi.clj.viſo contractu,col.ij.verſi.præmiſsis & ſimilibus. { Sed & idem in ſententiis iudicum,vt ſcilicet mens iudicantium ſit ſequenda,magna authoritatẽ voluit Bal.in l.imperator,per illum tex.ff.de poſtul. Quod tamen intelligendum eſt , ſi verba conuenire poſſunt, per ea quæ diximus ſuprà nu.12.ſed & hoc,& quæ dicam infrà nu.70. vt interim.}

¶Denique



*Idem in mandatis.*

59 ¶Denique id etiam in mandatis obtinet,per l.vlt.in fi.ff.mand.Ex qua dicit Bald.in rubric.extrà de offi.deleg.quòd verba mandati recipiunt interpretationem.& eſt etiam bonus tex.in c.eam te, & quod ibi tradit Bal.col.2.verſ.ſed contra hoc oppo.& iterũ col.vlt.verſ.item opponitur mandatum,extra de reſcrip.& in c.ad hæc,extra de poſtu.præla.& ibi etiam Bal.col.2.verſ.ibi mandauerimus,qui & ad hoc allegat l.ſi hominem.ff.mand.& ipſe Bal.in c.vlt.col.ij.extra de offi.deleg. dicit in mandatis magis attendi finalem cauſam formæ,quàm verba præciſa,per tex.ibi,quod dicit no.& in rub.extra de procur.in prin.dicit eſſe magis attendendam vtilitatem mandati,quàm formam:per d.l.ſi hominem.& in c.j.col.iiij.verſ.quæro pone , extra de lite non conte. vbi dicit quòd licet procuratori offendere verba mandati,vt mentem non offendat,per d.l.ſi hominem, quam dicit ſing.Et facit in l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mandauit,{ibi,ſi ex parte,}ff.de acqu.hær. vbi habens mandatum ad vnum poteſt & aliud facere.in quo maior eſt ratio.nec deterior fit cõditio mandantis.Quem tex.ad hoc not.Bal.{Franc.Aret.& Alex.qui eum §.legunt cum §. ſi coram,& alij}recentiores ibi:& Pau.conſ.4.circa primum dubium,col.2.li.j.{& Alex.in l.ſi quis impuberem,col.2.verſ.ſed & illud.C.de iu.delib.vbi ex eo tex.dicit ſatis eſſe, vt mandatum in pinguiori forma impleatur.& Iaſ.qui idem dicit in l.qui quartam,col.1.ff.de leg.1.}Et tex.in l.iam tamen.§.in hac ſtipulatione,ibi,quaſi iuxta mandatum.etſi non mandatum fuerit. ff. iudica. ſol. & in c.in cauſis,& ibi gl.in verbo,poſtulatio,extra de electio.& glo.in c.cùm olim abbas,in verbo, protinus.extra de offi.deleg.& gl.in c.nullus,in verbo,ciuitatis,verſ.item quid ſi data eſt.lxj. diſt. & in c.licèt ergo,in verbo,præcepiſſet.8.q.j.& in c.innocens,in verbo,clementior.xxij.q.4.& Iaſ. qui multa allegat,conſ.ccij.magnificus Baro,col.pe.verſ.non obſt.dum tertiò,lib.2.vbi ex hoc in pulchro caſu conſuluit.Quod magis mirum eſt propter ea quæ ſcribit Aulus Gellius lib. noctiũ Atticarum j.cap.xiij.de mandato ad viuum(vt ſic dixerim)obſeruando,nec in rem etiã vtiliorem commutando.

*Mandatum ad uiuum obſeruandum.*

Cui concinens D.Ambroſius in lib.de Paradiſo,cap.xij. tradit nihil vel cautionis gratia iungere nos debere mandato. Si quid enim addas,vel detrahas , præuaricatio videtur eſſe mandati.Pura enim & ſimplex mandati forma ſeruanda.Hæc ille.Nos autem dicimus fines mãdati diligenter eſſe cuſtodiendos.l.diligenter,ff.mandati.& formã mandati exacta diligentia eſſe obſeruandam.c.cùm dilecta,in fi.ext.de reſcr.nec ab ea eſſe recedendum, ſiue res ipſas reſpiciat, ſiue perſonas,ſiue locum,ſiue tempus,vt dicit Bal.in l.1.§.igitur.ff.de excer.act.per tex.ibi,& in l. qui Romæ.§.Callimachus.ff.de verb.oblig.Siue etiam reſpiciat qualitatem mandati.c.cùm veniſſent,extra de eo qui mit.in poſ.vbi Bal.col.ij.no.quòd non ſolum ſeruandum eſt mandatum,ſed & qualitas illius.& allegat etiam c.Piſanis,extrà de reſtit.ſpol.Ex quo etiam not. Panor. col. xiij. verſ.nota geſta corruere.quòd non ſolùm corruunt geſta ex defectu formę mandati,quando expreſsè fit contra ipſam formam mandati,ſed etiam quando fit citra aut præter formam. & alleg. etiam tex.cum glo.in c.ſi cui,de elect.lib.vj.& c.prudentiam,extrà de offi.deleg.{vbi & hoc quoque voluit Io.And.in verbo,citra.}Quanquam illum tex.in d.c.Piſanis,ad hoc dicit ſing.Bald.in c.j.ſtatim poſt prin.ext.de re iudi.{& ibi latè Fely.col.2.& idem Fely.etiam latè in c.cùm dilecta, col.xj.verſ.amplia primò,extrà de reſcript.}Sed & de eo quod dictum eſt præter formam , vide {ipſum Bal.conſ.cccxviij.ponitur quòd electio.col.iij.verſ.præterea,vbi traditur, lib.iij.vbi etiam dicit per illum tex.in d.cap.ſi cui,paria eſſe aliquid fieri contra,vel præter formam.&}gl.Hoſt. & Pan.in c.cauſam,extrà de re iudi.Tu autem ad illos tex.adde & alium bonum tex.in l.illud.§. ſed ſi ita.& ibi Bart.ff.quod cuiuſque vniuer.Hęcq; etiam procedunt,vt non liceat recedere à forma, etiam ſi mandatori expediat.l.ſi quis pro eo.ff.manda.Sed & ſi is ad cuius fauorem mandatũ eſt, velit,réſque adferat minus præiudicij.c.cui de non ſacerdotali.§.ſimiliter,& §.vlt.de præb.lib.vj. vbi & eius ea redditur ratio,quia mandati fines diligenter ſeruari oportet. Ideo ad alios caſus quàm ad expreſſos non extenditur.Et ad hoc quod dictum eſt de minori præiudicio,facit etiam tex.in l.ſi pupillorum.§.ſi prætor.ff.de reb.eo.{vbi & idem probatur in ſententia.} & c. vlt. extrà de verb.ſign.{& quod voluit gl.in clem.j.in verbo,infra menſem, verſ.ſed quæritur , de conceſ. præb.& ibi Imo.col.4.verſ.iuxta prædicta.}Ex quo plerique dicunt in mandatis non eſſe locum argumento de minori ad maius,nec è diuerſo. de quo per Philip. Dec.in l. non debet cui quod plus eſt,in v.fallent.ff.de reg.iur.& in c.in eo quod plus ſit.in vj.fal.eod.tit.{& Soc.in l.j.§. ſi ſtipulanti,col.ij.verſ.tertiò limita,poſt alios ibi.ff.de verb.obli.}Ex quo tradit Bal.in l.non abſtulit, ad fi.C.de nouat.mandati verba verè & propriè eſſe intelligẽda.Nã & mandatũ ex ſuapte natura reſtringi debet.c.cùm in illis.§.cum autẽ,de præb.li.6. Et tamẽ vides in eo quoq; mentẽ verbis præferri.Ex quibus ſatis arbitror ex noſtris legibus ac legũ interpretibus eſſe confirmatum quod ſcribit Tullius,in omnibus diſpoſitionibus & publicis & priuatis ſcriptũ ſentẽtiæ & mẽti cedere: vt iã ſatis ac propè ſuperfluẽter reſpõſum videatur iis quæ in priori op.diximus de vi & robore verborũ.{vide Bald.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi.ante fi.& in §.corã.in prin.ff.de acq.hęr.

*Fines mãdati diligenter cuſtodiendi.*

*Paria ſunt aliquid fieri cõtra uel præter formam.*

*In mandatis non eſt locus argumento de minori ad maius,nec è diuerſo.*

*Mãdatum ex ſuapte natura reſtringi debet.*

*Rationes præcedentium. Potior eſt finis quàm ea quæ ſunt ad finem.*

60 ¶Horum autem multæ rationes reddi poſſunt quas ex Steph.Phede.in ſuo eleganti libro de legũ interpretatione,parte j.in princ.& hìc haud grauatè adſcribere duximus.Prima , potior eſt finis quàm ea quæ ſunt ad finem:natura autem conceſsit verba ad ſignificandam mentem,non mentem ad verba exponenda.l.Labeo.ff.de ſupel.lega.& c.ſecundò requiris,extra de appel. Secunda, ea quæ per ſe ſubſiſtunt,potiora ſunt quàm ea quæ ab alio dependent.At verba è mente dependent,non mens à verbis.l.in conditionibus.ff.de condi.& demon,& c.intelligẽtia, extra de verb.

*Quod perſe-*

*ctū eſt alteri præſtat.*

ſignifi.Tertia,quòd perfectū eſt alteri præſtat:At mens perfectior eſt,quia multa ſunt quæ magis intelligi quàm verbis edici poſſunt.l.ratum.ff.de ſol.& l.quò enim tutor.§.Iulianus.ff.rē rat.habe. & quia plura ſunt negotia,quàm vocabula.l.natura,de præſcrip.verb.Quarta,quæ certa ſunt, ea ſunt potiora,quàm incerta & obſcura.At mēs certior eſt quàm verba,quia nec falli nec fingi poteſt,verba autē poſſunt.l.fraus.ff.de legib.& l.non dubiū.C.eo.Quinta,ea quæ ſine alio eſſe poſſunt,potiora ſunt iis quæ ſine alio eſſe non poſſunt.At mens ſine verbis eſſe poteſt. l.nutu.ff.de lega.iij.non verba ſine mente.l.ij.ff.de reb.dub.vbi enim mentem abeſſe credimus,verba pro nihilo habentur.l.non ſolùm.ff.de actio.& obliga.& c.tua nos,extra de ſponſa. Sexta, quæ ſunt ſimilia melioribus,potiora ſunt iis quæ ſunt ſimilia deterioribus.At mens animæ ſimilis eſt, verba autem corpori.c.ſedulo.xxxviij.diſt.de quo & nos ſuprà diximus.Vnde illud oraculum Pauli,litera occidit,ſpiritus viuificat.Hæc prope Phederic.}

*Mens animæ ſimilis.*

61 ¶Igitur vt repetamus quod longo tam diuerticulo quàm adminiculo reliquimus,aut non verum eſt quod dictum eſt in illa priori opi.legem exorbitantem non eſſe trahendam ad alium caſum ex eadem ratione ſiue mente:aut ſi verum eſt,vt plerique contendunt:tamē non procedit in cōſtitutione fauorabili,ſi credimus gl.in l.ſi conſtante,in verbo,mariti,in prin.& ibi Bar.in ix.queſt. primæ partis.ff.ſol.mat.vbi Alex.qui id probat,col.iiij.adducit multos concordantes tex.& gl. vt ſimiliter facit in l.ſi ex toto,in prin.ff.de leg.j.& in l.ſi à primo.ff.de libe.& poſthu.& Franc.Aret. in l.moribus,col.vij.verſ.& quod in materia.ff.de vulg.& pup.vt vbique videre in promptu eſt. Nec enim in re ab omnibus conceſſa diutius immorari ſtatuimus. Quin etiam videmus conſtitutionem correctoriam,quæ plus reſtringenda eſt,extendi,cum eſt fauorabilis,ex eadem ratione, per l.illud,cum gl.C.de ſacroſan.eccl.de quo etiam plene per eundem Bart.in d.l.ſi conſtante,vbi ſuprà,& ibi etiam Alex.col.iiij.verſ.item quantum.

*Lex exorbitans extenditur cùm eſt fauorabilis.*

62 ¶Nec id tantùm procedit,vt lex exorbitans trahatur ad alium caſum , ſed etiam ad aliam perſonam.Nam & de extenſione perſonarum loquitur d.l.illud,cum gl.& etiā l.vlt.iuncta gl.in verbo captiuorum.C.de ſacroſan.eccl.& plenè declarat Imo.l.ſi verò.§.de viro,in iij.prin.art.ff.ſol.mat. & Fran.Aret.in d.l.moribus,vbi ſuprà.& in l.Gallus,in prin.col.4.ff.de libe. & poſth. & ante hos Ang.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,col.2.per l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.& poſth.& l.vlt. C.de poſth.hær.inſti.& nouiſsimè Iaſ.conſi.cliiij.teſtator habens,col.v.verſ.confirmatur optimè,lib.4.

*Etiam ad aliam perſonā.*

63 ¶Hæc autem l.eſt fauorabilis , ſicuti atteſtatur Corne.conſ.xj.in præſenti conſultatione,col.pen. verſ.nec obſt.lib.iij.& Franc.Aret. in l.Titius , col.iiij.ff.de libe.& poſth.qui ob id dicit facilè eam extendendam eſſe,vt & poſt eum aſſerit Soc.conſ.xciij.teſtamentum præmiſſum,col.iiij.verſ.tertio modo,& iterum vij.verſ.& ſic tollitur illud,lib.iiij.& in l.cùm auus,col.lvj.verſ.octauò quæritur.ff.de conditio.& demon.Sicuti & ipſa l.cùm auus,à qua & hæc,vt ſæpe diximus , prodiit,eſt quoque fauorabilis,& latè interpretanda,vt apertè probat l.cùm acutiſsimi , ibi , nos huiuſmodi ſenſum mirati,pleniſsimum ei donamus euentum.C.de fideicom.

*Hæc lex dicitur fauorabilis.*

64 ¶Nec deniq; obſtat,vt ad cæteras rationes alterius ſententiæ veniamus, quòd maior eſt ratio reuocandæ donationis factæ liberto ob natiuitatem liberorum,quàm extraneo. Nam ratio principalis ac præcipua l.noſtræ eſt illa veriſimilitudo præferendi filios aliis,quæ æquè obtinet in donatione facta extraneis,atq; in ea quæ facta eſt libertis.Ideo & ad extraneū trahitur , etiam ſi maior eſſet ratio in liberto qui expreſſus eſt in lege,vt in ſimili videmus & l.j.C. de his qui ante aper. tab.vbi diſpoſitio illius l.loquentis in ſucceſsione teſtati,trahitur ad caſum inteſtati,vt dicunt gl. & doct.ibi:licet in caſu teſtati ſit maior ac validior ratio,quàm in cauſa inteſtati, quamuis ea l. ſit exorbitans,vt & ex ea nota.Corn.conſ.cxcvij.non alienam,col.viij.verſ.& quod ab identitate,li. 3.Et eſt etiam bonus tex.in l.j.§.j.iuncto §.ex his.ff.de verb.oblig.vbi lex qua ſtatuitur , eum qui hominem promiſit,non liberari ſoluendo partem,trahitur ob paritatem rationis ad hęredes promiſſoris,quamuis fortior ſit ratio in ipſo promiſſore quàm in hæredibus:vt qui aliàs tenentur tātùm pro portionibus hæreditariis,cùm promiſſor inſolidum teneatur.Id quod ſubtiliter,vt ſemper alias,expendit Soci.ibi,& poſt eum Alcia.in lib.j.de verb.ſign.col.3.& iterum in l.nominis.§. verbum ex legibus,in verbo,ſententia.ff.eod.lib.Idq; præſertim obtinet in fauorabilibus,vt dicit idem Alciat.lib.ij.eiuſdem operis,col.x.per c.vlt extra de ſimo.

*Reſponſio ad contraria. Ratio principalis huius legis.*

65 ¶Quanquam negari poteſt fortiorem maiorémve rationem eſſe,vt reuocari debeat donatio facta liberto,quàm ſi facta ſit extraneo,imò nec parem quidem,cum veriſimiliter maior ſit patronorum affectio atque amicitia in libertos,quàm in extraneos, illiſque quàm iſtis magis conſultū eſſe velimus,vt qui veluti in ære noſtro ſunt,quibus & nos & liberi in certa parte ſuccedimus,vt patet per totum tit.ff.de bon.liber.& inſt.de ſucceſ.libert.{& omnino quidem illis inteſtatis,ſi ſui deſint.l.inteſtato.ff.de ſuis & legit.hæred.}Hinc legimus & libertos imperatorum ad tantum diuitiarum & honorū faſtigiū à patronis euectos, vt cæteros omnes facilè poſt imperatores ipſos ſuperarent.Cuius rei exempla nobis plurima ſuppeditarunt Suetonius, & Tacitus. Plinius autē li.33.c.x.tradit res Claudij libertos,Pallantem,Calliſtum,& Narciſſum,opulentiores Craſſo fuiſſe, Quiritum poſt Syllam ditiſsimo.Et de ipſius Narciſsi diuitiis eſt illud Iuuenalis Saty.xiiij. ad fi.

*Tres Claudii imper. liberti opulentiores Craſſo.*

*Nec Craſi fortuna vnquam,nec Perſica regna*
*Sufficiunt animo , nec diuitiæ Narciſsi,*
*Indulſit Cæſar cui Clodius omnia.*

Ex qui



Ex quibus non obſcurè Iuuenalis anteponit,aut certè æquat Narciſsi diuitias domini largitione partas,Crœſi ac Perſarum regum opibus,qui cæteras ſuperaſſe creduntur. Sed & de Pallantis ipſius diuitiis,potentia,& honoribus videre licet apud Plinium Iuniorem lib.vij.epiſtol.ad Montanum,& rurſum lib.viij.ad eundem.De quo eſt & illud eiuſdem Iuuenalis Saty.1.

*Diuitiæ Narciſsi.*

*Ego poſsideo plus Pallante & Licinis.*

De eorum quoque & aliorum libertorum Claudij potentia & opibus multa Suetonius ipſe in Clodio c.28.& Tacitus lib.xij.& Sextus Aurelius Victor.& inter cæteros memorant omnes Felicem,quem dicunt Iudææ prouinciæ fuiſſe præpoſitum,addit Suetonius,trium reginarum maritum.Cuius etiam,vt de hoc obiter dicam,meminerunt Acta Apoſtolorum capi.xxiiij.vbi ſcribitur Paulum ad Felicem Præſidem Iudææ fuiſſe perductum. Et fortè etiam cùm Iuuenalis quo loco nuperrimè citauimus,Liciniorum mentionem facit,intelligit de Licinio Auguſti liberto , quē, cæteróſque tradit Suetonius in ipſo Auguſto c.lxvij.in honore & vſu maximo habuiſſe. Ex quo illud conſequens eſt, non tam facilè concedendam eſſe reuocationem donationis factæ liberto, quàm prorſus extraneo,tum ob amicitiam,per ea quæ dicemus inferiùs,cum tractabimus de donatione facta amico : tum quia non tam graue præiudicium infertur filiis ex ea donatione facta liberto,cui & donans & liberi ſunt ex certa parte ſucceſſuri,per ea etiam quę dicemus infra,dum etiam diſſeremus de donatione facta inter virum & vxorem.Ex quo ſequitur quòd ſi nihilominus hæc donatio facta liberto reuocatur,maiori ratione ea quoq; reuocanda eſt,quę fit extraneo.

*Felix libertus Iudææ præfectus.*

*Licinius Auguſti libertus.*

66 ¶Hæc ſunt quæ pro poſteriori ſententia faciunt.Quibus tamen facile eſt reſpondere. Nam primùm d.l.cùm auus,& ſimiles loquuntur in teſtamentis & vltimis voluntatibus,quæ faciliùs mutantur & reuocantur,quàm actus inter viuos,vt dicit Bart.loquens in caſu legis noſtræ , licèt ad aliud propoſitum,in auth.ex cauſa,col.iiij.& ibi quoque Ang.& Pau.Caſt.C.de libe.præt. & idē Bart.in l.j.in vj.q.ff.de iur.codic.& in l.filio præterito.ff.de iniuſt.teſta.& in l.tale pactum.§.vlt.ff. de pact.& in repet.l.1.in ij.q.v.q.prin.C.de ſacroſ.eccl.& conſ.ccx.omne illud,in duobus locis.& conſ.235.Lapus fecit teſtamentum,& alibi ſępe.& Bal.in l.ſi totas.C.de inoffi.dona.& conſ.424. præſuppoſito quòd dictus teſtator.lib.iiij.& Card.Flor.conſi.xx.cùm in teſtamentis,in primo dubio.Et id quidem optimo iure,cùm potentius ſit pactum,quàm teſtamentum.l.j.ff.de pact.& l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de lega.1.& l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.iij.

*Reſpōſ. ad poſteriorem ſententiam. Vltimæ voluntates faciliùs reuocantur, quàm actus inter viuos. Potentius eſt pactum quàm teſtamentum.*

67 ¶D.autem l.ſi totas.C.de inoffi.dona.loquitur in donatione omnium bonorum, vt ſatis indicat illud verbū,totas,& proinde etiam inofficioſa:ideóq; ponitur ſub tit.de inoffi.dona.nec tamen ea totū reuocat,vt lex noſtra facit,ſed tantùm aduſque legitimā.Igitur nihil huc ad noſtrā l. pertinet.D. autem c.vlt.xvj.q.4.ſimpliciter etiam loquitur in donatione omniū bonorum,& de iure poli,nō fori,vt ibi nūcupatim dicitur,quaſi aliud ſit de iure fori.Idcirco ille tex.ab iſta parte ſtat.

*Verbū, totas, indicat donationem inofficioſam.*

68 ¶Nec vlteriùs procedit l.noſtra,vt conſideret aut alterius tantùm,aut vtriuſque voluntatem,niſi in ſuo caſu,videlicet in donatione facta liberto.neque enim de alia loquitur.Ex quo datur reſpōſio tribus illis rationibus,quas ſuper tacita vnius aut vtriuſque voluntate ſuprà adduximus nu. 43.incip.nec obſtat quòd voluntas.Quanquam etiam & illud dici poteſt ad ſecūdam rationem, qua diximus donationem vnius tantùm donatoris voluntate & cōſenſu niti,id falſum eſſe quādo donatio non niſi vtriuſque & donantis & donatarij conſenſu perficitur,vt patet ex l.abſenti, & ibi not.ff.de donat.& glo.in l.illud,in verbo,alia cauſa,in fi.& ibi Bart.etiam in fi. C. de ſacroſ. eccleſ.& gl.in l.j.C.de donat.cau.mort.& Oldr.conſi.cxlix.ſuper j.quæſt.in fi.& Petr. Iac. tit. de cond.ex leg.quæ pro re dona. compe.col.j. vbi etiam dicit non ſufficere pręſentiam ac taciturnitatem donatarij.& Bart.in l.j.paulò ante fi.ff.de acq.hæred.& in l.quod ſeruus.ff.de ſtipul. ſeruo. & Bal.in l.mater,col.vlt.verſ.item quæritur.C.de rei vend.& in l.ſi totas.C.de inoffic.dona, vbi loquitur nuncupatim in caſu l.noſtræ.& Ioan.Fab.in §.legatū,in fi inſtit.de lega.& Raph.Fulgo. conſ.xciij.ad id de quo.col.j.& Paul.Caſt.conſ.cccxxxix.dico non obſtante,col.ij.lib.j. & conſil. clxiiij.in præſenti cauſa quæ vocatur,col.vij.verſ.item non obſt.quòd gratia,lib.ij. & latè conſil. cxlv.viſis his quæ narrantur,col.iij.verſ.ſecundò videndum eſt,cod.lib.2.& latè Rom.conſ. 295. donatio patris.& Franc.Aret.conſ.xvij.conſideratis,col.4.verſ.ſed ex ſecundo capite,col.vj.verſ. ex nouo etiam capite.& eſt tex.omnium optimus in l.in omnibus rebus.ff.de act.& oblig, & in l.ſi quis.C.de don.& in l.ſi ego.ff.ſi cert.pet.& Socin.in l.j.in fi.prin.ff.ſi ex noxa.cau.aga.Quod etiam intelligit Tullius, cùm ita ſcribit in Topicis, Quo in genere etiam Mancini cauſa defendi poteſt,poſtliminio rediiſſe,deditum non eſſe,quoniam non ſit receptus.Nam neque deditionem neque donationem ſine acceptatione intelligi poſſe.{de qua re etiam mentio facta eſt in l.vlt.ff, de legatio.}Ideóq; Signo.conſ.cx.teſtator in teſtamento,col.iij. verſ.præterea remiſsio tradit remiſsionem quæ habet vim donationis,vt latè dicemus in gl.donatione largitus.nume.{173.tamē ego contrarium,& ſeq.}cum ſit in vltima voluntate,dependere ex vnius voluntate.l.in conditionibus.& l.pater Seuerinam.§.conditionum.ff.de conditionib.& demonſtrat.At eam quæ fit inter viuos,dependere ex duorum voluntate,per l.j.§.j.ff.de pactis,& alia quædam iura.

*Hæc lex procedit tantùm in donatione facta liberto. Donatio non niſi utriuſque conſenſu perficitur. Adeò ut nec præſentia ac taciturnitas donatarij ſuffi.*

69 ¶Quæ autem tam copioſè diximus de mente verbis præferenda,facilè diluuntur ex iis quæ diximus in princ.huius gl.videlicet,verba,cum clara ſunt & minimè ambigua,vti ſunt in l.noſtra, haud dubiè ſequenda eſſe,etiam ſi mens & ratio repugnare videntur , quod & præter ea quæ in id citauimus,probat tex.omnium optimus & apertiſsimus in l.proſpexit.ff. qui & à quib.{& l. ſi

*Verba clara & minimè ambigua præualent uoluntati.*

alij,

alij,ff.de vſufruct.leg.per quam dicit Bal.donſi.ccxxxvij. Titius in teſtamento,col.ij.lib.j.non re-
cedendum eſſe à rigore verborum.} Quod ſi ſint dubia, aut poſsint ad diuerſos ſenſus trahi tũc
*Secus ſi ſint ambigua.*
mens conſulenda eſt,& ſequenda,etiam ſi impropriari verba conueniat:de quò affatim & elegan
ter Bart.in l.non dubium.col.3.verſ.ſecundum dubium.C.de legib.& in l.in ambiguo,in pe.op-
po.ff.de reb.dub. dum dicit tum demum voluntati verba ſeruire, cùm ea habent plures ſignifi-
cationes.ea enim accipienda eſt,quæ congruit voluntati. Secus ſi vnam tantum ſignificationem
habent.& Bal.in l.iuriſgentium.§.pactorum,col.j.ff.de pact.& in l.cùm virum,col.iij.verſ.deinde
not.C.de fideic.& Ang.conſ.2.verſ.præmitto primò,col.ij.verſ.finaliter non obſtantibus.& conſ.
283.inaduertentia,col.vlt.Collect.in c.ad audientiam.extrà.de deciſ. { Imol.conſ.c.in quæſtione,
& lite quæ vertitur,col.j.verſ.hanc partem.} Pau.Caſt.conſ.lxxj.ad primum breuiter,in fi. lib.2.
& conſ.cclxiiij.videtur dicendum pro matre,col.2.eo.lib.2.& Fran.Aret.conſ.lxvj.viſo puncto,&
dubiis,col.2.verſ.ſed tamen his.& Alex.in l.ſi quis filium,ante fi.ibi,vltimò not.C.de liber.præ-
ter.& conſ.cxxxix.circa primum dubium,col.2.verſ.ſolum reſtat , lib.vj.& Franciſc.Curt.ſenior
conſ.xliij.quia inquit,col.xj.verſ.illud enim quod dici ſolet.{Iaſ.conſ.ccxxviij.teſtator tres filios,
col.vlt.lib.ij.}& omnium elegantiſsimè Alciat.lib.2.de verb.ſignifi.& in l.nominis.§. verbum.ff.
eo.tit.& omnium primam glo.in c.is autem.xxij.quæſt.ij & in c.cùm dilectus,in gl.pe.& ibi quo-
que Imol.& Pan.extrà de conſuetud.

*De eadem re.*

70 ¶Vt interim omittam id quod tam pulchrè quàm verè ſcribit Bal.in repet.l.& ſi poſt tres. col.v.
verſ.ſed quid ſi tantùm.ff.ſi quis cau.quòd non minus operatur mens quàm verba , dummodo
mens ipſa ex verbis concipi poſsit,per l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de liber.& poſthu. & alia quæ-
dam iura.quod & repetit in l.etiam,in j.not.C.de iur.dot.Et quod per eundẽ tex. aſſerit ipſe Bal.
{in l.cùm Aquiliana.ff.de tranſact.verba eſſe ſicut corpus,& mẽtem ſicut animam, vnde ait,prę-
ualet mens,dum tamen ex verbis colligi poſsit,per d.§.quidam rectè.ſecus ſi ad eam mentẽ ver-
ba nulla interpretatione trahi poſsint,per d.l.ſi alij.ff.de vſuf.leg.& l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de
ſupel.leg.& ipſe Bal.}in c.ſecundò requiris,poſt prin.ext.de appel.id quod ſcribitur in eo.c.inten
tioni verba deſeruire,ita intelligi,ſi intentio per interpretationem verborum colligi poteſt,aliàs
ſecus.ad quod etiam allegat tex.quẽ dicit ſing.in d.l.ſi alij,ff.de vſufruc. leg.Ex qua etiã dicit idẽ
Bal.in l.j.in fi.C.de libe.præte.mentem eſſe præferendam verbis, niſi mens eſſet omnino contra
verba.Cui adde tex.in c.cùm dilecti,ibi,ex tenore inſtrumenti euidenter apparet, quòd hæc fuit
mẽs & intẽtio.& c.extra de donatio.& ſimilẽ tex.in c.petitio,extra de procur.cùm dicitur,nos igi
tur ex tenore ipſius inſtrumenti liquidò cognoſcentes,quòd intentio facit,&c. & in c.ſuper,ext.
de offi.deleg.vbi ita ſcribitur,intentionis igitur noſtræ fuit , ſicut ex tenore conſtitutionis poteſt
liquidò deprehendi.Quódq; tradit idem Bal.in c.vlt.col.j.extra de aucto.& vſu pal.talem prę
ſumi voluntatem,qualem verba declarant,per not.in l.recuſari.ff.de acq.hæred.& in c.porrò,extra
de priuileg.{& idem Bald.conſi.cxlij.quidam dominus Paſinus,col.2.lib.2.tradit,non eſſe rece-
dendum à mente,dummodo tamen colligi poſsit ex interpretatione & myſterio verborum.}

*Non temerè recedendũ eſt à uerbis huius legis.*

71 ¶Hìc verò quantũ ad hanc rem de qua tractamus,nihil eſt verbis noſtræ l.apertius,nihil clarius,
nihil lucidius.Quis enim vnquam fando audiuit ſub nomine & appellatione patronorum & li-
bertorum alios prorſus extraneos intelligi?Et tamen debet ſenſus eſſe manifeſtiſsimus,vt à ver-
borum proprietate ob eum diſcedamus,vt ſcribitur in l.ſi quis filium,quæ eſt iij.C.de liber.præ-
terit.quam inter præcipuas omnes citant ad defendendam mentẽ aduerſus verba.{Idq; eſt quod
ſcribitur in l.non aliter.ff.de lega.iij.non aliter recedi à ſignificatione verborum oportet , quàm
cùm manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem.& vt alibi dicitur in l.ille aut ille,eo.tit,cùm in ver-
bis nulla eſt ambiguitas,non debet admitti voluntatis quæſtio }Et vt ſcribit Bal.in l.j.§. ſi is qui.
in lect.antiq.in fi.ff.de exerc. actio. Niſi tibi clarum ſit de mente, nunquã recedas à verbis legis
vel ſtatuti.De quo etiam eſt bonus tex.in l.prædia.§.liberto.ff. de fund. inſtruct. cum ſcribitur,
reſpondi verbis quæ proponerẽtur,contineri,niſi manifeſtò contrariam voluntatem cohæredes
approbent.& in l.j.in fi.C.de cond.inſer.vbi ita ſcribitur,conditionem aſcriptam fideicommiſſo
defeciſſe manifeſtum eſt,niſi alia defuncti voluntas euidenter probetur.{Et facit etiam gl.in c.prę
tereà,in gl.vlt.& in c.vlt.in verbo,moderationis,extra de verb.ſignifi.

*Duæ rationes coniunctæ cõſiderantur in hac lege.*

72 ¶Et negari poteſt, quòd ratio principalis & præcipua huius noſtræ l.ſit illa præſumpta donantis
volũtas,ad hoc vt ex ea ſola reuocetur donatio in caſu illius:cùm videamus aliàs facilius reuocari
donationem factam liberto,quàm extraneo,vt ſuprà diximus & probauimus.Ex quo etiam tol-
litur quod diximus de amicitia patronorum & libertorum,ac de horum ſucceſsione,ideo proba-
bilius eſt,& veriſimilius,vtranque rationem ſimul & copulatiuè in hoc caſu conſiderari,videlicet
mentem donantis,& quòd donatio eſt facta liberto,quæ facile reuocatur:proptereáq; niſi vtraq;
concurrat,non eſt locus huic l.nec ea ceſſat,niſi ceſſante vtraque per text. no.in c.quoniam fre-
quenter.§.porrò,iũcto §.ſi autem,ext.vt lit.non conte.& ibi Pan.in loco poſteriori,in fi.qui illũ
text.ad hoc reputat ſing.& in §.ſed & ſi quis,& §.ſi verò nullius.& §.vlt.verſ.ex vtroq;, in auth.
de inſt.fid.& caut.& voluit Bald.in l.generaliter,in 2.oppo.quando loquitur de pluribus cauſis,
quarum quælibet per ſe influit.C.de epiſcop.& cleric.cum ſimil. quæ videre poteris in illis no-
ſtris commentariis,tit.ix.verſ.xxvij.in xx.limitatione. { Neque à ratione alienum exiſtimare de-
bes(id enim in tranſcurſu dicere voluimus)quòd ſuprà diſtinxi liberto ab extraneis, quando &

id lex



id lex faciat,ſcilicet in l.exigendi.ibi,ſiue libertus,ſiue extraneus.C.de procurat.}

*Vbi eadem eſt ratio, idẽ eſt ius, non per extenſionem, ſed per interpretationem.*

73 ¶Quid plura?certè ſi omnes rationes obtinerent in extraneis,vt in libertis,eſſentq; omnia in om
nibus eadem,aut paria:tamen non videretur propterea hæc noſtra l.loquens de libertis trahi aut
extendi debere ad extraneos. Nam quando conſtitutio valde innititur æquitate , contra regulas
iuris communis,cuiuſmodi hæc l.noſtra eſt,vt latè ſuprà diximus,non debet trahi ad alium ca-
ſum,etiam ex eadem ratione,ſecundum Ioa.And.in c.ij.vt lite penden.li.vj.quem ſequitur Pan.
in c.propoſuiſti,col.pe.de probat.& Iaſ.in l.à Titio,in fi.prin.ff.de verb.oblig. vbi ex hoc limitat
quæ ſuprà diximus,quòd cum eſt eadem ratio,idem eſt ius,non per extenſionem,ſed per inter-
pretationem,& quia id tacitè cautum videtur,vt ſcilicet iſtud non procedat in iſto caſu.{ & rur-
ſus conſi.xlij.prima conſideratione,col.vlt.lib.iij.}

74 ¶Ex quibus vides lector optime,rem hanc eſſe admodum ambiguam;tamen omnibus non oſci-
tanter perſpectis,

*Nunc adeò quæ ſit dubiæ ſententia menti, Expediam.*

*Autoris hac de re ſententia.*

Neque enim dubito,quin ſi ad merum ius reſpicias,verior ſit & probabilior ea ſentẽtia, quę hãc
l.aſſerit in ea tantùm donatione procedere,quæ à patrono facta eſt liberto, de qua nuncupatim
loquitur,& ita quidem nuncupatim, vt ſi filum phraſimq; l.conſideres,facilè intelligas de ea tã-
tum donatione loqui velle.At alia op.humanior eſt & receptior,vt iam diximus,& aſſerunt etiã
multi ex iis qui priorẽ ſequuntur,& eam practica & vſus ita mordicus retentat,vt ab eius fauci-
cibus eruere nemo queat.Ideóq; ſequendam & conſulẽdo & iudicando arbitramur,ſicuti etiam
id faciendum autumant plerique ex iis qui ſunt prioris illius ſentẽtiæ,vt ſuprà diximus.Et aliàs
videmus legem nuncupatim loquentem de libertis trahi & ad alios,videlicet l.vlt.C.de crim.ex-
pil.hære.vt ibi videre licet ex gl.& Bal.Sed quod ad intellectum d.l.ſi totas,& d.c.vlt.xvij.q. iiij.
pertinet,ſi quid amplius ſcire deſideras,vide quæ mox continenter ſubiiciam in duab. ſeq.quæſt.

*An donatio facta filio reuocetur per natiuitatem aliorum, & quatenus.*

75 ¶Quæro igitur,ſi pater quiſpiam donauerit filio,quem vnicum habebat , & poſtea ei naſcuntur
alij,an ſit locus huic l.Certè hic eſt proprius caſus d.l.ſi totas , vbi expreſsè dicitur , quòd huiuſ-
modi donatio reuocatur vſque ad legitimum bonorum ſubſidium filiorum poſtea natorum. In
quo certè à caſu l.noſtræ differt,quòd hìc totum reuocatur,vt lex noſtra exprimit , & dicemus
poſtea latiùs,& ita eam l.ſi totas,intelligunt Bart.Ang.& alij ibi poſt Dyn.in l.j.C.eo.tit.de inof-
donat.& idem Bart.in l.Titia Seio.§.imperator,& ibi etiam Bal.Alber.Imo.& Pau.Caſt.ff.de leg.
2.& Iacob.Bel.& Ang.in auth.de immen.dona.Io.And.Ant.Imo.non ſemel,& Pan. in c.vlt. de
donat.Archid.in d.c.vlt.xvij.q.iiij.Bal.in l.defuncto,col.j.verſ.quæro an filius.C.ſi in fraud. patr.
Bal.in ij.lectu.Saly.& Ang.hìc.Petr.Ferra.in tit.forma libel.quo agi.pro dona.in verbo,irreuoca-
biliter,col.2.Nicol.Mil.in ſuo repert.in verbo,donatio,verſ.pen. Corne. conſi. xv.ex quo dictus
Franciſcus,col.j.lib.item j.& conſ.xj.in præſenti conſultatione,col.vlt.lib.iij.vbi ita dicit commu
niter teneri.Alex.conſ.ciij.circa primam dubitationem,col.iiij.lib. iij. Guid. Pap. conſ.xxiiij.viſo
facto,col.viij.verſ.ſi autem diceretur.Soci.in repe.l.cùm auus,col.xix.ff.de cond. & demonſt.& d.
conſ.liij.col.2.verſ.habemus ſecundò,lib.iiij.& d.conſ.xciij.col.v.verſ.quinto modo reſpondetur,
lib.4.& Iaſon conſi.clxxj.viſo inſtrumento dotis,col.2.verſ.non obſt.etiam , & col. ſeq. verſ.ſed
præmiſsis,lib.iiij.{Steph.Bertr.conſi.xxix.viſis inſtrumentis,in ij.dubio,li.4.& Carol.Ruin. conſ.
cxxiiij.videtur,col.4.num.13.lib.1.& conſ.lxij.ex duobus,col.vlt.verſ.ſecundò dicitur,li.2.& cõſ.
cxxxj.in themate,col.viij.verſ.præterea quamuis,lib.iij.}& plerique omnes,qui tenent l.noſtram
procedere in donatione facta extraneo. Hoc enim dicunt intereſſe inter hanc l.& d. l. ſi totas,
quòd hæc intelligatur de donatione facta extraneo,& propterea tota donatio reuocatur:At d.l.ſi
totas,de donatione facta filio,& ideo ad legitimam tantùm reuocatur.& hæc eſt communis opi
nio.Qui verò tenent hanc l.intelligi tantùm in donatione facta liberto , prout ipſa loquitur , ita
eam à d.l.ſi totas,diſcriminant,atque diſſeparant , vt hæc intelligatur de donatione facta liberto,
& ideo in totum reuocatur:illa autẽ de donatione alij cuiuis facta , ſiue filio,ſiue extraneo,& ita
totum non reuocatur,quia plus iuris eſt patrono in libertum quàm in alium.

*L. cum auus, & ſimiles procedunt in extraneo.*

76 ¶Et ſicut l.non procedit cùm donatio facta eſt filio,ita nec l.cùm auus.ff.de condit.& demonſt.&
l.cùm acutiſsimi,C.de fideicom.& ſimiles huic l.noſtræ(quod iam ſæpius diximus)cognatæ, ha-
bent locum cùm ſubſtitutus eſt filius teſtatoris,ſed cùm extraneus,ſecundum Bal.in l. cùm qui-
dam,poſt princ.C.de impub.& ali.ſubſtit.& eundem ſubobſcurè in l.generaliter,§.cùm autẽ,col.
2.verſ.vltimò quæro.C.de inſtit.& ſubſtit.dum dicit,reſponde, vt in l.Scæuola.ff. ad Trebellian.
quæ quidem l.id quod nunc dicimus,videtur innuere,niſi ex ea l.cùm auus,& ſimilibus ſupplea
tur.Sed & idem nuncupatim voluit Guid.Pap.conſi.xxvij.attendentes,col.2.verſ.nec poteſt di-
ci,vbi ad hoc ſolum Barb.citat.& iterum conſ.clxv.nobilis & potens,in fi.& conſ. ccxv. vertitur
quæſtio,col.vlt.verſ.nec obſtat quod pars.& latius conſi.ſeq.latiùs extendendo & iterum conſi.
ccxviij.indubitanter,in quinto dubio.quibus duobus poſtremis locis pleroſque alios citat, quos
inibi videre poteris.& ſubobſcurè Philip.Dec.in d.l.generaliter,col.2.C.de inſtit.& ſubſti.Sed tu
vide Alexand.in l hæredes mei.§.cùm ita,col.viij.verſ.& ex prædictis.ff.ad Senatuſconſ. Trebel.
& quæ dicam infra in verbo,donatione largitus,verſ.ccxciiij.incip.quod ſi dicatur,vbi teneo con
trarium,poſt alios multos.

77 ¶Attende lector optime,quia nondum quempiam legi,qui aliter teneret,quàm quod ſuprà di-

ximus,

ximus,ſcilicet donationem factam filio reuocari per natiuitatem aliorum liberorum , vſq; ad legitimam tantùm,præter Fran.Rip.hîc in xlvij.quæſt.qui tenet integrè reuocari pro virilibus poſtea natorum portionibus , quia ſi pater de aliis filiis naſcituris cogitaſſet,veriſimiliter eorum portiones huic filio non donauiſſet,cùm præſumatur velle æqualitatem ſeruare inter liberos.l.illud. C.de collat.& l.vlt.C.com.vtri.& l.quæſitum.§.ſed & ipſe.ff.de fund.inſtr.præſertim vt tollat iurgia & contentiones inter eos.l.cùm oportet. §. ſin autem. C. de bon. quæ libe. Cui adde & alia multa quæ latè de hac re congeſsi in tracta.primogenituræ,in iiij.q.Subdítq; Ripa, quòd tenēdo hanc opinionem,quæ humanior eſt,poteſt reſponderi ad d.l.ſi totas, quòd loquitur quando pater cogitauit de aliis filiis naſcituris:quod hinc patet,quoniam collocata eſt ſub tit.de inof.donat. Ideo debet intelligi ſecundum naturam illius tit.l.imperatores.ff.de in diem addi.Et hoc nec prorſus abſurdum,nec omnino à ratione alienum eſſe arbitror.Nam ſi pater non cogitauit de liberis, pleniùs conſultum eſt per hanc l.noſtram,quæ totum reuocat.At ſi cogitauit,non eſt locus huic l.ſed remedio illius tit.ſi fuerit inofficioſa,prout erat in d.l.ſi totas,in qua totas facultates ſuas donauerat.Ideo cogita:neque enim auſim tam facilè diſcedere ab ea opinione:quæ iam veluti tranſiuit in rem iudicatam. Et vide interim quæ dicā infra in verbo,filios nō habēs,in primo dubio.

*Pater præſumitur æqualitatē velle ſeruare inter liberos.*

78 ¶Sed vnum non omiſerim,quòd ſi ſequaris eam communem ſententiam,quam omnino ſequi, velis,nolis,neceſſe eſt(facilius enim clauam è manu Herculis extorſeris,quàm hanc tam perſuaſam ac receptam tot ſeculis opinionem deiicere poſsis)eam quoque intelligas procedere , etiam ſi donatio facta ſit filiæ,quæ fortè ex ſtatuto non eſt ſucceſſura patri.nam nec ea reuocabitur,niſi vſque ad legitimam filiorum poſtea natorum , licèt ea quodammodo cenſeatur extranea , ex ſententia Bart.in l.j.§.ſciendum,per illum text.ff.de ſuis & leg.& in l.j.§.ſi pater. ff. de coniung. cum emancip.lib.cum ſim.Nam in eo quod illi à patre donatum eſt,dicitur retinere iura ſuitatis, vt nuncupatim declarat Alex.conſi.cxxxj.tranſmiſſum ad me eſt conſiliū,lib.j.& Iaſ.in l.ſi emācipati.C.de collat.& conſ.clxxj.viſo inſtrumento dotis,col.vj.verſ.non obſtat etiam,lib.4.vbi & ipſe expreſsim in caſu noſtræ l.id reſpondit,quod ſuprà diximus,ſcilicet donationem à patre factam filiæ,quæ ex ſtatuto ab ipſius ſucceſsione repellitur , non integrè reuocari ex l.noſtra , ſed tātùm ad legitimā.ex d.l.ſi totas.ad quod & alia quædā allegat,& inter cætera quod tradit Imo. in c.vlt.colum.3.extrà de don.quòd quando donatio facta eſt à patre filio emancipato , qui non eſt ſuus.§.ſui.Inſtitut.de hæred.qualit.& differ.non tamen dicitur facta extraneo,nec in ea habet locum l.noſtra.

*Donatio à patre facta filiæ reuocatur tātùm uſq; ad legitimam.*

79 ¶Sed quid ſi quis donauit eccleſiæ,aut alteri piæ cauſæ,& poſtea ſuſcepit liberos, vtrum etiā ſit locus huic l.gl.in c.iraſcitur.xiij.q.2.videtur velle quòd ſic, dum dicit honeſtum eſſe , vt eccleſia natis liberis reddat quod ſibi antè donatum eſt,per d.c.vlt.xvij.q.4.Nam ſi id honeſtum eſt,idē quoque neceſſe eſt eccleſiæ obſeruare,per id quod voluit gloſ.in cap.hoc ius.xij.quæſt.2. iuncta alia glo.in l.ſemper in contractibus.ff.de reg.iur.& quod etiam ſcribunt Hoſt.& Ioan.And.in c. continebatur,extrà de his quæ fi.à præla.{Petr.Anch.conſ.cxxij.ex narratis,circa medium.}maximè cùm eccleſia ſit cultrix atque auctrix iuſtitiæ,vt dicit tex.in cap.j.§.j.tit.de alien.feud.quem ad hoc elegantem dicit Bal.in c.ſi duobus,col.2.extrà de appellat.& omnis fraudis expers.ca.per tuas,extrà de donatio.& quod ibi dicit Pan.in vlt.not.Et hanc opin. in noſtro caſu ſequi videtur Pet.à Bel.Perti.in d.l.ſi totas.C.de inoffi.donat.& Cyn.in l.j.in vlt.quæſt.C.eo.tit.Henri.Bohe.in c.vlt.col.j.in fi.& ibi etiam Collect.col.iij.verſ.quid ſi duo.& Barb.col.pen.verſ.adde ſecūdò,extrà de donat.Petr.Iacob.in ſua practica,tit.de conditio.ex lege,quæ pro re donat. compet. col.vlt.& Oldr.conſ.cclxxvj.licèt quantum ad clauſtrales,col.2.verſ.ad tertiam quæſtionem.nam ibi loquitur de donatione facta eccleſiæ. Bart. in repet.l.j. in 2.q.v.q.princ.C. de ſacroſan. eccleſ. Bal.in auth.ſi qua mulier,col.2.in iij.not.C.eod.tit.& conſ.ccxv.punctus quidam donauit,lib.v. & apertè Maria.Socin.in tract.oblationum,in xv.libello.verſ.vlt.circa ſecundum.& Barb.con.lv. præclarè ſcribitur,col.viij.verſ.præterea faciat faciliùs,& verſ.ſeq.lib.2.Iaſon conſ.ccxij.alta & valde profunda,col.vlt.lib.2.& conſ.ccxxx.factum ſic ſe habet,col.ij.verſ.ſed præmiſsis,eod.lib.2.& conſ.cxlj.viſa longa,col.pe.verſ.concluditur ergo,lib.4.& Fort.Gratia.in lib.de vltimo fine iuris, char.xvj.verſ.his itaque præſuppoſitis,cum multis ſeq.& Fab.Gioch.in repet.auth.nouiſsima,in xiiij.quæſt.princ.in fi.C.de inoffi.teſta.vbi etiam dicit ita ſe tenuiſſe in repet.huius legis,in ſecūdo princ.art.in 2.q.Quam tamen repet.inuenire non potui, & credo nondum fuiſſe impreſſam, cùm Ioa.Neuiza. nuper omnes repet. & tractatus hactenus impreſſos priuato in eam rem libello commemorauit,in quo nullam huius mentionem facit.

*An donatio facta eccleſiæ reuocetur per natiuitatem filiorum.*

80 ¶Et in hanc partem facit quod in ſimili dicunt pleriq; locum eſſe l.cùm auus.ff.de condit.& demonſtr.quæ,vt ſuprà diximus,ex eodem fonte oritur,quo & l.noſtra , etiam ſi fuerit ſubſtituta eccleſia.In quibus ſunt Ricard.Mal.Bald.Pau.Caſtr.Ioan.à monte Sperello,& Corn.in l.cùm acutiſsimi.C.de fideic.Bal.{cui Ang.ſubſcripſit,conſ.cccxxvj. conſiderato duo,}in fi.li.4.Raph.Co. in d.l.cùm auus,& ibi quoque Soci.in repet.col.xviij.verſ.ſecundum correlarium,vbi & ita dicit conſuluiſſe patrem ſuum Marian.in conſi.inci.Iacob.de Camerino.& illi ſubſcripſiſſe omnes ferè ſolennes doctor.Italiæ.Et ita certè reperio ipſum Maria. conſuluiſſe, conſi.xxiiij.cuius factum incipit,caſus talis eſt,quidam Iacobus.conſi.autem initium eſt,circa prædictam conſultationem. col.vij.verſ.18.ibi,non obſtat quòd ſit ſubſtitutum hoſpitale.Idem quoq; tenuit Pet.Anch.conſi. lxxiiij.

*L. cùm auus. habet locum etiamſi fuerit ſubſtituta eccleſia.*



lxxiiij.contra Philip.faciunt.& Pau.Caſt.conſi.xiiij.ſi contingat dictam dominam Leſam , col.j. lib.1.& conſi.ccccix.caſus iſte frequenter contingit,col.j.& ij.lib.2.vbi & in hanc partē dicit conſuluiſſe doctor.Bononienſes & Peruſinos,& collegium Auinionis,& Alex. in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,le j.col.v.in vj.fallen.ff.ad Trebel.& conſi.xcij.ſuper eo de quo quæritur.col.ij.verſi.poſſet etiam reſponderi,lib.3.& cōſ.xxxviij.perſpectis his quæ in themate,col.iij.in prin.lib.6. Corn. {conſi.xxxj. placet mihi.col.ij.in fi.lib.1.&}conſi.cclxxvj.viſo ſupradicto themate,col.ij.verſi.nec curandum,& iterum col.v.verſic.& iuuantur præmiſſa,lib.3.& conſi.ccxxj. quanquam prima facie,col.vlt.verſi.per quam rationem.{Bapt.Cacia.in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſtit.& ſubſtit.}Barbat.in d.c.vlt.col.pen.vbi ſuprà,extrà de donat.& in repe.c.Raynaldus,col.xxiij. & mult. ſeq.de teſt.& conſi.xiij.clementiſsimi Dei,col.vj.verſi.& adduco illud quod voluit,lib.1.& conſi. xxxv.clementiſsimi Dei,col.j.eod.lib.1.& d.conſi.lv.præclarè ſcribitur,col.vij.verſic. & adduco, lib.2.& conſi.xxxviij.difficile eſt,col.iij.lib.quoque 3.& conſi.xlvj.cuius eſt ſimile initium, col.iij. eod.lib.3.& conſi.lxxxj.illud referam,col.j.eodem lib.3.& Aluiſius Tentor inter conſilia Lauren. Calca.conſi.xlvij.incip.Chriſti nomine repetito,col.iij.Soci. in l.ij.col.pen.verſic.poſtremò. ff.de vulg.& pup.& conſi.cxcj.licèt difficultates,col.pen. verſic. tertiò ex eo quia iſta donatio,lib.2.& conſi.ccxxvij.præſens conſultatio,col.vlt.eo.lib.2.& conſi.xxvj.cùm ſuper,col.vlt.lib.4.Felyn. in c.in præſentia,col.j.ext.de proba.Ludo.Bol.in addi.conſi.Io.Ana.cōſi.lxviij. caſus de quo agitur, col.ij.verſi.nec dicatur etiā.D.Bened.in repet.c.Raynutius, in verbo,ſi abſque liberis moreretur, nu.23.& ſeq.de teſt.{Car.Rui.conſi.cvj.viſo,col.iij.nu.4.lib.2.& conſi.clxxxij.in facto,col.iiij.ver. ſecundò reſpondetur,eo.lib.2.& conſi.cxxxj.in themate,col.viij.nu.8.verſic.præterea quāuis,lib. 3.}Iaſo.d.conſi.ccxij.alta & valde profunda,col.ij.verſic.& in iſtis terminis,lib.2.& conſil. xxxix. Ioannes Vayrolus col.vj.verſi.prædicta veriora.lib.3.Philip.Dec.in l.fœminæ.char.xiiij.in primis, ver.& ex iſta.ff.de reg.iur.& in l.precibus,col.vj.verſic. ſed tamen in contrarium.C.de impub.& ali.ſubſt.& conſi.cccxcj.in caſu propoſito,col.vlt.& conſi.ccccxvj.in teſtamēto,col.j.& hoc quoque ſentit non obſcurè Bar.in l.filio præterito,col.iiij.verſi.præterea hoc perſuadet æquitas.ff.de iniuſt.teſt.dum loquens de legatis factis eccleſiæ,allegat d.l.cùm auus.

81 ¶Facit ſimiliter,quòd cum poſthumus ignoranter præteritus eſt in teſtamento patris,legata non conſeruantur ex auth.ex cauſa.C.de lib.præt.ſecundum op.Bar.& multorū ibi,quos poſtea nuncupatim citabimus:quoniam ſi pater,inquiunt,cogitaſſet de poſthumo,veriſimiliter non legaſſet. Certè id etiam obtinet in legato facto eccleſiæ:aut alteri piæ cauſæ,vt voluit Bart.in d.l.filio præterito,quo loco proximè citauimus,& ibi quoque Bal.& apertius idem Bar.in repe.d.l.j.in ij.q.v. q.prin.& ibi quoque Bal.etiam in repe.col.antepe.verſi.ſuper quarto quæſito,& ibi item Alex.in addi.Bar.col.pen.C.de ſacroſ.eccl.& idem Bar.in d.auth.ex cauſa,& ibi quoque Bald.& Ange.& ipſe Bar.conſi.xxiiij.Cechus condidit teſtamentum,verſi.tertiò.vſque ad fi.conſi.& Bal.in l.j.col. pen.verſi.vlteriùs quæritur.C.de inof.don.& conſi.clxxxiiij.quidam dominus Rambaldus , lib.3. Pet.Anch.in c.ſi pater,col.iij.in vij.not.de teſta.lib.6.& Card.Flor.conſil.xx.cum in teſtamentis, in primo dub.& Corn.conſi.clviij.pro deciſione,col.x.verſi.item tertiò fallit,lib.2. Barba.d.conſi. lv.præclarè ſcribitur,col.8.verſi.& adduco quod voluit,lib.2.Soc.in repe.d.l.moribus, col.pe.ver. confirmatur hoc idem.ff.de vulg.& pup.

*Poſthumo ignorāter præterito legata non conſeruantur. Idem in legato eccleſiæ.*

82 ¶Verùm ſunt & multi verendæ auctoritatis,qui contrà negant hanc legem habere locum in donatione facta eccleſiæ , ita ſcilicet , vt integra donatio reuocetur natiuitate liberorum,ſecundum hanc l.ſed tantùm vſque ad legitimam portionem.& ita voluit gloſſ.in d.c.vlt.& ibi etiam Arch. xvij.q.iiij.ita intelligentes tex.ibi.Sequitur Bar.ſibi præter morem contrarius,in l.Titia Seio.§.imperator,col.ij.verſi.quæro dixi quòd donatio,& iterum col.vlt.verſ.quæro.l.ſi vnquam,loquitur, & ibi etiam Raph.Co.ff.de leg.ij.Bal.ſibi item,ſed ex more,contrarius.Ange.qui ita dicit fuiſſe determinatum Bononiæ,Saly.Pau.Caſt.& Alex.in addi.Bar.in d.l.j.C.de inof.don.Imo.nō ſemel,& Panor.in c.vlt.de don.Ro.in repe.auth.ſimiliter,in 8.priuilegio piæ cauſæ inter contractus. C.ad leg.fal.vbi facit illā gl.ſin.Cor.conſ.xj.in præſenti conſultatione,col.vlt.lib.3.& conſi. xxx.in hac conſultatione.col.ij.lib.4.Barb.in repe.d.l.cùm acutiſsimi,col.xxxvij.ver.reſtat nunc examinare. C.de fideic.Calcane.conſ.xiij.pro parte negatiua.col.iij.ver.quintò ſi donantur.Iaſon in d.auth.ſi qua mulier,col.j.C.de ſacroſ.eccl.& in l.generaliter.§.cùm autem,col.j.C.de inſt.& ſubſti.Fely.in d.c.in præſentia,col.xxij.verſi.quartò quæro,de proba.Corſet.in ſuis ſing.in verbo,donatio,ſing. incip.licèt donatio,vbi & illā gl.dicit ſing.Matth.Affli.in conſt.Siciliæ incip.auctoritatem,col.iij.

*Qui cōtrà negant hanc l. habere locum in donatione facta eccleſiæ.*

83 ¶Et hæc poſterior ſententia hac ratione fulcitur.Nam ſi donatio facta filio non omnino reuocatur per natiuitatem liberorum,ſed tantùm vſque ad legitimam,vt diximus in præcedenti q.conſequens eſt,vt nec ſimiliter donatio facta eccleſiæ,quæ habetur loco filij.c.in præſentia,de proba. nec videtur liberis poſtponenda,arg.l.ſancimus.C.de ſacroſ.eccle.cùm ſi.Imò verò anteponēda, præterquam in legitima,vt patet ex d.auth.ſi qua mulier,& ibi Bal.Saly.& recen.eod.tit.& voluit Bar.in l.j.col.xij.in j.q.v.quæſt.prin.C.eo.& expreſsiùs Ant.conſi.xxv.ad primū dubium,col.vlt. Pet.Anc.conſi.xlvj.prima facie videtur.Franc.Areti.conſi.xij.in cauſa Nicolai.Alex.in l. pactum quod dotali,col.ij.& ibi etiam Ant.ab Alex.& Soc.circa mediū.C.de pact.& eundem Alex.conſi. xxxviij.viſo themate de quo,col.iij.ver.ad confirmationē.lib.1.& conſ.xlv.habito,col.vlt.eo.lib. 1.& con.lxvj.viſo teſtamento.col.iij.ver.vnde dicit,lib.2.& Soc.conſi.cl.Domine labia,& c.& nos

*Ratio eiuſdē opinionis.*

introducere,&c.col.pe.ver.nec dirigimus,& Iaſon in l.tale pactum.§.vlt.col.iij.verſic.non ob.auctoritas.ff.de pact.& in l.licèt,col.j.C.eod.& in l.hac conſultiſsima.§.ſi quis autem,col.ij.in iij.lim.C.de teſta.{& cõſ.cxl.ſpectabilis,col.x.verſi.præterea poſito,lib.2.}Phil. Dec. in d.c.in præſentia,col.xxxij.verſi.& circa iſtam primam quæſtionem.& conſi.ccccxxvj.in duobus dubiis,col.ij.ver.venio ad ſecundum.{& conſi.cccclxxx.in caſu qui contingit,in fin.& con.ccccxxix.Philippus,col.vlt.verſi.ſed reſponderi.}& alibi latius dicemus.

84 ¶Quæ ratio tutior videtur & probabilior,quàm quod diximus eccleſiam haberi loco filij,quia illud tantùm procedit,cùm quis ingreditur monaſterium,ſecundum{glo.& propè omnes in auth.rogati.C.ad Trebel.}Dy.& Ang.in l.ſi quis ita.§.ea lege.ff.de verb.oblig.Cyn.in l.j.in vlt.q.C.de inof.donat.& Bald.in d.authen.ſi qua mulier.& in l.cùm acutiſsimi.C.de fideic.& conſil. lxxxv.quæritur vtrum ille,circa medium,lib.1.& d.conſi.ccxv.lib.5.& Pet.Iac.d.tit.de cond.ex lege quæ pro re donat. comp.ante fi.{Ang.conſi.vij.in dei nomine,ex dicto themate,col.ij.& Fran. Aret.conſi.liij.diligenter diſcuſsis,col.iij.verſi.deſcendo igitur ad tertium.}& Laurent.Calca. qui alios refert conſi.vij.quia à me quæſitum eſt,col.xiij.verſic.item non eſt verum. Eſtque eius rei ratio.nam qui ingreditur monaſterium,ſe ſuáque omnia offert,deuouet,dedicat monaſterio, auth.ingreſsi.C.de ſacroſ.eccle.Cepol.cauſarum ciuilium conſil.xxxvj. quidam habens feudum,col.ij.in fi.Ideo videtur tantùm diligere monaſterium,imò magis quàm filium:nulla enim eſt maior dilectio,nulla charitas,nulla donatio,nulla liberalitas,quàm cum donator venit in domũ, & cùm datum idem eſt penitus, cum dante, & cum denique quis ſeipſum donat.§. nec Moyſes, de conſe.diſt.ij.& c.j.§.vna,in princ.extr.de ſum.tri.& fid.catho.& cle.ſi dominũ.§.ô ſingularis,de reliq.& vene. ſanc. Non mirum igitur, ſi hoc caſu monaſterium ſit loco filij,non etiam aliàs. Sed nec id quoque ſemper procedit,vt ſcilicet monaſterium quod quis ingreditur,habeatur loco filij., vt dicam latè infrà in verbo ſuſceperit liberos.verſi.xlvj.inci.imò verò quod habeatur. Imò ſunt qui nullo caſu id obtinere aſſerunt,vt dicam in eadem gl.verſi.ſeq.

*Quo ſenſu monaſteriũ dicitur eſſe loco filii.*

85 ¶Ideóque & in eo quod diximus in caſu d.l.cùm auus,etſi multi tenent contrariũ,videlicet eam l.& ſimiles non habere locum,quando eccleſia eſt ſubſtituta.vt pulchrè conſuluit Pet. Anch.ſibi contrarius d.conſi.xlvj.& latè Barb.ſibi etiam contrarius in repe.d.l.cùm acutiſsimi,col.xxv.ver.quartò iſtud ſummarium,cum multis ſeq.per quatuor chartas,& iterũ char.pe.verſi.quid ſi teſtator.& conſil.lxxj.illud in mediũ referam,col.6.verſi.nunc eſt videndum,& col.8.verſi.nec obſtat cum dicitur.lib.3.vbi vacillanter loquitur,ſed ita tamen,vt in hanc partẽ inclinare videatur.Fely.ſibi itẽ contrarius,in c.eccleſia ſanctę Mariæ,col.38.ver.quartò,quia ſaltem vno caſu,de conſt.Iaſon ſibi contrarius in d.auth.ſi qua mulier,col.ij.& in d.l.licèt inter priuatos,col.j.verſ.ſecũdò facit.C.de pact.vbi hoc dicit ſing.& in l.tale pactũ.§.vlt.col.iij.verſi.& propterea per hanc doctrinã.ff.eo.& in l.generaliter.§.cum autem,col.j.verſic.ſecundo correlario.C.de inſti.& ſubſti.& in l.ſi quis id quod,col.iiij.ver.ſecundò & notabilius.ff.de iuriſd.om.iud. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe Piſis,{vt certè conſuluit,conſi.cxl.ſpectabilis dominus,col.x.ad fin.& iterum col.vlt.verſi. præterea & valde ad propoſitum,lib.2.& Phil.Dec.ſibi contrarius d.conſi.529.col.ij.verſic.ſed breuiter reſpondetur.& Carol.Rui.ſibi quoque contrarius,conſi.iij.de pluribus,col.pen.num.23.lib.2.}

*De eadem re.*

86 ¶Quanquam ipſe Petr.Anc.quem veluti authorem & anteſignanum huius op.cæteri laudant & ſequuntur,non eam ſimpliciter aſſerere videatur in d.conſi.xlvj.ex quo illi eum citant,quoniam inibi & alia multa in eam op.ſuadentia concurrebant , præterquam quòd ſubſtituta fuerat eccleſia,vt etiam animaduertit Socin.in d.l.cum auus,col.xv.verſic.poteſt & ſecundo loco, & rurſum col.ij.verſi.vel ſecundum.ff.de condi.& demon.& in d.conſi.cxcj.licèt difficultates.col.pe. lib.2.& Corn.conſi.cxcvij.non alienam,col.vij.ver.poteſt etiam dici,lib.3.& alibi in hac re admodum dubitauit ipſe Pet.videlicet in d.c.in præſentia,extra de proba.& rurſum alio in loco non obſcurè priorem opin.tenuit,vt ſuprà diximus.Ex quo nihil illi officit ipſius Pet.auctoritas.

*De eadem re.*

87 ¶Sed vt vlteriùs procedamus,nõ omnino etiam expeditum eſt,quod diximus in caſu d. auth.ex cauſa.C.de lib.præt.quando multi negant illud procedere in legatis ad pias cauſas , quoniam inquiũt,veriſimile eſt teſtatorem huiuſmodi legata reliquiſſe,etiam ſi cogitaſſet de poſthumo, quia prima charitas incipit à ſeipſo.l.præſes.C.de ſerui.& aqua.& anima cunctis rebus eſt anteponenda.d.l.ſancimus.C.de ſacroſ.eccl.Et in hac opin.fuerunt Bal.Ang.& Imo.in l.filio pręterito.ff.de iniuſt.teſta.& iidẽ omnes in l.Titius,in prin.ff.de lib.& poſthu.Ang.in l.militis codicillis.§. miles in ſupremis.ff.de teſta.milit.Ang.Pau.Ca.Alex.Cor.& Iaſ.in d.auth.ex cauſa.Ioan.Ana.conſil.xxviij.viſis & ponderatis,col.pe.verſ.ex quibus omnibus,& ibi Lud.Bolo.in addit.col.iiij.verſic.plus dico.Pau.Ca.conſi.xv.incip.do.col.iij.in fin.lib.2.Barb.in repe.d.l.cum acutiſsimi,char.pen.C.de fideic.Fran.Aret.con.xcij.viſo legato,col.j.& Iaſ.in l.precibus,col.v.C.de impub.& ali.ſubſtit.Bernar.Laud.in addit.Bart.d.conſi.cciiij.& Cat.Cot.in memor.incip. anima cunctis rebus.

*Prima charitas incipit à ſeipſo.*

88 ¶Sed tu tamen hìc aduerte, quia maxima iſtorũ pars non loquuntur generaliter in legato facto piæ cauſæ,ſed nuncupatim & ſpecialiter in legato relicto pro reſtitutione malè ablatorum, quòd haud dubiè dicitur ad pias cauſas,vt ex ſe ſatis patet.& eſt ſententia Bald.& Ang. in l.hæreditas.§.ſi defuncto.ff.de petit.hæred. Flor. in l.cùm quidam.§.ſi dies.ff.de vſur.& not.in cle.j. de priuil.cum ſi.Tamen non eſt gratuitum,ſed neceſſarium,& veluti quædam reſtitutio rei debitæ , vt dicit gl.in c.quanquam,in verbo,poſſunt acquirere,ad fi.de vſur.lib.6.& Bal.in c.ad noſtram,col.ij.verſic.

*Relictum pro reſtitutione malè ablatorũ, dicitur ad pias cauſas.*



verſi.item not. valere,extr.de iureiur.& doc.ſæpe.In qua quidem aut neceſſaria reſtitutione, aut gratuita donatione non habet locum hæc l.noſtra , vt poſtea latè dicemus in verbo, donatione largitus. Nam & videmus deportatum condemnatum ad mortem , qui ſimpliciter legare prohibẽtur l.eius qui.§.inſulam.ff.de teſta.etiam in fauorem piæ cauſæ.l. ſi quis filio.§.irritum.ff.de iniuſt.teſta.& voluit Io.And.in addi.Spec. tit.de inſtr.edi.§.compendioſè in addi.quæ incipit,quid de damnato,& iterum in §.nunc aliqua,verſi.xv.eo.tit.& Bal.conſ.ccccxlviij.quæritur in primis,col.1.lib.1.cum concor.adductis à me in noſtro tractatu priuilegiorum piæ cauſæ,in lxxvj.ſpeciali,poſſe tamen id facere pro malè ablatis,non quidẽ vt valeat tanquam teſtamentum , & habeat vim relicti,ſed tanquã confeſsio facta inter viuos,& iure debiti,ſecundum Ioan.And.in d.c.quanquam,in gl.quæ incipit,dominus meus,de vſur.lib.6.in nouella.& ſequitur Pet.Anc.ibi, col.v.in 14.not.vbi hoc limitat procedere cum conſtat de malè ablatis,& ibi quoq; Domi.in verſi.omnes autẽ,col.6.verſ.ſed pone quòd quis.Sequitur etiam Bal.in l.vlt.col.3.verſ.& ideo.C.ſi à nõ compe.iudic.& conſi.382.dicit lex,poſt prin.lib.j.& conſi.244.proponitur quòd quidam nobilis, poſt medium,lib.5.& conſi.447.ad euidentiam præmittendum eſt quis dicatur,colum.vlt.eo.lib.6.& conſi.476.teſtamenta & relicta,eo.lib.5.vbi id negat alibi in iure reperiri.& Collec.in c.Ioannes,col.v.verſi.ſed quid ſi quis,ext.de teſta.& Rom.conſi.164.hæc quinquaginta.& conſil.199. præſens ſtatuti particula. col. vlt.& ad hoc allegat optimum text.in l.ſi ſeruo.ff. de hæred. inſtituen. vbi non præſtat beneficium : qui impendit debitum. Ex quo not.Bald.quòd ſi gabella ex ſtatuto ſolui debet ex legato,ea non debetur ex relicto facto pro malè ablatis,quia id non eſt propriè legatum.Sequitur itẽ illud Ioan.And.dictũ Auguſt.in addit.Ang.Aret.in tracta.malefic.ſuper verbo,caput à ſpatulis amputetur.& D.Bened.in repet.c.Raynucius,in verbo, ſi abſq; liberis moreretur,le j.nu.30.& iterum in verbo,mortuo itaque teſtatore,le j.nu.187.Sed & aliàs legitima quã non poteſt minuere fauor piæ cauſæ,vt in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccl.tamen diminui poteſt pro exoneratione conſcientiæ,vt voluit Soci.qui alios citat,in repet.d.l.moribus, col.pen.verſi.vno tamen caſu.ff.de vulg.& pup.& in l.cùm auus,col.xx.verſic.tertium correlarium. ff.de condit.& demon.& Catel.Cot.vbi ſupra.Et hac ratione etiam in caſu.d.auth.ex cauſa,idem Bal.in d.l.j.col.iiij.verſi.modo venit circa voluntatem.C.de ſacroſanct.eccle.expreſsim diſtinguit inter relicta pro reſtitutione malè ablatorum,& alia legata piis cauſis facta,vt ſcilicet in illis debeãtur,etiam ſi poſthumus fuerit ignoranter præteritus,non etiam in aliis.quod & facit Petr. Anch.in d.cap.ſi pater,in vij.nota.de teſta.lib.6.Soc.in d.l. { cùm auus, } vbi ſupra. Et ita videntur intelligere ij,quos ſupra proximè citauimus.Ideo tu in hac re cogita.

*Non præſtat beneficiũ qui non impendit debitum.*

89 ¶Maximè,quia non videtur verum,quod ſuprà dictum eſt,magis fauendum eſſe eccleſiæ, quàm liberis,præterquam in legitima,cùm iura ſimpliciter ſtatuant hæreditatem filiis deberi iure naturæ.l.ex ſcripto,in fine,ff.vnde liber.cum aliis ſuprà in princ.allegatis.ſitq; notum illud diui Pauli ad Galat.c.iiij.Filius,ergo hæres.Illúdque quod dicitur Auguſtini:quicunque vult exhęredato filio eccleſiam facere hæredem,quærat alterum qui ſuſcipiat,non Auguſtinum,vt ſcribitur in c.vlt.xvj.q.iiij.quod dictum de conſilio intelligit gl.in l.Papinianus.§.j.ff.de inoffi.teſta. & in l. ſi quis ad declinandam.C.de epiſco.& cleric.in conſilio autem non eſt neceſsitas.c. quod præcipitur.14.q.j.Idcirco non videtur quòd illud conſilium reſtringatur reſpectu legitimæ , in qua eſt neceſsitas , vtpote quam pater non poteſt ſine cauſa auferre.§.aliud quoque capitulum,in auth.vt cum de appel.cog.Et in materia d.l.cùm auus.& d.l.cum acutiſsimi,hoc probatur,vbi tex.prouidet liberis,nepotibus,& poſteritati,quibus nõ debetur legitima,quia ſtantibus filiis nepotes & alij deſcendentes non debent neceſſariò inſtitui vel exhęredari.l.Gallus.§.in omnibus,in fi.ff. de libe.& poſthu.l.poſthumorum,in prin.ff.de iniuſt.teſta.ex quibus Phil.Dec.ſibi cõtrarius in l.licèt, col.ij.in iij.not.{C.de pact.}& iterum in l.generaliter,col.iij.verſi.retenta tamen.C.de inſtitut.& ſubſtit.rurſúmque conſi.cccxcj.{in caſu propoſito,}in fi.illud aſſerit,quod dicimus non verum eſſe, quòd magis ſit fauendum eccleſiæ,quàm liberis,excepta legitima.

*Non eſt magis fauendum eccleſiæ quàm liberis.*

*Filius,ergo hæres.*

*Pater nõ poteſt filio ſine cauſa legitimã auferre.*

90 ¶Sed & quòd ſimpliciter fauorabilior ſit cauſa liberorum,quàm eccleſiæ tenet Bald. in l.iubemus, col.j.C.de teſta.Pet.Anc.in c.ij.ext.de teſta.& in rubr.eo.tit.lib.6.col.ij.verſi.ex quo infero.& iterum in d.c.ſi pater.in vij.not.eo.tit.lib.6.Ro.in repe.auth.ſimiliter,in vltimo ſpeciali contractuũ, in fi.& iterum in xviij.ſpeciali teſtamentorum.C.ad leg.Falc.{Io.Ana.& Fely.in c. ſi quis epiſcopus,de hæreti.}& Maria.qui alios allegat,conſi.xxiij.circa prædictam conſultationem,col.7.verſ.decimooctauo.& in tractatu oblationum.in xv.libello,in primo membro,poſt prin.& Barb.cõſi.xiij.clementiſsimi Dei,col.vij.verſi.modo ſi vnus,lib.1.& conſi.xxix.illud afferã in medium, col.ij.eod.lib.1.& conſi.xxxiiij.clementiſsimi patris,col.j.eod.lib.1.& conſi.ſeq.clementiſsimi Dei,col.iij.nec obſtat cum poſtea dicitur,& iterum col.vj.verſi.nec ob.cum dicitur,& ſeq. eo.lib.1.& cõſ.lv.præclarè ſcribitur,col.vij.& ſeq.lib.ij.& conſi.xxxviij.difficile eſt,col.iij.lib.3.& conſi. xliij.illud in medium,col.v.eod.lib.3.& conſi.xlvj.difficile eſt,col.iij.eo.lib.3.& conſi.lxvj. illud in medium referam,col.vj.eo.lib.3.& conſi.ſeq.illud in medium afferam,col.iiij.verſi. etſi quiſpiam opponat,eo.lib.4.& conſil.lxxj.illud in medium referam,col.viij.verſi.nec ob.cum dicitur,eo.lib.3.& conſ.lxxx.illud referam,col.j.eo.lib.3.& conſi.lviij.omnipotentem,char.vj.verſi.& faciat quod voluit, lib.4.vt & alios multos citat{Cor.conſ.xxxj.placet.col.ij.lib.1.}Pet.Bel.in ſpeculo principum,titu.de materia executi.vlt.volun.§.videamus,char.pe.& Bene.Cap.conſi.xix. punctus fuit quidã Pe-

*Maior fauor liberorum quàm eccleſiæ.*

trucius,col.2.verſ.ſed his non ob.& conſ.xxij.punctus quidam Tadeus,ad fi.& conſ.lxvj. pūctus quidam Bernardus,col.iiij.verſ.vnde ſi in dic.& Cor.conſ.clvj.de duabus hereditatibus,col.iij.lib. 2.& d.conſ.cclxxvj.col.ij.quo loco ſupra citauimus,lib.4. & con.226.quanquam prima facie,col. vlt.verſ.præterea etiam,lib.4.Iaſon ſibi contrarius,d.conſil.212.col.vlt.lib.2.Phil.Dec.in c.j.col.x. verſ.ſexto à ſimili ratione,ext.de probat.& in l.vlt.col.pen.verſ.ſextò infertur. C.de eden.& in l. licet,col.2.& ibi Alciat.in verbo,fauore.C.de pact. Et in hanc ſententiā Auguſtinus in epiſto.ad ad Ediciam, eā increpat,quòd cùm haberet filium, magnam tamen facultatum partē in eleemoſynas profudiſſet,citátque illud Apoſt.j.ad Timoth.v. Quiſquis ſuis non prouidet, fidem denegat,& eſt infideli deterior. Vide tamen quæ dicam infrà in verbo,donatione largitus,in xvij.q.

*De eadem re.*

91 ¶Ex quibus etiam fit,vt licèt aliàs monaſterium quod quis ingreditur, excludat ſubſtitutum ſub ea conditione,ſi inſtitutus decedat ſine liberis,per §. ſed hoc in præſenti, in auth.de ſancti.epi.& in authen.niſi rogati.C.ad Trebel.hoc tamen nō procedit,cum ſubſtitutus eſt filius teſtatoris,vt voluit Bald.in d.auth.niſi rogati, col.ij.& conſi.cxcvj.teſtamentum Puciarelli,lib.1. {vbi ita dicit fuiſſe iudicatum.}& Raph.Fulg.conſ.liij.quoniam ſuperiùs,in fin.Alex.conſi. cxxj.viſo themate, col.iiij.verſi.in hanc partem,lib.2.& latè Iaſ.d.conſi.ccxij.{col.ij.verſi.ſed prædicta, lib.2.}

*An reuocatio ni huius legis locus ſit in donatione facta magno cuipiā amico. Nulla amicitia tam fœlix quæ imitetur fraternitatē.*

92 ¶Quid autem in donatione facta magno cuipiam amico? An vi huius l.noſtræ reuocatur filiorū natiuitate? Bald.hic in caſus poſitione videtur ſentire quòd ſic,dum ita caſum format, Patronus, inquit,habebat libertum,quem valde diligebat,&c.Et hoc confirmat,quod voluerunt Guil.Bald. & Ang.in d.l.tale pactum.§.vlt.per illum text.ff.de pact.quòd qui donat fratri,aut alteri coniunctæ perſonæ,cùm non habet liberos,ſuſceptis poſtea liberis reuocatur donatio. de quo & illic eſt optimus text.loquens de fratre.Porrò nulla amicitia poteſt eſſe tā fœlix,quæ imitetur fraternitatem,vt eſt Quintiliani ſententia decl.cccxxj.Quis enim, vt apud Salluſtium dicit Mycipſa, amicior,quàm frater fratri?Et multis antè ſeculis ſcripſerat Heſiodus,

Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον. Id eſt,

*Sed nec germano quiſquam eſt æquandus amori.*

*Antigone fratrem uiro ac filiis antepoſuit.*

Cuius rei exemplum nobis reliquit Herodotus in Thalia de muliere (ea Intaphernis vxor fuit) quæ optione ſibi facta à Dario,fratrem,aut maritum,aut filios morti adiudicatos eximēdi,fratrem elegit,maritóque ac liberis antepoſuit.{Sed & Antigone apud Sophoclem aſſerit ſe fratrem viro ac filiis anteponere.his enim amiſsis alios facilè comparari:fratrem verò,ſi parentes obierint,nunquam tibi naſciturum eſſe.Id quod etiam refert Ariſtot. lib.rhetor.iij.c.46.}de qua re plura diximus in xxij.cauſa minuendę pœnæ.Igitur vt ad rem redeamus,ſi id obtinet in fratre,in quo tam arcta eſt coniunctio,tanta amicitia,vt quod illi donatum eſt,reuocetur natiuitate liberorū,multò magis in alio amico extraneo debet procedere:& id quidem iure optimo, quando nulla eſt amicitia,nulla coniunctio,quæ paternam æquet,aut vincat.l.vlt.in prin.C.de cura.furio. nec ſui quidem ipſius.l.iſti quidem.§.vlt.ff.quod met.cauſ.& ſuprà poſt prin.abundantiſsimè diximus.Ideo cum huius l.fundamentum ſit veriſimilis illa mens & affectio parentum in liberos, qua cenſetur velle ipſos cæteris præferre,vt etiam ſæpius iam diximus:quæ tanta poteſt eſſe amicitia, vt donans veriſimiliter velit alium præferre ſuæ poſteritati? niſi aut merita, aut id genus alia intercedant,quæ ceſſare faciant hanc l.vt dicemus poſtea.

*Plus iuris habemus in amicos, quàm in alios.*

93 ¶Et hanc ſententiam non mediocriter ſuſtentat,quòd aliàs id quod fit ob amicitiam,minus efficax eſt,faciliúſque reuocatur,quàm quod fit nullo amicitiæ reſpectu, tanquam ſcilicet plus iuris habeamus in amicos,quàm in alios,per gl.in l.j.in verbo,quod genus,in fi.ff.de preca. quæ dicit precarium ſimile eſſe contractui,quem ſæpe fieri videmus,ſcilicet dum donat quis alicui in amicitā,poteſt enim reuocare quando velit.Et illam gl.expendit & ſequitur Rapha Co.ibi.& ex ea Iaſon in l.j.col.ij.verſ.alibi reperio.ff.de in litem iurand.id not.quod ſuprà ex ea diximus,& declarat qualiter intelligatur.{& idem quoque Iaſon qui eam glo.dicit mirabilem,in l.dedi, quæ eſt iij.§.ſi liber,in x.not.ff.de cond.ob cauſ.}

94 ¶Vt interim illud omittamus,quòd ſi donatio facta amico non reuocatur ex hac l.nunquam aut vix ei locus eſſet. Quotus enim quiſque donat inimico? Niſi fortè vt illum eo delenimento, ac veluti hamo vt piſcem capiat ac fallat, vt eſt in veteri prouerbio apud Euripidem in Aiace Flagellifero,

Ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα. Id eſt,propè ad verbum,
*Sed eſt vera mortalium parœmia,*
*Inimicorum dona,non dona eſſe,& inutilia.* Ita autem in carmen vertit Eraſmus,

*Inimicorū dona non dona.*

*Quin verum id eſt mortalium prouerbium,*
*Non eſſe dona,dona quæ veniunt tibi*
*Ab hoſte,verùm inauſpicata ac noxia.*

De quo Eraſmus ipſe multa Chiliadis j.centu.iij.c.xxxv. Sed cui addere potes illud Maronis lib. 2.Aeneidos huc haud dubiè alludentis,

*Timeo Danaos,& dona ferentes.* Et paulò antè,
*Aut vlla putatis*
*Dona carere dolis Danaum?*

Item



Item illud Eccleſiaſtici 34.Dona iniquorū non probat altiſsimus.Cui accedēs lex 12.tab.Impius, inquit,ne audeto placare donis iram deorum.Quam quidem legem interpretans Tullius lib.2.de legibus,Donis,ait,impij ne placare quidem audeant deos,Platonem audiant, qui vetat dubitare, qua ſit mēte futurus Deus,cùm vir nemo bonus ab improbo ſe donari velit. Aliàs autem nullus aut pauci donāt inimico & malè merito.l.nec adiecit.ff.pro ſocio.& l.j.de anno.ciuili.lib.11.& voluit Bal.in l.illud,col.pe.in iiij.q.C.de ſacro.eccl.{& Alex.conſ.cxxvj.in hæſitatione,col.j. lib.4.} & dicemus infrà in verbo,donatione largitus,in j.declaratione donationis remuneratoriæ.

*Legata relicta coniunctis perſonis conſeruātur etiā poſthumo præterito.*

95 ¶Verùm Soc.conſ.xxxix.in quæſtione quæ vertitur,col.vlt.lib.3. videtur voluiſſe contrarium in valde amico,cui veriſimile eſt donantem donaturum fuiſſe,etiam ſi cogitaſſet de liberis.Quod & confirmatur ex eo quod dicit Bal.in auth.ex cauſa,col.4.verſi.item non ob.& ibi poſt eum Cornel.col.xj.verſ.quintò fortè fallit.C.de lib.præter.ꝙ licèt aliàs legata facta à teſtatore non cogitāte de poſthumo,non conſeruentur vi illius auth.ex multorum ſententia,vt ſæpe ſuprà diximus, & dicemus infrà latiùs:tamen hoc non obtineret in legatis factis coniunctis perſonis,quibus veriſimiliter teſtator legauiſſet,etiam ſi de poſthumo cogitaſſet.tunc enim conſeruantur legata,arg. l.cùm alienam.C.de lega.quod & ſequitur idem Corn.conſil.cxciij.videtur in præſenti conſultatione,col.iij.verſic.ſed dato ſine præiudicio,lib.3. Id quod etiam obtinet in legatis factis amicis: cum d.l.cùm alienam,qua innituntur Bal.& Corne.trahatur etiam ad amicos, ex ſententia Guil. Cu.Fulg.Pau.Ca.Alex.& Iaſ.in ea ipſa l.& Barb.in repe.cap.Raynaldus,col.cxviij.de teſta.Quibus optimè ſuffragantur verba illius l.cum dicitur,vel aliæ perſonæ.

*Amicitia anteponēda eſt neceſsitudini.*

96 ¶Nam amicitia neceſsitudini ſiue conſanguinitati anteponenda eſt, aut certè non poſthabenda, ex Platonis illius philoſophorum Dei ſententia,atque etiam Ciceronis,cuius hæc verba ſunt lib. 1.Offic.Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines.magnū eſt enim eadem habere monumenta maiorū,eiſdem vti ſacris,ſepulchra habere communia:ſed omnium ſocietatum nulla præſtantior eſt, nulla firmior, quàm cùm viri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti.Sed & idem in Lælio hanc eandem ſententiam hac ratione comprobat:Ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt,ex amicitia non poteſt.ſublata enim beneuolentia,amicitię nomen tollitur,propinquitatis remanet.Ergo illud in quo neceſſariò beneuolentia permanet,anteponendum eſt ei,à quo beneuolentia remoueri poteſt.Valerius autem Maximus grauiſsimus & ipſe autor,c.7.lib.4.ita exorditur,Contemplemur nunc amicitiæ vinculū potens & præualidum, neque vlla ex parte ſanguinis viribus inferius,hoc etiam certius & exploratius, quia illud naſcendi fortuitum opus,hoc vniuſcuiuſq; ſolido iudicio incoata voluntas cōtrahit.Itaq; celerius ſine reprætenſione propinquum auerſere,quàm amicum:quia altera direptio vtique iniquitatis,altera leuitatis crimini ſubiecta eſt. Cùm enim deſerta ſit futura vita homini nullius amicitiæ cincta præſidio,tā neceſſarium præſidiū temere aſſumi non debet:ſemel autem apprehenſum,rectè ſperni nō conuenit. Iſocrates orator eximius ad Demonicum effert miris magniſq; laudibus Hipponicum ipſius Demonici patrem, quòd magis approbabat amicos, quàm propinquitate vlla deuinctos, exiſtimabátq; ad ſocietatem eſſe potentiorem natura legem,mores genere, delectum neceſsitate.

*Item ſecūdùm Theologos.*

97 ¶Ex Theologis D.Ambroſius,qui inter primos ſtatuitur,plerunq;,ait,amici ſe potius beneuolentiæ quiſque committit,quàm fratris neceſsitudini.& D.Thomas,qui facile primas inter ſcholaſticos obtinet, diſſerens in ij.ij.q.xxvij.de ordine charitatis,cenſet cōiunctos ſanguine in iis duntaxat quæ naturam ipſam concernunt,amicis anteponendos,ex cæteris poſtponendos. quē ſequitur Ant.Florent.in iij. parte ſummæ,tit.vj.c.v.§.vj.At alibi idem D. Thomas, in eo ſcilicet opuſculo,quod ſcribit de dilectione Dei & proximi, ſimpliciter aſſerit amicitiam plerunque conſanguinitati præponderare. At quem non immerito Theologis, & forte etiam diuis annumerabo, Salomon Prouerb.xviij.c.Vir,ait,amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit,quàm frater.

*Et iuriſconſultos.*

98 ¶Sed ne noſtros iuriſconſultos,& legumlatores ſilenter prætereamus,Leges noſtræ pluris exiſtimant amicitiam,quàm illam fraternitatem,quæ cæteris neceſsitudinibus,vt ſuprà diximus, præponitur,vt quæ ſanxerunt magis amicitiæ atque conſortij rationem eſſe habendam,quàm fraternitatis,ad metiendam iudicandámque qualitatē rerum à fratre, eodémque commilitone donatarum in l.cum allegas.C.de caſtren.pecu.lib.12.vbi ſi frater ex cōmilitio amicior factus fratri commilitoni quippiam donauerit:id in peculio caſtrenſi habendum eſt, conſiderata potius qualitate amicitiæ quæ ex commilitio proceſsit, quàm fraternitatis. eſtq; in eandem rem text. ſimilis, niſi quòd generaliter de agnatis loquitur,in l.pen.in prin.ff.eo.tit. Quarum legum autoritate ſuffultus Alber. in l. ſed & hæ perſonæ.ff.de in ius vocan.dicit amicitiam plus habere ponderis, quàm fraternitatem. Cui planè concinens Homerus ille omnis virtutis parens Iuſtiniano in prooemio ff.dictus,cenſet fidum amicum non eſſe fratri poſtponendum,

*Si quis forſan amicus ſit gratúſque bonúſque,*
*Quandoquidem is non inferior vel fratre putandus.*

Sunt enim verſus illius huiuſmodi in fi.lib.8.Odyſſeæ,

ἢ τίς που καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδὼς
Ἐσθλός, ἐπεὶ οὐ μέν τοι κασιγνήτοιο χερείων
Γίνεται ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ.

99 ¶Et hæc quoque ex eo fulciuntur,quòd licèt id quod intereſt,ob affectionem coniunctionis ſan-

*Id quod interest ratione amicitiæ eſt fortius eo quod intereſt ratione coniunctionis ſanguinis.*

guinis aut aliàs,non tanti ſit,vt quis pro altero ſtipulari poſsit,per id quod voluit gl.in l.fideiuſſoris,in verbo,neque enim,& ibi Bart.{& alij.ff.de pac.}& idem Bart.in l.quod dicitur.ff.eod.tit.& in l.j.col.7.verſ.vidimus ſuprà triplex intereſſe.C.de ſent.quæ pro eo quod inter.{Nicol.Neapo. qui eam glo.dicit ſingularem,in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbor.oblig.}& eſt bonus tex.{in l. quod dictum,vbi Ang.& Raph.Fulg.not.ff.de pact. &}in l.iij.§.ſed & ſi fortè.ff.iudica.ſol.Tamẽ habemus gloſ.quæ id negat procedere in eo quod intereſt ob amicitiam.id enim ſatis eſſe,vt pro altero ſtipulari poſsit,ea eſt in l.ſi vnius.§.j.in verbo,videamus.ff. de pactis.& ibi Bal.Ang.{Pau. Caſt.& Alex.& Iaſon conſi.xlj.in duobus,col.pen.verſi.vel aliter & ſecũdò,lib.3.Ex quo & ipſe.} Iaſ.id animaduertens in l.j.col.ij.verſi.capio gloſſ.ff.de iureiuran.illud not.quod dicit mirabile,id quod intereſt ratione amicitiæ,eſſe fortius eo quod intereſt ratione coniunctionis ſanguinis. Sed tu tamen illum vide in d.l.ſi vnus.§.j.

100 ¶Porrò videmus apud noſtros iuriſconſultos, qui ordinem ſcripturæ inſpiciendum iubent, in l. generaliter.ff.de fideico.liber.cùm ſi.ferme ſemper amicitiam conſanguinitati in ordine ſcripturæ prælatam.l.ſed ſi plures.§.in arrogato,in fi.ibi,amicus vel cognatus.ff.de vulg.& pupil. & l.ſi.ſeruus plurium.§.vlt.ibi,legatarij charitas & neceſsitudo.ff.de leg.j.& l.Theopompus,ibi, amici mei & cognati.ff.de dot.præleg.& l.affectionis,ibi,amicos vel neceſſarios.ff. de donat. Quod & fecit Eſdras ille Propheta & Scriba Hebræus c.iiij.Non meminerunt,inquit,cum biberũt, charitatem, nec fraternitatem.& Dauid Ode xxxvij.Amici mei & proximi mei aduerſus me appropinquauerunt,&c.{& Tullius in oratione pro Sexto Roſcio Amerino:Quod is ſimulatque ſenſit de amicorum cognatorúmque ſententia,Romam confugit.& Salluſtius in bello Iugurthino de Micipſa loquens,cùm ſibi finẽ vitæ adeſſe intelligeret, coram amicis & cognatis huiuſcemodi verba fertur habuiſſe,{nũc quoniam mihi natura finẽ vitæ facit,per hanc dextrã,per regni fidem moneo, obteſtórq; te,vt hos,qui tibi genere propinqui,beneficio meo fratres ſunt,charos habeas:neu malis alienos adiungere,q̃ ſanguine coniunctos retinere.Non exercitus neq; theſauri præſidia regni ſunt,verùm amici:quos neq; armis cogere,neq; auro parare queas,officio & fide parantur. Quis autẽ amicior,q̃ frater fratri?aut quem alienũ fidum inuenies,ſi tuis hoſtis fueris?Equidem ego regnum vobis trado firmũ,ſi boni eritis:ſin mali,imbecillum.Nam concordia res paruæ creſcũt,diſcordia maximę dilabũtur.Hactenus ille.Qui locus cũ iſto collatus maximã huic rei lucẽ adfert.}

*Amicitia ſemper ordine ſcripturæ prælata.*

101 ¶Quid,quod ex ſententia noſtrorum doctor.amicitia ſuperat parentum affectionem? quæ cauſa eſt noſtræ l.quod ex hoc clarè liquet,quod ſcribit Bart.in l.alimenta.§.j.ff.de ali. & cib. legat. per text.ibi.quòd licèt appellatione filiorum non veniant filij filiorum, id eſt, nepotes, l.quod ſi nepotes.ff.de teſta.tutel.& l.filij.& l.iuſta.ff.de verbor.ſignifi.cum ſi.fallit tamen in nepotibus,quos teſtator præ ſingulari amore vt filios nominabat atque tractabat, habita ſcilicet potiùs ratione amicitiæ,quàm ſanguinis.& hoc ſequitur Alex.ibi in addit.Bart.& Roman.in repet.l.ſi verò.§. de viro,in xxxv.fal.ff.ſolut.matr.

*De eadem re.*

102 ¶Vt iam non mirum ſit, quod plerique ex noſtris cenſuerunt, quicquid in iure ſtatuitur inter coniunctos & neceſſarios ratione affectionis ſanguinis,id quoque obtinere inter amicos.ita enim dicit Panor.in cap.requiſiſti,per glo.ibi,extrà de teſtam.& Alexan.in l.exigendi,col.ij.verſic.& id quod dicitur, & ibi etiam Iaſon col.ij.& iterum col.v.C.de procur.Barbat.in l. ſciendum, colum. xxxiij.verſi.ego tetigi iſtum paſſum.ff.de verbo.oblig. & in cap.cum M.Ferra.de conſtit.& in c, ex parte decani,& in c.nonnulli,de reſcrip.& in c.coram.de offic.delega.& in repe.c.Raynaldus, col.cxviij.verſi.vndecimò limita,extrà de teſta.& conſi.lxxv.ſapienter ſcribitur, col.iiij.lib.4.Felyn.in c.quoniam ab.col.ij.verſi.capio illud,extr.de offic.deleg.& Iaſon.in l.Titia,col.vj.verſi.vltimò circa iſtam partem.ff.de verb.oblig.& conſi.lxx.conſtat ex inſtrumento,col.vlt.lib.1.& in l. ſi res obligata,col.ij.verſi.adde aliud.ff.de leg.j.Alciat.in l.latæ.§.amicos.ff.de verbor.ſignifi. Hip. Marſi.in repe.rub.ff.de fideiuſ.nu.234.Ioan.Montefer.in repe.l.frater à fratre,col.vj.in iiij.not.ff. de cond.indeb.quod & probatur ex multis quæ abundanter collegimus in iam d.cauſa.xxij.minuendæ pœnæ,vbi & inter cætera omnium abundantiſsimè tractauimus vtrum amicus pro amico admittatur ſine mandato.

*Quicquid in iure ſtatuitur inter cõiũctos idem obtinet inter amicos.*

103 ¶Sed illud hîc non omittemus,quod ad hunc locum maximè pertinet,quòd quemadmodum liberi non etiam extranei capiunt legata ex teſtamento minùs ſolenni.l.vlt.C.fam.her.& l.hac cõſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſta. Nempe quia in huiuſmodi teſtamento condito inter liberos,ſemper intelligitur clauſula codicillaris,vt voluit glo.not.in l.cohæredi.§.cum filiæ,in verbo, non valuit,in fi.& ibi Imol.& alij recentiores.ff.de vulg. & pupil. ſubſt.Idem Imol.in c.Raynutius,col.xxvij.extr.de teſt.& Alex.huic rei hanc rationem aſsignans in d.§.ex imperfecto.Ita etiã amici veluti ius liberorum obtinentes, ex teſtamento quoque minus ſolenni legata capiunt, vt voluit gl.no.in l.in teſtamento.ff.de fideic.liber.quam ſequuntur & ſing.dicũt Bal. in l.ſi iure.C. de teſta.manu.Matheſ.no.xlj.nota mirabilem doctrinam,& Barb.cõſi.iij.illud referã in medium, col.iij.lib.3.Iaſ.in d.l.cùm alienam,col.ij.in iij.limitatione.C.de leg.& in l.j.col.v. verſic. & clarum eſt.C.de ſum.tri.in lec.Ticinenſi.& in l.non dubiũ,col.vlt.ver.ideo tu reſpondeas.C. de teſta. & ſequitur ſimpliciter ipſe Barb.in repe.l.cum acutiſsimi,col.xj.& conſil.xxij.clementiſsimũ Deum oro,col.iij.verſ.primò dicitur,lib.4.vbi & dicit aliam eſſe ſimilẽ,licèt prior illa reputetur ſin. in d. l.ſi iure.C.de teſta.manu.& pro iis eſſe tex.in d.l.cum alienam,quem negat in d.l.cùm acutiſsimi.

*In teſtamento inter liberos ſemper intelligitur clauſula codicillaris.*

ab vllo



ab vllo vſque ad ſua tempora fuiſſe in id expenſum.Verùm pace illius dixerim, illum ad hoc lõgo antè interuallo citauerat glo.in d.l.in teſtamento. quo etiam in loco multo melior eſt textus in eam rem,in illis verbis,pios tamen filios debuiſſe manumittere eam,quam pater dilexiſſet.quẽ & ad hoc dicit ſing.Ro.in repe.l.ſi verò §.de viro,in xxvj.fal.in prin.ff.ſol.matr. & conſ.clxxix. ampliſsime doctor,col.pe.verſ.ad quod dicendum moueor.& Matheſ.d.not.xlj.

104 ¶Ex illa autem glo.in d.l.in teſtamento,dicit Bal.in d.l.ſi iure.C.de teſta.manu.quòd ardor liciti amoris habet vim clauſulæ codicillaris.quod etſi tamen Bal.ipſe non audeat conſtanter aſſerere, niſi vbi adeſſet fauor libertatis,id tamen haud cunctanter,ac ſine diſcrimine affirmant & commendant Ro.in duobus locis ſuprà citatis.& Alex.in d.l.cum alienam,col.2.& ibi Iaſ.in d.3.limitatione & Barb.in d.l.cùm acutiſsimi,col.xj.& in repe.d.c.Raynaldus,col.cxviij.verſ.xj.limit. & in rub.de reſcrip.in cle.col.viij.& in tract.de præſtan.card.in 3.q.j.partis,col.j.ad fi. & iterum col. xiiij.ad fi.& d.conſ.iij.col.v.lib.iij.& conſ.lxxvij.præclarè ſcribitur, col.2.lib.iiij.Soc.qui hoc dicit ſing.conſ.lviij.Ioannes,col.iij.verſ.accedit cum prædicta.lib.1.Iaſ.qui hoc propè vbique dicit ſing. in d.l.j.C.de ſum.trini.& in l.exigendi,in iij.not.verſ.ſecundò facit.C.de procur.& in d.l.non dubium.C.de teſta.& in l.eam quam,col.vj.verſ.prima fallentia,& iterum col. ix. verſ.circa decimũ caſum.C.de fideic.& in l.verbis ciuilibus,col.iij.verſ.tertius caſus.ff.de vulg.& pup.{& in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis,col.vlt.ff.de lega.1.}Fely.in c.j.ad fi.ext.de teſti.dum ſimpliciter allegat Bal. in d.l.ſi iure.Ant.Bauer.in repe.l.cum filio,char.iij.col.vlt.ff.de leg.j. & Catel. Cotta in memor. incip.amor licitus.Alciat.in d.l.latè.§.amicos.ff.de verb.ſignifi.Panthal.Calde.in repe.l.ij.col.lxxj. verſ.ſecundo loco.C.de reſcind.vendit.& Hippo.Marſi.vbi ſupra,& D.Bened.in repe.c.Raynutius,in verbo,teſtamentum,lib.iij.nu.46.extr.de teſta.& ante hos ipſe Bald. cuius non meminerunt,in ſua marga.in verbo,codicillus,verſ.pen.vbi & ad hoc dicit illam glo.ſing.

*Ardor liciti amoris habet uim clauſulæ codicillaris.*

105 ¶Porrò clauſula codicillaris tollit remedium huius l.vt ſentit Bal.in l.vlt.col.vlt. verſ. item non obſtat,iunctis his quæ priùs dixerat.C.de codic.& expreſsè tenet Corn.conſ. cxciiij. cuius exordium eſt,in præſenti conſultatione,col.2.verſ.concurrit etiam,lib.3.Ex quo illud conſequens eſt, vt tandem ad principale propoſitum redeamus,vt hæc l.non habeat locum in hoc caſu.Id quod etiam confirmatur ex eo, quod ſingulariter voluit Barb. in repe.l. cùm acutiſsimi,col.xj.& iterum col.xl.& ſeq.quòd ea lex loquens in filio hærede inſtituto & rogato hęreditatem reſtituere, habet locum in valde amico:quod quidem dictum nuncupatim ſequitur & dicit mirabile D.Benedi.in repe.c.Raynutius,in verbo,ſi abſque liberis moreretur,num.4.extr.de teſta. ſequitur etiã Alcia.in d.§.amicos.Illudq; refert Iaſ.in d.l.exigendi,col.v.verſ.adde etiam illud, vbi tamen hoc non firmat,& ipſe alibi ſubobſcurè reprobat,videlicet in d.l.Titia,in prin.col.vj.ff.de verb.oblig. & apertiùs Socin.in repet.l.cùm auus,col.iij.verſ.ſecundò infertur.ff.de condit.& demon.vbi reſpondet omnibus rationibus Barb.

*Clauſula codicillaris tollit huius l.remedium.*

106 ¶Et certè etiam in noſtro principali caſu aduertendum eſt,quòd Socin. d.conſ.xxxix.lib.iij. non aſſerit ſolã amicitiã ſatis eſſe,vt ceſſet huius l.noſtræ præſumptio & diſpoſitio. Neq; ſi aſſereret, verum eſſe crederem,tum per ea quæ ſuprà in prin.huius q.diximus,tum quia omnia quæ diximus de æquanda aut præponenda amicitia conſanguinitati,intelliguntur in iis tantùm,quę nihil ad naturam pertinent,vt etiam diximus ex diuo Thoma Aquina.At naturæ ſimul & parentum votum filios ad bona ipſorum parentum admittit.l.ſcripto,in fi. ff. vnde liberi. Ideo & hîc liberi amicis ſunt præferendi.Quod probè intelligens Solon Athenienſium legiſlator permiſit pro voluntate cuiuſque,niſi ſupereſſent filij,hæredem conſtitui:& ſic viſus eſt,vt ait Plutarchus,amicitiam propinquitati,& gratiam neceſsitudini,etiam in ſucceſsionibus bonorum præferre,prætterquam tamen filiorum,quos is nuncupatim excepit.

*Liberi amicis præferendi.*

107 ¶Quòd ſi cum magna amicitia alia quoque concurrerent,ex quibus veriſimile eſſet arbitrio boni viri donaturum fuiſſe qui donauit,etiã ſi de futuris liberis cogitaſſet,vt in caſu de quo loquitur Soci.ipſe d.conſ.xxxix.tunc non dubitarem quin ceſſaret huius l.diſpoſitio,per ea quę ſuprà diximus in prin.nu.84.incip.nec ſolùm ceſſat.Ideo & Bald.hîc in ij.lec.in addi.& Ang. etiam hîc dicunt,quòd ſi donatio eſt parua,& donans & donatarius ſint magna effectione cõiuncti,ita vt veriſimiliter donans hanc donationem feciſſet,etiam ſi cogitaſſet de liberis,certè non reuocabitur per natiuitatem liberorum.Vides igitur Bald.& Ang.cum magna affectione coniungere modicitatem doni,vt nõ habeat locum hæc l.An autem ſola modicitas,& qualis ſufficeret,dicemus plenè infrà,in verbo,omnia,vel partem aliquam,vbi videbis.Ad id autem quod diximus de clauſula codicillari,reſponde ex iis quæ diximus ſuprà in prin.verſ. {lxxxj. incip.nam ſoli omnium, & ſeq.& in noſtro tractatu priuilegior.priuilegio lxxxv.}piæ cauſæ. vbi apertè oſtendi ſimplicẽ amicitiam non habere vim clauſulæ codicillaris.

*Niſi alia quoque concurrant.*

108 ¶At longe maius dubium eſt in donatione quam facit vir vxori,aut è diuerſo vxor viro. Nam hæc coniunctio atque amicitia cæteras facilè ſuperat,cum ſint vir & vxor vnũ corpus, vna caro, vna penè anima,vt plenè diſſeruimus in noſtris legibus cõnubialibus:ſitq; ſcriptum, Relinquet homo patrẽ ſuum & matrem,& adhærebit vxori ſuæ.vt ſuprà diximus in prin.huius l.nu.12.incip.ſed vt redeamus.Quibus & illud addiderim,quod Ang.conſ.cix.incip.in dicto teſtamẽto,col. 2.ſing.aſſerit,id quod dici ſolet de vxore relicta domina & maſſaria,per gl. & doct.in auth. quod locũ.C.de ſecund.nupt.cùm ſi.habere locũ & in matre ſimiliter relicta domina & maſſaria, cum

*An ſit reuocationi huius l. locus in donationibus inter uirum & uxorem.*

quis,inquit,magis adficiatur erga vxorem quàm matrem. Si igitur in vxore obtinet, multò ma-
gis in matre. Et ante illum in eadem ſententia fuit {Bart.ſubdubius tamen,& Bald.conſtanter}
in l.Titia cùm teſtamento.§.vlt.ad fi.ff.de leg.ij.

*Ratio donationis inter uirũ & uxorẽ prohibitæ.*

109 ¶Ex hoc autem ingenti virorum amore in vxores, proni ipſi ſunt ad donandum vxoribus.quod
animaduertentes iuriſconſulti,huiuſmodi donationes inter virum & vxorem prohibuerunt,ad-
iicientes hanc inter alias rationem,ne mutuo amore ſe ſpolient.l.j.& ſeq.ff.de donat. inter virum
& vxorem.Igitur ſi viri non retrahantur ab his donationibus propter ſuam ipſorum ſpoliatio-
nem,nec propter filiorum quoque,veriſimile eſt eos retrahi,cùm præſentior,proximior,propior
ſit ipſorum cauſa,quàm filiorum,ar.l.2.C.de pat.qui fili. diſtra.præſertim nondum natorum , de
quibus hæc lex loquitur,& vt eſt in vetere prouerbio , γόνυ κνήμης ἔγγιον,id eſt , genu ſura pro-
pius,& ſimpliciùs apertiúſque apud Terẽtium in Andria, *Heus proximus ſum egomet mihi*.Ex quo
fit,quòd cùm veriſimiliter non deſinat pater ob filios donare vxori,non habeat locum hæc l.ex
iis quæ diximus in præced.q.& alibi ſæpe.

*Huiuſmodi donationes natiuitate liberorum non reuocantur.*

110 ¶Præterea in huiuſmodi donationibus non tantùm vertitur filiorum præiudicium,quàm ſi aliis
extraneis eſſet donatum,cum filij æquè ſint veriſimiliter ſuæ matri,cui à patre donatum eſt,ſuc-
ceſſuri,ac patri ipſi:nam ſperandum eſt quòd bona matris ad filios ſint peruentura,ar.l.nam & ſi
parentibus,in prin.ff.de inoffi.teſta.& l.ſcripto,ff.vnde lib.cum ſi.Ex quo etiam veriſimile eſt,pa
trem vxori donauiſſe,vel ſi de liberis cogitaſſet.Et licèt poſsit cõtingere,quòd pater donãs prior
decedat relicta vxore donataria,& liberis communibus,ita quòd tunc intereſſet liberorum dona
tionem factam non fuiſſe.quia confeſtim poſt mortem patris, non expectata morte matris , res
donatas accepiſſent tanquam ex hæreditate patris:tamen id obſtare nõ poteſt,quoniã attenditur
veriſimilis mens donantis,quæ fuit tempore donationis,& ex ea vel reuocatur,vel nõ reuocatur
donatio tempore natiuitatis liberorum,quicquid poſtea contingat , vt not. per Bart.& alios in l.
Titia Seio.§.imperator.ff.de leg.2.& dicemus latè infra{in verbo,omnia vel partem aliquam,nu.
34.incip,verũ attende lector,&}in verbo,ſuſceperit liberos.nu.161.incip.ſed hoc rurſum in dubiũ
vocatur,cum multis ſeq.Ex quo etiam non obſtaret,ſi diceretur quod vxor poſt mortem patris
poſſet alium virũ ducere,ex quo & alios pariet liberos,qui ſibi ſicuti & liberi ex priore matrimo-
nio in re donata ſuccedent,fortè ex ſtatuto vel conſuetudine,quia de iure communi ſoli filij pa-
tris qui donauit,ſuccederent,per l fœminæ.C.de ſecund.nupt.quia etiam id quod ſuperuenit,nõ
attenditur,ſed ſola mens quæ fuit tempore donationis,vt diximus.

*Eiuſdem confirmatio.*

111 ¶Et per hæc Phil.Corn.conſi.cxciiij.videtur in præſenti,col.ij.verſ.& maximè hoc dicẽdum vi-
detur,& col.ſeq.verſ.item ſecundò valent,lib.3.negat reuocari huiuſmodi donationes factas vxo
ribus natiuitate liberorum.In qua etiam ſententia eſt Alex.conſ.clxij.viſis his quæ copioſè,col.ij.
verſ.nec obſtat,li.vj.vbi dicit de hoc eſſe caſum in §.dotes,in auth.de nupt.& in l.j.C.ſi dos con.
mat.vbi ſi mulier in contractu matrimonij fecit pactum cum marito,quòd ipſa præcedente, ma-
ritus lucretur dotem,ſi ipſa præmoriatur ſuperſtitibus ex eo matrimonio liberis,nihilominus te-
net pactum,& lucratur maritus dotem.Nam vt dicit ipſe Alex.ex hoc veriſimiliter non infertur
magnum damnum liberis ſucceſsionem paternam tandem habituris.& ita hac re donata potitu-
ris ex præſumptione l.vt cauetur in d.l.ſcripto,in fi.ff.vnde libe. Sed circa hunc caſum vide quæ
dixi ſuprà in præfat.noſtræ l.nu.69.incip.ſed hæc intellige,vt videlicet.& quæ dicam latiùs infrà
in verbo,donatione largitus,in x.quæſt.Sed & hanc eandem oppo.vt videlicet hæc l.non proce-
dat in donatione viri & vxoris.tenet Fran.Ripa qui ſolum Corn.citat,lib.3.reſpon.c.ij.col. vlt. ea
quam diximus ratione , quòd filij ſunt ſucceſſuri donatario.

*Donatio inter uirum & uxorem. Hæc lex non habet locum in donatione inualida.*

112 ¶His autem Corn.& Alex.rationibus,& alia adiici poteſt,minimè, ni fallor,contemnenda. nam
iſtæ donationes inter virum & vxorem,nullius ſunt momenti,per totum tit.ff.& C.de dona.in-
ter vir.& vxo.& ita quidem nullius momenti,vt ipſo iure non valeant,per tex.expreſſum in l.3.
§.ſciendum.ff.eo.tit.ſed id tantùm habent,quòd morte donantis confirmantur, iuribus vulga. At
hæc l.noſtra non poteſt habere locum,niſi in donatione valida,ex qua ſtatim transfertur domi-
nium in donatarium,nullo donanti relicto arbitrio,vt patet ex illis verbis noſtræ l.reuertatur in
eiuſdem donatoris arbitrio,quæ non poſſunt adaptari niſi ad ea bona quæ deſierunt eſſe donan-
tis,ab eóq; veluti abierunt & in dominium donatarij tranſierunt,rurſumq; ac retro ad donãtem

*Reuertendi uerbum.*

redeunt.nam id ſignificat verbum,reuertendi,vt ſcribit Bart.in l.vt quiſq;.C.de omn.ag.deſer.li.
xj.per tex.ibi,{& Lucas Pen.in l.reſtaurationi.C.de diuerſ.præd.eo.lib.xj.}& Soci.& Philip.Dec.
in l.j.ille ad fi.hic col.3.verſ.quantũ verò.C de pact.{& ante hos gl.in l.interdum.§.vlt. ff.de acq.
poſſ.&} Rabi Moyſes Aegyptius lib.Perplexorum j.c.xxiij.in id trahens illud Oſeæ v.Ibo, & re-
uertar in locum meum.Cui ſimile & illud Ezech.j.Animalia ibant,& reuertebantur.nec minus id
probat illud{Exodi iiij.vadam,& reuertar.& iterũ vade,& reuertere,&}Deut.xx.Vadat & reuer-
tatur.& Prouerb.iij.Vade & reuertere,& illud quoq; Matth.xij.Reuertar in domum meam, vn-
de exiui,quod repetitur in c.reuertar.de pœni.diſt.4.& illud Tullij Philip.ix. ſtatim poſt princip.
Ser.Sulpitius cum aliqua perueniendi ad M.Anto.ſpe profectus eſt,nulla reuertendi.Et hoc pro

*Redeundi.*

batur in verbo,redeundi,quod eſt eiuſdem ſignificationis,in cap.contra Chriſtianos,& ibi glo.j.
de hæreticis,li.6.& in l.ex facto,ad fi.ibi,ituras & redituras.ff.de hære.inſtit.{& in d.l. qui mittũ-
tur.§.vlt.ibi,dum eat in caſtra,& redeat.ff.ex quib.cauſ.maio.}& apud Ciceronem Phil.2. Celeri-
ter



ter iſti & rediſti.& Phil.xij.Iſſe & rediſſe me putatote.Et in oratione pro P.Seſtio, Hũc ego red-
ditum repudiarem,qui ita florens fuit,vt verear,ne quis me ſtudio gloriæ putet idcirco exiſſe,vt
ita redirem.Et Exod.xxxij.Ite & redite de porta ad portam.Et in verbo,reddendi:quod vt ma-

*Reddendi,uide in num.ſeq.in fi.*

nifeſtum eſt,eiuſdẽ eſt naturæ,in l.j.§.eleganter.ff.depoſ.& in l.cum quidã vxori.ff.de lega. 2.{&
in l.3.§.ſi quis ſeruũ,& iterũ}in l.Stichũ.§.ſi hæres.ff.de ſtatulib.& in l.verbũ reddẽdi.ff.de verbo.
ſigni.quod ſcribit Alex.in l.ſi vel metus.col.1.C.de his quæ vi met.cauſ.fiũt.{& conſ.xcij. perſpe
ctis,col.2.verſ.hoc etiã facit,lib.j.}& Soci.conſ.ccliij.in cauſa domini.col.v.verſ.ſed præmiſsis nõ
ob.li.2.Ex quo eſt illud Tullij in ij.in Verrẽ actione,Idẽ iſte prætor monumẽta antiquiſsima par
tim regũ locupletiſsimorũ,quæ illi ornamẽto vrbibus eſſe voluerunt,partim etiã noſtrorũ impe-
ratorum,quæ victores ciuitatibus Siculis aut dederunt,aut reddiderunt,ſpoliauit.{& in 3. in eũ-
dem acti.Cogita,quo loco ſis:quid dare populo Rom.quid reddere maiorib.tuis debeas.}& lib.j.
Officiorũ.Duo inquit,ſunt genera liberalitatis:vnũ dandi beneficiũ,alterum reddendi.{& in ora
tione ad Equites Ro.antequã iret in exiliũ.Neq; enim peto,vt mihi detis vitã,ſed datã repeto,vt
reddatis.Et Plinius Iunior lib.epiſt.viij.ad Rufinũ epiſtola,cuius exordium eſt,Falſum eſt.Neque
reliquiſſe opes filiæ,ſed reddidiſſe quibus auctus per filiam fuerat.Et in Panegyrico:Ille illi impe-
rium dedit,tu illi reddidiſti. {Et huc quoque ſpectat illud Virgilij lib.2.Aeneid.

*—Illos patefactus ad auras*
*Reddit equus.* Vbi Seruius,reddit,inquit,quaſi debitor:vt
*Redditus his terris.* Et Horatius lib.carminum j.Ode 3.
*Nauis quæ tibi creditum*
*Debes Virgilium,finibus Atticis*
*Reddat incolumem precor.*}

*Redhibendi. Repetendi.*

Et idem de verbo redhibendi l.redhibere,in prin.ff.de ædi.edic.Atque etiam de verbo repetẽdi,
in rub.ff.ſi cert.pet.& in rub.ff.ſol.mat.& ibi doc.{Et apud Liuium li.iij.ſecundi belli Punici.Ap-
pius magno conatu nulla re geſta Meſſanam repetit:nam hinc paulò antè digreſſus fuerat.}Atq;

*Reſtituendi.*

etiam de verbo reſtituendi,glo.no.in l.mancipia,in verbo,aduocandum.{C.de ſer.fugi.quæ dicit
eam l.non habere locum niſi mancipium cum effectu aduocatum fuerit, ſcilicet ſi re vera fuerit,
propter verbum reſtituendi,quo ea lex vtitur.Cuius gloſ. autoritate doct.Iac.But.Fran.Rampo
Ang.Saly.Raph.Fulg.& Alex.in addi.Bal.ibi dicunt , quòd ſtatutum vt turbans aliquem in poſ-
ſeſsione puniatur certa pœna,& reſtituat poſſeſsionem,non habet locum,niſi in eo caſu quo po
teſt fieri reſtitutio,vt quia ablata eſt poſſeſsio.Et id ſequitur Roma.qui eam glo.ſing.dicit ſingu.
ccccxcj.ſtatutum puniens.& Phil.Dec.in l.j.col.iiij.nu.14. C.de eden.& conſ.cclix.viſis his, col.
pen.in fi.& conſ.cccccxl.quæritur,col.j.& conſ.591.tex.in l.j.col.j.verſ.& prædicta,& Hier.Gra-
tus conſi.lxiij.ex themate,col.ij.verſ.quinto confirmatur,lib.j.Quamuis aliud dicant Bal.& Pau.
Caſt.in d.l.mancipia.Sed tamen illam glo.dicit valde no.Soc.in l.de diuiſione,col.ij.verſ.ex qui-
bus infertur.ff.ſol.mat.& ex ea dicit quòd ſtatutum quo maritus debet lucrari partem dotis , &
partem reſtituere,non habet locum in dote promiſſa tantùm,& non tradita.De quo tamen vide
Saly.in l.ſi conſtante,col.2.verſ.nota ad quæſtionem.C.de donat.ante nupt.Ang.conſ.clviij.viſo
pũcto prędicto,& cõſ.180.ad euidentiã,col.j.in fi.& Alcia.in l.reſtituere.de verb.ſign.& quę nos
diximus in tracta.Retractuũ,in fi.nu.36.imò verò,& ſeq.& iterum nu.57.ideo ſunt.}Quibus ſuc

*Relabendi. Reuendendi.*

cinit illud Terentij in Andria, *Reſtitue in quem me accepiſti locum*.Et de verbo relabẽdi,Domi.cõſi.
cxxij.quia reuerende pater, ante fi.Et de verbo reuendendi,Bald.conſi. 495. punctus ſuper quo
ſunt infraſcripta ſtatuta,col.iij.verſ.tertius caſus lib.j.& Domi.d.conſ.cxxij.& Corn.conſ.338.vi-

*Recipiendi.*

detur primo aſpectu,col.vlt.ante fi.lib.j.{Et de verbo,recipiendi,habes tex.in l.cùm vir vxori. §.
mulier.ff.de dot.præle.cum dicitur,dotem enim recepiſſe eam magis, quàm accepiſſe. & in l. qui
ſic ſoluit ff.de ſolut.vbi ita ſcribitur,non alienantur nummi,qui ſic dãtur vt recipiantur.Et apud
Tullium in Catone maiore,cùm Salinator,qui amiſſo Tarenti oppido gloriaretur,& diceret,mea
opera Q.Fabi Tarentum recepiſti,certè,inquit ridens:nam niſi tu amiſiſſes,nũquam recepiſſem.
Et Liuius 3.decad.lib.7.vbi de eadem re loquens,neque enim,inquit,recipiendũ fuiſſet,niſi amiſ
ſum foret,& ante lib.ſcilicet 6.eiuſdem decad.de Syracuſis loquẽs,Vrbem recipi non capi.} Ideo
illa verba huc congruere non poſſunt,cum res donata ſemper manſerit in arbitrio , dominio ac
voluntate ipſius donantis,vt eſt tex.expreſſus in l.ſed interim,in princ.ibi,dominium apud eum
remanet qui donauit.ff.de donat.inter vir.& vxo.& in l.quæ iam nuptæ, eo.tit. vbi ita ſcribitur,
quæ iam nuptæ maritus donauit,viri manent.& in l.ſi id.in prin.eo.tit.vbi & ſimilis eſt text. {&
in l.à marito.C.eo.tit.}& in l.ſi liqueat,ibi,de cuius ſubſtãtia prohibente matrimonio non potuit
exire.C.de inoffi.donat.Et id quidem hinc clarè apparet,quia eam rem poteſt maritus non ob-

*Redit ad principale inſtitutum.*

ſtante tali donatione quibuſlibet obligare,vẽdere,& aliàs alienare.l.ſi maritus tuus.C.eo.& l.cùm
hic ſtatus.§.ſi maritus.ff.eo.& not.in c.vlt.ext.eo.quoq; tit.Et hoc argumenti genere vtitur Soc.
in alio tamen caſu loquens,in d.l.j.in fi.C.de pact.vt ſcilicet neceſſe ſit vt res donata facta fuerit
ipſius donatarij,vt hæc l.habeat locum,propter verbum reuertatur,quo ea vtitur,quod & ſimili-
ter facit Ant.Rub.conſ.xcix.viſo caſu,col.j.verſ.ſecundò videtur.& Iaſ.conſ.cliij. in cauſa mota,
col.antepe.verſ.nonò principaliter,li.2.Et generale eſt,vt quibus verba legis non conueniunt,lex
ipſa locum non habeat.l.iiij.§.toties.ff.de damn.infect.cum ſi.à me ſuprà adductis in prin.huius
gloſſ.

glo.{Quanquam contra hanc rationem videtur eſſe tex.in l.ſi inter.ff.de reb.dub.quę vtitur verbo,redeundi,in donatione viri & vxoris,cùm ibi dicitur,ſi inter virum & vxorem donatio facta fuerit,priore defuncto,cui donatũ eſt,ad eum res redit,qui donauerat.Et tex.qui loquitur in noſtro verbo,reuertendi,in l.ſi poſtulauerit.§.pe.& ibi gl.in verbo,reuerſum.ff.de adul.vbi reuerſuros pro remanſuros ponitur,niſi dicas in illis locis vtrunq; impropriè poni,vt aliquando de verbo reddendi ſcribitur in l.verbum reddendi.ff.de verb.ſign.vbi glo.& cæteri,& præcipuè Alciat.}

*Quod ab initio nullum eſt amplius retractari non poteſt.*

113 ¶Illam tamen rationem ita confirma:nam quod nullum eſt iam ab initio,cuiuſmodi eſt hæc donatio,amplius annullari,retractari,reuocari,rumpi,infringi,reſcindi nõ poteſt.l. nam & ſi ſub cõditione.ff.de iniuſt.rupt.& irri.teſta.Igitur hæc l.quæ reuocat,retractat,infringit donationes, non poteſt procedere in iſtis donationibus ex ſe nullis.Ideo & in ſimili Pau.Caſtr.conſ.lxxxij.in iſta donatione,in ij.dubio.lib.ij. hac eadem ratione conſuluit , quòd ſtatutum requirens conſenſum propinquorum in contractibus minorum aut mulierum, non habet locum in donatione viri & vxoris,vtpote quæ ſit nulla & inutilis.de quo nos latius diximus in noſtris commentariis conſuetudinum,in eo §.in quo leges connubiales conſcripſimus,in gl.3.in j.q.ad fi.Et hoc quoq; confirmatur,quòd ſemper aliàs vbi fit mentio de re quapiam,videlicet contractu,inſtrumento, ſententia,teſtamento,& id genus aliis,intelligitur de validis & vtilibus. l.iiij.§.condemnatum. & ibi docto.ff.de re iudic.& l.2.§.j.ff.quemad.teſt.ap.cum multis ſimi.& concord.à me adductis in noſtris illis commentariis conſuet.tit.2.§.j.in gl.2.in 2.q.& iterum tit.xxix.in §.j.in gl.2.in 2. declar.

*Donatio inter uirũ & uxorẽ liberè poteſt reuocari. Qui habet cõmune auxiliũ non debet ei tribui extraordinarium.*

114 ¶Superioribus quoq; rationibus addi & hæc poteſt.Nam donatio inter vir.& vxor.liberè poteſt reuocari & tacite & expreſsè.d.c.vlt.de dona.& l.à marito.C.de don.inter vir.& vxo.cum ſi.cum igitur donans munitus ſit communi auxilio,& mero iure atque ordinario,cum libitum fuerit,nõ debet ei tribui auxilium huius l.extraordinarium,aut(ſi mauis loqui cum Tullio,lib.v.epiſtol. ad Atticum)extraordinarium,quanquam & extraordinarium etiam ſit verbũ ipſius Tullij in actione in Verrem iij.non ſemel,& iterum in iiij.& vij.& in oratione ad Pontifices pro domo ſua, & in epiſtola ad Brutum,& in Phil.3. iterúmque in xj.ſæpiſsime,& in oratione pro P.Seſtio,& pro Roſcio Comœdo.Sequitur,inquam,non competere hoc remedium extraordinarium quidem & exorbitans à iure communi,vt ſuprà plenè probauimus.l.in cauſæ,la ij.in princ.ff.de minor.cum ſi.nam & videmus remedium inofficioſæ donationis aut teſtamenti , quod huic eſt admodum confine & cognatum,non tamen adeò extraordinarium,nec exorbitans,non competere,vbi alio remedio conſulitur.l.Papinianus.§.ſi quis impubes.ff.de inof.teſta.& §.tam autem,Inſtit. eo. tit. Idq; etiamſi aliud quoq; extraordinarium remedium competit, videlicet reſtitutio in integrum propter improbabilem donationis enormitatem, aut donantis ætatem non legitimam.l. ſi filius, & ibi Bal.& l.cùm donationibus.C.de inoffi.dona.Adeo hęc remedia ſunt extraordinaria,vt aliis etiam extraordinariis cedant.Nam & Bal.ex d.l.ſi filius , no. remedium magis extraordinarium ceſſare ob minùs extraordinarium.Ad quod etiam illum text. expendit Soc.conſ.clxxvij.ſuprаſcripti,col.3.verſ.confirmatur iſta op.lib.ij.& Iaſ.qui eum tex.dicit ad hoc no.in l. in prouinciali. §.ſed ſi in loco,col.pen.verſ.vltra Bart.ff.de no.op. nunti. quanquam id non admittit Zaſius in ſuis ſingularibus intellectibus iuris, quo loco ordinariorum & extraordinariorum naturam explicat.Sed ego prioribus accedo.Idq; præſertim obtinet,cum non plenius ſiue vberiùs,nõ breuiùs ſiue expeditiùs,non aliàs vtiliùs aut commodiùs,huius l.remedio ſuccurratur,quàm illo ordinario,ſi pater ipſe voluerit,in cuius voluntate & arbitrio eſt vtrunq; remedium.Quam ob rem nõ obtinet quod ſcribitur in l.3.§.ex hoc edicto.ff.nau.caup.ſtab.& in c.ij.& ibi gl.{in verbo confeſſione.}de in integ.reſt.lib.6.& in gl.l.vlt.C.ſi aduer.rem iud.& apud Pau.Caſt.in d.l.ſi filius, loquentem in caſu illius l.{Pan.in cap.ex parte,col.vlt.de reſcrip.}

*Remediũ magis extraordinarium ceſſat ob minùs extraordinariũ.*

*Quid ſi nõ reuocet camſuſceptis liberis.*

115 ¶Denique ſi pater ſuſceptis liberis non expreſsè reuocet, quod liberè facere poteſt etiã non ſuſceptis,euidenter oſtendit,eo ſemper animo vel à principio donationis fuiſſe, vt ſi de liberis cogitaſſet,nihilominus donauiſſet,ar.l.iij.C.de inoffi.teſt.Super quo vide quæ dicam latiùs infrà,in verb.donatione largitus,quo loco differemus de donatione cauſa mortis,quæ ſimiliter eſt reuocabilis.Sed hæ poſtremæ rationes tunc tantùm locum haberent,ſi liberi naſcerentur patri viuẽti, non etiam ſi mortuo,aut ignoranti vxorem ſe prægnantem relinquere.

*Hæc lex non habet locum in donationibus uiri & uxoris.*

116 ¶Hæc omnia eò ſpectant,vt non habeat hæc l.locũ in donationib.viri & vxoris,quæ fuit Corn. Alex.& Fran.Ripæ vbi ſuprà,ſententia,vt iam diximus.Tamen Fran.& Soci.viri maximæ inter recentiores ſcriptores autoritatis,dum aliud agunt,poſſent pleriſq; videri fuiſſe diuerſæ ſententię vt ſcilicet hæc l.obtineat etiam in donatione facta vxori.Nam in l.moribus,quæ eſt ij.vterq; col. pen.citant in ar.hanc noſtrã l.ad excluſionẽ matris ob liberos,in caſu de quo loquuntur.Verùm ne quis in hoc erret,non in id aduocant hanc l.vt filij præferantur vxori ob illum parentum in filios amorem & affectũ,quo l.noſtra innititur,ſed ad alium finem,vt ibi videre licet,ne hîc fruſtra immoremur.Sed quod minimè ambiguum eſt,ipſe Franc. Ripa ſibi contrarius in hac ipſa l. in xlviij.q.apertè tenet hanc l.obtinere in huiuſmodi donationibus,ea ratione motus,quòd vxor donataria,vt eſt ſexus vitio ac natura mobilis,poterit conuolare ad ſecundas nuptias, & ita filij defraudabuntur.Cui tamen rationi ſuprà reſpondimus ex Corn.ſentẽtia.Sed & in hac ſententia videtur fuiſſe Ant.Rub.conſ.cxj.viſo inſtrumento.vbi nuncupatim loquitur de donatione facta vxori,& præſupponit eam reuocari,niſi aliud obſtet,quanquã hanc rem ſpeciatim nõ diſputat.

¶Et pro



*Non eſt ueriſimile teſtatorẽ magis diligere uxorẽ quã liberos.*

*Hæc lex habet locum in uxore ſubſtituta filio.*

117 ¶Et pro hac opi.facit vltra rationem Ripę,quod ſcribit Ang.legum interpres celeberrimus conſ. cxliij.ad primum dico,col.j.non eſſe veriſimile quòd quis diligat vxorem magis quàm liberos, per l.cùm acutiſsimi.C.de fideic.& l.generaliter.C.de inſtit.& ſubſt.ita ſentiens eas leges ex quibus gl.hîc,& omnes vbique aſſumunt depromúntq; rationem & animam huius noſtræ l. habere locum etiam in vxore ſubſtituta filio,vt videlicet non ſit locus ſubſtitutioni vxoris,ſi filio inſtituto naſcantur liberi.In qua ſententia ante Ang.fuit glo.in l.Lucius,& ibi Bart.col.j.ff.de vulg.& pupil.vbi dicunt non præſumendum patrem præferre vxorem filio , ſed potius filium vxori.& allegat etiam Bart.d.l.cum acutiſsimi,& l.cùm auus.ff.de cond.& demon.& idem quoque voluit etiamq l.in l.precibus,in gl.vlt.in fi.{& ibi item Alb.col.3.nu.67.in fi.& Bal.etiam in fi.}C.de impu.& ali.ſubſt.& Bart.in l.2.in prin.col.vlt.verſ.quartò dixi,& ibi etiam recentiores.ff.de vulg.& pupil.Calca.conſ.xxviij.viſo dicto caſu,col.ij.verſ.quartò idem dicit.Alex.conſ.lxviij. viſo teſtamento,col.3.verſ.& pro hoc etiam,lib.2.Fran.Aret.conſ.xl.præſupponitur in facto,col.2. verſ.in contrariũ.& iterũ conſ.clxvij.eodémq; vltimo,elegãter & ſubtiliter,col.j.quibus locis etiã allegat d l.cùm acutiſsimi.& ipſe Corn.conſ.239.incip.videtur prima facie.col.ij.li.ij.vbi & citat d.l. cùm acutiſsimi.& Iaſon in l.ſi pater,ante fi.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& Steph.Bertr.conſ.397. ponitur in facto,col.vlt.li.j. & cõſ.xl.cuius eſt ſimile initiũ,nu.3.li.2. Ex quo fit quòd non abſimili ratione hæc l.quæ ex illis legibus deducta eſt,locum etiam,vt illæ,obtineat in huiuſmodi donationibus.

*Contrarium prioribus.*

118 ¶Verùm illę leges,quæ illorum ſunt vnum aut præcipuum fundamentum,nihil omnino loquuntur de marito & vxore,& contra ea quæ dicunt, ἐκ διαμέτρου pugnat id quod dicit Bart. ſibi in hoc contrarius,in l.pater Seuerinam.§.Socrus.ff.de condit.& demon,coniuges ſe inuicẽ plus diligere,quàm proprios filios.Cui ſubſcribit tex.in l.lex quæ tutores, verſ.lex enim non ſolùm. C. de admi.tut.& quod per illum tex.dicit Bal.in d.l.precibus,col.v.verſ.quid ergo ſi petiit non idoneos.C.de impube,& ali.ſubſt.Et quod apud Quintilianum iuniorẽ,ſi is eſt,decla.vj.pater quiſpiam dicit,Filium & virum habere non poteras,reddidit tibi quem magis amabas,ſcilicet virum. Nam ſubdit:Siſte iam lachrymas,maritum reducem & incolumem accipe.Et quæ ſuprà diximus in prin.huius q.Ideoq; & Fran.Ripa qui vtrãq; op.diuerſis in locis ſecutus eſt,vt ſuprà diximus: alicubi tamẽ de hoc dubitauit,videlicet in hac ipſa l.in 14.q.in fi.Adeò ſibi malè conſtat in hac re.

*Effectus donationis inter uirum & uxorem.*

119 ¶Nec omiſerim quoſdam,vt audio,eſſe maximi in Gallia nominis,qui de hac re conſulti reſpondére id eſſe ſuperuacuum quærere,quoniam huiuſmodi donationes quę morte confirmantur,habeant vim relicti ſiue donationis cauſa mortis{aut vltimæ voluntatis,}per not.per gl.& docto.in auth.ex teſtamento.C.de colla.& in l.filiæ cuius.C.fami.herciſ.& in l.vlt.C.de vſuc.pro donat.& in l.ij.§.filium,in verbo,pro hærede,& ibi Ang.ff.de vſuca.pro hæred.{& Bal.conſ.xxix.caſus,vir donauit,col.ij.verſ.ſolutio iſtam quæſtionem,lib.j.}In quibus negant locum eſſe huic l.Quos ſatis refellit ea ratio,ſi nulla alia eſſet,quòd donationes factæ in vltima voluntate aut cauſa mortis inter virum & vxorem,iam ab initio valent,vt quęuis alia donatio facta cauſa mortis inter extraneos:vt de vltima voluntate eſt tex.in l.vlt.ff.ſi quis ali.teſta.prohi.& in l.ij.& ibi glo.Bart.& alij ff.de dot.præleg.& in l.j.§.pen.ff.de hæred.inſtit.& in l.vxori vſumfructum.& l.vxori meæ.ff.de vſufruct.leg.& in l.vxori,in prin.& in §.j.ff.de leg.3.& in l.ſi ita ſcriptũ,in prin.ff.de lib.& poſth. & in l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.{& auth.præterea,in fi.C.vnde vir & vxor,& l.j.§.ſciendum.C.de rei vxor.actio.}& in c.ſi pater.& ibi Pet.Anch.in iiij.not.de teſta.lib.vj. & voluit Bald.in l.j.col. x.verſ.viſo de eſſentia.C.de ſumma trini.& Rom.conſ.xxxix.in propoſita{quæſtione,col.j.verſ. quintò quia video.Soc.conſ.lxxv.difficultatem,col.j.li.3.& Phil.Dec.cccccxl.quæritur in effectu, in prin.& doct.vbique.}

*Confirmatio eiuſdem.*

120 ¶De donatione autem cauſa mortis,eſt tex.in l.ſed interim.§.j.& in l.vxori ſuæ , & in l. {ſi eum ſeruum.§.vlt.& l.}ſi cum qui.§.ex quibus,& in l.quod autem.§.vlt.& duabus ll.ſeq.ff.de dona.inter vir.& vxor.& in l.vbi ita donatur.ff.de donat.cauſ.mor.{& in l.ſi mulier,in prin.ff.de leg.iij.} & voluit Pau.Caſt.conſ.lxj.notandum eſt primò quòd licèt,poſt prin.lib.2.& iterum conſ.lxxv. notandum eſt quòd præfatum,in fi.co.lib.2.& Alex.qui hoc aſſerit indubitanter procedere,cõſi. clij.in cauſa & lite,col.iij.verſ.etiam ſi rectè,lib.vj.& Corn.conſ.cxxiiij.licèt in hac conſultatione, col.j.lib.4.Fran.Aret.conſ.lxxiiij.diligenter & maturè,col.ij.verſ.ſecundò quia ſi iſta, & col. ſeq. verſ.non obſt.præmiſsis.& Phil.Dec.conſi.cxcvj.in caſu propoſito,col.j.ver. ſed tamen his non obſtantibus.Quanquam in hoc vltimo fuerunt qui diuerſum cenſuerunt, vt plenè tetigimus in noſtris commentariis in conſuetudines Pictonum.tit.xiiij.§.x.in gl.j.in viij.fal. Sed ij quidem errant toto cælo,quando pro priori ſententia inter alios tex.vnus ſit omni luce clarior in d.l.quod autem.§.vlt.cuius hæc verba ſunt,inter virum & vxorem mortis cauſa donationes receptę ſunt. Et ſi hoc eſſet dubium,quod minimè eſt,tamen ſatis conſtat donationem inter virum & vxorẽ non ſemper habere vim,quam habet donatio cauſa mortis:nam illa per ſolam rei donatæ obligationẽ reuocatur.l.cum hic ſtatus.§.ſi maritus.ff.de donatio.inter vir.& vxor.& l. ſi maritus tuus. C.cod.& l.Mæuius.§.fundo.ff.de lega.ij.Hæc autem minimè ſecundum Ioan. Fabrũ, in §.reſcripſerunt,Inſtit.de legat.

*Donationes inter uirũ & uxorem ha=*

121 ¶Non negauerim tamen hanc donationem inter virum & vxorem in quibuſdam habere vim legati aut fideicommiſsi,quod iam ſuprà diximus,vt quoniam morte confirmantur,in ea ſit locus Falcidiæ,ſicuti in legato.l.cùm hic ſtatus.in princip.ff.de donat.inter vir.& vxor.& l. in donationibus.

*bent uim legatorum.*

nibus.C.ad l.Falcid.Sed hoc ſanè non trahendum eſt ad omnes caſus,vt etiam ex iam dictis cōſtat.Et quia etiam videmus quòd licèt tex.in d.l.in donationibus,nuncupatim dicat,quòd hæ donationes funguntur vice fideicommiſsi,tamen non veniunt in fideicommiſſum vniuerſale , niſi ſint in teſtamento nominatæ,vel id nominatim ſit dictū.l. ſequens quæſtio.& ibi Bart. qui eum tex.dicit ſing.& alij.ff.de lega.ij.& voluit Bald.in l.j.in ij.lect.col.iij.eod.tit.& in d.l.in donationibus,& ibi quoque Barb.in addi.illius,qui etiam dicit ſing.ad hoc d.l.ſequens quæſtio,& ibi item Corn.qui ex hoc dicit id quod ſuprà diximus,videlicet eum tex.in d.l.in donationibus,non procedere quantum ad omnia.& idem Bald.poſt Dyn.in l.filium,col.viij.verſ. ſecundo op. C.famil.herciſ.& Ang.qui etiam illum tex.dicit ſing.in l.vlt.ff.de vſucap.pro hæred.& ante hos Ioa.And.in addi.Spec.tit.de dona.§.j.col.2.

*Differentia huiuſmodi donationum à legato, ſiue fideicommiſſo.*

122 ¶Nam & in aliis multis caſibus differunt huiuſmodi donationes à relicto ſiue legato, aut fideicommiſſo.Nam primò,hæ donationes(quod iam diximus)reuocantur per ſolam rei donatæ obligationem,non etiam legata.l.iij.C.de lega.§.ſi rem.inſtit.eo.Secundò,in his donationibus requiritur traditio aut vera aut ficta.l.Papinianus.ff.de donat.inter vir.& vxor.De qua tamen latè diximus in noſtro tractatu conſtituti,in j.parte,num.48.hinc etiam fit,& nu.52.nec interim, non itē in legato aut relicto,aut alia vltima voluntate.{l.à Titio.ff.de furt.& l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.ff.de lega.j.& l.j.in fin.cum l.ſeq.iuncta gl.ff.de Public.in rem actio.& l.ſi mortis cauſa donatio,in verbo,vendicare, & ibi glo.ff.de donatio.cauſa mor. cum aliis concord.adductis ab Alex. in l.2.ff.de lega.j.& voluit etiam } Spec.tit.de donat.§.j.col.vlt.verſ.donatarius.Bal.in l.ſi mortis. C.ad legem Falcid.& in l.vt hæredibus.ff.de legat. iij.{& in l.ſi emancipatis.C.ſi quis alteri vel ſibi.} & Ang.in l.j.col.iij.in auth.de hæred.& Falcid.& Franc.Aret.conſ.lxxiiij. diligenter & maturè. col.pen.verſ.venio ad quartum. & ſatis declaratur ex not.per Barto.& alios in l.ij.ff. de donat. cauſ.mort.cum ſimil.Tertiò hæ donationes non requirunt aditionem hæreditatis,gl.in d.l.filiæ cuius,in glo.j.in fi.C.famil.herciſc.& ibi docto.ex quibus Ang.negat eſſe meliorem in iure,ſed & eam dicit not.& ſing.quanquam alia eſt in l.poſt legatum.§.qui mortis,in verbo,legatario,in fin.ff.de his quib.vt indig.& voluerunt etiam doct.in d.auth.ex teſtamento.C.de collat.Bart.& Bald.in l.1.per illum tex.C.de donat.inter vir.& vxo.& Bald.{in l.ij.§.ſi quid.ff.de condit.indebit.&}in l.j.in ij.lect.col.iij.ff.de leg.2.& Pet.Iacob.tit.de in integ.reſti.vt poſ.agi.reſciſ.perſo.acti.char.pe.verſ.ſecundò differunt.Et eſt bonus tex.in d.l.ſequens quæſtio,vbi hoc not.Bart.& Bald.ff.de lega.ij.

*Legata neceſſariò requirūt aditionē.*

Legata autem neceſſariò requirunt aditionem.l.eam quam , & ibi not. C.de fideicom.& l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.ff.de leg.j.cum ſim.Quartò,huiuſmodi,donationes requirunt inſinuationē,ſi excedunt quingentos aureos.l.donationes,quæ eſt antepen.C.de donatio.inter vir.& vxor.& tenet Petr.Iacob.vbi ſuprà.& Bald.in d.auth.ex teſtamento,col.ij.verſ.conclude ergo quòd ſimplex.C.de collatio.& Saly.in l.illud,circa medium,eod.tit.Non etiam legata,vt per Bal.in d.auth.ex teſtamento,vbi ſuprà.& Petr.Iacob.tit.de condi.ex leg.quæ pro re dona.compe.col.iij.verſic.item nec in vltima,ſicuti nec donatio cauſa mortis.l.vlt.& ibi Bart.Bal.Saly.& Ang.C.de donat.cau.mor.Quintò,ex his donationibus non oriuntur tres illæ donationes quæ dantur pro legato ex l.j.C.commu.de lega.ſecundum Bal.in d.auth.ex teſtamento,vbi ſuprà.Sextò,in confiſcatione bonorum donatoris non veniunt res donatæ inter virum & vxor.ſicut res legatæ.l.ſed ſi mors,in prin.ff.de donatio.inter vir.& vxo.quem ad hoc dicit vnicum in iure,Bal.in l.executorem,col.x.verſ.quæro,quidam timens.C.de exec.rei iudic.& in ſua marga.in verbo,donatio,col.2.verſic.donatio quæ morte confirmatur.& Paul.Caſt.in l.poſt contractum,in vlt.verbis.ff. de donat. & Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.j.col.pen.in prin.ff.de verb.oblig.Eſt tamen illi ſimilis in l. res vxoris,& ibi not.Ang.C.de dona.inter vir.& vxo.& in l.3.§.ſed vtrùm,verſ.nec eo mouemur.& ibi not.ff.de minor.& voluit etiam Bart.in d.l.poſt contractum,col.iij.verſ.& prædicta vera,& ibi recentiores.& Bal.in d.auth.ex teſtamento,vbi ſuprà.Septimò,quia quando hę donationes confirmantur morte,retrotrahuntur ad tempus donationis.d.l.antep.C.de donat.inter vir.& vxor. & l.ſi mortis cauſa inter.ff.de dona.cauſ.mort.& l.ſi is ſeruus,& ibi Bart.ff.de donatio. inter vir. & vxo.Non item legata.d.l.antep.& iterū l.ex verbis,& ibi Bal.in prin.C.eo.tit.Quod tamen intelligas,vt illa donatio retrotrahatur quò ad dominium,ſed non quò ad fructus,vt not.in d.l.antep.& in l.talis ſcriptura.§.vlt.per gl.& doct.ff.de leg.j.& per{Bal.in l.ſi eum ſeruū.§.inter virū. ff. de donat.inter vir.& vxor.}Pau.Caſt.in d l.ſi mortis cauſa.Licèt ſit ſecus in donatione cauſa mortis.l.ſi mulier,quæ eſt iij.§.ſed ſi habenti,& ibi Bal.ff.de leg.3.Ex quo etiam vides aliud diſcrimen inter huiuſmodi donationes.Sed tu tamen hîc vide Bar.in l.j.§.j.ff.de vſuc.pro dona.Bal.in l.vlt.col.j.verſ.modò quæritur.C.eo.tit.Ang.in l.ſub conditione,circa medium.ff.de ſol.& Fran.Aret.conſ.xvij.conſideratis,col.viij.verſ.venio nunc ad ſecundum.Octauò,hæ donationes confirmantur morte ciuili donantis.d.l.res vxoris.& ibi Ang.& d.l.ſed ſi mors.in prin.ff.eodē,& Io.And.in c.vlt.& ibi quoq; alij,præſertim Iac.Zoch.qui hoc plenè diſputat,extra de dona.inter vir. & vx.& Barth.Cepol.hæc ſunt magna ex parte,in l.vlt.col.xxiij.in paruis,verſ.& huiuſmodi donator,cū multis ſeq.C.de vſuc.pro don.& omnes propè,quos citauimus in vj.differentia.Aliud in legatis,l.eius qui.ff.de teſta. Nonò, in huiuſmodi donationibus nec traditio quidē valet,vt ſcilicet ex ea transferatur dominium.l.3.§.ſciēdum,& ibi Bal.ff.de dona.inter vir.& vxo.At in legato ſecus,per l.Lucius,le j.ff.de leg.ij.{& latè diximus in d.tracta.conſtit.in 2.parte amplia.xxiij.}Et idē de dona-

*Donatio inter virū & uxorē retrotrahitur quo ad dominium. Secus quoad fructus. Aliter in donatione cauſa mortis.*

*In donationibus inter vi-*



*rum & uxorē traditio nō eſt modus efficax transferendi dominium.*

-tione cauſa mortis tradit Bald.in l.ſi eum.§.inter virum.ff.de donati.inter vir.& vxor.Decimò,quia in iſtis donationibus ſufficiunt duo teſtes:in legatis autem aut ſeptem aut quinque, iuribus vulgatis:& hanc differentiam ponit Pet.Iacob.vbi ſuprà, de in integ.reſtitu.&c. Ex quibus planè conſtat quòd ſuprà diximus , non rectè inferri ex legato ſiue relicto ad donationem inter virum & vxorem.Nec tamen tam certum atque indubitatum eſt,quàm illi exiſtimant,id videlicet,non eſſe locum huic l. in donatione cauſa mortis aut in legatis , vt patebit ex his quæ dicemus in verbo,donatione largitus.in xiij.quæſt.& ſeq.in quibus hæc latè tractabimus.

*Tria libertorum genera.*

123 ¶Et hîc huius gloſſæ finis eſto, dum priùs aliquid de huiuſmodi libertorum appellatione dixerimus,quod ad multorum in iure noſtro locorum interpretationem pertinet. Caius, ſi is eſt,lib.1,inſtitutionum.c.j.tria libertorum genera fuiſſe tradit.Nam aut ciues Romani ſunt,aut Latini, aut Deditícij.Ciues Romani ſunt,qui iis tribus modis,id eſt teſtamento,aut in eccleſia,(ita enim vulgò legitur,id quod de autoris nomine inter alia multa me dubium facit. Alciatus autem æde ſacra legit)aut ante conſulem fuerint manumiſsi.Latini ſunt, qui per epiſtolam , aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittuntur. Deditícij verò ſunt , qui poſt admiſſa crimina ſuppliciis dediti,& publicè pro criminibus cæſi ſunt,aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia aut igne vel ferro impreſſa ſunt,& ita impreſſa,vt deleri nō poſsint.Hi ſi manumiſsi fuerint, Deditícij appellātur Sed inter hæc tria genera libertatum, ideo Ciues Romani meliorem ſtatum habent,quia & teſtamenta facere,& ex teſtamento quibuſcunque perſonis ſuccedere poſſunt.Nā & Latini & Deditícij nec teſtamenta condere , nec ſibi ex teſtamento aliorum aliquid dimiſſum poſſunt vllatenus vendicare.Tamen Latini certis rebus priuilegia Ciuium Roma.libertorū conſequi poſſunt.Deditícij verò nulla ratione poſſunt ad ciuium Roma.libertorum beneficium peruenire.Nam Latini patronorum beneficio,id eſt, ſi iterum ab ipſis aut teſtamento, aut in eccleſia,ſiue vt legit Alciat.æde ſacra, aut ante conſulem manumittuntur:ciuium Romanorum priuilegia conſequuntur.Hæc ille.Ex quibus eſt illud Auſonij:

*Ciues Romani.*
*Latini.*
*Deditícii.*

*Triplex libertas, capitiſque minutio triplex.*

*Triplex libertas.*

Et ex iis quidem datur lumen Cornelio Tacito ſcribenti lib. 13. eos qui vindicta manumiſsi non eſſent,aliquo velut ſeruitutis vinculo teneri.Ex quo potes intelligere ſolos vindicta manumiſſos, Ciues Romanos fuiſſe. De qua re etiam ſcribit Alexander ab Alexandro vir & legum & literarum humanarum doctiſsimus,in lib.genialium dierum.iiij.c.x. De his autem tribus libertorū generibus habes in iure noſtro.C.de Dedi.liber.tol.& tit.ſeq.de Latina liber.tol.& in §. libertinorū, Inſtit.de liberti.& in §.vlt.Inſtit.de ſucceſs.libert.& in auth.vt liber.de cætero. §.j.In quibus locis eas differentias Iuſtinianus ſuſtulit.Tu autem interim vide Angelum Politianū,qui Miſcellaneorum centuria j.cap.lxxxiij. quædam adducit ex Græcis inſtitutionibus huc admodū pertinentia.

*Orcini liberti*

124 ¶Nec prætermiſerim Orcinos quoſdam libertos in noſtris legibus memorari,vt in l.tutela.§. planè,in ij.locis.ff.de legit.tut.& in l.duo ſocij, ff. de hæred.inſtit.& in l.iiij.§.hi qui ad libertatem.& iterum in l.cùm quaſi.§.quærendum.ff.de fideic.liber.& in l.ſi is qui,in ij.locis,eod.tit.& in l.ij.in prin.ff.de ſtatulib.& in l.dominus ſeruum,in prin.duobus locis.ff.de pecul. lega. { & in l.ij.§.per contrarium.ff.de dot.prælegat.}& in l.qui ob necem.ff.qui ſine manum.ad libert.per. & in l.cùm teſtamentum.C.de iuris & fact.ignor.& in l.directis.C.de teſtam.manum.& in l.j.§.ſed & ſi ſub conditione.C.de Lati.libe.tol.& in §.qui autem.Inſtit.de ſing.reb.per fideicom.relict. Nec tamen ſatis apertè intelligitur qui ij ſunt.Nam gl.in d.§.hi qui ad libertatem, exponit Orcini , id eſt teſtatoris.Et ſimiliter gl.in l.inteſtato.§.quòd ſi necem.ff.de ſuis & legit hæred. & in l.ij. C.de munic.& origi.lib.x.Glo.autem in d.l.dominus ſeruum.& in d.§.plane , & rurſum in d.l.qui ob necem,itémque in l.cùm verò.§.ſubuentum,in verbo,directo.ff. de fideic.libert. dicit eos eſſe Orcinos,qui directò manumiſsi ſunt.id quod etiam voluit gl.in §.j.in verbo,aditu,& in gl.ſeq. Inſtit. de eo cui liber.cauſ.bon.addi.vbi & illud quoque dicit quod gl.ſuperior.Sed & glo.in d.l.cùm teſtamentū,dicit Orcinum ſic dictum ab orco,id eſt manumiſſum ab eo qui tendit ad orcū,ſiue ad mortē.vel ab orthos quod eſt rectum, quia directè eſt manumiſſus.Quod & idem dicit gl.in d.l.directis.C.de teſtam.manum.vbi ſubdit hinc orthodoxum dici.& etiam gl.in dicto §. qui autem, vbi præterea dicit quòd poteſt dici ab orce,id eſt capio , quia multa capiunt manumiſsi in teſtamento.Alexander ab Alexandro in opere nuper citato lib.3.cap.25.ſcribit quoſdam arbitrari orcinos libertos eſſe,quos teſtator poſt obitum liberos eſſe iuſsit,ita vt hæres patronatus ius haberet,non ipſe teſtator:nec aliud dicit.quod eſt contra primā illam gl.& tex.in d.§.qui autem,quem poſtea ſubiiciemus.Alciatus lib.Prætermiſſorum primo tradit Orcinum libertum dici,qui directā libertatē accipit,& quoſdā ita dici idcirco tradidiſſe,ꝙ ab his manumittātur,qui ad orcum tēdunt. Sibi autem placere vt orthinum legamus,quoniam ὀρθὸς directum ſignificat.hinc orthodoxi,qui rectæ ſunt opinionis in diuinis.Tametſi in Græcis ſcholiis iuris ciuilis etiam ὀρχινος ἀπελεύτερος legatur,id eſt orcinus libertus,non orthinus.Cælius Rhodiginus lib.antiquarum lectionū vj.cap.18.{prioris editionis,& lib.x.cap.quoque xviiij.poſterioris,}Orcinos,inquit, libertos Iureconſulti ipſius teſtatoris interpretantur, qui iam ſit in Orci familiam aſcriptus , & in peculio Proſerpinæ connumeratus,{quod iiſdem prope verbis ante eum ſcripſerat Beroald. in cōmentariis Apuleianis lib.3.& nouiſsimè quoque voluit vir eruditiſsimus,Gyraldus de Diis Gentium , lib. 6. vbi de Plutone diſſerit,qui Orcus quoque dictus eſt.} Noſtri legum interpretes paſsim videntur intelli-

*Orcinus libertus, unde dictus.*

*Pluto orcus dictus.*

gere Orcinos dictos qui directã libertatẽ nanciſcuntur:vt præter glo.vbi ſuprà, voluit Benedict. de Plumbiin l.ſi is cui.ff.de fideicom.lib.& in d.l.ij.ff.de ſtatuliber.dum trahit text.illos loquentes in Orcino ad libertatem directam.Et Alber.in ſuo lexico,in verbo, Orcinus,dum allegat illas glo.{Ioan.Fab.in d.l.directis.C.de teſtam.manumiſſ.}Paul.Caſt.in d.l.cùm teſtamẽtum.C.de iuris & fact.ignor.& ante hos Azo in ſumma tit.de teſta.manumiſſ.poſt princ. Cuius hæc propemodum verba ſunt:Directò quis videtur relinquere libertatem,cùm non ab alio ſeruũ manumitti rogat,ſed velut ex ſuo teſtamẽto ei libertatem vult competere. Et dicitur talis ſeruus Orcinus, quia manumiſſus eſt ab eo qui tẽdit ad Orcũ,vel ab orthos,quod eſt rectũ,quod eſt melius. Hæc ille.quæ apertè videtur probare text.in d.§.hi qui ad libertatem,cum dicitur,vt qui directã libertatem acceperunt,Orcini ſint liberti. Et in d.§.qui autem, vbi ita ſcribitur, qui ex fideicommiſſi cauſa manumittitur,non teſtatoris fit libertus,etiam ſi teſtatoris ſit ſeruus,ſed eius qui manumittit.At is qui directò teſtamento liber eſſe iubetur,ipſius teſtatoris libertus fit,qui etiã Orcinus appellatur.Et in d.§.quærendum,ſic quoque ſcribitur,Erit igitur libertus Orcinus, non eius qui fideicõmiſſariam libertatẽ debebat.Quinetiam ſcribitur in l.hi quibus.C.de fideicom.liber.quòd hi quibus per fideicommiſſum libertas ſupremis iudiciis relinquitur,eorum liberti efficiuntur,à quibus manumittuntur.Cæterùm in d.l.cùm teſtamentum.C.de iuris & fact.ignor.fit diſcrimen inter libertum Orcinum,& proprium ipſius hæredis.vbi & hoc annotat Pau.Caſt. Et hæc quoque ſatis declarat d.l.directis.Ex quibus conſtat Orcinũ dici libertum teſtatoris, quoniam ei ex ipſius teſtatoris ſola diſpoſitione ipſo iure libertas competat,non expectato aliquo facto,aut etiã voluntate hæredis:licèt ſecus ſit in fideicommiſſaria:vt etiam probatur in d.§.ſubuentum, atque etiam in l.ſi ſeruus,& l.ſi ancillam.C.de fideicom.libert.& in §.directo,Inſtit.de ſing.reb. per fideicom. relict.vbi ita ſcribitur,Directò libertas tunc dari videtur,cùm non ab alio ſeruum manumitti, ſed velut ex ſuo teſtamento libertatem ei cõpetere vult.{Cæterùm paucis ante diebus in lucem editus libellus,cuius titulus hic eſt,Tituli ex corpore Vlpiani,in quo & tit.eiuſdẽ ij.hęc ſcripta ſunt: Is qui directò liber eſſe iuſſus eſt,Orcinus fit libertus:is autem cui per fideicommiſſum data eſt libertas,non teſtatoris,ſed manumiſſoris fit libertus.} Ex quibus planum fit non eſſe veram illam ſententiam quam Alexander ab Alexan.retulit.Sed ex iis omnibus propè iuribus de Orcino loquentibus vides Orcinum fieri ex teſtamento,vt nõ abs re dici poſſit vel Orcinus ab Orco, vel Orthinus à directo.Porrò Petrus Crinitus in quadam epiſtola ad Alexandrũ Sartium,cuius initium eſt, Nimis tu mihi, ſcribit inter capita ſecundæ Centuriæ Angeli Politiani,quam in lucem morte præuentus non edidit,vnum fuiſſe de ſeruis Orcinis,nec aliud addit.

*Inſtitutionum Vlpia. hac de re locus.*

## PATRONVS.

*1 Lex noſtra an habeat locum in fœmina donante. Maſculinũ an & quando cõcipiat fœmininum.*

1 HAEC Lex igitur loquitur in maſculino genere,cum dicit,patronus. Ex quo videri poſſet nõ habere locum in fœmina donante,cùm ſit exorbitans, vt ſatis ſuprà poſt principiũ glo.præcedentis diximus & probauimus.Ideoq; in ea maſculinũ non concipit fœmininum,iuxta doctrinam glo.in l.ſi ita ſcriptum ſit.ff.de leg.ij.Bart. & aliorum in l.j.ff.de verb.ſign.cum multis cõcordant.à me congeſtis in tracta.primogenituræ in x.q.{& latiùs in tracta.retractuum.tit.j.§.j.gl.ix.in verbo, *au lignagier*,nu.186.ad hæc iſtud, & aliis multis ibi deſignatis.}Tu dic tamen contrariũ,quia licèt hæc l.ſit exorbitans,eſt tamen fauorabilis,& non odioſa,vt etiã in præcedenti gl.diximus verſ.lxj.incipiente, igitur vt repetamus. Ideoq; in ea maſculinũ cõprehendit fœmininũ, quando etiã in odioſis,modò non ſint cõtra rationem,id procedat,vt per Bart.vbi ſuprà, cũ multis ac propè infinitis ſi.quæ in dd.locis aggregauimus.Et quia etiã videmus, quòd alia lex in caſu nõ longè ab hoc diſtãti,& ex qua & ſimilibus hæc l.deriuatur,vt iam ſuprà ſæpius diximus, videlicet l.generaliter. §.cùm autẽ.C.de inſtitut.& ſubſtit.quæ de patre tantùm loquitur,ad matrem quoq; trahitur,per gl.Odofre. Cy.Ang.Fulgo. Corne.Guid.Pap.Iaſon.Philip.Dec.& omnes præter Chriſto. Caſtel.in ea ipſa l.& Bart.Imo.& Rapha.Co.in l.cùm auus.ff.de cond.& demon.Saly.in l.cum acutiſſimi,& ibi etiã Barba.in repe. col.xl.verſic.ſextò iſtud ſummariũ.C.fideicom. Petr.Iacob.in ſua practica tit.de materia decre.ſi pater,de teſta.li.vj.char.vlt.verſ.nunc extra materiã. Corne.conſi.cxcvij.non alienam,col.penul. verſ.& quòd ab identitate,lib.iij.{Fran.Are.in l.ij.in fi.C.de inoffi.teſta.Guid.Pap.conſ.lj.factum tale eſt,col.ij.verſ.& licèt.}Socin.in repet.d.l.cùm auus.col.xxix.verſ.ex quibus infero vnam nouam.ff.de cond.& demon.Phil.Dec.conſ.391.in caſu propoſito,col.ij.& conſi.416.in teſtamento illuſtris,col.j.ideo paſſim videmus docto.in caſu l.noſtræ conſulentes ſæpiſſime ponere caſum in donatione facta à muliere,nec aliquid de ea re diſputãt, tanquã id illis nullo modo ſit dubiũ.Habemus autẽ tex.expreſſum,appellatione patroni & patronã cõtineri,in l.patroni.ff.de verb.ſigni.

*Patroni appellatio.*

2 ¶Non prætermiſerim tamen patroni appellationem non tantùm eum ſignificare,qui ſeruũ manumiſerit,qui poſtea libertus eius dicitur. In qua ſignificatione hîc ponitur, quæ admodum in noſtro iure vulgaris eſt,& vnde eſt titulus de iure patronat.& de quo Plautus in Aſinaria,

*—Mag s decorum eſt, Libertum potius quàm patronum onus in via portare.*

Text.autem in l.vlt.verſ.ſi verò quidã.C.de teſtam.manu.apertè oſtendit hoc intereſſe inter appellationẽ domini & patroni,quod inter ſeruum & libertum,dum dicit, & quem patronũ fallere noluerint, dominum ſuum & forſitan acerbum ſentiant. Sed & in noſtris legibus patronus aduocatus dicitur.l.velamento,& l.quiſquis, in princ.C.de poſtul.& l.j.C.de aduoc.diuer. iudic.

& l.



& l.ſancimus,eod.tit.vbi aduocatus fiſci dicitur patronus fiſci,& alibi ſæpe. Quãquam Aſconius Pædianus in diuinationem Tullij,hoc dicit intereſſe inter patronum & aduocatum,quòd qui alterum defendit in iudicio,aut patronus dicitur,ſi orator eſt:aut aduocatus,ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commendat amico.Et quòd ſit quoddam diſcrimen inter patronum & aduocatum,apertè oſtendit cap.in quibuſdam,extra de pœnis.{& c.ſingulis,col.fin.extrà de ſtatu monach.& illud Tullij in ij.in Verrem actione.Nunc quòd eiuſmodi iudicia ſint,tantum vnũquemque conferre quantùm ſibi patronis,aduocatis,prætoribus iudicibus futurum ſit,&c.}Erant apud veteres Romanos patroni,in quorum fidem tutelámq; ac clientelam ſeſe conferebant prouinciales ſociíque pop.Romani,& ciues quoque ipſi,qui ob id clientes dicebantur.De qua re longè latéque diximus in noſtris commentariis conſuetudinum,tit.iiij.§.j.in gloſſ.j. vbi & nos ipſi apertè oſtendimus,hinc feudorum,quæ vocamus,iura orta eſſe.Ex quo & vaſalli,quos appellãt, alicubi clientes dicuntur in ipſis feudorum conſtitutionibus:vt in c.j.in princ.& iterum in §.inde poteſt, tit.de ali.feud.& in c.j.tit.de conten.inter domin.& fid.de inueſti.feud.Vnde etiam in noſtris legibus clientes dicuntur reſpectu aduocatorũ,in l.properãdum,ad finem,C.de iudic. quoniam ex Plutarchi autoritate in Romulo, patroni illi ſuis clientibus litigantibus in obtinendo iure ſuo & cauſæ autores & patronos ſeſe præbebãt.Tu autẽ omnino vide quæ ſcripſimus vbi ſuprà ſignauimus,ne hîc iterum repetamus.Dicũtur & patroni à Canonibus,qui beneficia (quæ qui puriùs loquuntur,ſacerdotia appellant)vel fundant,vt noſtri loquuntur,vel augent, de quibus eſt titulus in decret.de iure patro.Sed & denique dicebantur patroni reſpectu colonorum, vt patet ex l. Valent.& Valentis imper.in Codice Theodoſiano,ſub tit.Ne colonus inſcio domino &c.Cuius hæc verba ſunt,Non dubium eſt,colonis arua quæ ſubigunt, vſqueadeo alienandi ius nõ eſſe, vt ſi qua propria habeant,inconſultis atque ignorantibus patronis in alteros transferre non liceat.

## FILIOS NON HABENS.

*Argumento à contrario ſenſu probatur non eſſe locũ reuocationi donationis. Eiuſdem confirmatio.*

1 IGitur ſi cùm donat,filios habet,non reuocatur donatio ex aliorum natiuitate, arg. huius l.à contrario ſenſu,quod in iure fortiſſimum eſt l.j.§.huius rei.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdict.& quia etiam ſi filios habet qui donat,ſumus extra terminos huius l.exorbitantis quidem in ſuo caſu à iure communi,vt ſuprà ſæpius dictũ eſt, propterea & hic caſus ab ea omiſſus habetur pro omiſſo, & reuocandus eſt ad ius commune.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matr.cum ſimi.quod quidem ius commune aliàs ſtatuit donationes fore perpetuas,& irreuocabiles,vt latè diximus in glo.in verbo,libertis,verſi. xix.incip. tum ſecundo.Et ad idem facit tex.in c.vlt.xvij.q.iiij.vbi ſunt ſimilia verba. Et eſt optima vtriuſque ratio differentiæ.Nam & cum quis habens filios nihilominus donat,quemadmodum voluit præferre extraneum filiis iam natis,quos non ignorabat,ita & veriſimile eſt quòd etiam prætuliſſet naſcituris,ſi de eis cogitaſſet,quia maior ſolet eſſe affectio erga filios,qui iam ſunt in rerũ natura,quàm in naſcituros,vt nos docet experiẽtia optima rerum magiſtra.l.legatis.§. ornatricibus. ff.de lega.iij.& l.ij.C.vt in poſſeſ.lega.& c.quàm ſit.in prin.de elect.lib.6.& aſſerit Barb.in repetitio.l.cùm acutiſſimi,col.ij.& iterum col.xxv.C.de fideic.& conſi.lx.illud afferam in medium, col. iij.lib.2.& inter conſi.Alex.conſi.lij.circa hanc dubitationẽ,col.ij.lib.4.& Marian.conſi.xxiij. circa prædictam conſultationem,col.iij.vterque per not. per Bart. in l.Lucius.ff. de hæred.inſtit.Et de hoc eſt bonus text.quem neuter allegat,in l.qui filiabus,in princ.iuncta glo.& ratione ibi reddita per Dyn.& approbata per Bal.Imo.Raph.& Pau.Ca.& Alex.ff.de leg.j.& in l. qui quartã.§. 1.ff.eo.tit.Et hoc quoq; affirmat Bart.in l.ſi cum dotem,in princ.col.vlt.ff.ſolu.matr.& cõſ. 227. mater dedit dotẽ,circa medium,per d.l.qui filiabus,& in l.Publius.§.vlt.ff.de condi. & demonſt. & Bal.in l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tute.& in l.Titius,in fi.prin.& ibi quoque Angel.ff.de libe.& poſth.& idẽ Bal.conſ.clvj.clauſula codicillaris,col.j.lib.2.& Imo.conſ.cxiij. in cauſa quæ vertitur, col.j.in fi.Rom.{conſ.ccxxxj.præmiſſorum,&}conſi.ccccviij.in propoſita quæſtione,col.j.verſic. quintò ad idem Alex.conſi.xxix.præclarè ſubtiliter,col.iij.verſi.non obſtat etiam prædictis,lib.3. & conſi.ciij.circa primam dubitationem,col.iij.verſ.ſecundò reſpondeo,lib.3.& Corn.conſi. 239. videtur prima facie,col.iij.lib.2.Steph.Bertr.conſ.cccxxviij.quia tempore,nu.3.lib.3.& Fran.Cur. ſenior conſi.xlv.ſtatuto ſeu conſuetudine,col.v.verſi.octauò.{& Iaſ.conſi.cxl.col.viij.verſ.tertiò facit,lib.2.& conſi.ſeq.in iſta difficillima, col.vj. verſic.quartò facit,& conſi.cliij.teſtator habens, col.iiij.verſi.tertiò quia teſtator,lib.4.}& Anto.Rubeus conſi.xxxj.præſupponitur in facto, col.j.

*Maior eſt affectio in liberos ætate maiores, quã in recèns natos.*

2 ¶Quod & hinc liquidò apparet,quòd non eſt tantus parentum amor, non tanta affectio in liberos recèns natos,quàm in paulò ætate maiores:nec in hos,quàm in prouectiores:creſcit enim cũ ætate liberorum,& amor parentum,vt quò ſunt annis maiores,eò impenſiùs diligantur, vt ſcribit ille Rabi Moyſes Aegyptius, vir in rebus naturalibus & ſacris Bibliorum libris peritiſſimus, in libro,qui dux dubitantium inſcribitur,tertio, cap. quinquageſimo, vbi hanc inter cæteras rationem reddit,cur antiqua lege Hebræorum præceptum eſt,infantes ſtatim,id eſt octauò die circuncidi,vt patet Gene.xvij.& Leuiti.xij.quoniam ſcilicet amor parentum adhuc leuis eſt & debilis.Quòd ſi infans ad multum tempus creſceret,parentes non tam facilè eos circuncidi ac mutilari permitterent,creſcente ſcilicet eorum amore cum ætate liberorum.Ex quo conſentaneum eſt, & in eos qui nondum nati ſunt,non adeò parentes affici.

*Ratio antiquæ legis Hebræorũ de circunciſione.*

*Autores tenentes hanc opin.*

3 ¶Et ita, videlicet l.noſtram,vt tandem ad eam redeamus,non habere locum cùm quis donat iam habens liberos,tenet Iacob.Butr.vir non infimæ apud noſtros autoritatis in l.j.C.de inoffi. dona. quem ſequi videtur,dum illum ſimpliciter allegat,Philip.Corn.conſi.xj. cuius hoc principiũ eſt, in præſenti conſultatione,col.iij.verſ.ideo videtur velle, lib. 3. Et idem quoque voluiſſe videtur Pau.Caſt.conſi.ccccxxxv.incip.ſuper hoc puncto plura videntur,col.ij.verſic.tertiò facit,lib.2.& ante illum Ioan. Fab. quem vnum,ſi opus ſit, multis non verebor opponere,in hac ipſa l. vbi & hoc dicit expreſſum videri in d.c.vlt.xvij.quæſt.iiij.& nouiſsimè Phili.Dec. in l.poſthumo.in addit.col.eiuſdem addi.ij.C.de bono.poſſ.contra tabu.vbi & hoc dicit ſe conſuluiſſe.& Steph.Bert. conſi.ccxxvij.in re ſua,col.iij.verſi.etiam donationi, lib. 2. dum dicit quòd licèt teſtamentum ſit nullum propter præteritionem filij iam nati,non tamen idem reperitur de donatione,imò potiùs contrarium,in auth.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſta.& d.l.j.& l.ij.& l.ſi totas,& l.ſi liqueat. C.de inoffi.donat.Quibus patet hoc caſu donationem,ſi immenſa ſit,reſcindi vſque ad legitimam.

*Confirmatio eiuſdem.*

4 ¶Et ſimile quippiam voluit Bal.in d.l.Titius,in fi.prin.& ibi quoq; Ang.& Fran.Aret.col.iij.ff.de libe.& poſthu.vbi tractãtes,an per auth.ex cauſa.C.de liber.præter.conſeruantur legata rupto teſtamento natiuitate poſthumi ignorãter præteriti:Aut teſtator,inquiũt,nullũ habebat filium, nec habère ſperabat,& non conſeruantur,quia non eſt veriſimile quòd teſtator voluerit præferre legatarios filiis.l.cùm acutiſsimi.C.de fideic.Aut teſtator habebat filios,& nihilominus legauit, tũc licèt poſtea naſcantur alij filij,conſeruantur tamen legata:quia ex quo teſtator grauauit iã natos, idem videtur ſenſiſſe de naſcituris,ad quos minor ſolet eſſe affectio:& ſi de his teſtator fuiſſet interrogatus,aut cogitaſſet,idẽ certè veriſimiliter diſpoſuiſſet.l.tale pactum.§.vlt.ff.de pactis.Et hoc quoque voluit ipſe Bal.in l.filio præterito,col.ij.ff.de iniuſt.teſtam.& ſequitur Alex.in d.auth. ex cauſa.& cõſ.cxlij.circa primã dubitationem, col.iiij.verſ.pro quo adde,lib.2.& conſi.50.circa primam dubitationẽ,col.iij.verſ.ſecundò reſpondeo,lib.6.& Corn.conſi.clviij.pro deciſione, col.x. verſ.ſecundò limitatur,lib.2.& conſ.ccxliiij.videtur prima facie dicendũ,col.6.verſ.præterea quãdo quis legat,eo.lib.2.{& cõſ.liiij.duo in puncto,col.ij.verſi.tamen paſſus,lib.3.}& conſ.133.in hac conſultatione,col.3.lib.3.& Bertran.conſi.ccxxv.ponitur in facto,col.2.verſ.& ſuppoſito,lib.2.

*De eadem re.*

5 {¶Similitérque l. cùm auus.ff. de condi.& demonſt.& ſimiles,ex quarum viſceribus hæc lex deprompta eſt,vt ſæpe diximus,non habet locum in filiis natis tempore teſtamenti, vt voluit Ro. conſ.ccclxx.in propoſita conſultatione,ad fi.per l.ſicut certi,& l.ſi cùm in vtero.C.de teſta.milit. & idem tenuit & latè probauit Barb.in d.l.cùm acutiſsimi,col.ij.& xv.ſeq.C.de fideic.Idem quoque tradit Soci.latè in repe.d.l.cùm auus,col.xxxv.verſi.extrà Bart.& multis ſeq.per v.col.vbi ita dicit conſuluiſſe,vti fecit etiam latè conſi.cxcj.licèt difficultates,lib.2.& Carol.Ruin.cõſi. lxxvij. in facto,col.v.nu.14.lib.2.vbi ita dicit tenuiſſe modernos Peruſinos & Senenſes in l.generaliter. §.cùm autem.C.de inſtit.& ſubſtit.Sed aduerte,quantum ad hanc rationem, multi tenuere contrarium,& inter cæteros Rapha.Co.in d.l.cùm auus,& latè Ioan.Baptiſt.Calca.in l. generaliter.§. cùm autem.C.de inſti.& ſubſtitu.vbi dicit etiam in hanc partem conſuluiſſe ipſum Raph.Com. Maria.Socin.& Thomã neſcio quem,& ita certè conſuluit ipſe Maria.conſi.xxiij.circa prædicta, & Cornel.etiam latè conſ.cxcvij.non alienam,lib.iij.}

*Qui contrariũ ſentiant.*

6 ¶Verũ contrarium in caſu l.noſtræ,apertè voluit Bal.hìc in ij.lec. cuius hæc verba ſunt : Quid ſi pater vnicã filiam viuentẽ haberet , & donauit extraneo ſubſtantiã aut partẽ eius, deinde poſtea filij ſibi naſcũtur:an talis donatio reuocatur?Iſta quæſtio fuit pridie de facto.Et videtur quòd nõ, quia hìc litera loquitur quando donatio fit per patrem cũ filios nullos habebat:hic autẽ habebat filiũ vnũ.Tu dic quòd ob identitatis rationẽ habet locum diſpoſitio huius legis eo caſu , quo eſt veriſimile patrẽ nõ donaſſe,ſi ſciuiſſet filios ſibi naſcituros.Fortè enim non cogitauit de filia,quia ſatis ei remãſit pro ea dotãda:ſed filij maſculi ſuperueniẽtes egeſtate laborarẽt: tertius autẽ paterna ſubſtãtia gauderet. Hæc ibi Bal. qui & ipſe in d.l.j.col.4.verſ.ſed quid ſi tẽpore donationis.C. de inof.donatio.tenet,quòd ſi donãs qui iam tempore donationis habebat filios , poſtea & alios quoque ſuſcipiat,hi qui nati ſunt poſt donationẽ,eã reuocãt pro virili ſua quiſque portione, per id quod in ſimili dicitur in l.pe.ff.de iur.codic.& idẽ voluit Ang.ipſius frater hic,& Raph. Cu.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de lega.ij.& Card.Flo.cõſ.xx.cũ in teſtamẽtis, iuncto caſu illius conſ. & Barba.in c.vlt.col.vlt.extra de dona.& Soci.in repe.rub.ff.de libe.& poſth. col.vlt.& conſ. 215. hoc exordio,viſa prædicta facti cõtingentia,col.ij.verſ.ſolũ ergo reſtat,lib.ij. quod & iterũ repetitur in conſi. 22. lib.4.{& Carol.Ruin.conſi.xcviij.viſa renũtiatione,col.ix.nu.21.lib.vj.& d.conſ. lxij.col.vj.nu.15.lib.ij.}& ante hos,licèt non allegent, Old.conſi. clxxiij. quidam habens vnicum filium,tenuit ſimpliciter reuocari donationem factam ab habente filium,per natiuitatem aliorũ.

*Eiuſdem confirmatio.*

7 ¶Et facit quod in ſimili voluit ipſe Bal.conſ.cxxvij.cuius caput eſt,quidã Ser.Petrus lib. v.quòd ſi pater non cogitans de poſthumis,filium quẽ habebat,inſtituit,& poſthumum præteriit,valent legata pro parte inſtituti,ſed pro parte poſthumi nõ valent,nec cõſeruantur ex d.auth. ex cauſa. C.de liber.præterit.Quinimò idem Bal.in d.l.filio præterito,col.ij.ff.de iniuſt.teſta. idem videtur generaliter dixiſſe in caſu d.authẽt.ex cauſa,dicit enim ꝙ ſi pater habẽs filios legata relinquit,nõ cogitans de aliis futuris liberis,debentur legata pro portione iam natorum, ſed non debẽtur nec conſeruantur ex d.auth.pro portione eorum,qui poſtea nati ſunt,per d.l.pen.ff.de iure condici. & hoc quoque ſequitur Ro.cõſ.clxxxj.pro deciſione propoſiti.in iij.dubio.& bene facit text.quẽ ipſi non



ipſi non allegant,in l.qui graui,& duabus ſequen.ff.de iure codicil.

*Conciliatio contrariarum opinionum.*

8 ¶Paul.autem Caſt.in d.l.j.col.iij.C.de inoffi.don.volens has contrarias opi.concordes efficere, vt ſæpe aliàs,ita dicit,quòd ſi iam nati tempore donationis erant odio patri donanti, nec is putabat ſe poſthac alios habiturum , vera eſt poſtrema Bald.in d.l.j.opin.cum ſit eadem per omnia ratio, quæ eſſet ſi nullum habuiſſet:quoniam veriſimile eſt , quòd ſi cogitaſſet ſe habiturum alios gratos liberos,non donauiſſet.d.l.pactum.§. vlt.& ibi gloſ.Sed ſi non habebat odio iam natos & tamen donauit , ſicut eos re donata priuare voluit , ita & naſcituros voluiſſe veriſimiliter credendum eſt:& ita,inquit , procedet opi. Iac. But. Quæ Pau. Caſtr. diſtinctio videtur placuiſſe Ant. Rube.conſ.xcix.viſo caſu,col.j.Eáque ex eo confirmatur, quod ſcribit Card. Flo. conſ. xx. hoc initio, Iacobus teſtator , paria eſſe in caſu noſtræ l. de qua ibi loquitur , non habere filium : aut habere odioſum.

*Eiuſdem rei diſtinctio.*

9 ¶Denique Corne.conſ.xv.ex quo dictus Franciſcus,col.iiij.verſ.nec obſtat quòd tempore primæ donationis,iunctis iis quæ prius dixerat,col. j. lib. j. aliter videtur diſtinguere. Nam aut donans nihil reſeruauit filiis iam natis,& tunc qui poſtea naſcentur, reuocabunt ex hac l.nam cùm filiis natis reſeruauerit, veriſimile eſt quòd etiam reſeruaſſet naſcituris , ſi de illis cogitaſſet. Incertum autem eſt quid illis reſeruaſſet:ideo propter incertitudinem totum reuocatur,argum. (licèt nihil alleget)l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.& l.ij.ff.de liber.& poſthu.& l.in tempus. §. quoties.ff.de hæredib.inſtit. cum ſimi. Poſtea verò idem Corne. in eadem col.iiij. verſ.& licèt d.l.ſi vnquam, videtur indiſtinctè arbitrari nihil prodeſſe filios natos tempore donationis , quin nati poſtea reuocent,cùm ſit eadem ratio : idque potiſsimum,ſi ex natiuitate poſteriorum deterior eſſet natorum tempore donationis conditio,niſi reuocaretur donatio,vt in caſu,in quo illud conſil.edidit. Nam donator omnium bonorum reſeruauerat legitimam filio nato,quæ quidem erat tertia omnium bonorum : nato autem altero filio poſt donationem minuitur legitima prioris. nam ea erit tantùm tertia dimidiæ.Et hinc quoque melior efficietur conditio donatoris,deteriore facta conditione prioris:quod eſt abſurdum, & contra mentem & affectionem donantis , qui putabat illi reſeruaſſe tertiam partem.

*Autoris hac in re diſtinctio.*

10 ¶Vides lector ex ſupradictis rem hanc eſſe admodum ancipitem atque dubiam. Facilè tamen eſt harum ſententiarum diſcordiam huiuſmodi diſtinctione componere. Nam aut iam nati tempore donationis erant odioſi patri, aut non odioſi. Si odioſi , certè ij qui naſcuntur poſtea de quibus pater donando non cogitauit,reuocabunt. Si autem erant non odioſi , & tunc aut pater aliquid eis reſeruauit,aut nihil.Si primùm,poſtea nati,quibus nihil fuit reſeruatum,reuocabunt,aut pro virili eorum portione tantùm,ſi ex natiuitate poſteriorum non ſit effecta deterior conditio priorũ in re illis reſeruata:aut in totũ,ſi deterior facta eſt.At ſi naſcituris fuit & aliquid reſeruatũ, nihil reuocabunt : cum de illis hinc appareat fuiſſe cogitatum.Aut denique nihil fuit reſeruatum liberis natis tempore donationis : & tunc poſtea nati non reuocabunt. nam qua ratione priuauit iam natos ſibi gratos,eadem veriſimile eſt voluiſſe priuare naſcituros, etiam ſi de illis cogitaſſet.

*De eadem re.*

11 ¶Sed & vltimum membrum intelligas velim ſecundum præcedentia.quod vt faciliùs apprehendas, pone quòd quiſpiam habens in bonis trecenta , ex illis centum donauit iam habens vnicum filium,nec cogitans de aliis futuris liberis,& ita putans reliqua ducẽta ſatis eſſe vnico illi filio, vt honeſtè poſsit viuere:poſtea autem illi nihil tale ſperãti nati ſunt multi alij filij, verbi gratia tres: certè detractis illis centum donatis,ſuperſunt vnicuique liberorum tam nato ante donationem, quàm tribus illis poſtea natis,quinquaginta tantùm,ex quibus non poterunt honeſtè vitam trãſigere, conſiderata eorum conditione:profectò ſi id pater cogitaſſet,aut præuidiſſet, non ea centũ veriſimiliter donaſſet. Ideo putarem eam donationem reuocari ex ratione noſtræ l. Proinde hoc totum reiicio in arbitrium boni viri,æſtimaturi, quid, quantúmve pater habens filios vnum aut plures,donaturus aut non donaturus fuiſſet,ſi de tot filiis naſcituris cogitaſſet, iuxta ea quæ pleniùs dicam infra,in verbo,omnia,vel partem aliquam,nu.28.in huius autem rei.Nec tamen omiſerim Anto.Rub.ſuper hoc dubio reſpondiſſe,d.conſi.xcix.viſo caſu.{Atque etiam D. Boe. hanc rem tractaſſe,deci.clix.donatio iuris,in quo me ex hac l.ſæpius citat, } ſed ita obſcurè vtrumque, vt non intelligam,quid intelligant.

*An nepotis natiuitate infirmetur donatio.*

12 ¶His autem non intempeſtiuè illud ſubiiciemus. Quid enim ſi tempore donationis habeo filiũ, ex quo poſtea nepos naſcitur?nunquid & huius natiuitate reuocabitur donatio,ſicuti & natiuitate alterius filij?Nam appellatione liberorum,de quibus l.noſtra loquitur,veniunt & nepotes. l.liberorum,in princ.ff.de verbor.ſignifi. Imò & filiorum quoque appellatione , cùm in fauorem illorum aliquid ſtatuitur. vt ibi not. Bart. licèt aliàs ſit dubium : de quo multa diximus in noſtro tractatu primogenituræ {in xl. q. in xv.ratione pro nepote contra patruum. Ideóque Pau. Caſt. conſ.ccccxlviij.tria ſunt quæ videntur,col.j.lib. j. conſuluit quòd ſtatutum prohibens donare cũ quis habet filios,habet locum & in habente nepotes.quæ res huic noſtro caſui multum congruit, quia & hìc fauore liberorum reuocatur donatio,quemadmodum illic prohibetur.

*Statutũ prohibens donare cùm quis habet filios.*

*Autoris ſententia de nepote nato poſt donationem.*

13 ¶Ego tamen in ea ſum ſententia,vt in hoc caſu nepotes non reuocent ; quia ſi filius donantis illorum pater non reuocat,multò minùs & nepos ex eo natus,argu.l.j.§.ſi dominus , & ibi not.ff. ſi quis aliq.teſtat.prohib. & l. ſi viua.C.de bonis matern.cum aliis multis & text. & doctor.con-

cordant,à me latè collectis in dicto tractatu primogenituræ.quæſtio. xij. & ſeq. Et cum nepotes habeant patrem in medio,ij non ſunt hæredes , & propterea non poſſunt ex huiuſmodi l.reuocare rem donatam,quam habituri non ſunt , per ea quæ latè dicemus infrà in verbo , ſuſceperit liberos,nu.105.incip.item ſi huiuſmodi.

14 *De eodem.*

¶Fateor tamen quòd ſi poſt mortem filij quis donat,ignorans vxorem illius, nurum ſcilicet ſuã, eſſe prægnantem,poſtea verò ipſa vxor filij pariat filium,hic certè reuocabit, ac ſi filius poſt donationem eſſet natus,vt qui ſucceſſurus ſit in locum & gradum patris, & præteritus æquè reuocet teſtamentum,ſicut & filius pater ipſius feciſſet,per l.poſthumorum.ff.de iniuſt.teſtament.& l.ſi auus.C.de liberis præter.Sed & ſi auus donat,quia deſperat filium ſuum liberos habiturũ, quoniam fortè exiſtimabatur filius eſſe maleficiatus,aut vxor illius ſterilis,tamẽ auo nihil minùs ſperanti gignit poſtea nepotes:putat Franc.Ripa.hìc in xxxvj.quæſt.locum eſſe huic l.Et ego illi aſſentior ex ratione l.noſtræ.Cæterùm Guido Papæ, ſing. ccccclxxj.incip.iuxtà l.ſi vnquam,hanc quæſtionem de nepote nato poſt donationem nuncupatim mouet,nihil tamen diffinit.

15 *An hæc l.habeat locum, ſi quis ignoret ſe habere filios.*

¶Sed & illud in quæſtionem vocatur.Si quis cùm donat,habet filios , ſed ignorat eos ſe habere, quia fortè putat eos eſſe mortuos,vel neſcit vxorem peperiſſe : vtrum ſit locus huic legi. Et nemo,vt opinor,negabit re comperta irritam fore hanc donationem,ex mente & ſententia huius l. noſtræ,quæ verbis eſt anteponenda,ſicut animus corpori.c.ſedulo.xxxviij.diſt.& diximus ſuprà in verbo,libertis,verſi.xlvj.incip.nec id quidem mirum eſt,& ſeq. Nam ſi donatio reuocetur per ſuſceptos poſtea liberos ex præſumpta mente donantis,qui videlicet ſi cogitaſſet de liberis futuris, veriſimiliter non donaſſet , eadem certe ratione aut etiam maiore videtur irrita fore donatio quam quis facit ignorans ſe habere filios,veriſimiliter etiam non facturus,ſi eos non ignoraret,l. qui iure militari.ff.de milit.teſta.Per quam dicit Ang.conſi.cviij.iſta q.in iij.dubio, ꝗ nihil refert, non habeas liberos,an habeas,ſed habere ignores:id quod etiam probatur in l. ſicut certi.& in l.ſi cũ vel in vtero.C.eo.de teſt.milit.& in l.pen.C.de iure cod.& optimè in l.Titius.{ in prin.& iterum in}§.Lucius,& ibi bona gl.ff.de libe.& poſth.& in l.4.ff.de cond.indeb.{& in l.vlt.ff.de hære.inſti.}Et ita voluit idẽ Ang.in §.ſiue igitur,col.4.ver.finaliter dici poteſt,in auth.vt cùm de appel.cog.Fran.Arc.in l.ex facto,in prin.col.6.ver.confirmatur iſta cõcluſio.ff.de vulg.&.pup.ſubſtit.& conſi.clvij.quod eſt poſtremum omnium,col.ij.Hincque gl.in l.ſolemus.ff.de cond. & demonſt.intelligit tex.ibi,qui eam conditionem,ſi liberos habuerit,interpretatur de liberis naſcituris,non de natis,vt procedat ſi liberos natos eſſe ſciebat, qui conditionem appoſuit : quòd ſi neſciebat,etiam nati ipſi ſub ea conditione comprehenduntur,per l.iam facta,eo.tit.quod & voluerunt Saly.Raph.& Corn.in l.cum vxori.C.quando dies lega.ced.

*Cõditio, ſi liberos habuerit*

16 *Confirmatio eiuſdem.*

¶Et ita in caſu noſtro expreſsim voluiſſe videtur Bart.dum hanc l. allegat in legatis factis præterito filio,quem teſtator ignorabat ſe habere,in repet.l.j.in ij.quæſtio.prin.C.de ſacroſ.eccleſ.Nam tunc,inquit,deficit voluntas relinquentis,per text.in hac l.Si ergo reuocatur donatio,multò magis legata.Ex quibus planè vides quòd Bart.intelligit hoc caſu donationem vitiari. Et id quoque dicit ipſe Bar.in l.filio præterito,ff.de iniuſt.teſta.& in auth.ex cauſa.C.de liber. præte. cum concord. illic adductis per recent. Nam & in hac opin. eſſe videntur & qui tenent cum Bartolo in caſu d.authen.& qui contrà tenent.Illi quidem,dum poſt ipſum Bar.hac l. innituntur:iſti autem, dum fatentur hoc ſine dubio procedere in caſu noſtræ l. loquentis de donatione , non etiam in legatis,de quibus loquitur ea authen.& conantur omnibus viribus reddere rationem differentiæ vtrorumque,vt illic omnibus videre licet , & fortè alibi poſtea dicemus. Et idem etiam voluiſſe videtur Bal.in l.j.col.iij.verſi.quinta opi.C.de inoffi.donat.& expreſsiſsimè omnium Steph.Bert. conſi.cxc.Chriſti & c.viſo caſu.in j.dub.lib.1.& iterum conſi.cxciij.ſi verum ſit,poſt prin.lib.3.Et facit quod in ſimili ſcribit Ioan.And.in addi.Spec.tit.de inſtru.edi.§.nunc autem , in vlt.addi.de rege,qui putans filium ſuum mortuum,alium inſtituit. Et quod ex Plauto vetere Comico adferemus infra in verbo,donatione largitus.nu.264.incip.& hanc quoque ſententiam.

17 *Hæc l.non habet locum in filiis natis tẽpore teſtamẽti.*

¶Illud autem certum eſt , quòd filij exiſtentes tempore donationis , quos pater donans minime ignorabat,non reuocant donationem,ex hac l.noſtra,vtpote ceſſantibus & verbis , & mente , id eſt,ratione ipſius.Quæ res quamuis ſit adeò aperta & manifeſta, vt teſtimonio aut autoritate nõ indigeat,tamen vt omnibus ſatisfaciam,approbatur à Paul.Caſtr.conſil.434.cuius exordium eſt, reſpondeo per ordinem,in ij.dubio,lib.2.& Soc.conſ.ccxxvj.q.præſentis conſultationis, col.pen. lib.2.& Phil.Dec.conſ.ccclxvj.pro declaratione,col.iij.verſi.ſecundò præmittendum. & omnibus ferè de hac re loquentibus,ne nimius ſim in re minimè dubia.Quod tamen intelligas ſecundum ea quæ diximus ſupra in eadem gl.in verſ.xj.incip.ſed & vltimum,iunctis duobus præced.

18 *Eiuſdem confirmatio.*

¶Sicuti nec l.cùm acutiſsimi.C.de fideicommiſ.& alia ſimilia iura huic l.noſtræ admodum conſinia non habent locum in liberis iam natis tempore teſtamenti,ſed tantùm in naſcituris, vt apertè videtur probari in l.generaliter. §. cùm autem, ibi, liberorum ex iis procreandorum,& iterum in illis verbis,pater efficiatur,& liberos ſuſtulerit,ruſumque in verbis , ſi de nepotibus cogitauerit.C.de inſtit.& ſubſtit.& in l.ſicuti,C.de teſta.milit.Et expreſsè voluit & conſuluit Rom.conſi. ccclxx.in propoſita cõſultatione.& Barb.in repe.d.l.cùm acutiſsimi,col.ij.& ſeq.vbi ad hoc multa allegat,& in repet.c.Raynaldus,col.vj.verſi.faciat etiã,extrà de teſta.& latiſsimè Soci. in repe.l. cùm auus,



cùm auus,col.xxxix.verſ.extra Bart.ff.de condit.& demon.vbi poſt multa hinc inde adducta tãdem ſtat ab hac ſententia,& ſecundùm eam dicit ſe conſuluiſſe,& ſuo conſ.Bald.nouellum ſub ſcripſiſſe,& idem quoque reſpondiſſe Ioan.Petrucium,& Bened. Cap. Et ita verè conſuluit ipſe Soci.conſ.cxcj.licèt difficultates,col.j.& multis ſeq.lib.ij.& Philip.Dec.in d.l.generaliter , col. iiij. verſ.nunc regula & conſ.ccclxv.viſo con lio,col.ij.verſ.quartò & vltimò.& conſ.ſeq.col.iij.quibus locis ſolum Roma.allegat.Et hanc partem confirmat , quòd iure antiquo filia præterita iam nata non rumpebat teſtamentũ:poſthuma verò nõ ſecus ac maſculus rumpebat,vt ſcribit Caius iuriſconſultus,ſi is eſt(quod arbitrantur Zaſius & Alciatus)libro poſteriore Inſtitutionum , c.iiij. Ex quibus planiùs intelliges quod ſcribitur in §.j.verſ.ſed non ita , & iterum in §.ſed fœminini, Inſtit.de exhæ.libe.

19 ¶Quanquam contrarium in caſu d.l.cùm acutiſsimi,& ſimiliũ ſimpliciter tenuiſſe videtur Raph. Com.in d.l.cùm auus.ff.de condi.& demon.& apertè tenuit Corn.in d.l.generaliter.§.cùm autẽ, col.ij.vbi & Iaſ.col.iij.dubitat,& idem Corn.latè conſ.cxcvij.non alienam,lib.iij.& latiſsimè omnium tenuit,& xxiij.rationibus ſecundum eam conſuluit Marian.conſ.xxiij.circa prędictam conſultationem,vbi etiam dicit audiuiſſe ſe à fide dignis ita conſuluiſſe Raph.Com. cum hæc quæſtio Paduæ de facto contigiſſet.Quamuis id à nullo ex ſuis maioribus in propriis,vt ipſe loquitur,terminis & in indiuiduo tractatum vidiſſe ſe negat.quod vehementer admiratur.Ex quo potes intelligere,quòd illud conſ.Ro.qui ante illum fuit,aut non legerat,aut non recordabatur.

*Contrarium hac in parte ſentientes*

## BONA.

1 FESTVS,aut vt alij appellant,Sextus Pompeius hinc bona dici putat,quòd digna ſint bonis:ſed elegantiùs mea ſententia atque conuenientiùs Vlp.noſter in l.bonorum,la j. ff.de verborum ſignificatione. bona , inquit,ex eo dicuntur,quòd beant,id eſt, beatos faciunt.Nam & apud Græcos verbum ὀλβιάζω, beo ſignificat,& dito,& ὄλβιος felix,& diues,& ὄλβος beatitudo,& diuitiæ.Ex quo & apud Latinos diuites beatos appellant probatiſsimi ſcriptores.Nam Cicero in oratione pro Annio Milone , ſint florentes,ait, ſint beati.Et alibi ita exorditur,lib.ij.de inuentione,Crotoniatæ quondam,cum florerent omnibus copiis & in Italia cum in primis beati nominarentur. Et Philip.xiij. Te beatum & florentem eſſe cupiebant.Et in oratione pro M.Cælio,Primùm lautos iuuenes mulieris beatæ ac nobilis familiares.Et in Salluſtium,Vnde,qui modò ne paternam quidem domum relinire potueris,repentè tanquam ſomno beatus,precioſiſsimos ortos,villam Tyberinam Caij Cæſaris,reliquaſq; poſſeſsiones paraueris ? & paulò infrà:Quibus rationibus repente factus es tam affluens,tam beatus?Et Seneca epiſtola ad Lucilium xxvij.Caluiſius inquit,Sabinus memoria noſtra fuit diues,& patrimonium habebat liberum & ingenuum : nunquam vidi hominem beatum indecentiùs. Et in vj. controuerſia,lib.ij.Inſolens malum eſt beata vxor , cùm immenſum pondus auri orba attulerit. Et Iuualis Satyra j.

*Bona unde dicantur.*

*ὀλβιάζω. ὄλβιος. Beati pro fœlicibus.*

*—Vetulæ veſica beatæ.* {Vnde & Horatius lib.ij.Sermonum Satyra vj.

*—Vtrúmne*

*Diuitiis homines,an ſint virtute beati.*

Ex quo intelligis non tantùm ad id diuitias referri ſed ad cætera.} Et è diuerſo miſeros pauperes paſsim vocamus,quando,vt ſcribit ex noſtris Bal.ex alio,vt reor,autore,in l.vlt.poſt prin.C.qui bon.ced.poſſ.Summa miſeria eſt eſſe mendicum.Ob idq;,vt ille dicit,bonorum ceſsio in ea l.miſerabile remedium vocatur,quòd homines miſeros faciat. Et certè cum tria ſint bonorum genera,animi ſcilicet,corporis,& fortunæ,hæc quidem felici adeſſe oportet, ex ſententia Ariſtotelis li. 1.Ethicorum,& iterum lib.vij.Politicorum,quod & Plato illius præceptor aſtruebat, teſte Laertio.Felicibus enim & beatitudo augetur ex plenitudine horum bonorum, quæ quãtò fuerint cumulatiora,tantò fiet homo beatior,repugnantibus tamen Stoicis,qui ad beatitudinem ſolam virtutem ſatis eſſe maxima autoritate affirmabant.Ariſtotelem autem è noſtris ſequitur Soci.conſi. xxvj.incip.cùm ſuper,col,vlt.lib.iiij.vbi etiam citat illud Iuuenalis Satyra iij.

*Bonorum ceſſio miſerabilis.*

*Bonorũ tria genera.*

*Haud facilè emergunt,quorum virtutibus obſtat*

*Res anguſta domi.*

Nos de cæteris bonis poſthac nihil hoc loco dicemus,ſed de illis tantùm quæ diuitiis conſtant, de quibus lex noſtra loquitur:quæ quidem tantum beant,id eſt proſunt,vt interpretatur Vlpianus in d.l.bonorum,quantum è diuerſo obeſt paupertas , quam inter mala & quidem ingentia enumerat Eſdras ille diuinus Scriba , lib.iiij.c.xv.quo loco Deum Opt. Max.ita loquentem facit: Immittam tibi mala,viduitatem,paupertatem,famem,gladium,& peſtem.Et alibi quoque Dominus ipſe,{Leuitici xxvj.& iterum}Malachiæ ij.minatur ſe egeſtatem improbis,{ & qui ipſius mãdata non obſeruarint,}daturum.{Hincq; illud Prouerb.iiij. c. Egeſtas à Domino in domo impij. Et eiuſdem operis c.xiiij. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam. } Contrà autem alibi diuitias probis promittit.Nam ſcribitur Pſal.cxj.Gloria & diuitiæ in domo eius.{ & Prouerb. iij, cap.longitudo dierum in dextera eius ,& in ſiniſtra illius diuitiæ.& in c.x.benedictio domini diuites facit.} vt hinc facilè intelligas,non omnino cæcutiſſe cæcum illum Homerum,cum diuitias Iouis donum eſſe cecinit.lib.vj.Odyſſeæ:

*Paupertas inter mala.*

*Diuitiæ bonis promiſſæ.*

*Paupertas cõtrà improbis.*

*Diuitiæ donũ Iouis.*

Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν.

Et rurſus lib.ij.Iliados in Catalogo ducum:

καὶ σφισὶ θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε κρονίων.

{Et iterum lib.xxiij.eiuſdem operis:

—μέγα γάρ οἱ ἔδωκε
Ζεὺς ἄφενος.

*—Magnas enim ei dederat*
*Iuppiter diuitias.}*

*Diuitiæ donũ Dei.*

1 Nam & D. Auguſtinus in enarratione Pſalm.lxvj.non obſcurè aſſerit diuitias donum eſſe Dei. Et ſancta illa mulier Anna,ſancti Samuelis mater,in ſuo cantico,quod ſcribitur in 2.cap.lib.1.Regum,Dominus,inquit,pauperem facit,& ditat.

*Mala quæ dicantur.*

2 ¶Neque his aduerſatur,quod ſcribit Ambroſius,& repetitur in cap.illa.xv. quæſt.j. paupertatem & ignobilitatem,ægritudinem & mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numerarit.Aliò enim reſpicit Ambroſius,cuius in eo loco tota diſſertatio eò tendit, vt ea duntaxat veluti mala nobis imputanda eſſe oſtendat,quæ voluntaria ſunt:cætera verò,quæ vel nolentibus eueniunt,vt paupertatem,& alia,quæ ex eo diximus,non eſſe tanquam mala nobis adſcribenda. Mala enim,inquit,non ſunt,niſi quæ crimine mentem implent,& conſcientiam ligant.Inibi ergo mala vocat ſcelera,quibus haud dubiè paupertas non eſt annumeranda.Illi autem ſententię Ambroſij omnino ſimilis eſt & illa Aeneæ Platonici in Theophraſto,in hunc ſenſum (nam is Græcæ ſcripſit)Neque enim ignarus es,aut immemor,paupertatem,& ægritudinem, & mortem neque turpia,neque mala eſſe.Et ſubdit,Socrates enim in paupertate gloriatur,ipſamq; diuitias appellat,& philoſophiæ tutiſsimum præſidium.

*Paupertas nõ annumeratur inter mala.*

*Pauperes beati.*

3 ¶Cæterùm Chriſtus beatos pauperes pronũtiat Matthæi v.cap.& alibi Lucæ 6.Væ vobis,inquit, diuitibus.Rurſumq; Matthæi 19.Marci 10.& Lucæ 18.interroganti cuipiam quid faceret, vt vitã æternam obtineret,dicentíque ſe illa decalogi præcepta à iuuentute obſeruaſſe,reſpondit,Vnum tibi deeſt,vade & vende omnia quę habes,& da pauperibus,& habebis theſaurum in cælo.Móxque conuerſus ad diſcipulos,Diues,inquit,difficile intrabit in regnum cęlorum.Facilius eſt camelum per foramem acus tranſire,quàm diuitem intrare in regnum Dei.Nam etiam,vt ſcribit Eccleſiaſt.cap.xj.Si diues fueris,non eris immunis à delicto.Vetus eſt ſententia,Diues aut iniquus, aut iniqui hæres.quam aduocat Hierony. ad Hebidiam in 1.quæſt,& rurſus in comment.Hieremiæ cap.v.At Saturnus apud Lucianum in epiſt.Saturnalibus,multis oſtendit diuites infeliciores eſſe pauperibus. Timocreontis eſt ſcholium in Plutum diuitiarum Deum, hoc exordio, {ὤφελες ὦ τυφλὲ πλοῦτε, μήτε ἐν γῇ, μήτε ἐν θαλάττῃ, μήτε ἐν ἠπείρῳ φανῆμεναι, ἀλλὰ τάρταρόν τε ναίειν κ' ἀχέροντα, διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἀνθρώποις κακά.}Vtinam ô cæce Plute,nec in terra,nec in mari,nec in continente apparuiſſes vnquã,ſed Tartari{& Acherontis } fuiſſes incola perpetuus. Ex te enim omnia hominibus mala ſunt.Ex noſtris autẽ Ioa.Fab.ex autoritate Senecæ in §.j. Inſtit. qui & ex quibus cauſis manumit.non poſſ.Beatiſsima,inquit,res eſt voluntaria paupertas.Et qui cum paupertate benè conuenit,diues eſt.& alia quæ ſequuntur. Hucq; ſpectant duo Ariſtotelis problemata,ſi eius ſunt,alterum quidem in 4.cap.29.lib.quo quærit,Cur paupertas apud homines bonos potiùs quàm apud prauos eſſe ſoleat:Alterum eiuſdem lib.cap.8. quo ſciſcitatur , Cur diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potiùs quàm bonis habeantur.In quam etiam ſententiam eſt illud Theognidis:

*Diues aut iniquus,aut iniqui hæres.*

*Voluntaria paupertas.*

παύροις ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ κάλλος ὀπηδεῖ:
ὄλβιος ὃς τούτων ἀμφοτέρων ἔλαχεν. Id eſt,vt traducit Eraſmus:

*Sunt pauci, quibus iiſdem & virtus ſuppetit,& res.*
*Felix,cui ſimul hæc ſunt data ſorte Deûm.*

*Aræ apud Gades paupertati & artibus conſecratæ. Laudes paupertatis.*

Philoſtratus in vita Apollonij non multò poſt initium lib.v.atque etiam Aelianus in lib. de prouidentia,tradũt apud Gades aras fuiſſe paupertati & artibus,quòd illa quidem, vt dicit Aelianus, in bonis moribus homines detineat:hæ verò induſtrios faciant , vt iam paupertatis id proprium eſſe noris,quòd homines bonos reddat,vt & Ariſtophanes hinc potiſsimùm laudes huius deæ non tam multas quàm veras dederit.Cæterùm D.Chryſoſtomus homilia ſecunda , earũ quas ad populum de rebus diuerſis habuit,multa congeſsit in laudem paupertatis,ex quibus illud occurrit,Magna poſſeſsio paupertas,ſapienter ipſam ferentibus,theſaurus qui nequeat auferri, baculus firmiſsimus,inculpabilis poſſeſsio,diuerſorium ab inſidiis tutum.Idem multas item laudes multáq; commoda paupertatis adſcribit Homilia lxxiiij.quo loco Annæ orationem interpretatur.Et diuus Cyprianus in ſermone de natiuit.Chriſti.Sed multò plura Apuleius Madaurenſis in j.apologia,& Seneca tum epiſtola lxxxvj.& latiùs epiſtola xcix.tum in libro de paupertate,& alibi ſępe{& quiſquis is fuit qui apud Salluſtium elegantiſsimam habuit orationem ad Cæſarem de repub.ordinanda,cuius initium eſt,Scio ego,& Theophi.Alex.lib.paſchali iij. } & è noſtris Zaſius in commentariis l.ij.ff.de origine iuris,in illis verbis,Huic nec amplæ facultates fuerunt.

4 ¶Poſſent & alia propè infinita ex diuinis ethnicisq; ſcriptoribus aduerſus & diuitias & paupertatem aduocari,quæ hîc breuitatis cauſa de induſtria prætermittimus, in alio fortè loco copioſiùs hanc rem tractaturi.Animus enim nobis eſt librum edere de paupertate,& diuitiis legalibus,quẽ iam magna ex parte confecimus.Illud tantùm hîc dicemus,iſtas pugnantes,quæ videntur,ſententias ita



in vno coire,ſi dixeris bona bonis bona eſſe,malis mala,id eſt, diuitias viris bonis bonas eſſe,eaſdem malis malas.Bonis inquam,qui illis bene vtuntur,malis qui malè. Nam Ambroſius in Lucam lib.viij.Diſcant,inquit,non in facultatibus crimen hærere , ſed in his qui vti neſciant facultatibus.Nam diuitiæ vt impedimenta improbis , ita bonis ſunt adiumenta virtutum. Et in iiſdem commentariis lib.v.explanans illud à nobis ſupra citatum,Væ vobis diuitibus, hæc quoque ſcribit,Licèt in pecuniariis copiis multa ſint lenocinia delictorum,plæraque tamen ſunt etiã incentiua virtutum.Quanquam virtus ſubſidia non requirat,& commendatior ſit collatio pauperis,quàm diuitis liberalitas.Tamen non eos qui habeant diuitias , ſed eos qui vti his neſciant, ſententiæ cæleſtis autoritas condemnat.Et paulò pòſt:Non cenſus igitur,ſed affectus in crimine eſt.Sed & in epiſt.lxxxij.Non cenſus,inquit,diuitem,ſed animus facit. Et paulò inferius, Sed nec ipſæ diuitiæ vituperabiles.Denique redemptio animæ viri,diuitiæ eius:quoniam qui pauperi donat,redimit animam ſuam.Eſt ergo & in his materialib.diuitiis virtuti locus. Hierony. quoq; ad Saluiam de viduitate ſeruanda,Vnuſquiſque non hominum ſed rerum pondere iudicandus eſt, nec diuiti obſunt opes,ſi eis bene vtatur:nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit,ſi inter ſordes & inopiam peccata non caueat.Ad vtriuſque nobis rei teſtimonium & Abraham patriarcha,& quotidiana exempla ſuppeditant,quorum alter in ſummis diuitiis amicus Dei fuit,alij quotidie in ſceleribus depræhenſi pœnas legibus ſoluunt.Ante hos Plato lib.j.de Republica ſcribit, pecuniæ poſſeſsionẽ plurimi faciendam eſſe,non cuiuis homini,ſed modeſto & ęquo.Sed & Pindarus Pythiorũ Ode 2.aſſerit diuitias,ſi cum ſapientia coniunctæ ſunt,præſtãtiſsimas eſſe. Hinc ſcribitur in decretis canonicis,c.hæc autem.xxx.diſt.Diuitias cum iuſtitia & operibus bonis non abiicimus.vbi & gl.quędam in eam ſententiam dicit,reſpondétq; ad illud quod ſuprà citauimus, Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire &c.Sed & tu vide gl.in c.clericus.xij.q.j. & in c.j. in verbo,neceſsitatem.xxj.q.j.& præterea Origenem,Hilarium,Hierony.etiam interpretantes illum de camelo locum,videlicet Origenem homilia in Matthæũ 8.& iterum lib.vj.aduerſus Celſum.Hos autẽ in ſuis comment.in Matthęum cap.xix.& eundẽ quoq; Hierony.quibus locis ſuprà citauimus,atque etiam in lib.aduerſus Pelagiũ,itémq; ad Hebidiam in j.q. & Auguſti. lib.ij. quæſtionum Euangelicarũ, q. xlvij.& in enarratione illius loci,Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.Pſal.lj.Bald.in c.nam & concupiſcentiam,ad fi.de conſtit.vbi diſſerit,vtrùm appetere diuitias ſit peccatum.Barbat.in l.is cui bonis,col.iij.verſ.& pondero,& col.ſeq. verſ.& adde vnum.ff.de verb.oblig.& conſi.xlvj.ſcripſit præclarè,col.j.lib.ij.

*Animus quem facit diuitem.*

*Paupertas nocet quæ in ſua culpa prouenit.*

5 ¶Sed nec illud omittendum dicimus,non ſolùm non laudandos eos eſſe qui ſuo vitio aut culpa paupertatem ſibi adſciſcunt,ſed & admodum vituperandos omnium teſtimonio. Nam primum gl.vt à noſtris incipiam,in cap.quæ in eccleſiarum,in verbo,ad inopiam, extrà de conſtitutionibus,aſſerit indignum eſſe ei ſubueniri,qui ſua culpa aut vitio in egeſtatem incidit, per l.bona fides.ff.depoſi.& argu.cap.non ſatis.lxxxvj.diſt.& idem dicit gl.in cap.{ad ſupplicationem, in verbo,ad ſuſtentationem,de renunt.& in cap.}ex parte,in verbo,prodigalitatis, de conſuetudinibus quæ etiam allegat l.ſi mulier.ff.quod metus cauſ.vbi metus nihil auxiliatur,qui ſibi eum ſua culpa intulit.Ex quo Bald.in dicto cap.quæ in eccleſiarum, col.j.per illum textum in verbo probabiliter not.quòd non dicitur quis ad inopiam vergere,vt ſibi proſit,& alij noceat , niſi duo probet,ſcilicet ſe vergere,& ſine culpa ſua vergere ad inopiam.Et iterum col.iij.verſ.quęro nunquid ſi propter,dicit,quòd qui ob maleficium etiam aduerſus tertium commiſſum deductus eſt ad inopiam,perdit beneficium ne conueniatur,niſi quantum facere poteſt,per l.bona fides, & l.pen.ff. de iure dot.quam ad hoc dicit not.& l.Titius.ff.de procur.& l.ſiue hæreditaria.ff.de nego.geſt.& idem voluit ipſe Bal.in d.c.ex parte,per tex.ibi,in verbo,diſsipauerit,de conſuet.& per d.l.pe.quã & ibi dicit nota.& ſenſit idem Bal.in cap.ſedes,col.ij.verſ.ſed nũquid per iſtam clauſulam, de reſcriptis,cùm per dictam l.pen.dicit quòd ea paupertas nocet, quæ captioſè prouenit. & ſequitur Iaſ.in auth.res quæ.col.vj.verſ.tene communem.C.commu.de lega.& Ioa.Montefer. in repet.l. frater à fratre,col.vlt.ff.de condict.indebi.& Ferdin.Loaz.in repe.§.diui.l.filiusfamiliâs.nu.164.ff. de lega.primo,{& Ioa.Lup.in repe.cap.per veſtras,§.xxiiij.col.pen.verſ.ad idem,extrà de donatio.inter virum & vxorem,{& idem etiam voluit apertè Bart.diſtinguens tamen inter dolum,& culpam,in l.etiã.§.licèt,per tex.ibi.ff.ſolu.matrimo.& ibi quoque alij latè tractantes , an & hoc in culpa obtineat.de quo & per{Pet.Aret.in c.j.col.ij.verſ.quid dices ſi maritus,de donat.inter virũ & vxo.}Fely.& Phil.Dec.latè in d.cap.quæ in eccleſiarum,& Iaſ.in l.quo nomine,circa medium. ff.de condict.indeb.& Baptiſt.à S.Blaſio in tractatu priuilegio.dotaliũ, in 182. priuilegio. Et hoc confirmat tex.in l.vlt.§.vlt.ff.quæ in fraud.credit.vbi beneficium cedendi bonis ad carcerem euitandum,non ei competit qui fraudulenter bona ſua diſsipauit.quem ad hoc notant & commendant {Bart.} Bald.& Ang.qui dicit ſin.ibi,& idem Bald.in l.j.col.ij. verſ. quæro vtrùm ille , & ibi quoque Ang.C.qui bonis ced.poſſ.& in l.is qui bonis,la j.ff.de ceſsio.bono.& in l,j.col.4.verſ.in eadem gl.ibi,maritus.ff.de iure dot.& conſi.xxix.beneficium inuentarij,in quib. etiam locis dicit ſing.{& conſi. ccc.quòd Iacobus,in fi.lib.j.}& etiam no.Dyn.in §.item ſi quis in fraudem, Inſti. de actionibus.& ibi Ioannes Platea.col.j.qui & illum tex.dicit ſingularem,ſicuti etiam facit in l.j. in fin.C. de iur.fiſci,lib.x.& not.etiam Bart.in alia.§.eleganter,ad fi.ſolu.matr.& Bald.in l.j.in v. quæſtio.C.ſi quid in fraud.patron.& in §.vlt.ante fi. & ibi etiam Ioannes Fab. Inſtit. de actio.& idem

*Metus nihil ei prodeſt,quẽ eum ſibi ſua culpa intulit.*

*Beneficium ceſsionis non competit fraudulento bonorum diſsipatori.*

idem Bal.conſ.{ccxlix.lib.j.repetito conſi.}cccc.in libris theſaurariæ.col.ij.li.v.vbi dicit quòd falliti(ita enim{à verbo fallendi,vt apertè declarat ipſe Bald.}vocant, qui decoctis conſumptíſque patrimoniis ſolum vertunt,quod eſt verbum imperatoris in l.ſuper.C.de manc.& colo.pat.li.xj. aut vt etiam vtar verbis iuriſconſulti in l.ſi hominem.§.quoties.ff.depoſiti,& in l.vlt.ff. de cura. bonis dan.)foro cedunt,id eſt,vt vulgò noſtri dicunt,*banque route* faciunt.vtrunque iungit Iuuenalis ſatyra vndecima,

*Qui vertêre ſolum Baias & ad oſtia currunt.*
*Cedere namque foro,iam non tibi deterius quàm*
*Exquilias à feruenti migrare ſuburra.*

*Solum uertere quid.*

{Quanquam ſolum vertere latiùs pateat,ſignificétq; quacunq; de cauſa ſedem locumq; mutare, vt tradit Tullius paulò ante fi.orationis pro Cecinna.}Iſti igitur falliti,vt dicit Bald. non habent beneficium ceſsionis,per d.l.vlt.§.vlt.& arg.d.l.pen.ff.de iure dot.Illum quoque tex.ad hoc not. {Ang.conſ.ccxxix.teſtator,col.ij.}Barb.in dicto cap.quæ in eccleſiarum,col.v.& Socin.ſi is eſt,in tractatu fallent.regula xlvj.incip.cedens bonis,in v.fallent.& iterum regula xlvij.quod eſt eiuſdē initij,in prima fallent.quibus locis dicit illum tex.notab.& Vitalis Camba.in tracta. clauſularum, tit.an poſsit renuntiari beneficio ceſsionis bonorum,chart.pen.verſ.ſecundò quia renuntiatio,& Bal.Nouel.in tracta.doti.in vij.parte principali.in xiiij.priuilegio.{& Ioan.Bapti. Sanſeuerinas in tract.de debitoribus ſuſpectis,q.j.col.vlt.verſ.illud ſcio.Illud autem certum eſt obligatum ex dolo vel delicto non gaudere hoc priuilegio,vt per Canoni.in c.Odoardus,de ſolutio.cum aliis propè infinitis concord.collectis à Cepol.conſi.cauſarum criminalium ix.quidam ex delicti.} Quin & dicit Bal.in dicta l.j.col.vlt.verſ.iſta autem renuntiatio.C.qui bon.ced.poſſ.quòd qui bona ſua ludo conſumpſerit,caret priuilegio ceſsionis bonorum.{ Nouella autem Iuſtiniani conſtitutione cxxxv.ſancitum eſt,eos qui non ſuprema negligentia aut luxu,ſed caſu fortuito lapſi facultatibus eſſent,non debere ad eam bonorum ceſsionem cogi,quæ cum vlla contumelia fiat, quod & antè non abſimili caſu conſtitutum fuit Codice Theodoſiano,tit.qui bo.ex lege Iulia ced.poſſ.l. 1.}Facit item quod ſcribit ipſe Bald.in cap.ſi qui teſtium,col.ij.extra de teſtib.quòd qui ſuo vitio incidit in paupertatem,non eſt teſtis idoneus,quia non ſolùm rerum,ſed & famæ ſuæ eſt prodigus.Ideo cùm in ſe ſit vitioſus,multò magis & in alios eſſe præſumitur,per not.in l.vlt.C.de ſenten.paſſ.licèt aliàs pauper,vt ipſe ſubdit,non repellatur,{& idem Bal.conſ.clxxviij. quædam ſunt res,lib.v.ſcribit vxorem non teneri alere maritum, qui ſua culpa incidit in paupertatem, per d.c. ex parte. Et facit quod à multis dicitur, captiuum ob delictum non gaudere priuilegiis datis ob redemptionem captiuorum.de quo tu vide quæ latè ſcripſimus in noſtris legibus connubialibus in glo.vj.nu.278.ſed quæſtionis eſt.& ij.ſeq.}

*Fortuito caſu lapſi facultatibus.*

*Captiuus ob delictum non gaudet priuilegiis datis ob redemptionem captiuorum.*

9 *De paupertate ex externis ſcriptoribus.*

¶Nec in hanc rem deeſt externorum ſententia:nam Plutarchus in comparatione Ariſtidis & Catonis,multis verbis in iſtiuſmodi homines agit:inter quæ illud grauiter pronūtiat:Paupertas quidem per ſeipſam nulli turpitudini coniungitur.Quòd ſi negligentiæ,intemperantiæ,luxus,impudentiæ ſpeciem præ ſe ferat, probro ac vituperatione non vacat. { Apollyci ſententia eſt, apud Stobæum ſer.xciiij.οὐ τὸ πένεσθαι κατὰ φύσιν αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ δι' αἰσχρὰν αἰτίαν πένεσθαι ὄνειδος. Quam eandem adſcripſit Antonius Monachus,ſed ex Apollonio,to.j.Meliſſæ.cap.xxxiij.Eius autē ſenſus eſt huiuſmodi,paupertas ſecundum naturam non turpis eſt: Sed ea quæ ob turpē cauſam accidit,dedecori eſt.Cornelius Tacitus lib.2.hiſtoriæ Auguſtæ laudat Tiberium Cæſarem,quòd vt honeſtam innocentium paupertatem leuauit,ita prodigos,& ob flagitia egentes Vibidium Varronem,Marium Nepotem,& alios quos nominat,ſenatu mouit.Suetonius autem in Galba tradit eūdem Tiberium prohibuiſſe Caium Galbam fratrem Sergij Galbæ imperatoris ſortiri anno ſuo proconſulatum,quòd facultates ſuas attriuiſſet.idem Tacitus lib. xiij. Neronem veluti clanculū taxat,quòd Aurelio Cottæ,& Atherio Antonino annuam pecuniam ſtatuit,quamuis per luxum habitas opes diſsipaſſent.Sed & eundem Neronem arguit Suetonius,quòd diuitiarum & pecunię fructum non alium putabat,quàm profuſionem:ſordidos ac deparcos eſſe,quibus ratio impenſarum conſtaret:prælautos veréq; magnificos,qui abuterentur ac perderent.Aelius autem Spartianus tradit Hadrianum imperatorem,cuius reſcripta ſæpius à noſtris iuriſconſultis citantur,ſenatoribus,qui non ſuo vitio decoxerant,patrimonium pro liberorum modo ſenatoriæ profeſsionis expleuiſſe.Et paulò pòſt eundē decoctores bonorum ſuorū iuſsiſſe catamidiari in amphitheatro,& dimitti,id eſt,vt omnes intelligant,deridēdos exibilandoſq; omnib.in amphitheatro exhiberi, vt hodie obſeruatur in polygamis,qui ſcilicet multis ſimul vxoribus abutūtur,à κατὰ quidē præpoſitione,& μαιδάω verbo,quod derideo ſignificat.{Quanquam Ioa.Baptiſta Plantius in cōment.Perſij Saty.v.illic eſſe mendum contendit,& ita legendum,Decoctores bonorum ſuorū ſi ſuæ autoritatis eſſent, Cato nudari in amphitheatro,& dimitti iuſsit.ſed neſcio quid ſibi velit.Eā autem}pœnam exprimit Suetonius in Auguſto,cùm ſcribit,Pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit,vt ſtare per totū diem iuberet ante prætoriū interdū tunicatos diſcinctoſq;, nonnunquam cum decempedis,vel etiam ceſpitem portantes.Et hæc pœna,vt id obiter dicam, continet corporis correctionem,vt dicit Card.Flor.conſ.xciiij.reſpondeo quod b.in prin.Sed vt redeamus,Aelius quoq; Lampridius ſcribit Alexandrū Seuerum illum, cuius in iure noſtro tam multas leges habemus,honoratos,quos pauperes verè & non per luxuriam vidit, ſemper multis commo

*Hadrianus ſenatoribus,qui non ſuo uitio decoxerant, patrimonium impleuit.*

*Quid ſit catamidiari.*

*Alexander Seuerus quos*



commodis auxiſſe.Similiter tradit Iulius Capitolinus Antoninum philoſophum multis ſenatoribus vel pauperibus ſine crimine,dignitates tribunitias ædilitiáſq; conceſsiſſe.Tullius lib.ij.Officiorum,habenda eſt inquit,ratio rei familiaris,quam quidem delabi ſinere flagitioſum eſt.Quam ſententiam è noſtris citant & approbant Io.And.& Pan.in d.c.ex parte,de conſuet. & ipſe Pan. in cap.j.in ij.not.extrà de donat.Apud eundem Tullium li.iij.eiuſdem operis,Hecaton Rhodius differit ſapientis eſſe,habere rationem rei familiaris.Neq; enim ſolùm nobis diuites eſſe volumus, ſed liberis,propinquis,amicis,maximéq; reipublicæ.Singulorum enim facultates & copiæ,diuitię ſunt ciuitatis.Ex quo profectum videri poteſt,quod noſtris legibus traditur,intereſſe reipublicæ ſuos ipſius ciues eſſe locupletes,§.j.in auth.vt iudi.ſine quo.ſuffrag. Sed vt redeamus ad Tulliū, is in ſecunda Philippica illud obiicit Antonio,Tenéſne memoria prætextatum te decoxiſſe?Patris,inquies,iſta culpa eſt, concedo,etenim eſt pietatis plena defenſio. Illud tamen audaciæ tuæ, quòd ſediſti in quatuordecim ordinibus,cùm eſſet lege Rhoſcia decoctoribus certus locus conſtitutus:qui ſcilicet fortunæ vitio,non ſuo decoxiſſent.Idem in oratione pro Publio Sylla multis nititur C.Cincium ab ea nota vindicare,quæ ei inurebatur,quòd patrimonium ſuum æris alieni diſſoluendi cauſa vendidiſſet,nempe quòd non libidine,ſed negotij gerendi ſtudio æs illud alienum contraxiſſet.Idem in oratione pro P.Seſtio Gellium quempiam pro magno conuitio gurgitem ac voraginem patrimonij appellat.Apud Dionyſium Halicarnaſſeum lib.3. originum Romanorum,Martius quartus Romanorum Rex obiurgat malos præſides poſſeſsionum ſuarū,tanquam non firmos ciues. Et lib.v. eiuſdem operis Appius Claudius plebeius veluti magnū probrum obiicit,quòd cùm ex facultatibus tyrannorum contingentem eis partē ſortiti fuiſſent,turpiſsimis indulgendo voluptatibus,cenſu excidiſſent.Tradit Aſconius Pædianus Gellium & Lētulum Cenſores C.Antonium Antonij oratoris filium ſenatu mouiſſe ob æris alieni magnitudinem.Sed & Macrobius lib.2. cap.4. tradit Auguſtum & ipſum Cenſorem equitem quendam Romanum corripuiſſe,quòd facultates ſuas minuiſſet. Plautus in Truculento ſcribit piaculū eſſe miſereri nos hominum rem malè gerentium.Apud Nabatheos qui opes ſuas imminuiſſet,publicè multabatur:qui verò auxiſſet,honore afficiebatur,teſte Strabone lib.xvj.Similiter apud Abderitas qui patrimonium conſumpſiſſet,ſepulchro patris non dignabatur, teſte Laertio in Democrito.{Sed & ij aliàs puniebantur,vt videre licet ex Athenæo lib.iiij.cap. xx. vbi ſcribit Abderitas ipſum Democritum publicè condemnaſſe,quòd bona paterna abſumpſiſſet.}Ex Solonis legibus hæc vna erat,Qui patrimonij verſuram fecerit,is ignobilis obſcuruſq; eſto,vt prodit idem Laertius in vita illius.Cui concinens Athenæus lib.4.hæc ſcribit:ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους, καὶ τοὺς μηδὲν ἐκ περιουσίας ζῶντας, τὸ παλαιὸν ἐκάλουν τε οἱ ἀρεοπαγῖται καὶ ἐκόλαζον, ἱστόρησαν φανόδημος καὶ φιλόχορος, ἄλλοι τε πλείους.id eſt,Quod autem prodigos,ſiue,vt vertit Budæus ſeculi noſtri decus,patrimoniorum profligatores,eóſq; qui nullis facultatibus victitarent, Areopagitæ olim in ius vocabant,multabantq́;,narrauerunt Phænodemus,& Philochorus,pluresq; alij.Sed & ex legibus Grę corum,ei nec publicè concionari,nec aliquo modo cum populo agere licebat,qui matrimonium turpiter conſumpſerat:vt videre licet ex accuſatione Aeſchinis aduerſus Timarchum.Locrorū autem legibus cautum erat,ne quis patrimonium alienare poſſet,niſi euidentem calamitatē oſtēderet ſuperueniſſe,vt teſtis eſt Ariſtoteles lib.Politicôn ij.c.v.{Sed & apud Lacedæmonios de maiorum vetuſta hæreditate terram aut prædia vendere,non parua turpitudo putabatur: neq; verò licebat vt tradit Heraclides in politiis.}Quibus adde & alia multa, quæ in hanc ferme ſentētiam congeſsimus in noſtris commentariis in Pictonum conſuetudines,tit.x.§.xlij.in gl.v.Nec tamen velim intelligas iſtis denegandam fore eleemoſynam,per cap.quieſcamus.xlij.diſt.& ibi glo.quæ adducit concord.& Ioa.And.Imo.& pleriq; omnes in d.cap.quæ in eccleſiarum,de conſtit.Fely. in cap.ſi qui,col.vlt.extra de teſtib.Quibus ſuccinunt & quæ nos latè diximus de incarceratis ob ſua ipſorum maleficia in{noſtris legibus connubia.vbi ſuprà citauimus.}Porrò & de paupertate nos alibi multa diximus,quæ ſi ſcire deſideras,vide in iiſdem commentariis tit.j.§.vj.in glo.j.

*pauperes non luxu uidit, iuuit.*

*Antoninus ſenatorib. ſine crimine dignitates cōceſſit.*

*Rei familiaris habenda ratio.*

*Gurges & uorago patrimonii.*

*Locrorū lex*

7 ¶Ex multis autem quæ ſuprà diximus,ſatis conſtat quid ſit decoquere & decoctor. Nam decoquere eſt bona ſua prodigere,conſumere,abligurire,profundere,eiſq; decedere.Et decoctor, patrimonij conſumptor.Id quod obiter dicere volui,quo intelligeres l.quilibet.C.de decurio.lib.x. quæ loquitur de decoctore publicæ pecuniæ.& l.ſi aliquid.C.de ſuſcep.præpo.& arca.eod.lib. vbi ita ſcribitur,Nemo id rurſus officium gerat,in quo ante decoxit.{& ibi Luc.Pen.qui eam ſignificationem probè intellexit.& in l.iure,ad fi.C.de fabric.lib.xj.& in l.ij.in fi.C.de fund.rei priua.In quibus omnibus propè locis Accurſius id pro nomine officij,& adminiſtrationis intellexit,deceptus fortè errore ac mendo prioris illius l.in qua ſic vulgò legebatur:quilibet principaliū,vel decurionum,vel decoctor publicæ pecuniæ ſi fraudulentus in aſſcriptionib.illicitis,&c.Cum ſic ex antiquis codicib.ſit legendū,quilibet principalium,vel decurionum,ſi decoctor pecuniæ publicę, vel fraudulentus,&c.vt etiā monuit And.Alcia.vir nunquam ſatis laudatus,in annotationib.triū poſteriorū li.C.& nōnihil quoq; meminit Antonius Nebriſſenſis in lexico iuris ciuilis.Sed pręter eos vide Budeum in prioribus annotationib.Pandectarum in d.l.ſi hominem.§.quoties.ff.depo.

*Decoctor publicæ pecuniæ.*

8 ¶Sed antequam hinc diſcedamus,occurrit quæſtio huic loco non parum conueniens:Vtrū videlicet appellatione bonorū,de quibus l.noſtra loquitur,nomina & actiones & alia huiuſmodi iura contineantur? vt proinde ſciamus an hæc l. habeat locum in donatione nominum. Certum eſt quòd

*Bonorum appellatione, an nomina & a-*

*lia iura ueniant.*

quòd ea non veniunt appellatione bonorum mobilium vel immobilium,ſed conſtituunt tertiã quandam ſpeciem,per l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudic.& l.quam Tuberonis.§.vlt.ff.de pecul.& latè hanc rem tractauimus in{noſtro tractatu Retractuũ tit.j.§.j.glo.vij.in verbo , *ou autres choſes cenſees pour immeubles*,nu.1.& multis ſeq. } Sed nunc quærimus an veniant appellatione bonorum ſimpliciter ſine illa adiectione mobiliũ aut immobiliũ.Quod certè planum eſt ex l.nomen.C.quæ res pign.obliga.poſſ.vbi in generali obligatione bonorum veniunt nomina debitorum.quem tex.ad hoc expendit Bald.conſ.xxv.in quæſtione vertente,in vj.dubio.lib.j. Nec minùs id probat tex.in l.bonorum.§.vlt.ff.de verb.ſignifi.vbi ſcribitur bonis annumerari ſi quid eſt in actionibus,petitionibus perſecutionibus.quẽ tex.etiã ad hoc{expẽdit Alb.ibi.nu.v.& } Pan. in cap.relatum,le ij.poſt prin.de teſta.& in c.vlt.col.v.verſ.nũc verò cũ ſcriberẽ,extra de præſcrip.& cõſ.43.videtur primo dicto,col.2.verſ.tertiò principal.lib.j.& Io.Ana.in c.vlt.in prin.de heret.& ante hos Sign.conſ.35.caſus talis eſt,quidã.Iac.col.pe.verſ.redeo ad ſextã,vbi & ad hoc citat l. ſi legatus.§.ſi quis bona.ff.ad Trebel.Sed & hoc probat tex.in l.princeps.ff.eo.tit.de verb.ſignif.vbi ita ſcribitur,princeps bona concedendo,videtur etiam obligationes concedere.& in l.j. § .vtrùm autem,verſ.quòd ſi noluit.ff.ſi quid in fraud.patr. vbi actionem de bonis diminuiſſe dicitur , qui obtinere noluit,cùm peteret,{& in l.vlt.ff.de vſu & vſufr.leg.vbi ſi bonorũ vſusfructus legatur, & quod in nominibus eſt,computabitur.& in l.vſufructu.ff.ad leg.Fal.ex quo Alb.ibi not.quòd qui tenetur excutere bona debitoris,iura & actiones eius excutere tenetur.}& in l.ſi conſtante.§.vlt.ff.ſol.mat.vbi publicatis bonis ſimpliciter,publicatur actio quæ ad dotem competebat.& illũ tex.ad hoc not.Bal.Ang.Imol.Ro.& Alex.ibi.Imò eſt tex.generalis in l.ſi ademptis.C.de ſentẽt.paſſ.quo publicatis bonis publicãtur omnes actiones:quẽ & ad hoc expendit Alb.in l.j.in fi.ff.de ſtat.ho.Facit & tex.in l.j.C.de vſufr.vbi ſi quis legauerit vſumfructũ ſuorũ bonorum,intelligitur legare vſumfructum nominũ.quem etiam tex.ad id quod principaliter probare intendimus, annotat{Bal.ibi,& dicit not.idẽ.}Bal.conſ.234.ſtatuto cauetur quòd mariti,lib.ij.vbi tamẽ intelligit, hoc procedere,cùm actiones iam natæ ſunt,vt quia iam ceſsit dies ſoluẽdæ pecuniæ.Aliâs enim, inquit,nõ dicerentur eſſe in bonis,ſed tantùm ſpes agendi,per l.ſpem.C.de dona.& §. ex cõditionali,Inſti.de verb.obli. Cui adde optimum tex.in l.ſubſtitutio.ff.de acq.rer.domi.vbi ſubſtitutio quæ nondũ competit,extra bona noſtra eſt.Ideóq; ſi eam quis repudiat,nõ videtur aliquid alienaſſe,vt dicit gl.ibi,per l.qui autẽ,circa prin.ff.quæ in fraud.credit.ſed eſt tex.expreſsior in l.alienationis.§.qui occaſione.ff.de verb.ſign.Ex quo poſſet videri,quòd ſi quis donaret aut remitteret debitũ conditionale,nõ eſſet locus huic l.loquenti de bonis.Quod vix crederẽ.Super quo tamen vide quæ dicam in glo.donatione largitus,in ij.q.verſ.ſed hoc tamen primo loco intelligas.

*De bonis diminuit,qui obtinere nõ uult cùm petit.*

*Subſtitutio conditionalis extra bona eſt.*

9 ¶Sed vt redeam,quòd appellatione bonorum veniant iura & nomina,voluerũt præter eos quos ſuprà aduocauimus,Archi.in ca.ij. in verbo,bonis,de teſt.lib.vj.per l.mulier bona. ff.de iure dot. And.Iſer.in conſtit.Neap.incip.non ſine tit.de orig.iuris.Bart.in l.vlt.verſ.quæro quid ſi legatur, iuncto verſ.ſeq.ff.de vſufr.lega.& Bar.in l.Quintus,la ij.§.argento,& ibi Albe.ff.de aur.& argen. leg.{& idem Alber.in l.ſcribit,in prin.ff.eo.tit.& in l.vxori.poſt prin.ff.de vſufr.leg.}Petr. Anch. conſi.iij.non eſt dubium,circa medium.{& conſ.cj.ex prædicto,col.2.verſ.ſecundò poſito.}Imol. loquens de confiſcatione bonorum,conſ.xxv.in caſu præmiſſo,col.antepen.verſ.nec obſtat prędictis,& multis ſeq.& Card.Flor.conſ.lxxxiij.reuerendiſsimus,in fi.vbi etiam loquitur de confiſcatione bonorum.Pau. Caſt. conſ. cxciij.notandum primò ad euidentiam,in princ. lib.j.vbi reſpondit in generali obligatione bonorum venire nomina debitorum , per multa quæ allegat. & Domi.in c.j.in verſ.contra natos,per illum tex.de ſchiſma.lib.vj.& in c.vlt.§.laici etiam per illum tex.de reb.eccleſ.non alien.eo.lib.vj.{Petr.Ferra.in tit.forma libel.in act.hypotheca.in verbo,ſub eadem obligatione bonorum,col.j.verſ.ſed an in generali.}& Bened.Cap.conſ.xlv.punctus teſtator inter cætera,in iiij.dubio,vbi & ad hoc allegat l.pupillus.ff.de act. tut. quæ nihil mihi huc facere videtur.& Franc.Aret.in l.j.C.ſi aduer.tranſact.& latè Maria.Socin.in tract.oblationum, in viij.libello.q.ij.& tribus ſeq.Bartho.Socin.eiuſdem filius,conſ.cj.viſo teſtamento,col.ij. verſ. non videtur,lib.j.quod repetitur conſ.clxxv.lib.2.Alex.conſ.lix.viſis verbis,poſt princ.lib.vj. & conſ. cxxxvj.viſo inſtrumento abſolutionis,col.ij.eo.lib.vj.Corn.conſ.ix.præmittendum eſt , col.pen. verſi.iura & actiones,lib.j.& conſ.clxxvij.circa hanc conſultationem,col.vlt. verſ.reſtat , lib.ij.& Ang.Aret.in §.j.inſtit.de inutil.ſtipu.{Fely.in c.omnes,col.antep.j.diſt.}& Phil.Dec.in l.qui actionem,verſ.ſecundo iſta regula.ff.de reg.iur.& conſ.ccclxxxj.viſis his quæ accuratè, col.vlt.& cõſ. ccccxlij.in cauſa in qua moleſtatur,col.j.verſ.&primo motu.& col.2. erſ. non obſtat ergo .& D. Benedic.in repe.c.Raynutius,in verbo,cætera bona,in prin.extra de teſta.

*Autores eiuſ dẽ opinionis.*

10 ¶Et id quidem omnes vbique concedunt,{præter paucos,ſcilicet Pau.Eliaz.poſt Abb.anti.in cle. 1.de reb.eccleſ.non alien.Collec.in c.nulli,col.2.verſ.ſed nunquid iura,extrà,eo.} in multis locis, vt proinde intelligas id eum ſeriò opinari,videlicet ſing.ccccIxxxj.ſi vir & vxor , verſ.in donatione.& conſ.lij.factum tale eſt,Ioanneta,col.ij.verſ.nec præmiſſo.& conſ.lx. ad dubia elicita , in 2.dubio,in fi.& conſ.ccxiiij.circa materiam,col.iij.verſ.addo aliam rationem,& iterum col.6.verſ. & non mirum,& iterum conſ.ccxviij.indubitanter,in viij.dubio.Et tamen ipſe alicubi eſt in diuerſa ſententia,nempe in q.{delph.}cccxlj.ſuper quæſtione,col.2.verſ.ſed an publicatione.& rurſus q.499. teſtator quidam , verſ.& præmiſſa vera.& ſingu.dccclv.verſ.appellatione bonorum.

*Contrarium ſentientes.*

Quan



Quanquam pro illa Guid.ſententia poſsit videri facere tex.in c.j.verſi.contra natos,ibi,bonis & iuribus publicatis,de ſchiſma.lib.vj.& ſimilis tex.in cle.j.col.vlt.nam ea eſt admodum longa, de iureiu.& in clem.paſtoralis,verſi.præhabiti,de ſent.& re iudi.& in cle.quia cõtingit,tum in prin. tum in §.vt autem.de ſtatu monach.In quibus locis bona & iura vt ſeparata nominantur. Ideo Imol.in poſteriori loco no.in vij.not.quòd appellatione bonorũ non compræhenduntur nomina.Sed his potes reſpondere,vt dicam poſtea in verbo,reuertatur,nu.26. incip. ſed quod his reſpondeatur.Tamen poſtea cõperi Domi.fuiſſe huius ſententiæ,in c.hoc conſultiſsimo.in prin.in iiij.not.de reb.eccle.non alien.Nam is ibi not.ex eo tex.iura non compræhendi appellatione bonorũ.verùm is tex.non id probat.Nam primùm hæc verba adſcribit,bona immobilia ſeu iura,tanquã ſcilicet iura non compræhendãtur ſub bonis immobilibus.quod no.gl.ibi.& id planè fateor eſſe verũ,vt ſuprà diximus.At paulo poſt in eo.c.ponuntur hæc verba,bona ipſa vel iura,quibus videtur Domi.fuiſſe innixus,ſed nõ is videt his verbis,bona ipſa,intelligi tantũ bona immobilia: de quibus antè text.ille fuerat locutus:{& ideo dicit,ipſa ea tantùm compræhendens ac demonſtrans,de quibus antè locutus fuerat.}

11 ¶An autem veniant appellatione bonorum meorum , nam illud pronomen meorum , quod eſt poſſeſsiuum,facit rem dubiam,vide {Guil.Cu.} Bart.& Bald.in vtraque lect.& Petr.Anch.in ſuis reportatis in l.j.ff.de ſtat.homi.& Barth.conſi.50.Gilius Petri,poſt princ.& Bald.in l.vlt.col.pen. verſic.item ſi dono.C.de edict.diui Adr.tol.& conſi.cxiij.Andreas,per totum,lib.iij.& Ang.Are. in §.vlti.circa medium,Inſtitu.de iur.nat.gent.& ciuil.& in tract.malefic. verſi. & eius bona publicamus,col.ij.verſic.& not.quòd facta,ibi,& diligenter aduertas. & Barb. latè conſil.36. illud in medium,col.j.& ſeq.lib.j.& Catel.Cotta in memor.incip.bonis publicatis.& iterum memor.inci. nomina debitorum.& Iaſ.in l.Gallus.§.videndum,ad fin.ff.de liber.& poſthu.& Alciat.in l.nominis,in verbo,rei.ff.de verb.ſignific.& in l.vlt.in glo.vlt.C.de pact.quibus quidem omnibus videtur non compræhendi. {de quibus ſtat text.in l.Quintus,la ij.§.argento , & iterum in d.l.ſcribit, in princ.ff.de aur.& argen.lega.vbi appellatione ſuorum bonorum non veniunt quæ in credito ſunt,ſiue quæ in actione habemus.Cui accedens Tullius in Topicis,Non ſi vxori,ait,vir legauit argentum omne,quod ſuum eſſet,iccirco quæ in nominibus fuere legata ſunt:multum enim differt in arcáne poſitum ſit argentum,an in tabulis debeatur.}

*An appellatione bonorũ meorum ueniant nomina & actiones.*

12 ¶Sed illis palàm aduerſatur l.meorum.ff.de verb.ſignifi.vbi ita ſcribitur,meorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum eſt.vbi & ipſe Alcia.ſecum pugnãs id dicit obtinere,ſiue omnia mea dixerim ſimpliciter,ſiue cum adiectione vniuerſalis ſubſtantiui, omnia bona mea,ſeu omnes res meas.Quæ ſententia omnino vera eſt,vt etiã apertè probat text.in l.ſi legatus.§.j.ff.ad Trebel.cuius hæc verba ſunt,Si quis bona ſua vel omnia ſua rogauerit reſtituere, fideicommiſſariã reſtitutionem eſſe intelligendũ eſt.nam meorũ & tuorũ appellatione actiones quoq; contineri dicendũ eſt.Ex quibus planè conſtat appellatione bonorũ ſuorum actiones contineri.Et ita etiam voluit Cyn.& Ang.in d.l.j.ff.de ſtat.hom.Bald.etiã ſibi cõtrarius in d.l.j.C.de vſufruct.Bart.ſibi item contrarius,qui ad hoc multa allegat,in d.l. Quintus.la ij.§. argento.ff. de aur.& arg.leg.& Pet.Iaco.tit.de act.ex teſta.col.viij.verſi.item omnia bona.{Bald. etiam ſibi contrarius contra Guil.& Cyn.in l.ij.in ij.lect.circa med.ff.de conſtit.prin.& conſi.136.viſo teſtamento,col.ij.verſic.item quod dixit,lib.iij.} & Franc.Aret.in d.l.vlt.C.de pact.qua in re acerrimo certamine pugnauerunt D.Stella Conſiliarius in ſenatu Pariſienſi regius,& Zaſius, viri noſtræ ætatis doctiſsimi,dum antinomiã l.ſi pœnæ.§.j.& l.repetitio.ff.de condit.indeb.variis modis & ſenſibus amoliri contendunt.Guid.autẽ Pap.d.conſi.lij.col.ij.verſi.nec præmiſſo, fuit in noua & mirabili ſententia,ſcilicet quòd appellatione bonorũ ſimpliciter non veniant nomina,quod iam ſuprà ex eo diximus,ſed bonorũ meorũ appellatione veniant,quod omnibus ex diametro contradicit.

*Meorum & tuorum appellatione continentur actiones.*

13 ¶Quid autẽ ſi quis donat omnia bona ſua,quæ habet in tali loco,an veniãt iura & actiones quarũ fortè inſtrumẽta vel debitores ſunt in eo loco,vel aliter?Dic breuiter quòd nõ,vt per Bald. in d.l.j.ff.de ſtat.hom. & cõſ.232.ſuper infrà ſcriptis,in fi.li.2.{& conſ.483.qui legat.lib.4.}& Card. Flor.conſ.lj.Titius cõdidit teſtam.in fi.vbi ad hoc dicit eſſe text.not.in l. Caius Seius.ff.de leg.ij. & {Fran.Aret.conſ.54.in cauſa magiſtri Blaſij,col.vlt.& Alex.conſ.31.viſo titulo quæſtionis,col.3. verſi.confirmo per ea,lib.j.quod repetit conſ.3.lib.9.niſi quòd huius initiũ eſt,viſo themate quęſtionis.&} latè per Corn.qui multos tex.& doct.citat,quos videre poteris,ne hic diutius immoremur,conſ.49.in præſenti conſultatione,per totũ,lib.3.& Soc.dicto conſi.cj.viſo teſtamẽto, lib.j. repetito conſi.175.lib.ij.col.ij.& Iaſ. {in l.cunctos populos,in ij.lect.col.pen.in fin.C.de ſum.trin. &} conſi.v.ſtrenui,col.4.verſi.ſecundò pro iſta parte.lib.3.{Stepha.Bertr.conſ.clxij.viſa & ſæpius reuiſa.lib.j.& conſi.186.ponitur in facto quòd Titius,in iij.dubio,eo.lib.j.& conſi.74. ponitur in facto,num.3.lib.ij.& Carol.Ruin.conſi.clv.viſo teſtamento,in fin,lib.3.} & abundè etiã diximus in noſtro tractatu primigeniorũ,q.xlix.Nec tamen omittendus eſt optimus text.in l.vxorẽ.§.legauerat.ff.de leg.iij.& in l.quæſitũ eſt.§.j.ff.eo.tit.& l.ſi mihi Mæuia.eod.quoq; titu.& l.cum de lanionis.§.vlt.ff.de fund.inſtr.Quod tamẽ intelligit Bened.in c.Raynutius.in verbo,cætera bona.nu.8.de teſtam.niſi poſtquam quis diſpoſuiſſet de aliquibus ſuis bonis,tandẽ hæc ſubiungeret,cætera autẽ bona hic & vbiq; ſita relinquo.nam tunc nomina & actiones continerentur, & nihil allegat.Sed tu ſuper hoc vide quæ ſcripſi in tractatu Retractuum,glo.vij.nu.25.& 30.

*An donatione omnium bonorum compræhendantur iura & actiones.*

K

*An etiã feudum uel emphyteuſis ueniat tali bonorum appellatione.*

14 ¶Sed vtrùm veniat emphyteuſis aut feudũ ea bonorum appellatione? Et certè venit, vt de priore voluit Specu.tit.de loca.§.nunc aliqua,chart.penul.verſic.clvj.incip.quæritur vtrum filius. & Bald.qui ex hoc in pulchra quæſtione conſuluit,conſi.clxxxiiij.præmiſsis verbis cuiuſdam ſtatuti,lib.j.& Iaſon,qui hoc admodum commendat in authen.vnde ſi parens,col.iij.verſi.limita prędicta.C.de inof.teſt.& in l.ſi non ſortem.§.libertus,col.pe.verſi.ego limito.ff.de cond.indeb. vbi hoc dicit ſing.& à nemine animaduerſum.& in l.Gallus.§.quidam rectè,col.pe. prioris lect.verſi. limita prædicta,vbi hoc dicit ſing.ff.de lib.& poſth.& iterum in poſteriori lectu.col.vlt. verſi.limita tamen,vbi dicit eſſe not.quia ſæpius habuit de facto.{& conſi.clij.ſuper feudo,col.iij.verſic. tertio principaliter,lib.ij.vbi id dicit ſing.} & conſ.ccvij.verba inſtrumẽti,col.iiij.verſ. tertiò bene facit,eo lib.ij.vbi etiam dicit ſing.& Catel.Cotta memor.incip.bonorum appellatione. & iterum memor.incipien. emphyteuſis non venit,quibus locis id reputat ſing.& Philip. Deci.conſil.389. viſa longa ſerie,in fin.

*Feudum non compræhenditur bonorum ſuorum appellatione.*

15 ¶Et de feudo voluit And.Iſern.in c.j.ad fi.tit.de cap.qui cur.vend.& Cot.vbi ſuprà.& iterum in memor.incip.filius renuntians hæreditati,vbi & id dicit ſing.& Iaſ.in prælu.feu.col.xv.verſi.limita tamen ſing.vbi id quoque reputat ſing.& d.conſi.{clij.vbi ſuprà,lib.ij.& d.quoq; conſi.} ccvij. vbi ſuprà eod.lib.ij. Sed in hoc poſteriore contradicit ipſe Iaſ.in d.§.quidam rectè,in vtraq; lect. per text.quẽ in priore allegat,{qui tamen id mihi non probat} in c.in generali,tit.ſi de feud.fuer. cõtrou.inter do.& agna.& idem voluit {ipſe Iaſ.d.conſi.ccvij.vbi ſupra.lib.ij.& Dec.d.conſi.389. in fin.&} Matthæ.Afflict.in deciſ.Neapo.xiiij.Ioannellus,col.vlt.{& in conſtit.Siciliæ, incip. apoſtatantes,col.ij.in iiij.not.& in conſtit.ſi quando fortè,col.ij.in ij.not.& in conſtit.ſi quis in poſterum,col.viij.in v.not.& in conſtit.comes,col.pen.in iiij.not.quibus duobus poſtremis locis limitat,niſi fiat mentio omnium bonorum,vt ibi per eum,quanquam & in hoc vltimo tenet contrarium ipſe Afflict.in conſtit.incip.cùm iuſtitiæ,col.ij.in v.not.vbi & omniũ bonorum appellatione negat compræhendi feuda.vt etiam facit in conſtit.hac edictali,col.pen.Sed pro priore ſententia eſt glo.in c.j.verſic.noui,in verbo,ſuorum bonorum,in princ.tit.per quos fiat inue. quæ dicit feudum eſſe in bonis vaſalli,arg.l.bonorũ.ff.de verbor.ſign.& eã gl.ſequuntur Bald. Mart.Laud. & Card.Alex.ibi,& Iaſ.conſ.lvij.viſis literis,col.iij.verſi.ſextò facit,lib.iij.& Philip.Dec.in l.quod euincitur.ff.de reg.iur. Et idem voluit Bald.ipſe conſi.352.materia feudorum,col.ij.lib.j.} Sed tu tamen,quia id non admodum certum eſt,vide eundem Matth.{in d.c.j.col.ij.nu.15.tit. de cap. qui curi.vend.} & Guid.Pap.conſi.215. vertitur quæſtio,& Philip.Dec.in l.j.col.ij.verſi.ad prædicta. ff.ſi cert.petat.in ij.lect. Ex quibus intelliges an l.noſtra habeat locum in feudo & emphyteuſi.

*Niſi omnium bonorũ ſit facta mentio.*

*Bonorum appellatio quid contineat.*

16 ¶Denique quid hæc bonorum appellatio contineat,vide latiſsimè text.& Andr.Alciat.in l.bonorum.ff.de verb.ſign.& in l.iij.& ibi docto.ff.de bonor.poſ.tit.generali.& in l.is cui.§.bonorum.ff. vt in poſ.leg.& latiſsimè Philip.Corn.conſi.cclx.ad euidentiam huius conſultationis,lib.j.& omnino Firmia.in ſuo lexico,in verbo,bonorum appellatio,neque enim hìc diutius immorandum decreuimus.

## OMNIA, VEL PARTEM ALIQVAM.

*Hæc l.non habet locum niſi in donatione omnium bonorum.*

1 SVNT qui hinc trahunt tum demum locum eſſe huic l.ſi donantur omnia bona, aut quarta pars bonorum,non etiam ſi donetur res quæpiam certa aut ſingularis,veluti caſtrum,domus,fundus,& cætera id genus. In qua ſententia videtur fuiſſe Salic. hìc,dum hanc l.ita ſummat,donatio quotæ bonorum propter carentiam liberorum, illis ſuſceptis reuocatur.Sed id apertius voluit Bal.in auth.ex cauſa,col.iij.verſi.item non obſtat.C.de lib.præt.& in l.ſi cùm vel in vtero,col.ij.C.de teſt.milit.Alb.Roſat.in l.cùm acutiſsimi.C.de fideic.vbi & hoc dicit voluiſſe Mart.Sili. Adducitque etiam d.l.cùm acutiſsimi,non obtinere etiam in re ſingulari,vt dicit probari per eũ text.loquentem de hæreditate tantùm.quod & tradit Bal.conſi.461.punctus talis eſt,quidam reliquit,ante fi.lib.v.{& Philip.Dec.in l.generaliter,col.iiij.verſicu.quartò limitatur,de inſtit.& ſubſt.& conſil.lvj.viſo puncto, col.j.vbi tamen id declarat. Et} hoc quoque in caſu l.noſtræ tenet{Cornel.conſi.cxcv.in hac conſultatione,col.vj. lib.j.&} Franc.Curt.ſenior conſi.j.circa primũ prima fronte,col.vj.& Socin.conſil.cxcj. licèt difficultates,col.vj.verſi.ſed quo ad ſuperiora,lib.ij.{Carol.Ruin.conſil.cxl.circa caſum.col.iij. nu.5. lib.iiij.} & ſubobſcurè Stepha.Bertr.conſi.cxc.Chriſti,&c.viſo caſu,in j.dubio.lib.j.& conſi.cclix. adhærendo,in fi.eod.lib.j. Et aliàs quoque videmus (vt hoc illis addas) intereſſe,vtrùm res certa, an verò quota pars relinquatur,vt patet ex l.quoties.C.de hæredib.inſtitu.Quin & propriè pars in vna aliqua re propriè non intelligitur.l.quamuis.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſta.

*Contrarium defendentes.*

2 ¶Contrarium tamen,videlicet quòd hæc l.habeat locum etiam in donatione rei particularis, tenent Alber.& Bald.ſibi contrarij in hac l.ille quidem,poſt prin.hic autem paulo ante fi.in j.lect. & iterum in ij.lect.col.ij.& Bart.in l.Titia Seio.§.imperator,col.vlt.verſi.quæro.l.ſi vnquã loquitur,& ibi quoq; Bald.ff.de leg.ij.idem Bald.in l.j.col.pen.verſi.ſecundò quæro,C.de inoffic.don. Imol.in c.vlt.col.v.verſic.circa prædicta tamen,extra de dona.Rom.in d.l.ſi cùm vel in vtero,& ibi quoq; Corn.qui eam legit cum l.ſicut certi,in fi.C.de teſtam.mili.Paul.Caſt.conſi.435. ſuper hoc puncto,col.ij.verſi.ſecundo facere videtur,lib.ij.Ioan.Plat.in l.j.poſt mediũ.C.de rei poſtul. lib.x.Alex.conſi.xlj.viſo tenore,col.pen.lib.j.& conſ.xlvij.abunde,lib.ij. vbi dicit quòd eſſet periculoſum



culoſum tenere contrarium,propter autoritatem eorum qui hanc partem tenent. & conſil. lxxj. conſideratis his,poſt prin.lib.iiij.& conſ. clxij.viſis his quæ copioſè,in prin.lib.vj.Corn.{ſibi contrarius} in d.auth.ex cauſa,col.ix.verſi.nec obſt.d.l.ſi vnquam,& ibi etiam Iaſ.col.iiij.verſ.tertium dubium.C.de libe.præte.idem Corn.conſil.clviij.pro deciſione,col.vlt.verſi.nec obſt.d.l.lib.ij. {& conſil.iiij.dubia,col.ij.in princ.lib.iij.} & conſil.xj.in præſenti conſultatione,col.ix.verſic. nam ex quo lib.iij.& conſi.cxcvij.non alienam,col.pen.eo.lib.iij.& conſi.ccxxv.antequam aggrediar,col. v.verſic.nec ob.d.l.eo.lib.iij.& conſi.xxx.in hac conſultatione,col.iij.verſic. nec obſtat quod non donauit,lib.iiij.Franc.Aret.in l.Titius,in princ.col.iiij.ff.de lib.& poſth.& conſil.xcij. viſo legato, col.iij.verſi.quod autem,& col.ſeq.verſi.quid enim ſi hæreditas.Soci.ſibi cõtrarius in l.cùm auus, col.29. verſic.& pro hac opi.ff.de condit.& demonſt. {& conſ.cxlvij.viſa,col.pen.verſi. ſecundò principaliter,lib.j.} & conſi.ccxv.viſa prædicta,col.ij.verſic.fortiùs etiam,lib.ij. vbi ita dicit fuiſſe conſultum per Io.à monte Sperello,& alios viros ſolennes in ciuitate Senarum.& iterum conſi. xx.in facto præſupponitur,col.vlt.lib.iij.& conſi.liij.viſo inſtrumento,col.iiij.verſ. tertiò reſpondetur,lib.iiij.& conſi.xciij.teſtamentum præmiſſum,col.iiij.{verſ.ſecundò reſpondetur,eo.lib.iiij. & Iaſ.in d.l.generaliter.§.cùm autem,}verſ.quintò limita.C.de inſtit. & ſubſtit. {& in l.j.col.ij.in iij.not.& ibi quoque Claud.Aquen.col.ij.verſi.nota quòd donatio , & Philip.Dec.col.ij.nu.9. & ſeq.& Franc.Rip.col.item ij.nu.6.C.de pact.}Steph.Bertr.ſibi cõtrarius conſ.lxxxvj.Chriſti, &c. viſis tribus,col.ij.verſic.ſi verò teneremus,lib.ij.& conſi.cccxij.difficultas,poſt prin.lib.iij. {Carol. Rui.conſ.xcviij.viſa renunciatione,col.viij.nu.19.lib.j.& conſi.cvij.Ieſu,col.vlti.ad fi.eod.lib.j.& conſi.cxxiiij.videtur,col.ij.nu.5.eod.lib.j.& conſi.clxx.de tribus,col.ij.num.6.eod. lib.j. & conſil. clxxij.quæritur primò,col.vj.verſic.non obſtat inſuper,eod.lib.j.}

*Eiuſdem confirmatio.*

3 ¶Et ſimiliter eius quod Alber.& Bald.dicunt de caſu d.l.cùm acutiſsimi,vt ſuprà diximus , contrarium,vt videlicet ea l.& ſimiles obtineant in legatis particularibus,ſicuti in fideicommiſsis vniuerſalibus,probat tex.in l.generaliter.§.cùm autem,in vltimis verbis.C.de inſtit.& ſubſtit.vbi ita nuncupatim ſcribitur,quæ omnia & in legatis & fideicommiſsis ſpecialibus locum habere ſancimus.quem text.ad hoc expendunt ibi Paul.Caſtr.Ioan.Bapti.à ſan.Seuer.Corn.poſt princ.Alex. qui dicit ſing.& Iaſ.tum col.j.tum iiij.vbi ſuprà.ſed & illum ad hoc commendat,& dicit ſing.Bal. qui hoc quoque tenet,ſibi,vt aliàs ſæpe,contrarius,in d.l.cùm acutiſsimi,col.j.verſi.quæro ſi poſt mortem,& ibi quoque Barbat.in repe.col.xlij.verſic.& ampliatur iſta l.vbi etiam dicit illum text. ſing.& idem Bald.in c.in præſentia,col.iiij.verſi.ſed certè teſtator,extrà de probat.& Franc.Are. qui etiam dicit ſingu.illum text.in d.l.ſi Titius,col.iiij.verſi.pro opinione.ff.de lib.& poſthu.& d. conſi.xcij.col.iij.verſic.tertiò hoc videtur probari.& conſi.clvj.diligenter viſis,col.v.verſi. ex his infertur.Et hoc quoque voluit Imol.in d.l.cùm auus, & ibi latè Soci.col.xiij.verſi.ex tertia concluſione.& idem Socin.conſi.xciij.col.iiij.verſi.& pro iſta cõcluſione,lib.iiij.& Corn.conſ.cxcvij. non alienam,col.vij.verſic.& eſt aduertendum.& multis ſeq.lib.iij.D.Guil. Bened.in repetit.cap. Raynutius,in verbo,ſi abſque liberis moreretur,le j.num.2.extrà de teſtamen.

*Poſterior opinio probabilior.*

*Diſpoſitio facta ſuper quota, trahitur ad certã rem.*

4 ¶Et hæc poſterior op.probabilior eſt & verior. Quid enim intereſt quantum ad præiudiciũ donatoris ſiue teſtatoris,& liberorum ipſius,donetur ſiue relinquatur quota pars,an aliqua res certa maioris fortè æſtimationis ? Certè nihil.Ideo & in vtroque idem ius ſeruari debet.l. illud.ff.ad l. Aquil.nam & aliàs diſpoſitio facta ſuper quota trahitur ad certam rem , quando eſt eadem ratio vtriuſque.l.nomen debitoris.§.ſi filio.ff.de leg.iij.vbi & not.Bart.in fi.quòd quemadmodum præſumitur fraus ex donatione vel alienatione generali omnium bonorũ,aut maioris partis ſiue quotæ,ita & ex alienatione rei particularis,in qua totum patrimoniũ, aut maior ipſius pars conſiſtit. quod & voluit idem Bart.conſ.lxviij.proponitur quod Ioannellus,col.j.& Bald.{in l.j.col.iiij. in iiij.quæſt.in fi.C.de inoffi.donat.& in l.ſicut.§.ſuperuacuũ,ad fin.ff.quib.mod.pign. vel hypoth. ſol.& in l.qui teſtamentum.ff.de prob.&} in l.j C.ſi quid in frau.patr.& in l.ij.C.de repud. hære. {& conſ.cxlix.proponitur quòd ex cauſa,col.j.lib.j.& Petr.Anch.conſ.cclj.ex his,col.j.} & Imol. in l.ij.ff.de donat.Et ſicut in donatione certæ portionis non continentur debita & credita.l.non amplius.§.vlt.ff.de leg.ij.& l.mulier bona,in prin.ff.de iure dot.ita nec in conceſsione rei particularis.l.j.§.ſi hæres,ff.ad Trebel.& l vlt.§.vlt.ff.de contrahen.empt. Nihilq; refert,quantum ad inſinuationẽ pertinet,donet quis rem certã,aut quotã bonorũ,vt latè reſpõdit Dom.conſ.xiij.punctus quæſtionis talis eſt,Antonius.{Nec ſimiliter in caſu l.vlt.C.de bon.vacã.lib.x.nec itẽ in caſu auth.ex cauſa.C.de lib.præter.& voluit Bart.ibi & Petr.Anch.conſi.cxliij.præfatis,poſt princ.nec item in caſu l.& ſi non totã.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſta.} Et ſi aliter diceremus in caſu l.noſtræ,eſſet imponere legem verbis,non rebus,contra l.ij.C.com.de leg.& c.commiſſa,de elect.lib.vj.

*Inſinuatio æquè pertinet ad rem certã, atque ad quotam bonorũ.*

*Dictionis, aliqua, uis ac natura.*

5 ¶Et hanc quoq; partem cõfirmat quòd dictio aliqua,qua vtitur lex noſtra hoc in loco, cùm dicit partem aliquã,ſignificare videtur rem quampiã ſingularẽ vel particularẽ,ex propria ipſius vi ac natura,vt probatur in §.prætereа inteſtatus,inſtit.de fideicõ.liber. cùm ſcribitur, vt hæreditatem ſuam totã partémve eius,aut rem aliquam veluti fundũ,hominẽ,pecuniã alicui reſtituat.Et paulò pòſt,Poteſt rogare vt id rurſum alij,aut totũ,aut partẽ vel etiã aliquid aliud reſtituat. Ex quibus verbis planè intelligis poſt mentionẽ vniuerſitatis aut partis ipſius,hanc dictionẽ adiici ad ſignificationẽ rei cuiuſpiã patricularis.Et in idẽ tex.eſt in §.j.in prin.Inſtit.de ſociet. cùm ſcribitur, ſocietatẽ coire ſolemus aut totorum bonorũ,quàm Græci ſpecialiter κοινωπραξίαν appellant,aut

*κοινωπραξία.*

vnius alicuius negotiationis,veluti mancipiorũ vendẽdorũ,emendorumq́;,aut olei,vini,&c. Nã & Tullius ea locutione,qua is tex.ſæpius vtitur,vt ſcilicet hãc dictionẽ iũgat cũ dictione vnus, vt in x.Philip.Cur nunquã tam frequẽs ſenatus fuit, ꝙ vnus aliquis ſuã ſententiam ſecutus fuit? Et pro Cluentio Habito,Vnum aliquẽ nominate.Et de prouinciis conſularibus, Tanquã vnum aliquẽ portum tutũ & clauſum teneri.Et in oratione pro P.Sextio, Vnum aliquẽ te ex barbatis illis,exemplũ imperij veteris,imaginẽ antiquitatis,columen reip.diceres intueri.Et in iij.in Verrem actione,Vnũ aliquod de nefariis iſtius factis eligã.Et actione iiij.in eundẽ.Si deniq; vno aliquo in genere peccaſſet.Et iterũ v.Vnũ hoc aliquod inconſulto repræhenſum. Et de finibus bonorum & malorũ.Vtilitati hominũ plus quàm vnius alicuius aut ſuæ cõſulit. & eũ ſecutus Plinius iunior lib.ix.epiſt.ad Ruſticũ,Satius eſt,inquit,vnũ aliquid inſigniter facere, quàm plurima mediocriter.Et apud nos quoq; alio in loco,videlicet {in l.ex iis,& l.nã, vt ait,& l.inciuile.ff. de leg.& l.queſitũ eſt.§.pen.ibi,vna aliqua re.ff.de fund.inſtr.& in l.cuius bonis,in fi.ff.de cur.furio. cùm dicit,vnus aliquis.& in l.& ſi non totã.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſta.vbi dicit,vnã aliquã rem.& in §.ſi quis vna aliqua re.Inſtit.de fideic.liber.&} in auth.de armis,verſi. hoc autẽ obſeruare,ibi, vnũ aliquod armorũ.Sed vt ad noſtros redeamus,alius eſt optimus tex.id quod diximus,apertè inſinuãs,in l.ſi debitor.C.de ſent.paſ.cũ primo loco dicitur,non totã ſubſtantiã, ſed aliquid &c. Deinde paulò poſt ſubiungitur, Si verò partẽ bonorũ accepit.{& in l.hæc ſtipulatio,ibi,ſiue res aliqua,ſiue hæreditas.ff.vt leg.no.cau.} Ex quibus planè illud cõficitur,quod diximus , dictionẽ illã aliquid,poni ad differentiã totius vel quotæ bonorũ.Quod intelligẽs gl.ibi exponit dictionẽ aliquid,ſcilicet ſingulare,vt prædiũ.Nec huic rei cõtradicit, quod nõnulli ex noſtris dicũt hanc dictionẽ eſſe vniuerſalẽ,& omnia cõpræhendere.vt dicemus poſtea nu.14.incip.mouetur. Nam qui id dicũt,non eò reſpiciũt,vt hæc dictio denotet vniuerſitatẽ,ſed vt cõpræhendat quaſcunq; res ſingulares,quæ ſunt ſub vniuerſitate,vt ibi declarabitur.Quibus accedit & illud ipſius Tullij Philip.viij. Vt membrorum aliquod potius,quàm totum corpus intereat.{Verùm ne erres lector, hæc ratio non admodum tuta eſt,quia vt hîc ea dictio iungitur cum dictione partis, nõdum tamen piget eam hîc adſcripſiſſe, cùm pertineat ad rationem & intellectum, & ſignificationem huius dictionis de qua,& alia dicemus poſtea.}

*Vnus aliquis plerunq; coniunguntur.*

6 ¶Sed illud in dubium venit,vtrùm hæc lex habeat etiam locũ in donatione cuiuſlibet rei etiam modicæ. In qua re non admodum conſentiunt noſtri doct. Sunt enim qui aſſerunt hanc legem tum demum procedere,cùm donatio eſt exceſsiua,vt dicit Bald.hîc in ij.lectu.poſt princ. id eſt, vt alij dicunt,tam magna,vt exhauriat vires patrimonij. Cuiuſmodi ſententiæ haud dubiè fuerunt Bald.Ang.{& Franc.Aret.} in d.l.Titius,ad fi.princ.ff.de liber.& poſthu.dum dicunt, quòd per auth.ex cauſa.C.de liber.præter.rupto teſtamento natiuitate poſthumi præteriti,quem teſtator nullo pacto ſperabat,non conſeruantur legata,ſi ea ſint,quæ exhauriãt vires patrimonij, per hanc l.noſtram,quam hinc facile oſtendunt eſſe intelligendam in donatione,quę talis eſt,vt exhauriat vires patrimonij.Et idem penè in eodem caſu voluit idem Bald.in l.Titia,col.ij.verſi. ſecundò quæritur.ff.de inoffi.teſtam.& conſi.239.quia vltimus paſſus,col.ij.verſi. item eſt ponderandum,lib.3.& Ang.in auth.vt cum de appel.cog.§.ſiue igitur,col.iiij.vbi & hoc dicit expreſsè, quòd hæc l.habet locum in donatione immenſa tantùm.& Paul.Caſt.in l.ſicut,poſt princ.C. de teſta.mil.t.& Franc.Aret.d.conſi.xcij.col.iiij.verſi.modò cum præterito.& conſi.vlt.eleganter in primo dubio.& Socin.conſil.xciij.teſtamentum præmiſſum,col.viij.verſicu.ex quibus omnibus, lib.iij.& Steph.Bertr.conſi.ccxxv.ponitur in facto,ante fin.lib.ij. Et idem ferme ante hos voluit Bart.in l.filio præterito,col.iiij.verſic.præterea hoc perſuadet æquitas,ff.de iniuſt.teſta.

*An hæc l.procedat in donatione rei etiã modicæ.*

7 ¶Et huc ſanè vergit eorum ſententia,qui dicunt hanc l. non aliter obtinere , quàm ſi donentur omnia bona,aut eorum certè maior pars,aut ad minimum dimidia. Id quod voluerũt hîc Rayn. & Bald.in vtraque lect.qui ita etiam dicit conſuluiſſe Richar.Salyc. Quanquam in contrarium, inquit,aliquid facit quod hîc dicit,aliquã.& Guil.Cu.in l.j.col.vlti.& ibi Cy.in fi.j.q.& ipſe Bald. col.pen.verſi.ſecundo quæro,& Io.à monte Sperello,C.de inoffi.dona.idem Bald.in l.ſi cùm vel in vtero,ad fi.C.de teſt.mil.vbi ita dicit vidiſſe ſe conſultum à quibuſdam doct.Bonon. & iterũ in l.Titia Seio.§.imperator,& ibi etiam Dionyſius Bartianus,& Ang.Perigl.ff.de leg. ij. & idem quoq; Bald.in l.propter litẽ.ff.de excuſ.tut.vbi dicit eam l.facere ad materiã huius noſtræ l.vt ſcilicet habeat locũ in donatione omniũ bonorũ,vel maioris partis.& in l.j.col.j.verſ.iiij.tertiò quid ſi libertus.C.ſi in fraud.patr.dum loquens de alienatione omniũ bonorũ vel maioris partis, hanc l.citat.{& in l.militis codicillis.§.miles in ſupremis,ff.de milit.teſta. vbi nuncupatim loquitur de dimidia parte.}& Pet.Iaco.in ſua pract.tit.de condi.ex lege quæ pro re donat.compe.in fi.& Pet. Anch.in c.frequens,in vij.not.de reſti.ſpol.lib.vj.Pau.Caſt.in l.ij.ante fi.C.ſi in fraud.patr.Rom. in repet.Auth.ſimiliter,in viij.priuilegio piæ cauſæ inter contractus.C.ad leg.Falc.Ant. ab Alex. & Franc.Aret.in l.j.ille in vlt.not.hic autem in j.not.& iterum col.vlti.verſic.præterea non haberet.C.de pact.idẽ Fran.Aret.d.conſ.xcij.col.iiij.verſ.quid enim ſi hære.Alex.qui in hãc ſententiã inclinare videtur,licèt nõ omnino cõſtanter aſſerat,conſ.xl.ſuper primo dubio,col.v.lib.iiij.& clariùs in l.ex facto,in prin.col.v.verſ.ex prædictis mihi videtur.ff.de vulg.& pupil.Bened.Capr. conſ.clvij.fuit diſpenſatũ,col.ij.verſ.quod & tertiò deducitur.Corn.cõſ.iiij.dubia ſatis,col.iij.ver. & licèt,lib.iij.& conſ.194.videtur in præſenti,col.j.lib.iij.Barb.in c.vlt.col.vlt.ext.de don.So.cõſ.

*Qui teneant hãc l. tantùm obtinere in donatione omnium bonorũ, uel maioris partis.*

ccxxvj.



ccxxvj.quæſtio præſentis conſultationis,col.ij.libr. item ij.& conſil.liij.viſo inſtrumento, col.iiij. verſi.tertiò reſpondetur,cum multis ſeq.lib.4.& d.conſi.xciij.col.viij.verſi.& ſecundùm hanc diſtinctionem,eod.lib.4.Ioan.Igne.in repet.d.auth.ex cauſa,col.lxxxix.verſi.& per hęc non obſtabunt.C.de lib.præte.Corſe.in ſuis ſing.in verbo,donatio,ſing.incip.licèt donatio. & Iacob.à ſancto Georgio.in l.tale pactum.§.vlt.in fi.ff.de pac.Steph.Bertr.d.conſi.cccxij.difficultas,col.j. lib. 3.{& Ioan.Roger.Monta.in repet.l.hæres abſens.§.ſi quis tutelam,nu.10.ff.de iudic.} Quin Bald. in l.j.ff.de iure codic.affirmat hanc l.habere locum in donatione inofficioſa tantùm.

8 ¶Horum præcipuum eſt fundamentum text.hîc in iſtis verbis,quæ nunc commentamur,videlicet bona omnia,vel partem.Nam partis appellatio de dimidia intelligitur.l.nomen filiarũ. §.portionis,& l.rectè.§.vlt.ff.de verbor.ſignific.& l.ſi ſtipulatio.§.qui in decem.ff.de ſolu.& l.de ætate.§.ſi interrogatus.ff.de interro.act.quæ l.loquitur de confeſsione partis.& l. planè.§. ſi ita Titio,iuncta gloſſ.ff. de legat.j. vbi etiam intelligitur id procedere in diſpoſitione teſtatoris, id quod expreſsè annotant Franc.Aretin.& Iaſ.ibi,quod & probat apertius text. in l.etiam. ff. de vſufruct.{& in l.teſtator.§. Lucius,& ibi Iacob.& Alber.ff.de lega.ij. & in l.cùm quis decedẽs.§. nuptura.ff.de leg.iij.} Facit & text.in l.ſi pœnæ.§.ſi falſo.ff.de cond.indeb.& in l.permittendum. ff.ſi pars hæred.pet.& in l.non intelligitur.§.deferre,qui eſt vlt.iuncto §.præcedẽti.ff.de iure fiſ. & in l.edicto,in princ.eo.tit.& in l.inter.§.vlt.ff.famil.hereiſcun.& c.ij.§.j.iuncto princ.c.de deci. lib.vj.& in c.j.in princ.tit.de alien.feud.vbi Bald.col.j.in ij.not.aſſerit per eum text.hoc procedere etiam in ſtatuto & conſuetudine,quod monet tenendum menti,& ſequitur Barb.ibi,&{Fran. Aret.&} Iaſ.in d.§.ſi ita Titio.& rurſum{Idem Iaſon}in l.de pupillo.§.qui renuntiat, col.j.ff. de noui oper.nuntiat.In quibus locis id etiam dicit{ipſe Iaſon} procedere,ſi de certa parte fit mentio.nam & de dimidia peræquè intelligitur,ac ſi de parte ſimpliciter diceretur,per l.ſi qui aduocatorum,in verbo,certæ partis,cũ gl.ibi.C.de poſtul.quod & idem dicit Iaſ.ipſe in l.qui filiabus. §.ſi quis ita,col.j.ff.de leg.j.{& idem voluerunt ante eum,licèt non alleget.Dyn.& Abb.in l.j.per eum text.ff.de bon.liber.} Quibus adde & quod voluit gl.in l.ſi rem aliquis,in verb.totam.ff.de rei vend.quòd qui in libello partẽ alicuius rei petit,dimidiã petere videtur.quam ſequũtur Bart. Alb.Ang.& alij ibi.& quod voluit gl.in c.priuſquam,in prin.xxviij.diſt. Ex qua cognoſces hoc quoque procedere,cùm fit mentio de parte vniuerſitatis.& ad hoc eam expendunt & dicũt no. {Franc.Are.&}Iaſ.in d.§.ſi ita Titio.Et quod etiã dicit Bald.conſ.liiij.caſus breuis & arduus,col. vlt.li.j.quòd ſi teſtis ſimpliciter teſtificetur de parte,intelligitur de dimidia, & ita dicit cõſuluiſſe Bart.cuius tamen in eam rem conſ.non reperi.Et idem voluit neutrius mentione facta Matthæ. Afflict.deciſ.Neapo.xliiij.de tribus.col.vlt.verſi.ſed in hoc eſt.Et quod præterea dicit Paul.Caſt. conſ.ccclx.incip.Bart.in quodã conſi.lib.j.Bart.ipſum cõſuluiſſe in conſ.incip.domina P. quòd ſi quis confitetur precium alicuius rei ad ſe pro parte perueniſſe, intelligitur de dimidia.Tamen Bart.in conſ.cxxiiij.incip.punctus quæſtionis talis eſt , domina P. quod haud dubiè Paul.voluit allegare,vt vtrobiq; videre licet,nullã facit mentionẽ huiuſmodi appellationis partis , licet ſubobſcurè ſenſerit,& ita illũ ſimpliciter ſine mentione partis allegat idem Paul.conſ.ccxcvj.viſis actis & actitatis coram domino Aſtorgio,col.j.lib.j.Et quod denique conſuluit Lud.Bolo.conſi. xlij.Ser Alberto,col.vlt.quòd ſi dictũ ſit,quòd ſolutio facta fuit pro parte vtriuſque pignoris,intelligitur de dimidia parte vtriuſque.{pro quo vide gl.quæ vult & id quod diximus procedere in contractibus in l.tale pactũ.§.vlt.in verb.portio.ff.de pactis,quam & ad hoc annotat Fran.Are. in d.§.ſi ita Titio.& idem quoque in ſententiis,vt ſi iudex condemnet partem reſtituere,intelligitur de dimidia,vt nuncupatim voluit Angel.in l.defuncta.ff.de vſufruct. & repræhendit Bart. aliud dicentem.} Ex quibus vides,vt ſummatim colligã,appellatione partis venire dimidiã & in legibus,& in ſtatutis,& in conſuetudinibus,& in teſtamentis,in libellis & cõfeſsionibus, teſtiũ depoſitionibus,contractibus,& ſententiis.Id quod etiã apud oratores obſeruatum eſſe video. Nam Fabius Quintilianus,aut quiſquis is fuit,orator tamẽ eximius, in ij.declamatione,cui titulus eſt, Cæcus in limine,quam primùm partem dimidiam bonorum appellauit,eandem poſtea ſimpliciter partem nominauit,tanquam nihil interſit,partem dimidiam,an partem ſimpliciter dicas. Vides inquam & id procedere,etiam ſi de certa parte fit mentio,atque etiam ſi de parte vniuerſitatis:tanquam id vbique obtineat.

*Partis appellatio de dimidia intelligitur.*
*Etiam in confeſsione partis.*
*Et in diſpoſitione teſtatoris.*
*Et in ſtatuto. Et conſuetudine.*
*Etiamſi de certa parte fit mentio.*
*Etiam cùm fit mentio uniuerſitatis. Et in teſte.*
*Et in ſolutione.*
*Et in contractibus. Et in ſententiis.*

9 ¶Ex quo & illud manaſſe videtur,quòd cùm principium ſit dimidium totius, ex antiquo Græcorum prouerbio,cuius meminit Plato lib.de legi.vj.Ariſtot.lib.Moralium primo,{cap.vij.& Lucianus in ſomnio.} & ex latinis ſcriptoribus Horatius in epiſtolis,cùm dicit,

*Dimidium facti qui bene cœpit habet.*

quem corruptè allegat gl.in l.j.ff.de orig.iur.& Auſonius in epigrammate ad Cupidinem, quod ex Græco traduxit. Certè etiam partis appellatio,quæ ſuapte natura dimidium ſignificat, vt diximus,etiam pro principio plerunque à viris doctiſsimis vſurpatur.Virgilius lib.8.Aeneidos,

*Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.* Et Cornelius Celſus lib.medicinæ iiij.c.xj. Parſque ſanitatis eſt vomitum eſſe ſuppreſſum. Id quod etiam annotauit,& ex Græcorum imitatione in ſua dictione,μέρος,ortum probauit Budæus vir cum cæteris in rebus, tum maximè in huiuſmodi obſeruationibus admirabilis,in ſuis commentariis Græcæ linguæ.

*Principium dimidiũ totius.*
*Pars pro principio.*

10 ¶Præterea,vt ad alias rationes noſtrorum doctor.pergamus,Imperator hîc in noſtra l.facit men

K 3

tionem omnium bonorum,vt intelligamus eum loqui & intelligere de donatione immodica. Aliàs enim quorſum pertinerent tot verba,bona omnia,vel partem aliquam facultatum,ſi reuocaretur quælibet pars?Sufficiebat enim generatim aut ſimpliciter dicere, ſi aliquid donatum fuerit.

*Verbũ quodlibet in lege operari debet.*

Et ita debemus legem interpretari,vt quodlibet verbum aliquid operetur, nec videatur fuiſſe fruſtra poſitum.l.ait prætor,la j.& ibi Paul.Caſt.Alex.& Iaſ.ff.de iureiur.& l. poſtliminium.§.vlt. ff.de capt.& poſtli.reuerſ.& cap.paſtoralis,& ibi not.extrà de appel.cum ſimil.

*Largiendi uerbum, uide infrà num.22.*

*Largitio.*

11 ¶Adde & his verbum,largitus,quod poſtea in duobus locis ſequitur in l. noſtra. quod quidem propriè ſignificat profuſam quandam & abundantem donationem,quæ videlicet larga eſt admodum & liberalis,ac propemodum prodiga. Nam vt ſcribit Tullius lib.2.Officiorũ, Omnino ſunt duo genera largorum,quorum alteri prodigi,alteri liberales.Et hinc quoque largitio,de qua eſt & illud ipſius Ciceronis in eodem lib.Prouerbium,Largitionem fundum non habere.Quo ſignificatur ſtulta & immodica liberalitate quantaſlibet facultate s effluere: vt hinc poſsis apertè cognoſcere quid largior,largus,& largitio ſignificent.

*Largitor.*

Ideo & Auſonius in Ecloga de vita humana,largitorem vſurpauit pro prodigo,& illum parco veluti oppoſuit.

*Vitam parcus agas,auidi lacerabere fama.* *Et largitorem grauius cenſura notabit.*

*Largitas.*

{& Terentius opponit largitatem parſimoniæ in Heautontim.

*Vehemens in vtramque partem Menedeme es nimis,*
*Aut largitate nimia,aut parſimonia.*}

*Larga copia.*

Et Virgilius copiæ vocabulo,quod per ſe abundantiam ac multitudinem ſignificat,adiecit & largi vocabulum,vt augeret ſignificatum. Ita enim ſcribit lib.11.Aeneidos,

*Larga quidem ſemper Drance tibi copia fandi.*

*Largiter.*

Hinc quoque largiter aduerbium pro multum & abundanter ponitur,vt patet in l. vlt. C. de fal. cauſ.adiect.legat. Et apud Suetonium in Auguſto, cùm ſcribit,ne Græcarum quidem diſciplinarum leuiore ſtudio tenebatur, in quibus & ipſis præſtabat largiter. & M. Brutum in epiſtola ad Atticum,quæ eſt inter epiſtolas Tullij ad ipſum Brutum, Sed perſuade tibi de voluntate propria mea nihil eſſe remiſſum,de iudicio largiter.{Et apud ipſum Tullium in oratione ad Equites Romanos,antequam iret in exilium,Tamen in animis,& memoria vnam largiter relinquã.} & apud Plautum in Epidico,Moſtellaria,Rudente,non ſemel, & Truculento. Et Iulium Cæſarem lib.j. commentariorum belli Gallici, Neque ſolùm domi,ſed etiam apud finitimas gentes largiter poſſe. Sed & largè in eadem ſignificatione ſcribit Tullius in oratione pro Sexto Roſcio Amerino, Non pauca ſuis adiutoribus largè effuſeque donabat. Et Lucretius lib.5.

*-Quando omnibus omnia largè* *Tellus ipſa parit.*

*Largitùs.*

{Et ſimiliter largitùs eodem quoq; ſenſu apud Afranium Poetam antiquum,apud Nonium Marcellum. Quid lachrymas largitùs pro loquente,& Apuleium antiquitatis veluti renouatorem ad fin.lib.xj.eiuſdemque vlt.aſini aurei,inſtructum teletæ comparo,largitùs. Cæterùm} text. in auth. vnde ſi parẽs.C.de inoffic.teſt.quam primò immenſam donationem vocauerat, mox largitatem appellat. Et animaduertendum eſt l.noſtram(quod iam diximus)eo verbo vſam fuiſſe in duobus locis, & ita quidem, vt ſimpliciùs ac breuiùs loqui potuiſſet per vnum verbum donandi, verbi gratia,cùm primo loco dicit,fuerit donatione largitus,dicere potuiſſet,donauerit, & cùm poſtea dicit,largitùs fuerat,donauerat,vt non obſcurè intelligas, non abs re bis largiendi verbo largiori verborum circuitu vſum fuiſſe,vt in ſimili tradit glo.in clemen.j.in verbo,diœceſanis, de iure patro.& Domin.conſi.xxxiiij.graduatus,col.ij.verſic.nec ſine miniſterio.

*Accidentia nõ curari,niſi in toto uel maiori parte.*

12 ¶Nec prætermittenda eſt & alia ratio,quæ eſt Pet.Anch.in d.c.frequens,de reſtit.ſpoliato. lib.vj. Nam accidentia non curantur,niſi adſint in toto,vel in maiori parte,vt dicunt Io.Mon. & Ioan. And.in d.c.frequens,per text.in l.ſeruus legatus.ff.de legat.iij. Ex quo dicunt interpretationem d.c.frequens,æquam eſſe,cùm negat reum criminis poſſe vti exceptione ſpoliationis,niſi qui tota ſua ſubſtantia aut maiori parte illius eſt ſpoliatus:Sicuti in ſimili non excuſatur quis à tutela, ratione litis aut controuerſiæ,niſi ea ſit de omnibus bonis,aut maiore eorum parte. l. propter litem.ff.de excuſa.tut.& §.propter litem,Inſtit.eod. Nec excuſatur emphyteuta aut conductor à ſolutione penſionis,niſi qui amiſit omnes vel maiorem partem fructuum,vt not.glo.in l.j.in verbo,particulare,& ibi Doctor.C.de iure emphyt.& doct.in cap.potuit,extrà de loca. Nec dicitur iuſtus metus,niſi omnium bonorum,aut maioris partis.c.abbas,iunctis no.per Ioan.And.& alios ibi,extrà,quod met.cauſ. Nec præſumitur alienatio facta in fraudem,niſi omnium bonorum ſit, aut maioris partis.l.omnes,§.Lucius.ff.quæ in fraud.cred.cum ſim.

*Hæc l. locum habet in donatione etiam quæ eſt infra dimidium bonorum.*

13 ¶Contrarium tamen, videlicet quòd hæc l.habeat locum in donatione quæ eſt infra dimidium bonorum,tenent & alij non infimæ autoritatis, & ex iis quidem multi, qui priorem partem tenuerunt.ij autem ſunt Bald.& Raphael Coma.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de legat.ij. Imol.in c.v.verſi.ſed circa prædicta,extrà de donatio.Roma.in l.ſi cùm in vtero.{quam legit cum l.ſicut certi,col.vlt.} & ibi quoque Corn.ad fin.C.de teſtam.milit.Paul.Caſt.conſ.ccccxxxv.ſuper hoc puncto,col.ij.verſi.ſecũdò facere videtur,lib.ij. Ale.ſibi contrarius conſ.lxxj.conſideratis his,col. ij.verſi.nec ob.etiam,lib.iij. & conſ.clxij.viſis quę copioſè,col.j.lib.vj.Fran.Are.in d.l.Titius.col. iiij.ff.de lib.& poſth.Cor.conſ.xj.in præſenti,col.ix.verſ.nã ex quo,lib.iij.& conſ.xxx.in hac conſultatione.col.iij.verſi.nã verbũ,lib.iiij.Barb.in l.ij.§.& harũ,col.ij.ff.de verb.obl.& in repet.Rub.

C.qui



C.qui admit.char.vlt.Socin.conſ.ccxv.ipſa prædicta facti contingentia,col.3.verſ.ſtante ergo dicta quantitate.lib.2.quod & iterum repetitur in conſ.xxij.lib.iiij.Franc.Curt. ſenior, ſubobſcurè tamen,conſ.50.memoriæ recolendæ dux, col.pen. verſ.ſecundò ponderatis.Iaſ.in l.j.col.ij.in iij. not.& ibi Philip.Dec.col.2.verſ.ſecundò ad l.{& Franc.Ripa,col.ij.nu.v.& vj.}C. de pact. & idẽ Iaſ.in d.auth.ex cauſa,col.iiij.verſ.tertium dubium.C.de liber.præte.& conſ.xxix.nunquam putaui,col.ij.lib.j.& Steph.Bertr.{ſibi contrarius.}conſ.lxxxvj.Chriſti,&c.viſis tribus,col.ij.verſic.ſi verò,lib.2.{Carol.Ruin.conſi.cxl.circa caſum,col.iij.nu.5.lib.iiij.Clau.Aquen.in l.j.col.ij.verſ.nota quòd donatio.C.de pact.}

*Dictio aliquã, quam uim in hac l. importet.*

14 ¶Mouentur maxima ex parte,quia hæc l.non dicit ſimpliciter partem, ſed cum illa adiectione, aliquam.Ideo in qualibet parte etiam infra dimidiam poteſt intelligi,ſecũdùm gl.quam ſing.omnes penè aſſerunt,in cle.j.in verbo,aut earum parte,extrà de for.compe.Quam præter eos,quos nunc citauimus,annotat,& dicit ſing.Card.ibi,in ix.q.& etiam idem voluit. Laur. Pau. Liaz. & Genz.& Innoc.col.iij.ibi.& Bald.in c.quoniam,quod eſt iij.& ibi etiam Philip.Dec.col.j.de teſti. vbi tamen Bald.eam gl.non allegat,dicuntq; vterque per illum tex.vtentem his verbis, quibus de cauſa ſcire aliquid ſenſeris. Quod ſatis eſt quantumcunque modicum ad cauſam conferre. & idem Bald.{in l.antiquæ,in prin.verſ.ſecundò quæro.ff.ad S.C.Velleia.vbi tamen nihil allegat,&} in c.j.§.cùm autem,col.ij.verſ.quæro vtrum ſit differẽtia,& ibi quoq; Mart.Laud.& Card. Alex. poſt prin.tit.de contr.inue.ſiue,vt in aliis codicibus ſcribitur,ſi de inue.feud.controu. fue. vbi & ad hoc Bald.allegat tex.ibi,& in l.cùm filius.§.pater.ff.de lega.2.Pet.Anch.qui ex hoc cõſuluit in pulchro caſu,conſ.clx.præſupponitur in themate,col.ij.Imol.in l.plures.ff.de.damno infect.& in l.filio præterito,col.8.verſ.& pro hoc facit.ff.de iniuſt.teſt.vbi per hoc dicit,quòd licèt aliàs verbum circumſcriptio,ſimpliciter prolatum intelligatur de ea,quæ eſt ex propoſito,per gl. ſing.in l.item ſi precio.§.vlt.ff.locat.quod & probatur,vt hoc illi addas,in l.exceptiones quæ perſonæ,in fin.vbi id nuncupatim not.Socin.col.vlt.in 4.not.ff.de excep.& in l.j.cum gl.in verbo,circũſcriptis.ff.de reſtit.in integ.& voluit etiam Card.Florent.conſ.xx.cùm in teſtamentis,circa medium.

*Verbum, circumſcriptio.*

Tamen cum tex.in §.ſin autem hæc obſeruata fuerint.in auth.vt cùm de appellat. cog. vtatur iis verbis,vel aliquam circumſcriptionem in parentum ſubſtantiis patiãtur:intelligitur de omni circumſcriptione,ſiue ex propoſito,ſiue ex reipſa,propter illam dictionem,aliquam,per gl.ſuprà allega.& idem Imo.conſ.omnium j.col.3.verſ.ſed certè poteſt dici.vbi ex hoc facit diſcrimen, cùm quis ſimpliciter iurat non contrauenire,& cùm addit hæc verba,aliqua ratione.Domi.in d. c.j.§. 2.in fi.& ibi quoque Phil.Fran.qui illam gl.in d.cle.dicit ſing.de decim.lib. vj. & vterque in cap. indemnitatibus.§.cæterùm,in prin.per illum tex.de elect.eo.lib.& ipſe Domi.conſ.vj.quia diffuſè,col.ij.vbi etiam ad hoc allegat gl.in c.auaritiæ,in verbo,pro parte,de elect.lib.vj.quæ tamen nihil facit.& iterum conſ.lxv.Ieſu Chriſti & c. diſcutiam,col.pe.verſ.item ſub iſtis,vbi per eam gl. dicit,quòd dictio aliquis,ſignificat diſtributionem & ſingularitatem.& Panorm.in c.paſtoralis,in prin.paulò ante fi.de offi.deleg.vbi & Hoſtien.ante eam gl. idem dixerat,& ibi quoque Felin. & idem Pan.qui eam gl.iubet menti tenendam,in c.ſuper eo,in ij.not.& ibi Card.Alex. col.j. de eo qui cogno.conſan.vxor.ſuæ.& idem quoq; Pan.in ſua diſput.incip.Augerio,col.7. verſ.puto tamen in caſu noſtro,vbi hoc trahit ad caſum c.præterea,de iure patro.vbi hæc verba adſcribũtur, vim aliquam decernimus non habere. ex quibus dicit apertè innui, nullius penitus eſſe roboris, nec habere aliquam particulam virium,per d.gl.{Ro.in l.plures,poſt prin.ff.de damno infecto.}& Alex.in addit.Bart.in l.ſi quis in ſuo,de inoffic.teſta.& conſ. cij. viſo themate ſupraſcripto,col.2. verſ.ſic etiam videmus,lib.vj.Barb.in l.4.§.Cato,col.xxj.mihi autem videtur.ff.de verb.oblig.vbi per hoc dicit,quòd qui feudi partem etiam minorẽ dimidia alienat,cadit toto feudo,propter tex. in l.imperialem,poſt prin.tit.de prohib.feud.alienat.per Feder.vbi dicitur,quòd qui aliquam partem alienat,cadit feudo quod & idem tradit ipſe Barb.conſ.36.ſapienter ſcripſit,col.pen.lib.2.vbi & illã gl.dicit ſing.{de quo tamen vide quæ ſcripſi in tracta.de vtroq; retractatu.tit.j.§.xxiij. gl.j. nu.21.& 22.}Sed & eam gl.quoque ſequitur ipſe Barb.qui & eam dicit valde ſing.conſi.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.xiiij.verſ.præterea præfatum ſtatutum,lib.j.vbi ex hoc dicit quòd ſtatutum ita loquens,aliquo modo alienauerit,intelligitur etiam de impropria alienatione,propter illã dictionem,aliquo modo,quæ diminuit de proprio ſignificato.

*Dictio, aliquo modo, diminuit de proprio ſignificato.*

Benedict.Cap.conſi.xxxviij.& ſi viſo & conſiderato.Corn.conſ.xlj.videtur in hac conſultatione,in principio,col.ij.lib.j. vbi & hoc dicit, quòd licèt appellatione donationis ſimpliciter non veniat donatio cauſa mortis : tamen ſi cum adiectione dictionis,alicuius,proferatur,ita ampliatur donatio,vt quamcunque comprẽhẽdat,etiã in cauſa mortis.& idem Corne.conſ.xcj.viſa narratione,col.7.verſ. poteſt etiam ponderari, eod. lib.j.& conſ.cxcv.in hac conſultatione,col.v.verſ.ideo licèt quando, eod.lib.j.{& conſ.clviij.pro deciſione,col.viij.verſ.non obſt.prima ratio,lib.ij.}& conſ.ccxxv.antequam aggrediar, col.v.lib. 3.& conſ.ccxliij.circa primum,col.2.verſ.nec obſtant allegata,eo.lib.3.vbi & per hoc dicit,quòd ſi ſit prohibitum,ne fiat aliqua alienatio,intelligitur prohibita quæcunque alienatio, etiam ad non longum tẽpus.{& conſ.33.viſa inquiſitione,col.vlt.lib.4.vbi ex hoc dicit quòd ſtatutum puniẽs certo modo facientem vim aliquam,intelligitur de vi etiam impropria,propter illam dictionem aliquam.}& conſ.cvij.videtur in hac conſultatione,col.ij.lib.iiij.vbi & illud quoque de donatione dicit.& Phil. Franc.in cap.indemnitatibus.§.cæterum,in prin.per illum tex.de elect.lib.vj.{&

Franc.Aret.in l.planè,quam legit cum l.ſi pluribus.§.ſi ita Titio,in fi. ff. de leg.j.vbi eam gl.dicit not.}& Soc.conſ.cxij.multum abundè,col.vj.lib.j.quod & repetitur in conſi.clxxij.lib.ij.& idem Soc.conſ.cclxxij.non proſequendo,col.v.verſ.ſeptimò iſta concluſio,eo.lib.vbi ad hoc dicit eam gl.not.& conſ.iij.in cauſa domini Guidi,col.iij.verſ.vnde reſpondeo,lib.3.vbi ex hoc dicit, quòd hæc dictio eſt vniuerſalis,& compræhendit omnia.& conſ.cxvij.in facto proponitur,col.iij.verſi. ſecundò dicit,eo.lib.iij.vbi ex hoc dicit,quòd illa verba,aliquid impedimenti,verificãtur in quolibet vel minimo impedimento.& conſ.cxiij.in cauſa Vbertini,poſt med.lib.4.{Fel.in c.cum illorum,col.iij.verſ.ſextò poteſt limitari,extrà de ſenten.excom.vbi ex ea gl. dicit quòd licet digitus non ſit,nec dicatur membrum ſecundum Pan.ibi cum ſimil.hoc tamen fallit ſi ſtatutũ ita loqueretur aliquod membrum : quia intelligeretur de quolibet. Subdit tamen quod id non affirmat} Iaſ.in l.eum qui,circa medium,in verſ.tertio pondera.ff.de iuriſd.omn.iud.vbi ex hoc dicit,quod cùm tex.in ea l.aſſerat eum delegare poſſe,qui in poteſtate aliqua eſt:ſatis conſtat,quòd qui minimam poteſtatem habet,poteſt delegare,propter illam dictionem,aliquam,per gl.ſupradictã, quã dicit not.& approbatam,reprobátque Fulg.illic contrarium dicentem idem Iaſ.in l.legitima, col. 3.verſ.ſecundò pondera tex.ff.de pact.vbi ex hoc declarat tex.ibi his verbis vtentem,aliqua lege, vt compræhendat etiam legem impropriè dictam.Idem quoque Iaſ.in l qui filiabus §.ſi quis ita, col.j.ff.de lega.j.& in d.l.planè.§.ſi ita Titio,in vij.nota eo.tit.& in l.cætera.§.ſed ſi quis ad opus, col.iij.verſ.item circa,eo.tit.{& in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cùm ſtipulamur,col.ij.verſ.tertiò principaliter.ff.de verb.oblig.& conſ.53.in quæſtione vertente inter filios,col.j.quòd licèt cùm quis renuntiat alicui iuri ſuo,intelligitur tantùm de præſenti,per iura ibi allegata.Tamen ſi ſtatutũ prohibeat renuntiari alicui iuri ſuo,intelligitur de omni iure,etiam futuro, propter illam dictionem, alicui,per d.gl.quam dicit ſing.& hanc dicit eſſe rationem marmoreã.}& conſi.ccxxiiij.principale dubium,col.ij.verſ.tertiò iſtud ſtatutum,lib.ij.vbi ex hoc dicit quòd terminus cui hæc dictio adiungitur,latè & contra propriam eius naturam intelligitur.& conſi.cxxx.inſtitutio ſancta,col.iij. verſ.vnde aduertendum,lib.4.& Steph.Bertr.conſi.lxxvij.viſo proceſſu cauſæ,ad fi.lib.j. & conſ. c.viſis propoſitis,nu.8.lib.j.& conſ.xiij.licèt & olim,nu.6.lib.ij.& Phil.Dec.in l.j.§.ſi quis,in ij.no. ff.quod quiſque iuris.& in auth.qui rem,col.vlt.C.de ſacroſ.eccl.& in c.ij.in 4.no.{& iterum col. 3.nu.91.}extrà de fide inſtru.vbi ex hoc dicit quòd ſcriptura priuata non tantùm non facit probationem, ſed nec præſumptionem quidem,{aut coniecturam,per illum tex.qui dicit,non videtur nobis alicuius firmitatis robur habere.nam illud verbum,alicuius,etiam in minimo procedit. & idem Dec.in l.j.col.{v.verſ.vis tota in hoc conſiſtit.}& ibi etiam Fran.Purp.col.lj.verſ. primò quòd minores.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdict.& idem Dec.in c.cæterùm,col.ij.extrà de reſcrip.{& in c.quoniam,in j.not.de teſtib. vbi ex hoc dicit in caſu eius c. etiam eos admittendos, qui ſolùm facerent indicium.}& conſ.xj.quoniam iudicantium,col.2.verſ.ſecundò principaliter. & conſ.cccj.in cauſa quæ Ferrariæ agitatur,col.2.verſ.ſed tamen his non obſtãtibus,& verſ. ſeq. & conſ.ccclxxiij.viſo conſilio,col.ij.vbi ex hoc quoque dicit,quòd illa verba, in aliquo officere, etiam in minimo præiudicio intelliguntur.& conſ.ccccvj.licèt à præclariſsimis,col.j.{& conſ.455. placet concluſio,col.j.verſ.ſecundò prædictum ſtatutum.& conſ.ſeq.conſului aliàs, col.j. Carol. Rui.conſ cxxxiij.quia iterum,col.j.lib.j.vbi dicit hæc verba,aliquo modo operatur, vt de diſpenſatione motu proprio facta intelligatur facta promiſsio.}& Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ,incip. Fratribus,col.v.in v.not.& in conſtit.incip.cultus iuſtitiæ,in vij.not.& Purp.in d.l.j.C.de pact.& omnium,vt reor,primus Inno.in c.quod nonnullis.in fi.de priuil.& Lud.Gomeſius in §.pœnales.col.ij.Inſtit.de actio.{& Pau.Pariſ.conſ.lvj.nulla,col.j.nu.8.lib.j.& Hiero.Gratus conſ.cxij.prima fronte,col.iij.nu.20.lib.j.}Quibus adde quæ dicam infrà in eadem gloſ.in verſ.xl.incip. adde præterea,& in verbo,reuertatur,nu.224.incip.niſi dicas illud.

*Item, dictio, aliqua.*

*Dictio, alicuius, de minimo etiam intelligitur.*

15 ¶Et de hoc eſt bonus tex,quem pauci ad hoc expenderunt,in l.hanc legem.ff.de contrah.empt. vbi ſi in venditione dictum fuerit,ſi aliquid ſacri vel religioſi eſt,in venditione non compræhendi,id ad modica loca pertinet,nam ſi totum ſacrum ſit vel religioſum,nulla eſt venditio, verùm venditor tenetur quanti intereſt emptoris,vt dicit gloſſ.ibi.Et per illum tex.dicit Old.conſi.226. quidam epiſcopus,col.4.verſ.ſecundò vbi donatio,quòd dictio, aliqua,arctat ſignificationẽ orationis ad rem modicam.Eſt & alius bonus tex.quem etiam nullus illorum præter Dec.allegat,in l.ſi ſeruum.§.ait prætor.ff.de acqui.hæred.Ex quo not.Bart.Ang.& recentiores hãc huius dictionis,aliquid,eſſe naturam,vt in qualibet rei particula,& ita in minimo verificetur,quem tex.etiam ad hoc expendit ipſe Philip.Dec.in c.de appellationibus,col.ij.verſ.primus eſt quãdo diſpoſitio, de appel.vbi per hoc dicit ſemper minimum eſſe conſiderandum,vbi diſpoſitio loquitur per hãc dictionem,aliquid.& ex hoc quoque dicit in ſeq.col.verſ.vnde pro concluſione,quòd pro minimo damno datur minori reſtitutio in integrum,per tex.in l.minoribus xxv.annis.ff. de min. vbi dicitur quòd minoribus ſuccurritur,cùm de bonis eorum aliquid minuitur. quod & idem aſſerit. in c.maioribus,col.j.extrà de præben.Quanquam plerique omnes tenent contrarium,per l.ſcio. ff.de in integr.reſtit.& c.j.iuncta gl.in verbo,detrimentum,extrà eo. tit. & in iis Bart.& alij.in l.ſi proprietarius,in fi.ff.de dam.infect.Pan.& communiter omnes in d.c.de appellationibus.& ipſemet Dec.in c.quoniã.poſt prin.de teſtib.& in l.cùm quid,in prin.ff.ſi cer.pet.& in d.l.j.§. ſi quis. ff.quod quiſque iur.vbi hoc dicit eſſe propter ſubiectam materiam.Et ideo Innoc.in c.coram,in verbo,

*De eadem re.*

*Pro minimo damno datur minori reſtitutio in integrum.*



verbo,interlocuti,poſt prin.extrà de in integ.reſtit.dicit quòd minor,vel eccleſia non reſtituitur aduerſus interlocutoriam,per quam perimitur exceptio dilatoria.& ſequitur Bal.in d.l. ſcio.& in l.peremptorias,col.iij.C.ſenten.reſcind.non poſſ.Sed d. l.ſcio,procedit, ſi maiori ſummæ vel rei præiudicetur,vt illic etiam dicitur.Secus autem in alio minimo damno,propter quod non infertur præiudicium maiori ſummæ vel rei,puta in re quæ per ſe minima ſit.nam tunc reſtitutio cõpetit vt voluiſſe dicitur gl.& Alb.ibi.qui tamen non allegant tex.in d.l.minoribus. Sed vt reuertamur,alius item tex.eſt id probans quod diximus hanc dictionem in minimo procedere,in l.eorum.§.j.cùm dicitur,dãni aliquid.ff.de dam.infect.iuncta d.l.ſi proprietarius,in fi.prin.eo.tit.cùm dicitur,eadem erũt & ſi minimum damnum detur.qui quidem tex.à nullo hactenus ad hoc ſunt animaduerſi.Et alius quoq; in l.ij.§.merito.ff.ne quid in loco publi. qui verba prætoris quæ ſunt huiuſmodi,qua ex re quid illi damni detur,ita interpretatur, vt habeat locum qualequale damnum detur.Et ſimilis tex.in l.ij.in prin.iuncto §.ſi quis igitur.ff.vi bon.rapto.nam quod primùm dixerat,ſi cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum eſſe dicetur,poſteà ita interpretatur,vt ſi quis intereſſe ſua vel modicè docebit,ſit locus illi edicto.{& tex.in l.Gallus.§.in omnibus, ibi ex aliqua re.ff.de liber.& poſth. quem ibi ad hoc expendit Franc.Aret.col.4.in j.no.iuncta l. Papinianus.§.quoniam autem.ff.de inoffi.teſta.}Et facit tex.in c.non poteſt.ibi,aliquod quãtumcunque modicum beneficium,de præben.lib.vj.quanuis & in contrariam ſententiam poſſet aliquo pacto trahi.& glo.in l.mulier.§.vlt.in fi.ff.de condit.inſtit.quæ ad text.qui dicit,quid legatũ ſit,addit,etiam modicum.

16 ¶Et hanc ſignificationem non obſcurè inſinuauit Fabius Quintilianus vt proprietatũ ac naturæ verborum doctiſsimus,cùm ſcribit in prœmio oratoriarum inſtitutionum, Quare in his quoq; libris erũt eadem aliqua,multa mutata,plurima adiecta.Nam vides illic aliqua,multa, & plurima, veluti per gradus poſita,vt ſcilicet aliqua pauca ſignificet,ad differentiam multorum & plurimorum,quæ mox ſequuntur.declarat enim Fabius pauca quædam eadem fore,multa autem mutata,ſed plurima adiecta.Et Tullius Philip.xiij. Proximo bello ſi aliquid de ſumma grauitate Pompeius,multum de cupiditate Cæſar dimiſiſſet,&c.Nam & hîc,aliquid & multum veluti opooſita ponuntur.Sed & idem antè,Philip.ſcilicet,ij.Sed cùm mihi, inquit, P.C.& pro me aliquid, & in Antonium multa dicenda ſint,&c.{Et lib.j.Offi.non multò poſt prin.Sed cùm ſtatuiſſem ſcribere aliquid hoc tempore,multa poſthac,&c.}Et Plinius iunior lib.viij.epiſtolarum in ij.eius li.epiſtola.Præterea cùm reputarem quoſdam ex debito aliquantum,quoſdam aliquid, quoſdam nihil repoſuiſſe. vbi planè conſtat illud aliquid, ſignificare minus quippiam,quod non longè à nihilo diſtat.{Quin Donatus quoque & ipſe obſeruantiſsimus proprietatis verborum ſuper eum locũ Terentij in Eunucho, *Perfice hoc precibus,pretio,vt hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem.* hæc ſcribit:non enim parte dicit,vt æqua intelligatur }

*De eadem re.*

*Aliquid & multum oppoſita.*

17 ¶Et huc ſpectat,quòd hæc dictio,quicquam,quæ eandem,vt omnes intelligunt, ſignificationem habet,quam dictio aliquid,in quãtumlibet modico habet locum id quod planè ac dilucidè intelligitur ex iis quæ de ea ſcribit Guil.à monte Laud.in extrauag.ſuſcepti regiminis,in verbo, & ſi quicquam,ne ſede vacan.Nota,inquit,verbum quicquam,legitur in Euangelio Ioa.14.in fi.In me non habet quicquam.& in c.quia ſæpe,de elect.lib.vj.ibi,Quicquam de bonis perceperint,&c.Et ſic nihil excipitur,imò quantumcunq; modicũ fuerit quod vſurpatur per iſtos,cõtra ordinationem prædictam vſurpans,iuxta conditionem ſuam pœnas inſcriptas,incurrit,ar.c.ſolitæ in fi. de maio.& obed.Hæc ille.Et facit etiam quod de dictione,aliquandiu,ſcribunt doctor.in c.ij.de reſtit.ſpol.li.vj.& Lapus & Domi.in c.cõmiſſa.§.annus,de ele.co.li.& Domi.cõſ. 78.formãtur iſta. col.vl.{Et de dictione,quippiã,quę eſt iis ſimilis,tradit Donatus enarrãs illud Terẽtij in Andria:

*Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ?*

Quippiam(inquit)ſignificationem minimæ rei habet.}

*Quicquam de modico dicitur.*

*Et dictio aliquandiu.*
*Et quippiam.*

18 ¶Tamen aduertendum eſt,lector,circa huiuſmodi appellationem partis ſimpliciter, aut cum illa adiectione alicuius,non omnino eſſe perpetuum, vt partis appellatione ſimpliciter veniat dimidia,& appellatione alicuius partis veniat pars minor dimidia.Nam quantum ad primum pertinet, videmus nonnunquã appellatione partis totũ contineri,vt in l.cohæredi.§.non videri,vbi id no. Alex.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& in l.Lucius.§.ſi filiam,& ibi gl.in verbo,dimidio.ff.de leg.ij. & in l.vxori,in prin.ff.de lega.iij.vbi glo.dicit illud procedere ob incertitudinẽ.quod & not.gl.in d. c.ij.§.j.de decim.{& ibi Domi.ad fi.}l.vj.Pau.autem Caſt.conſ.clxxx.ſuper eo quod primo loco quæritur,col.ij.lib.j.dicit hoc procedere,cùm eadem eſt ratio.& facit etiam tex.in l.ij. & ibi Alex. Corn.& Iaſon C.de hæred.inſtit.Nonnunquam etiam maior pars dimidia ea appellatione intelligitur,vt in l.j.iuncta glo.in verbo,particulare,quam omnes ſequuntur.C.de iure emphyt.Nõnunquam deniq; minor dimidia,atque etiam minima portio:vt in d. c. auaritiæ,iuncta gl.in verbo,pro parte.& Domi.ibi,de elect.li.vj.& in c.j.verſ.denique,de cenſi.eo.li.vj.vbi & hoc not.Domi.in ij.no.dicitq; hoc eſſe,quia ita de mente loquentis conſtat.quod & idem dicit ipſe Domin. in c.ij.§.j.in fi.de decim.lib.vj.Et in idem eſt tex.in l.ſi qui,iuncta glo.in verbo,immenſa,quã ſequuntur docto.ibi.C.de poſtulan.& in c.cùm autem,tit.de controuer.inue.vbi Card.Alex. dicit in eo text.ob id minimam partem appellatione partis ſimpliciter intelligi, quia iam fuerat facta mentio mediæ partis.ad quod etiam allegat l.filius.§.pater.ff.de lega.ij.At Philip. Dec.in l.creditori,in

*Autoris de partis appellatione diſtinctio.*
*Appellatione partis nonnũquam totum continetur.*

*Et maior pars dimidia.*
*Et minor dimidia.*

tori,in princ.C.de pactis,aſſerit,quòd ſi neceſſe ſit hanc partis appellationem de certa quadã parte intelligi,de dimidia intelligitur.Sed ſi non vrget neceſsitas,tunc de qualibet parte intelligitur, per tex.ibi cum ſim.Idem in l.j.in 3.not.C.de Carbo.edict.dicit hanc partis appellationem de cimidia ſuapte natura intelligi,ſed tamen interdum aliter accipi ob ſubiectam materiam,per d.l.nomen.§.patronus.ff.de verb.ſignifi.& d.c.ij.in prin.& §.j.de decim.lib.vj.Quod & idem dicit Iaſ. in l.planè.§.ſi ita Titio,col.ij.verſ.ſeptimò not.ff.de legat.j.

*De eadem re alia diſtinctio.*

19 ¶Cæterum in hac re Raph.Com.in l.de pupillo.§.qui nuntiat.ff.de nou.oper.nunt.ſubtiliter admodũ,vt aliàs ſemper,ita voluit diſtinguere,vt cùm agitur de parte intellectuali, & ſic inuiſibili, tunc appellatione partis venit dimidia.Secus cum agitur de parte viſibili. tunc enim non magis accipitur pro dimidia,quàm pro alia. Ideo ratione incertitudinis debet fieri clarior declaratio., de qua parte intelligatur,per tex.ibi.Quam diſtinctionem corruptè & inuersè retulerunt Iac.Put.& Hier.Cort.ibi,ſed eam verè adſcripſit Iaſon,qui pro illa poſteriori parte diſtinctionis allegat l.domum.ff.de contrah.empt.Sed contra priorem allegat alium tex.in §.vlt.in verbo, partem,iuncta gl.Inſtit.de vulg.ſubſtit.& tandem relinquit cogitandum:vt iam non mirum ſit quod ſcribit Bal. conſ.cccxxvj.acturus petitione hæreditatis,col.j.lib.ij.quod nomen partis in iudicio prolatũ ſimpliciter eſt obſcurum,& dicit id ſcripſiſſe glo.in l.Pomponius.§.ſed criminis.ff.de procur. quam tamen gl.inuenire non potui,nec etiam ibi eſt §.qui ſic incipiat,ſed credo illum voluiſſe allegare glo.in §.ſed & is qui in eadem l.quæ volui quòd appellatio rei meæ eſt incerta,niſi adiiciatur pro quota parte. quod parũ aut nihil huc facit.Sed pro Bal.ſunt multi tex.videlicet in l.is qui ſeruũ. ff.ad leg.Corn.de falſis,ibi parte dimidia bonorum,quaſi ſcilicet obſcurum & ambiguum fuiſſet, de qua parte intellexiſſet,niſi adieciſſet dimidia.& ſimilis tex.in l.ſed & ſi lege.§.adeo.in fi.de petit.hæred.& in l.Iulianus.ff.de bon.liber.& in l.j.§.vlt.ff.ſi tab.teſt.& in l.j.§.j.in ij.locis. ff.de Salui.interd.& in l.j.§.communis.ff.de ſtip.ſer.& in l.ſenatus.§.ſenatus.ff.de iur.fiſci.& in cle.ij.§.illi verò qui dignitates,de æta.& qualit.vbi tamen ex hoc not.Card.Flor.in ix.not.quod quandoque exprimitur id quod ſubintelligitur non expreſſum idémq; reperitur & in aliis ſexcentis locis.Quibus concinens Suetonius in Iulio Cæſare,Comitia,inquit,cum populo partitus eſt,vt exceptis conſulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum pro parte dimidia,quos populus vellet:pronunciarentur , pro parte altera quos ipſe dediſſet. Et Tullius in oratione pro Q. Roſcio Comœdo ſæpius partem dimidiam dicit.& Quintilianus,ſi is eſt,decla.ij. Vt ſibi,inquit, crederetur promiſſam dimidiam partem bonorum. Niſi diceres his in locis & ſimilibus adiectam fuiſſe dimidiæ mentionem ad certiorem rei expreſsionem,vt plerunque fit ex ſententia gl.in c.licèt canon,in gl.j.de elect.li.vj.& dicemus latius infra in verbo,reuertatur,nu.26.incip. ſed quod his reſpondeatur.Nam & videmus quoque nonnunquã ad partem aliquam adiici paruulã. vt in l.habitatores,in prin.ff.loca.vbi ita ſcribitur,aliquam partem paruulam incommodi ſuſtineret.

*Nomen partis in iudicio ſimpliciter prolatum,obſcurum eſſe.*

*De eadem re.*

*Pars à pari dicta.*

*Appellatio particulæ.*

20 ¶Quòd ſi plura ſcire velis de huiuſmodi partis appellatione,vide tex.glo.& docto.in l.rectè dicimus.§.quod Quintus Mutius,& ibi gl.& doct.ff.de verb.ſignifi.glo.in §.adeò,in verbo, particularis,Inſtit.de loca.gl.in cap.j.in verbo,de portione,tit.de conten.inter me & do.& Alb.in ſuo dictio.in ij. locis.Bart.& Bald.in l.ſi plures.ff.de dam.infe.Lucam Pen.in l.ij.col.ij.in verbo, partes. C.de metat.lib.xij.{vbi dicit ex Iſidori autoritate partem dici à pari.}& Imol.Alex.& Iaſ.in l. cohæredi.§.non videri.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.Pau.Caſt.conſ.430.ſi quæritur,col.vlt.li.j.Ioa.Plat. in l.meminimus,col.j.C.quan.& qui.quarta pars,vbi etiam differũt quid veniat appellatione particulæ.Alex.in l.ſi quis in ſuo.C.de inoffi.teſta.& in l.ij.in prin.poſt Bar.ibi,in j.nota.C.de hæred. inſtit.Iaſ.in l.& ſi poſt tres,col.ij.verſ.limita concluſionẽ.ff.ſi quis caut.& in l.pater,quæ eſt ij.totius tit.col.j.verſ.adde & fortiùs.C.de hæred.inſtit.& Phil.Dec.in l.j.in iij.no.C.de Carbo.edict.} & conſ.lxix.viſis duobus conſiliis,col.pe.poſt prin.& iterũ col.ij.verſ.non obſt.allegata.} & Phil. Fran.in d.c.2.§.j.in vlt.not.de deci.lib.vj.& Alciat.in l.appellatione rei.ff.de verb.ſignifi.Quid autem veniat appellatione duarum vel triũ partium,videbis per Bart.in l.interdum.§.j.ff.de hęredi. inſtit.& in l.codicillis.§.vlt.ff.de vſufruct.lega.& Petr.Anch.& Domi.in d.c.indemnitatibus. §.ſi verò,de elect.lib.vj.& Panor.in c.cùm homines,in j.not.extra de decim.De verbo autem partiri, vide Luc.Pen.vbi ſuprà.& Domin.conſ.xx.Chriſti nomine inuocato mihi videtur,col.vlt.

*Appellatio alicuius partis quid comprehendat.*

*Dictio,aliqua addit vel nihil addit ſecũdum ſubiectã materiam.*

21 ¶Sed vt redeamus,quantum ad ſecũdam,videlicet appellationem alicuius partis, videmus etiam eam appellationem non poſſe interdum intelligi de modica parte,vt in l.Gallus.§. in omnibus, in verbo,ex aliqua parte.ff.de libe.& poſth.vbi dicitur , quòd filiusfamil. ex aliqua parte inſtitui debet,quod ad minimum de tota legitima intelligitur,ex iure ff.de quo ea lex loquitur, per l.Papinianus.§.quoniam autem quarta.ff.inoffi.teſta.licet hodie per noua iura aliud ſit ſtatutum.l.omnimodo.C.eo.tit.Sed Iaſ.in dicto §.in omnibus,in iij.not.poſt Franc. Aret.ibi, quem tamen ipſe ſubticet,dicit quòd illud ideo eſt propter ſubiectam materiam,arg.l.ſi vno,in princ. ff.loca,& nihil præterea dicit.Sed ille ipſe in l.j.in iij.not.C.de pact.de eadem re loquens. poſteaquam & hoc quoque ſubiectæ materiæ aſsignauit,confeſtim ſubdit id non eſſe realiter reſpõdere.tamẽ Corn. loquens in caſu noſtræ l.conſ.xv.ex quo dictus Franciſcus,col.4.verſ.quod verbum,lib.j.dicit in hac re reſpiciendam eſſe ſubiectam materiam,vt ſecundum illam dictio aliqua, vel addat & ampliet,vt videlicet intelligatur de minima quoque parte:vel etiam nihil addat, ſed relinquat partis appellationem in ſua propria ſignificatione.Et idem dicit ipſe Corn.conſ.iiij.dubia ſatis,col.iij.&

4.lib.



4.lib.3.& Soci.conſ.liiij.viſo inſtrumento,col.4.verſ.ſecundo loco , lib.4. vbi ex hac diſtinctione reſpondent ad dictionem,aliquam,hìc in noſtra l.poſitam , vt vdelicet propter ſubiectam materiam non ampliet,ſed relinquat dictionem,partem,in ſuo ſenſu proprio.Et iis concinit quod tradit Card.in d.clem.j.in ix.q.de foro compet.intelligens quod dictum eſt,dictionem hanc aliquã, de quocunque minimo intelligi,dummodo ſit aptum illud minimum ad effectum, de quo quæritur,& ſequitur Soci.in repet.l.quod dicitur,col.4.verſ.ſextò contra iſtam concluſionem.ff.quis & à quo appel.Et ſi plura ſcire velis de natura huius dictionis,vide inferiùs verſ.xxxvij.incip.finem huic gl.cum ſeq.vſque ad fi.{Sed ita vt non omittas tex.in l.ſi poſt pubertatem.ff.de tut.& ratio.diſtra.vbi ita ſcribitur,aliquo tempore,licèt breuiſsimo.}Sed quantum ad hunc locum pertinet,ego non video quamobrem materia huius l.ſit ſubiecta huiuſmodi interpretationi,ſed potiùs contrariæ ex veriſimili mente donãtis,quam ſemper veluti ſcopũ l.noſtræ intueri debemus.

*Dictio,aliquã de quocunque minimo intelligitur.*

*Verbum largiendi,quomodo in hac l.accipiendum ſit.*

*Largiri pro donare accipitur etiam in re modica.*

22 ¶Ideo vlteriùs progrediendo ad defenſionem poſterioris opi. quæ dicit hanc l. procedere in donatione minoris partis,quàm dimidiæ,non obſtat verbum largiẽdi,quo bis vſa eſt l.noſtra, quia non ſemper ſignificat ingentem effuſamq; donationem,non magis quàm verbum donandi,quippe cùm vtroque verbo leges noſtræ promiſcuè pro eodem vtuntur,vt in l.& ſi de tua , & in l.ſi filij tui.C.de donat.inter vir.& vxor.quæ primùm donandi verbo vtuntur,deinde & largiendi,in eodem caſu.Id quod ſæpiſsimè facit Conſtantius,cuius hæc l.eſt,in aliis ipſius legibus, vt in l.res vxoris.C.eo.tit.& in l.cùm veterum,& in l.ſi à ſponſa.C.de donat.ante nupt. in quibus eandem liberalitatem nunc donandi aut donationis appellatione, nunc largiendi aut largitionis vſurpat, & in l.j.C.de quad.præſcript.vbi donationem vocat largitatem.Et plerunque idem imperator ea loquendi forma peculiariter vtitur,vt pro donare largiri dicat, etiam in re modica : quod videre licet in l.ſi à ſponſo.C.eo.de donat.ante nupt.Alibi autem,videlicet in l.ſi mater,C.de inoffi. donat.Dioclet.& Maximianus Impp.qui ipſum Conſtant. præceſſerunt , hoc verbum vſurparunt in donatione,quæ dimidio quartæ partis totius minor eſt. Quin in l.matre.C.de nat.li.Arcad.& Hodo.Impp.qui paulò poſt Conſtantium imperarunt,eo verbo vtuntur , cùm de ſemuncia loquerentur,quæ pars eſt xxiiij.totius aſsis:vt hinc facilè intelligas id verbum de re modica vſurpari,cùm & quarta pars totius dicatur minuſcula.l.ſi quis in ſuo,in prin.{& ibi Bald.in prin.}C. de inoffi.teſta.{& minima,in l.vlt.C.quando & quib.quarta pars.}Neque enim imperatores ſemper propriè loquuntur,vt dicemus in verbo.ſuſceperit liberos,in prin. Quin & Tullius proprietatis verborum obſeruator diligentiſsimus, nonnũquam eo verbo in ſimplici ſignificatione donandi aut munerandi vſus eſt,vt cùm ſcribit lib.2.de Inuentione , Itaque tanquam cæteris non ſit habitura quod largiatur,ſi vni cũcta cõceſſerit,aliud alij commodi aliquo adiuncto & incommodo muneratur.Idem in oratione pro Cornelio Balbo,Nimiũ,inquit,parcus in largienda ciuitate.In quibus verbis duo ſunt in hunc locũ maximè annotanda.Primũ,quòd largiri ciuitatẽ vocat donare ciuitatẽ,id eſt,donare aliquẽ ciuitate,ſiue eum ciuẽ efficere. Nam de ea re in tota illa oratione agit.Quæ verba ex ſua natura habẽt ſimpliciter vim donãdi.deinde quòd dicit parcum in largiendo,quod dici nõ poſſet,ſi largiri effusè donare ſignificaret. Nam ea verba alioqui male cohærerẽt,ſecúmq; pugnarẽt. Quin & iuriſcõſulti noſtri largiri pro cõcedere ſimpliciter dixerũt, vt largiri tẽpus,in l.ſi filius.ff.de minorib.Et Tullius in Catone maiore,Quod ſi quis Deus mihi largiatur,vt ex hac ætate repueraſcã.Quin idem in v.in Verrẽ actione vtrunq; iunxit:tamen ego, ait,hoc quod ferri nego poſſe,Verri iudices concedo & largior.Et in l.j.C.de impo.lucra.deſcrip. quod primo loco per verbum largiendi dixerat,ſecundo loco verbo concedendi expreſsit.Sed & in priore loco notãdũ eſt,quòd his verbis vtitur,quicquàm de ſuis opibus largitur.At ſuprà nu. 17.docuimus eam dictionem,quicquam,etiã de minimo dici.Et vt nõnihil adferã ex promptuario iuris Canonici,tex.habemus hoc verbo,largiẽdi,vtentẽ in centeſima parte potius,in c.apoſtolicæ,extra de donat.aduocatq; is tex.canonẽ,qui de eadẽ re loquens non eo verbo largiendi,ſed donandi vtitur,videlicet in c.bonæ rei.xij.q.ij.vt hinc quoque intelligas,nihil apud nos hæc verba differre.Et alibi ſæpe videmus in eo iure largiri pro conferre ſiue concedere ſimpliciter intelligi:vt in c.nonnulli,in fi.extrà de cleric.nõ reſid.& in c.de multa,extrà de præb.& in c.abbates,de priuil.lib.vj.vbi dicitur elargiri benedictionem,& in cle.dudum.verſ.verum,de ſepult.vbi non ſolùm id verbũ de quarta eius rei de qua loquitur,ſed & de re neceſſaria dicitur,quam ſcilicet quis velit,nolit,dare debet:vt hinc poſſe intelligas id verbũ pro dãdi verbo accipi, & rẽ quãcunq; cõprehẽdere.{Ex hiſq; fit,vt largiri idẽ quod permittere ſiue pati ſignificet.l.cui legata,ibi,ſi largiatur portio,ff.de fideic.libe.& in l.accuſationis,ibi,ſi tẽpora largiãtur. ff.de adul. & in hac eadẽ ſignificatione verbũ pati ponitur in l. generaliter.§.quid ergo ſi plures,ibi,pretiũ patiatur, eo.tit.}

*Largiri ciuitate quid ſit.*

*Largiri tempus.*

*Cõtrariarum opinionum cõciliatio.*

23 ¶Denique non deſunt qui tantam inter noſtros legum interpretes controuerſiam in hac donationis ingentis aut modicæ differentia,hoc modo componere conantur, vt videlicet donatio facta liberto,etiam infra dimidiam partem bonorum, reuocetur ſuſceptis poſtea liberis : extraneo autem,non reuocetur, niſi quæ æquat aut ſuperat dimidiam partem. Et ita refert Corne. dicto conſ.xv.col.4.lib.j.reperiſſe ſe quendam præclarum docto.diſtinxiſſe,prout etiam certè diſtinxit Angel.Perig.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de legatis ij.quem nuncupatim refert ipſe Corn.dicto conſ.iiij.col.iij.libro item iij.vbi præterea dicit hoc ſe non abſonum reputare.Et ita quoque dicit fuiſſe reſponſum à doctiſsimis viris & Socin.dicto conſ.liij.col.iiij. verſic. & ad text. lib. iiij. vbi

etiam

etiam dicit hoc poſſe defendi,licèt non ſit de mente doctor.communiter.

*Reſtrictio cõmunioris opinionis.*

24 ¶Si eam op.teneas,quę pluribus viſa eſt communior,vt videlicet hęc l.habeat locum in donatione infra dimidiam,ita etiam intelligas procedere, modò res donata non adeo ſit vilis æſtimationis,vt veriſimiliter donans non deſtitiſſet à datione propter cogitationem liberorum,vt ſubobſcurè voluit Pau.Caſt.in l.j.C.de poſth.hæred.inſtit.iungẽdo locum in quo allegat hanc legem, ei quod antè dixerat.& expreſsè ante eum Ang.in §.ſiue igitur,col.vj.verſ.ſecundo caſu,in auth. vt cùm de appel.cog.{& Imo.in d.c.vlt.col.v.verſ.circa prædicta tamen,extra de dona.& voluit quoque}Ioan.Bapti.Cacia.in l.ſi cùm vel in vtero,& in l.ſicut certi.C. de teſta. milit. vbi ita dicit vidiſſe iudicatũ in ciuitate Senarum.& Corn.conſ.ccvj.viſo ſupraſcripto themate,col.8.verſ. cõcurrit etiam,lib.3.vbi ita dicit ſe pluries conſuluiſſe cum aliis doc.egregiæ famæ Senis. & Soci.in l.cùm anus,tum alibi,tum col.lvj.in viij.q.ff.de condit.& demon.& conſ.cxlvij.viſa facti contingentia,col.pen.verſ.principaliter,lib.j.& conſ.ccxv.viſa prædicta facti contingentia,col.iij. verſic. ſtante ergo,lib.ij.quod & repetitur in conſ.xxij.lib.4.vbi etiã dicit ita fuiſſe concluſum,cum quęſtio verteretur in ciuitate Senarum,& hoc eſſe de mente Ang.in hac l.& idem Socin.conſ. xx.in facto præſupponitur,col.vlt.lib.iij.& conſ.xciij.teſtamentum præmiſſum,col.pen.verſ.& ſecundũ hanc lib.4.vbi ita dicit fuiſſe conſultum per omnes doc.Peruſi.& per quoſdã Senenſes, & fuiſſe in hanc ipſam ſententiam Senis iudicatum.& Phil.Dec.& Alcia.in l.j.ille col.ij.hic in verbo,ſuſtulerat,in fi.C.de pact.& ibi quoque Fran.Cur.iunior col.ij.& ſeq.nu.8.& 9.vbi refert Curt.ſeniorem patruum ſuum cõſuluiſſe hanc l.non habere locum,niſi ad minimum donetur quarta pars. {& Carol.Ruin.conſ.xciiij.viſa renuntiatione,col.8.num.19.lib.j.& conſ. clxxiij.quæritur primò, col.vj.verſ.nec obſtat inſuper,eo.lib.1.& d.conſ.cxl.col.iij.lib.iiij.}

*Quæ legata facta in teſtamento etiam præteritione poſthumi conſeruentur.*

25 ¶Et in ſimili licèt per auth.ex cauſa.C.de libe.præteri.non conſeruantur legata facta in teſtamẽto,in quo poſthumus aut etiam iam natus fuerit ignoranter præteritus,ſecundum opi.Bar.& aſſeclarum:tamen hoc tantùm procedit in legatis tam magnis,vt veriſimiliter teſtator non feciſſet, ſi de poſthumis aut iam natis cogitaſſet.Secus in paruis,quæ etiam feciſſet,cogitans de illis,vt ſentit ipſe Bart.in l.filio præterito,col.iiij.verſ.præterea hoc perſuadet.ff.de iniuſt.teſtam. & apertiùs Bal.in d.auth.ex cauſa,col.iij.verſ.item non obſtat,& ibi etiã Pau.Caſt.col.ij.& Corn.col.xj. ver. quintò fortè fallit.idem Bal.in l.Titius,in prin.& ibi etiam Franc.Aret.col.vlt.ff.de liber.& poſth. Ang.hîc,& in d.§.ſiue igitur col.4.verſ.finaliter dici poteſt,in authen.vt cùm de appel.cog.Paul. Caſt.in d.l.j.C.de poſth.hære.inſtit.& conſ.xx.clarum eſt teſtamentum,in fi.li.j.& Alex.conſ.50. circa primam dubitationem,col.iiij.in fi.& col.ſeq.lib.vj.Franc.Aret.conſ.xcij.viſo legato,col.iiij. & iterum conſ.vlt.in primo dubio.Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.xlv. verſ.pone teſtator. C. de fideic.Socin.conſ.xciij.teſtamentum pręmiſſum.col.vlt.verſ.ex quibus omnibus,lib.iiij.

*Hæc lex non habet locũ in re quapiam modica.*

26 ¶Id quod haud dubiè verum eſt in caſu l.noſtræ,quia,vt ſuprà diximus in præfatione l.noſtræ,in verſ.188.incip.nec ſolùm ceſſat.non habet locum hæc lex,cum veriſimiliter donans,ſi cogitaſſet de liberis,nihilominus donauiſſet,vtpote ceſſante ratione huius l.Et ideo ſunt & præter eos,quos nuper citauimus,qui ſimpliciter tenent hanc l.non habere locum in re quapiam modica.Ita enim tenent Ioan.Fab.& Ang.hîc,Imol.in c.vlt.col.v.verſ.ſed circa prædicta,& ibi etiam Bened.Cap. extra de dona.& Alex.conſ.lxxj.conſideratis his,col.ij.lib.4.& conſ.clxij.viſis quæ copioſè,col.j. lib.vj.Corn.conſ.xv.ex quo dictus Franciſcus,col.4.verſ.quia quando feciſſet,lib.j.& conſ.194. videtur in præſenti conſultatione,in multis locis, lib.3. & conſ.ccvj. viſo ſupraſcripto themate, col.viij.verſ.itaque eſt aduertendum,& col.ſeq.verſ.concurrit etiam,eo.lib.iij. vbi ita dicit ſe Senis conſuluiſſe,vnà cum aliis egregiæ famæ doct.Soc.in d.l.j.col.2.verſ.& ſic colligitur. C. de pactis.& conſ.ccxv.viſa prædicta,col.ij.lib.ij.Phil.Franc.in cap.frequens.§.illum,in primo notab.vbi non obſcurè ſentit hanc legem tum demum procedere,ſi donata fuerit non tantùm maior pars bonorum,ſed etiam ſi magna pars.& Iaſ.in l.generaliter.§.j.col.4.in fi.v.limitationis.C.de inſtit. & ſubſti.Philip.Dec.conſ.ccclxvj.pro declaratione,col.iiij.verſ.in ſecundo dubio.{& conſ.481.viſo pũcto,col.2.verſ.non obſtat.}Steph.Bertr.conſ.lxxxiij.Chriſti,& c.viſis tribus,col.j.li.3.

*Eiuſdẽ ratio.*

Quod non ob aliud fit,quàm quòd præſumitur donans rem paruam veriſimiliter eam etiam donauiſſe,ſi cogitaſſet de liberis,vt in ſimili quoque Bart.in l.demonſtratio.§.quod autem,in quæſtio. 4. & ibi poſt eum Imo.ff.de condit.& demonſt.

*Niſi excedat quartam partem bonorum donantis.*

27 ¶Et hoc ita nonnulli intelligunt & interpretantur,vt ſaltem donatio ſit vſque ad quartam partẽ bonorũ donantis,ex mente Bald.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de leg.ij.& eius{diſcipuli.}Imol.in d.c.vlt.de dona.& id apertè expreſséque voluit Fran.Curt.ſenior,vir non infimæ apud noſtros auctoritatis,conſ.omnium primo,circa primum prima fronte , col.vj.verſ. & ſaltem ſine dubio. Quibus vt non aſſentior omnino , dum tam exactè & anxiè rem ipſam circumſcribunt: ſic nec probo ſententiam Franc.Aret.non leuis etiam iuris interpretis,in l.Titius,in prin.col.iiij.ff.de libe.& poſth.aſſerentis ſimpliciter hanc l.noſtram habere locum in donatione rei modicæ,ſine vllo modicitatis diſcrimine.

*In modica rei conſideratione ſtatur arbitrio iudicis.*

28 ¶In huius autem rei conſideratione,vtrum videlicet res donata dicenda ſit modica,vt hæc l.locum non habeat,aut habeat,id certè relinquitur arbitrio iudicis,qui conſiderabit quantitatem rei & qualitatem perſonarum,donantis ſcilicet & donatarij,& an ſint coniuncti , necne , & in quo gradu , vt voluit Angel.hîc,& expreſsiùs in d.§.ſiue igitur,colum. iiij. in auth. vt cùm de appel. cog.per





cog.per not.in l.cùm alienam,C.de leg. Et in ſimili caſu Pau.Caſt.& Iaſ.in auth. ex cauſa. C. de lib.præte.& Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.xlv.C.de fideic.Conſiderabit item iudex ex ſententia Corn.conſi.iiij.dubia ſatis,col.iiij.verſ.cùm igitur in caſu noſtro,lib.iij. vtrùm ſcilicet donans vnũ tantùm,an plures liberos ſuſceperit,ac vtrùm maſculos,an fœminas.Nam veriſimiliter quis ita non retraheretur à donando propter vnicum filium,quàm propter multos,vt eſt bonus text. quem tamen ipſe non allegat,in l.ſi filiæ.ff.de leg.iij.quẽ in hac caſu noſtro expendit Fran. Aret. conſi.xcij.viſo legato facto,col.iiij.verſ.quid enim ſi hæreditas.Igitur vt redeamus ad Corn. magis diſſuadent à donando plures filij,quàm vnus tantùm,& maſculus quã fœmina.Nam filiæ ſolet ſufficere dos cõgrua,ex qua poteſt honorabiliter,vt ipſe Corn.loquitur, viuere ſecundũ ſtatũ ſuæ perſonæ,vt docet experientia.c.quàm ſit,de elect.lib.vj. Et congrua dos in dubio ea dicitur, quæ legitimæ reſpondet,vt voluit Saly.in auth.res quæ.C.commu.de leg.cum aliis concor.quas tibi nuncupatim abſcribemus infrà,in verbo,ſuſceperit liberos,verſi.xcij.incip.quòd autem filia. Igitur ſi ex reliquis facultatibus,quæ ſunt præter res donatas,filia congruè ſit dotata,vt hinc poſſit honeſtè viuere,debilitatur illa pręſumptio,quòd noluiſſet pater donare,ſi cogitaſſet de liberis. Et idem in hoc caſu poſtremo de filia conſuluit Paul.Caſt.cuius Corn.non meminit, conſil.xv. incip.à ſecundo quæſito,col.iij.verſi.facit etiam multum,lib.ij.& ante vtrunque Angel.hîc, cuius tamen neuter mentionem facit {& nouiſsimè Carol.Ruin.conſi.cxxiiij.videtur,ad fi.lib.j.}

*De eadem re.*

29 ¶Et id quidem generale eſt & perpetuum,vt id relinquatur arbitrio iudicis,ſítne tanti res donata,vt veriſimiliter ipſe donans eã rem non donauiſſet ſi de liberis cogitaſſet,an verò contrà non tanti:vt præter eos quos ſuprà citauimus,voluit etiam Socin.d.conſi.ccxv.viſa prædicta facti cõtingentia,col.ij.verſi.ſtante ergo dicta quantitate,lib.ij.quod & errore librariorum iterum repetitur in conſ.xxij.lib.iiij.rurſumq; idem Socin.conſi.xx.cuius caput eſt,in facto præſupponitur, in fin.lib.iij.& Alciat.in l.j.in verbo,ſuſtulerat,in fi.C.de pactis.

*Eidem ſimile in legatis relictis.*

30 ¶Sed & idem in caſu d.auth.ex cauſa. C. de lib.præter.cùm videlicet quæritur iuxta ſententiam Bart.& ſequaciũ,ſi teſtator non cogitans de poſthumis,aut ignorans ſibi liberos eſſe,legata quędam reliquerit,vtrũ legata ſint eiuſmodi,vt ea nihilominus reliquiſſet , etiã ſi cogitaſſet de poſthumo,aut ſciſſet ſibi eſſe filiũ,an verò cõtrà veriſimiliter non reliquiſſet,id etiam cõmittitur arbitrio iudicis, vt præter & ante Pau.Caſt.& Iaſ.in d. auth.ex cauſa,quos ſuprà aduocauimus,voluit etiã expreſsè Ang.in d.§.ſiue igitur,col.v.verſi.ſed poſſes dubitare,in auth.vt cũ de app.cog.

*Arbitrio iudicis quid paruũ quid magnum dãnum.*

31 ¶Quin & aliàs quoq; videmus in cæteris rebus id genus locũ eſſe arbitrio iudicis,vt cùm quæritur,quod dicatur paruum & leue,aut magnũ & graue incommodum ſiue damnũ,l.j.cum gloſ. & ibi etiã{Alber.&} Bald.C.ſi aduerſ.vendi.pign.& Ioan.And.in c.vlt.col.vlti. in vj.q.& ibi quoq; Collect.paulò ante fin.Imo.col.ix.verſi.ſextò tangit,& Barb.col.ij.ext.de dona.{Alex. conſi.67. videretur ſtãtibus,col.j.lib.v.}

*Quæ enormis læſio,aut modica.*

Quæ item læſio enormis aut modica,ſecundũ gl.in §.pretiũ.in verbo,diffiniuit,Inſtit.de emp.& vendi.{Cyn.in auth.qui rem.C.de ſacroſan.eccl.}& Saly.in l.vlt.in 1.oppo.verſi.ſed adhuc ſtat dubiũ.C.de contra.empt.Imo.in c.quintauallis,col.24.verſic. idem ſi mandatum,& iterũ col.32.verſi.qualiter autem dolus,& ibi etiam Panor.col.xvij.verſi. venio ad ſecundum,ext.de iureiur.Alex.in l.ſi arbitratu,col.vlt.ff.de verb.oblig.& conſil.cij. ſuper primo, col.iij.verſ.nam læſio,lib.ij.{& conſi.cl.viſo themate,col.ij.verſ.ſecundò poteſt reſpõderi,lib.vij.} & Barb.in c.propter ſterilitatem,extra de loca.& conſi.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.ij.lib.j.& conſ. xxj.præclarè dixit,col.pe.lib.ij.vbi dicit ad hoc eſſe ſing.text.in d.l.j.C.ſi aduerſ.vend.pig.Corn. conſi.ix.præmittendum eſt,col.iij.lib.j.& conſi.189.in præſenti cõſultatione,col.iiij.verſ.præterea licèt,eod.lib.& iterum conſi.133.quod eſt eiuſdem initij,col.pen.verſ.nec obſtat reſponſioni,lib.3. Philip.Deci.conſi.180.viſa renuntiatione,col.j.& Anto.Burg.in c.cùm dilecti,col.xij.verſi. venio ad ſecundum,extra de empt.& vendit.

*Quæ impenſa ſit magna,aut modica.*

Quæ impenſa ſit magna aut modica.glo.in l.hactenus, in verbo,pertinet,& ibi doct.ff.de vſuf.& in l.omnino,in verbo,modicas,in prin.& ibi Bart.in fi.ff. de impenſ.in reb.dot.fac.{& Ioan.Fab.in l.iij.C.de rei vxor.actio.Ang.in l.vlti.§.in computatione,col.j.C.de iure delib.& Corn.conſ.lxxxj.quanquam in hac,ad fin.lib.iiij. }

*Quod debitũ ſit paruũ, aut magnum.*

vtrùm debitum ſit paruum an magnum,glo.in §.j.verſi.ſed & ſi quis,in prin.& ibi Bart.col.j.verſ.an quis propter, & Ang.col.etiam j.verſ.item opp.quod debitor,in auth.vt hi qui.obl.ſe hab.perhi.Bart. in auth. minoris debitor,col.j.verſi.ſed quæro quæ dicatur,& ibi etiam Bal.& alij.C.qui dat.tut.poſ.

*Quæ quantitas parua ſit, aut magna.*

Quę quantitas ſit magna,quæque parua,Bald.in l.j.col.iiij.verſ.quæ autẽ ſit magna.C.de confeſ.& latè conſ.181.primò quæro ad quid,col.j.lib.iij.& Collec.in c.cæterũ,in prin.ext.de donat.{Ang. in l.ſed & ſi ſuſceperit.§.j.ff.de iud.}Alex.{conſi.xxxij.viſo puncto & dubiis,col.ij.verſ. ergo apparet,lib.j.&}conſi.xlvij.circa primũ,col.iij.verſi.& nimis magna,eo.lib.j.& conſ.cxxxj.in cauſa vertente corã prætore,col.vlt.verſ.nimis autẽ magna,lib.j.& Anto.Corſ.in tract.de minimis, col.iij. verſ.decimoſextò.{facit quod ſcribit Bald.in l.cum contrà,col.ij.verſ.itẽ eſt conſiderandũ. C. de arbitr.}

*Quod pretiũ ſit paruũ,aut iuſtum.*

Quod pretiũ dicatur paruũ ſiue vile,aut iniuſtum reſpectu rei,aut iuſtũ , vt ex d.gl.in d. §.pretiũ,Inſtit.de empt.& vendi.voluit expreſsè{Cyn.poſt Pet.in l.per diuerſas,col.ij.verſ.ſecundò quæritur.C.mand.Guido Papæ ſing.dcccc xxxvij.quando dicatur modicum.}Cepol.qui eam dicit ſing.in tract.de ſimulatione cõtractuum,char.penul.verſ.ſexta & vlt.opi.vbi & ad hoc alia multa allegat.& idem quoque voluit Barb.d.conſ.lj.lib.j.& Steph.Bert.conſ.339.non puto,nu.3. lib.j.& conſi.237.viſo proceſſu,num.3.& ſeq.lib.ij.& conſil.77.ſi non ſine grandi,num.4.lib.iij.

*Quæ dos magna aut parua.*
*Quæ beneficia ſunt maiora aut minora*
*Quæ lis ſit parua,aut magna.*

Quæ dos magna eſt,quæ parua.vt not.in auth.quod locum.C.de colla. & Bal.in auth.præterea,
in fin.C.vnde vir & vxor.Quæ beneficia dicantur maiora,quæúe minora,ſecundũ Guil. à mon-
te Laud.in extrauag.Io.xxij.incip.ſuſcepti,verſi.& hoc in beneficiis.& Domi.conſi.85.ſuper pri-
mo dubio,col.pen.verſi.de habentibus.{Fran.Rip.in c.ad aures,col.j.de reſcrip.}Quæ lis ſiue cau
ſa dicatur magna,aut parua,gl.Bart.& Bal.in auth.niſi breuiores.C.de ſenten.ex breui.recit.& gl.
in c.vlt.in verbo,illuſtrium,poſt prin.extra de re iud.{lib.vj.Bart.in §.ſi tibi quoq;,ad fin.in auth.
de manda.prin.}Bal.in c.edoceri,col.ij.verſ.aduerte inquantum,extra de reſcrip. & in c.ex ratio-
ne,circa medium,extra de appel.& in c.de appellationibus,in fi.{& ibi Card.Alex.col.j.verſi.vlti-
mò habetis,eod.tit.Saly.in l.admonendi,col.penul.verſi.quando autem magna ſit.ff.de iureiur.}
Panor.in c.j.col.ij.verſ.tertia cauſa eſt,ext.de dilat.Alex.conſi.xxxij.viſo punctò,col.ij.verſi. ſi er-
go apparet,lib.j.{Guid.Pap.dec.564.vtrùm iudex,in fin.}Corſe.in tract.de minimis,vbi ſuprà,cũ
aliis concord.adductis per Iaſ.in repet.l.admonendi,nu.231.incip.quæ autem dicatur.ff.de iureiu.
& Philip.Deci.in d.c.de appellationibus,col.vltim.{Quæ bona alicuius dicantur tam magna aut

*Quæ bona tã magna,aut modica,ut excuſent à ſatiſdatione.*

modica,vt excuſent vel non excuſent à ſatiſdat.Bal.poſt alios in l.ſecundum,in prin.col.iij.verſ.
tertiò quærit glo.ff.qui ſatiſd.cog. Et in vniuerſum quis dicatur pauper quíſve diues in illis caſi-
bus,in quibus id determinatum non eſt,gloſ.in d.authent.præterea,& ibi Bald.Alber.Ioan. Fab.}
Saly.Alex.Corn.& alij recentiores.C.vnde vir & vxor.& gl.in §.hinc nobis,verſ.ſi verò abſunt,
in verbo,ſubſtantiam,& ibi Ang.col.j.in auth.de hære.& falci.& Bart.in l.ſi cõſtante,in prin.col.
iij.in ij.q.j.partis. & ibi etiam recentiores.ff.ſolu.matri.{Albr.in l.ſi quis ad declinandam,col.vlti.
C.de epiſc.& cleri.& in l.paupertas.ff.de excuſ.tut.} Angel.in l.ſi verò,§. qui pro rei qualitate.ff.
qui ſatiſd.cog.{Pet.Anch.in c.per veſtras,col.v.verſic.ſecundo iuxta prædicta.de dona.inter vir.
& vxor.}Raph.Co.conſi.cxxxj.duo fratres,in prin.Panor.in c.j.col.vlt.verſi. vltimò facit, {& ibi
etiam Felyn.de accuſ.& vterque item in c.ſi qui teſtium,de teſtib.Cardi.Alex. in c.quo iure.viij.
diſt.Phil.Deci.in c.de cauſis,de offic.deleg.& conſi.cxx.cuius ſuperſcriptio incipit,presbyter,col.
ij.verſi.& breuiter,& conſ.cxliij.in cauſa matrimoniali,col.iiij.verſi.ſecundò principaliter. Carol.
Ruin.conſ.lv.Ieſu Chriſti,col.j.nu.4.lib.j.Franc.Rip.in l.ſi conſtante,col.viij.num.29.ff.ſol. mat.
And.Alciat.} in l.quos nos hoſtes.§.locuples.ff.de verbor.ſignifi. Proindeq; etiam quæ miſerabi

*Quæ miſerabilis perſona, quæ non.*
*Quæ perſona uilis,quæ honeſta.*
*Qui ſunt illuſtres,qui non.*
*Quod tempus magnũ, quod modicum.*

lis perſona dicatur,quæ minimè,ſecundum Pet.à Bel.Pert.Bart.& Bald.in l.j.C.quãdo inter pu-
pil.& vid.& Firmia.in tract.de gabellis,part.vij.q.xxvij.{Fran.Rip.in d.l.ſi conſtante, vbi ſuprà.}
Quæúe perſona vilis,quæ honeſta,ſecundum Cyn.& Bal.in l.Gracchus.C.de adult. {& Ripa vbi
ſuprà.}Quæ itẽ perſona dicatur maior,quæ minor,ex ſentẽtia glo.in c.ſedes apoſtolica,in verbo,
maiores,& ibi etiam Inno.ſuper eodem verbo,Bal.Imo.& Panor.ext.de reſcrip.Spec.in tit.de re-
ſcript.præſent.§.vlt.col.j.verſ.ſed quæ ſunt perſonæ.Proindeq; etiam quæ ſunt illuſtres perſonæ,
quæ non ſunt,ex glo.in c.vlt.in verbo,illuſtrium,ſtatim poſt prin.de re iud.lib.vj.Quod tempus
ſit magnum,quod modicum.l.ſi ita quis promiſerit.§.Scia,in fi.& ibi glo.in verbo,tempore,Bal.
& Iaſ.col.v.in vij.not.ff.de verb.oblig.gloſ.in l.vlti.ff.ſi ag. vecti.& in d.l.ſi conſtante.§. ſi vxor,
vbi etiam eſt bonus text.ff.ſolu.matr.& gl.in l.& ſi poſt tres,in princ.& ibi Bart.Bald.in vtraque
lect.Ang.non ſemel,col.j.& alij.ff.ſi quis cau.& in l.j.§.quod autem in verbo,actio,& ibi Bart. &
Alex.ff.de ſuperfi.& in l.iij.§.emanſor.{& in §.deſertor.}ff.de re milit.& in c.ij.in verbo,non mo
dicum,& ibi Archid.& alij de rebus eccl.non alie.lib.vj.& in cle.j.in gl.vlt.& ibi Laur.Pau.Genz.
Mathe.Guil.& Imo.eo.tit.{Bart.in l.j.ff.de iur.delib.{Bal.} in l.non enim.ff.quib.ex cauſ.maio. &
{conſi.379.punctus talis eſt,col.ij.lib.4.Flor.in l.j.§.habitare.ff.de his qui deic.vel effu. Card.Flo.
conſi.xcv.ad primũ videtur,col.ij.verſ.quod autem tempus.} Pet.Anch.conſ.lvij.quædã ex præ-
dictis,col.ij.& cõſ.cxvj.ſecundũ ordinem.col.ij.{Barb.in cle.cauſam,col.xlvj.in paruis,verſ.& pro
certo,de elect.& conſ.xliiij.ſapienter ſcripſit,col.iij.lib.j.& Alex.conſ.xvij.viſo inſtrumento,col.j.
lib.4. Quodq; ſit magnũ,aut paruum interuallũ, quod non longè diſtat à ſuperiori,Bart.in l.j.§.
qui præſens,ad fi.& ibi etiã Ro.ff.de verb.oblig.Pau.Caſt.in l.quo enim.§.Iulianus,per illum tex.
ff.rem rat.hab.Ideoq; & quid dicatur incõtinenti factũ,vt quis dicatur iuſtè ſe defendiſſe,aut poſ

*Quid dicatur incõtinenti factum.*

ſeſsionem recuperaſſe,ex ſententia ipſius Barto.in l.iij.§.cùm igitur.ff.de vi.& vi arma.Saly. in l.j.
col.vij.verſi.quæro ſecundò,& iterum col.ij.verſ.nunc videamus.C.vnde vi.Panor.in c.cùm ve-
niſſet,in fi.& iterũ in c.olim,le j.col.iiij.verſ.dubium tamen eſt,de reſtit.ſpol. Similiter quãdo di-

*Quando exceptio dicatur incontinenti probari.*

catur nullitas,aut alia exceptio incõtinenti probari,vt impediat executionem ſentẽtiæ , aut aliud
iudiciũ ſummariũ,glo.in l.ſi is à quo,in prin.in verſ.hodie,& ibi etiam Bar.ff.vt in poſ.leg.& In-
noc.in c.veniens,le ij.poſt prin.& ibi etiã Bal.qui id dicit not.col.j.verſi.ſed an iſta.& Panor.col.
v.verſi.vlterius quæritur,extrà de teſti.Bal.in l.iij.§.idem.ff.ad exhi.& in l.ſi ex falſis,col.iij.C. de
tranſact.& in l.vlt.circa mediũ.C.de ord.cog.& l.ij.C.de edic.D.Adr.tol.& in l.j.C.vt in poſ.leg.
& in c.cõſtitutus,in fi.ext.de appel.& Pet.Iac.tit.ſuper l.fi.C.de edict.diui Adr.tol.in ij.libel.col.ij.
{& Guid.Pap.dec.delph.132.ſed probato,col.j.verſ.ſed nũc inſurgit. Et quid incõtinenti dicatur,
vt in fraudem factũ fuiſſe dicatur,Ang.in l.ſi vẽtri.§.vlt.ff.de priuil.credit.Ro.in l.j.§.j.ff.de verb.
oblig.Cepol.in tract.de ſimulatione contractuũ,in ſecũdo caſu,poſt mediũ verſ.quãdo autẽ dicã
tur,& Phil.Dec.conſ.235.in cauſa magnifici,col.ij.verſ.quintò præſumitur.Et quid quã citiùs fie-
ri dicatur,glo.in cle.cauſam,in prin.in verbo,cõmodè,& ibi Card.Flo.in xx.q.de elect.Fran.Rip.
in l.ſi inſulam,colum.vij.num.35.ff.de verb.oblig.Et quod ſit tempus,intra quod debet executio
terminari.



*Quod ſit tempus intra quod executio debet terminari.*

terminari.Pet.Ferra.in forma.execut.ſent.diffi.in gl.j.col.ij.verſi.quid autem ſi illud.}Et aliàs ſem
per quando quid dicatur incontinenti ſiue ſtatim factum,vt per gl.Bald.Panor.& Philip.Franc.
in c.an ſit,extrà de appel.Bart.Ang.& Imo.in l.quod dicimus,per illum tex.ff.de ſolut. Bal.in {l.
nam & poſtea,in lect.antiq.ff.de iureiu.& in} c.quia propter,col.vlt.verſ.in alia gloſ. & ibi etiam
Panor.in fi.prin.extra de elect.& idem Panor.in c.j.col.vj.verſ.gl.in verbo,incontinenti,extra de
mutu.pet.& in c.potuit.col.iij.extrà de loca.Iaſ.in l.lecta,col.iiij.verſi.in gl.ibi,l.hæredes.ff. ſi cert.

*Intra quod tẽpus poſt interpellationem quis conſtituatur in mora.*

peta. Et intra quod tempus poſt interpellationem quis conſtituatur in mora,ex gl.in l.Aemilius,
in prin.in verbo,reſtitui.ff.de minorib.quã dicit ſing.Bal.in c.j.col.ij.in verbo, quàm citius.tit.de
no.for.fidel.& in c.cùm olim,col.ij.verſ.conſidera,ipſe debet,extra de reſtit.Sed & eſt alia ſimilis
in l.donatio,in verbo,ſi non protinus.ff.de nego.geſt.quam etiã expendit Iaſ.in l.ſi ex legati cau
ſa,col.ij.in iiij.not.ff.de verb.oblig.& ibi l.quoties in diem,col.iij.eo.tit. Imò & eius rei text.eſt in
l.ſi quis filium.§.vlt.ff.de collat.bon.quem annotat Raph.Co.in d.l.quoties,& Alex. poſt Iacob.
Aret.in l.j.§.item ſi ita.ff.ad leg.Falc.& voluit etiam Bart.in l.ſi pretium.ff.quando dies leg.cedit.
& Iaſ.qui illam priorem gl.dicit not.in l.eũ qui calendis.§.quoties.in fin.ff.de verb.oblig. Et aliàs
ſemper ex quo tempore mora ipſa contrahitur,vt voluit Ioan.And.in c.vlt.in verbo mora,& ibi
quoq; Bald.col.ij.verſ.nota,hîc dicit,extra de elect. Idẽ Bal.poſt Iac.But.in l.tutor ſi petitus,pau-

*Semel mora contracta,intra quod tempus purgari poſsit.*

lò ante fin.ff.de tuto.& cura.dat.ab his. Et cùm ſemel mora contracta fuerit,intra quod tempus
purgari poſsit,vt tradit gl.in d.l.& ſi poſt tres,in prin.& ibi omnes doct.ff.ſi quis cau.& glo.in c.
potuit,in verbo,celeri,ad fi.& ibi Card.Flo.Imo.col.xij.Panor.& alij,extrà de loca.Bart.in l.ſi in-
ſulam,in ij.opp.ff.de verb.oblig.& Bal.in l.magnã,tum col.j.verſ.oppo.ad hanc l.tum col.vj.ver.
quæritur primò.C.de contra.& commit.ſtip.{& in l.ſancimus,col.j.C.de fideiuſſ.}Ang.conſ.312.
prout patet ex themate,col.iij.verſ.præterea ſi conſideratur.& ſubobſcurè Petr.Anch.conſil.xlij.
quidam Ser Antonius,col.ij.verſ.tertiò reuocatur.Alex.conſ.xiiij.viſo & conſiderato,verſi. præ-
terea mora,lib.ij.quod repetitur conſ.xl.lib.vj.Corn.conſ.cij.viſis in cauſa,col.vlt.lib.ij.{Iaſ.conſ.
lxxxij.viſis,col.ij.verſ.& ſi tenemus,lib.j.}Steph.Bert.conſ.xj.etiã ſi venerabilis,nu.3.lib.ij.Philip.
Deci.in auth.qui rem,col.iij.C.de ſacro.eccl.& conſ.138.cuius ſuperſcriptio incipit,verba iſta ipſo
facto,col.iij.vbi hãc dicit eſſe cõmunem opin.Lancel.Gal.in d.l.j.§.qui præſens,col.vlt.verſ.hinc

*Quid antiquũ dicatur.*

dicitur.ff.de verb.obli.Et eſt optimus tex.in d.l.ſi ita quis promiſerit.§.Scia,in fi.ff.eo.tit.Et quid
antiquũ dicatur,ſi credimus Ant.in c.illud,extra de præſump.& Alex.conſ.lxxix.circa primũ de
quo quæritur,col.iiij.verſ.fortificatur per id,lib.j.& conſ.} iiij.videtur,col.vij.verſ.faciant quæ di-
xi,lib.ij.{conſi.187.in hac cauſa,col.ij.verſ.quis enim Iudex,eo.lib.ij.}& cõſi.ix.viſo themate,col.

*Quid diuturnum.*

vlt.verſi.nec ob.id quod habetur,lib.iij.Et quid diuturnũ,gl.in l.pe.C.de cõmo.Bart.& alij in l.ſi
pœnã,in fi.ff.de verb.oblig.Et quantũ tempus requiratur, emptorem pati venditorem poſsidere
poſt venditionẽ vt fraus vel ſimulatio præſumatur.Bart.in l.poſt contractũ,col.iij.verſ.ſed quan
to tempore.ff.de dona.& in l.ſicut.§.ſuperuacuũ,col.ij.verſ.ſed hîc quæro.ff.quib.mod.pign. vel
hypoth.ſolui.Bal.conſ.lxx.apparent quædã inſtrumenta,col.ij.verſi.ſuper ſecundò,lib.j.Et in vni

*Quando quæritur de tempore & interuallo.*

uerſum quoties quæritur de tempore & interuallo,per tex.in l.ab hoſtibus.§.vlti. cum l.ſeq.ff.ex
quib.cauſ.maior.& in l.cõtinuus.§.cũ ita,in prin.ff.de verb.obli.& in l.de die,in prin.ff.qui ſatiſd.
cog.& in c.cùm perſonæ.de priuil.li.vj.& per gl.in l.ſi finita.§.non autẽ,& ibi doct.ff.de dam. in-
fect.& in l.furtũ,§.fundi,& ibi Iac.Rau.& Ang.ff.de vſuca.& gl.in l.Lucius.ff.mãda.& in §.quod
autem ad eas,in verbo,propter abſentiã,Inſtit.eo.gl.in c.inter quatuor,extra de cleri.non reſid.&
in c.in conſtitutionẽ,in verbo,cõpetentia,de ſent.excom.lib.vj.Inn.in c. querelam,col.j.in verbo
de nouo,& ibi quoque Ioan.And.extra de elect.Archid.Io.And.Domi.& Phil.Fran.in c. ad de-
cimas,de reſtit.ſpol.lib.v.Hoſt.in c.quoniã frequenter,extra,vt lit.nõ conte.Cyn.in l.j.in j.q.prin.
C.vbi cau.ſtat.Rot.deci.iiij.not.ꝙ vbi dicit aliquis,in antiquis.Bart.in l.aut facta.§.tempus.ff.de
pœn.Bal.& Ang.in l.licèt,ad fin.C.de acqui.poſſ.Bald.in l.ſi pro ea,in x.q.C.manda.& in l.ordo,
col.j.verſ.quæro nunquid iſtud diu.C.de execu.rei iudi.& in l.ij.col.vij.verſi.ſed quæritur an per
negligentiã animi.C.de ſeruit.& aqua.& in c.oblatæ,col.ij.verſ.quæro etiam pro intellectu,extra
de appel.& in c.j.§.firmiter,& ibi recentiores,tit.de prohib.feud.ali.per Fede.& in c.ad hæc,& ibi
Martin.Laud.& Card.Alex.tit.hîc finit lex Corra.& in l.capite quinto.ff.de adult.& Ange.in l.j.
col.ij.C.de ſer.fugit.in l.quòd dictũ,in prin.ff.de ſolut.& Ang.& recentiores in l.qui in aliena. §.
Celſus.ff.de acqui.hære.Pet.Anch.conſ.xcij.tria in fauorem.Rom.in l.ſi de eo,§.ſi fortè.ff. de ac-
quir.poſſeſ.Dom.in c.pontificis.vij.q.j.Raph.Fulg.conſi.vij.iam pluribus annis,col.ij.verſi. ad ſe-
cundum.Panor.poſt alios in c.cùm in veteri,col.ij.in v.not. extrà de elect. & in c.j.col.vj. quod
met.cau.Io.Ana.conſ.xvij.viſa relatione,col.j.verſ.quartò præmitto,Pau.Caſt.conſ.cclxv.in pri-

*Et de locorũ interuallo.*

mo articulo,poſt medium,lib.ij. Similiterq; cùm tractatur de locorũ interuallo,vtrùm videlicet
locus ſit tam vicinus aut remotus,vt abſentes ſint citandi,aut alias,per gl.in c.filius.§.præſenti,in
verbo,vicinarũ,& ibi Philip.Fran.qui eam dicit not.de pœn.lib.vj.& gl.in cle.cauſam,in verbo re
motis,& ibi etiam Paul.Liaz.Imo.col.x.verſi.glo.remotis,& Card.in verſ.quòd ſi forſan,in vj. q.
de elect.Inno.in c.calumniã,col.ij.extra de pœnis.Iaco.Aret.& Bart.in l.iiij.§.ſi tam vicinam.ff.de
dam.infect.Bal.in l.ſi vicinis,in fin.C.de nupt.& in c.cùm inter,circa mediũ,verſ.quæro à quo lo

*Quod negotiũ cõmiſſum*

co.Pet.Anc.in c.præſenti,in iiij.no.de præb.lib.vj.Alex.conſ.lvij.ponderatis verbis,col.ij.verſ. lo-
cus autẽ vicinus.lib.iij.Item quod negotiũ ſiue miniſterium cõmiſſum dicatur paruum, ſiue ma-

*dicatur paruum,uel magnum.*
*Quæ ciuitas inſignis, aut non.*
*Quod crimen leue,aut graue.*
*Quæ ſæuitia uiri in uxorē magna aut nō.*
*Quis metus iuſtus,uel iniuſtus.*
*Quæ leuis aut atrox iniuria.*
*Quæ deterioratio rei parua,aut magna*
*Quæ indicia ſufficiant ad torturam.*

gnum,gloſ.in c.ſedes,in glo.magna,ext.de reſcrip.Inno.in c.vlt.poſt prin.in verbo,eligere,& ibi etiam Card.& cæteri,ext.de offi.deleg.Ang.in auth.niſi breuiores.C.de ſent.ex breuic.reci. Quis locus vel ciuitas ſit inſignis,aut nō inſignis,gl.in c.ſtatutū,in prin.in verbo,copia,& ibi doct. de reſcrip.lib.vj.Quod crimen dicatur paruum aut leue,quodq; magnū ac graue.{Hoſt.Bal.Imo.& Card.Alex.} in c.propoſuit,ext.de appel.Panor.poſt Anto.in c.at ſi clerici.§.de adulteriis,col.iij. verſ.& quæ dicantur,ext.de iud.& ibi Felyn.& Philip.Deci.qui adfert concor.ille in prin.col. pe. hic in d.§.de adulteriis,col.xx.verſ.ſecunda concluſio.{Et quod proinde furtum dicatur leue aut magnū,Alb.poſt Iac.in l.reſpiciendū.§.j.ff.de pœn.} Quæ ſæuitia viri in vxorem ſit magna aut parua,vt poſsit prouideri remedio cautionis,aut ſecus,Panor.in c.literas,col.ij.in vlt.not.ext. de reſtit.ſpol.Quis metus tam magnus aut paruus vt iuſtus vel iniuſtus dici debeat,gl.in c.conſultationi,in fi.extra de ſpon.& mat.Inn.in c.cùm dilectus,in verbo,mortis,extra de his quæ vi metúſve cauſ.fi.& Bal.in c.j.col.j.in fi.& in c.Abb.eo.tit.{& conſ.176.Cecilia,col.j.lib.j.}Guil.Archi. Lap.Pe.An.Domi.& Phili.Fran.in c.j.eo.quoq; tit.lib.vj.Bal.in l.ij.in prin.C. de his qui per me. iud.non ap.& in rub.C.de reſcin.vend.{& cōſi.364.quæſtio iſta,col.ij.lib.iij.}Quæ leuis ſiue modica iniuria,quæ atrox aut enormis,vt ſumitur ex c.peruenit,ext.de ſent.excom.& not.Hoſti.in ſumma eod.tit.§.quis poſsit,verſi.ſeptimus,& ſeq.{Quis item exceſſus leuis,quíſve enormis, idē Hoſt.& alij.in c.cùm illorū,extr.de ſent.excom.& ante illum glo.in c.cùm illorum,in verbo, ſanguinis effuſionē,& ibi Felyn.col.pen.extra de ſent.excom. Quæ deterioratio rei parua aut magna,Cyn.in auth.qui rem,ſtatim poſt prin.C.de ſacroſan.eccl.Iaſ.conſ.xvij.in primo dubio,col. j.lib.j.Quæ indicia ſufficiant ad torturā,Bart.in l.vlt.col.ij.verſ.veniemus ad indicia.ff.de quæſt. & Bal.conſ.xcv.regula iuris eſt,col.ij.lib.j.& conſ.cj.quidam teſtis,poſt mediū,eo.lib.j.} Quando dicantur eſſe multi,vel pauci,vt dicantur facere multitudinē,vel non facere,ſecundū qualitatem cauſæ perſonarum,ex Bal.ſent.in c.cùm cauſam,col.vlt.verſi.quæro quid contineatur,& ſeq.ext. de teſti.per gl.ibi,in verbo,effrenata,quam dicit ſingu.Et generaliter quid multum dicatur,quid modicum,ſecundum Bald.poſt Nicol.Mathe.in l.ædem,col.vlt.verſic.ſequitur in litera,aut cum mali.C.loca. Ex quibus multa potes addere ad Barb.qui nonnulla ex iis & alia quædam allegat in d.c.propter ſterilitatē,extra de loca.{& pleniùs in c.vlti.col.ij.extra de dona.}& d.conſ.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.ij.lib.j.& conſ.xxj.præclarè dixit,col.pen.& ſeq.lib.ij.& conſ.37. ſcribitur ſapienter,col.xv.eo.lib.ij.& conſ.xxij.Deum inuocent,col.iij.lib.iij.& conſ.lxx.illud in mediū referam,col.vlt.eo.lib.iij.& conſ.lxxx.illud referā,ad fin.eo.lib.iij.& latiùs conſ.xlv.illud in mediū, col.pen.lib.4.& Philip.Deci.in d.c.ſedes,col.iij.verſi.in glo.iij.extrà de reſcript.& Steph.Bertr.d. conſi.236.lib.ij.& Panthal.Calde.in repeti.l.ij.col.lxiij.verſi.& quòd æſtimatio.C.de reſcind.vendit.{& Hippol.Marſil.in l.q.in iij.primis colu.ff.de quæſt.Ioan.Lup.in repe.Rubr.de donat. inter vir.& vxor.§.ij.col.iiij.& ſeq.Matth.Afflict.in c.j.col.v.verſi.cui adde quòd in multis, cum multis,cum multis ſequen.tit. ex quib.cauſ.feud.amitta.} Nam ſunt alia infinita quæ iudicis arbitrio committuntur, {vt ex illis videre poteris:} ſed ea tantùm perſequi voluimus, quæ nonnihil ad caſum noſtrum pertinent, vbi ſcilicet agitur de modico aut magno, ſiue quid plus minúſve dicatur.

*Valet appellatio ab arbitrio iudicis.*

32 ¶Igitur vt redeamus ad caſum leg.noſtræ,eſt in arbitrio iudicātis,quæ donatio magna aut parua dicatur,vt ea locū habeat, aut non habeat. Tamen illud non intempeſtiuè dixerim,quòd per id nòn impedietur appellatio,ſi is perperam ac non rectè arbitratus fuerit,per gl.not.in l.ſi qua pœna,in verbo,de pœna,paulò ante fin.& ibi Bart.in fin.& latè Alex.in addi.ipſius.ff.de verbor.ſignific.& glo.in c.ſuper his,in verbo,arbitriū,& ibi Anto.Imol.& Panor.extra de accuſ. Io.And. in additio.Spec.tit.de citat.§.ſequitur,verſi.ſed nunquid creditur,{Bal.in c.j.col.v.verſicu.& ſcias quod ſi iſta,tit.de mili.vaſal.qui contu.eſt.} Lap.& Domi.in c.ij.de iuram.calum.lib.vj.Imol.in l. ij.ff.de pub.iud.& Pet.Anch.in c.cupientes,in princ.col.ij.verſi.quæro dicitur hìc, de electio.lib. vj.{& conſi.421.quidam Ser Antonius,lib.iiij.} Anto.in c.cùm parati,col.iij.& ibi etiam alij,extrà de appellat.Panor.in c.cum veniſſent,col.ij.verſi. hinc eſt quòd à iudice,extra de iudic. & in c.j. col.ij.verſic.venio ad gl.extra de dilatio.Alex.in l.& ſi ſeuerior,ad fin.C.ex quib.cau.infa.irrog. & in leg.j.col.pen.verſi.item tertiò.ff.de leg.ij.vbi hoc limitat.{& Philip.Franc. in c.cùm ſpeciali,col.ij.verſic.intellige quòd ipſe iudex,extrà de appel.}& Felyn.qui dicit illam poſteriorem gl. ſingul.in cap.exceptionem,col.j.& ij.extra de excep.vbi etiam diſtinguit Iaſ.in l. quod iuſsit,col. x.verſic.ſecundò quærit Bart.ff.de re iudic.& in j.addi.conſi.ix.venerabilis,col.iij. eiuſdem addi. lib.j.Philip.Dec.in d.c.ſedes.vbi ſupra,de reſcript.{cum aliis multis concor.latè congeſtis à Fely. in d.c.ſuper his,col.iiij.& ſeq.de accuſ.vbi & hoc ſex modis limitat, & alia multa huc pertinentia adducit,vt ibi videre poteris.} Et hoc apertè probatur ex eo,quòd dilationes ſuapte natura ſunt arbitrariæ.l.j.C.de dila.verumtamen ſi malè iudex eas arbitretur,poteſt appellari.c.j.extrà eo.tit. {Nam & in huiuſmodi arbitrariis poteſt iudex dolum committere,Ioan.And.in c.cum æterni,de re iudic.lib.vj.& Bald.in l.ſi fugitiui,col.vlt.C.de ſer.fugiti.}

*Dilationes ſuapte natura arbitrariæ.*

*An hæc l.procedat in pluribus donat. an in unica.*

33 ¶Sed quæſtionis eſt,ſi teneas priorem illam op. quæ hanc l.dicit tantùm procedere in donatione omnium bonorum, aut dimidiæ partis:quid ſi quis fecit plures donationes, quæ quidem ſingulæ non veniunt ad dimidiam partem bonorum, at vniuerſæ ſimul veniunt ad ipſam dimidiam,aut etiam ad eam partem ſiue ęſtimationem,quam quis ſimul non donauiſſet,ſi de filiis cogitaſſet,



cogitaſſet,vt etiam loquamur de poſteriori op. Vtrùm omnes reuocabuntur, an nulla, vel quæ: prioréſne,an poſteriores?Corn.conſi.xj.in præſenti conſultatione,col.ix.verſic. ſi teneamus, lib. iij.tenet quòd omnes reuocabuntur,cùm eadem ſit ratio in omnibus,quæ in vnica,quæ ad dimidiam aſcenderet. Ergo inquit,idem ius eſt.l.illud.ff.ad leg.Aquil. Aliàs,vt ſubdit,daretur de facili via fraudandæ huius l.Fraudibus autem obuiandum eſt,l.in fundo.ff.de rei vend.& cap.quantò,de diuor.cum ſimi. Et ad hoc quoque dicit facere quod in ſimili not.gloſſ.& doct. in l.j.C.de inoffic.donat.quòd redditur inofficioſa donatio ſiue ea ſit inofficioſa ſola, ſiue iuncta cum aliis, hoc nuncupatim ſequitur Franc.Ripa hìc in viij.quæſt.col.iij.verſi.ſed hìc ſuboritur.

*Fraudibus obuiandum.*

*Volenti non fit fraus.*
*Autoris hac de re ſententia.*

34 ¶Verùm attende lector,quia,vt ſuprà diximus non ſemel,hæc l. introducta eſt in fauorē parentum,& propter veriſimilem eorum mentem:ideoq; ei poſſunt derogare & tacitè & expreſsè, ex communi op.quæ ſi tenenda eſt,non valet ea ratio fraudis,quā Corn.adducit,quia fraus in ſeſe committeretur,ſi qua eſſet,ſed nulla eſſe poſſet,quia volenti nō fit fraus.l.nemo videtur fraudare.ff.de reg.iur. Ideo ego ita dicerem,quòd priores donationes,quæ nō aſcendunt ad dimidiam, ſecundum vnam op.aut quæ non tanti ſunt,vt donans ſi cogitaſſet de liberis,veriſimiliter ab illis retractus fuiſſet,ſecundū alteram op.non reuocantur per natiuitatem liberorū.Nihil ènim illis obeſſe poſſunt poſteriores donationes,vt in ſimili dicitur in l.ſancimus.§. ſi quis autē per diuerſa.C.de donat. Nam cùm ab initio eiuſmodi donationes ſint perfectæ,& irreuocabiles etiam ex natiuitate liberorum,non debent irritari fieriq; reuocabiles ob ſequentes donationes,l.ſi vt proponis.C.de confir.tuto.& l.ſancimus.C.de admin.tut. Illæ ergo tantùm reuocabūtur, quas poſt priores donans ipſe facturus non erat,ſi cogitaſſet de liberis. Eſtq; inſpicienda ipſius præſumpta ac veriſimilis mens,quam habuit tempore ſingularum donationum,non quā poſtea habere poſſet:vt not.Bart.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de leg.ij.& voluit ipſe Corn. conſil.cxciiij.videtur in præſenti,col.ij.& ſeq.lib.iij.& diximus ſupra in verbo,libertis,verſi.cx.incip.præterea in huiuſmodi donationibus.& dicemus poſtea latiùs,in verbo,ſuſceperit liberos,verſi.clxj.incip. ſed hoc rurſum in dubium vocatur,& multis ſeq. {Quin in caſu inofficioſæ donationis communiter tenetur,quod ſi priores donationes ab initio ſunt validæ,poſteriores tamen reuocantur. ita enim voluit Cyn.in d.l.j.tum in iij.tum in v.& ibi quoque Bart.paulò ante fi.Bal.col.iij.in iiij.q. Ang. col.ij.& Paul.Caſt.col.iiij.verſi.in glo.j.& prope omnes.C.de reuoc.donat.Et facit quod in ſimili reſpondit Philip.Dec.conſi.xxx.cuius ſupraſcriptio incipit,donatio omnium,ad fin.} Sed tu tamen vide interim quod ſcribit glo.in c.bonæ rei,in verbo quinquageſimam,ante fi.xij.q.ij. & in c.apoſtolicæ,in verbo,reuocari,extrà de donat.& vtrobique docto.

*Veriſimilitudo mētis tempore donationis factæ inſpicienda.*

*An ob bona poſteà aucta non ſit locus huic legi, in donatione maioris partis bonorū priùs facta.*

35 ¶Illud quoque hìc non intempeſtiuè quæri poteſt, quid ſi quis donat tantum ſuorum bonorū, vt pro portione eorum quæ tunc poſsidet,ea non fuiſſet donaturus,ſi cogitaſſet de liberis futuris,tamen poſtea tantum bonorum acquiſiuit,vt ſi ea tempore donationis habuiſſet, non deſtiſſet ab ea donatione,etiam cogitans de liberis. An natiuitate liberorum poſt huiuſmodi donationem & acquiſitionem ſuſceptorū reuocetur ea donatio?Et videtur quòd non, ex eo quod in ſimili diximus,quòd ſi quis ab initio donauit totum ſuum patrimoniū,ſed poſtea locupletius acquiſiuit,& totum filio relinquit,non datur ei filio querela inofficioſæ donationis,vt voluit gloſ. in l.j.in verbo ex duabus vnciis,in viij.q.& ibi Cyn.col.v.verſi.quartò quæritur,Bart.in fi.Bald. col.v.verſi.ſextò quæro,Ang.col.ij.verſi.ea gl.ibi authen.vnde Paul.Caſt.col.iiij.verſi.in glo. ibi item contra,& omnes.C.de inoffi.teſta.Ang.in auth.de immen.dona.§.vlt.verſi.itē quæro pater donat,& omnes propè,ar.§.quia verò hactenus,in auth.de nupt. vbi in arguendis donationibus inſpicitur tempus mortis donat.& Ale.conſ.14.circa primū,col.3.verſi.nō obſtant prædicta,lib.j.

*Autoris ſententia.*

*Primus rei ſtatus inſpiciendus.*

36 ¶Ego verò in noſtro caſu aliter cenſeo,vt ſcilicet reuocetur ea donatio ex noſtra l.natis liberis. nam vt diximus in præcedentibus,quęſt.nu.ab hinc 2.& dicendum eſt quoque ſæpius,inſpicitur hoc in caſu noſtræ l.mens,& voluntas præſumpta donantis, qualis fuerit tempore donationis, ſcilicet an eo tempore donaturus fuiſſet,an non fuiſſet, ſi cogitaſſet de liberis, quicquid poſtea contigerit,quod eius voluntatem mutare potuiſſet. Sed ſi eo tempore cogitaſſet de liberis,veriſimiliter non donauiſſet. Igitur aduentitij illi caſus non ſunt conſiderandi,vt etiam in ſimili dicitur in l.Iulianus.ff.qui & à quib.& in l.inſulam.ff.de verb.oblig.vbi primus rei ſtatus,qui in exordio fuit,inſpicitur,nec is ex poſtfacto mutatur. Et quod dicitur in l.in ratione.ff.ad leg. Falci. quod ſi ſemel fuerit locus Falcidiæ eo tempore,quo Falcidia locum habet,ea quidem non tollitur,licèt poſtea bona aucta fuerint. Igitur non obſtat quod de inofficioſa donatione diximus, quia in ea tempus mortis inſpicitur,vt not.omnes in d.l.j. Ideo etiam & in eadem ſi poſt mortem bona ſuperuenerint nihil obſtabunt reuocationi. Hìc autem inſpicitur tempus donationis. Ergo & ſimiliter nihil facit quod poſtea ſuperuenit.}

*Dictio,aliqua ſupponit pluralitatem.*

37 ¶Finem huic glo.facerem:ſed illud nolui tacitus prætermittere,quod ad vim huius dictionis,aliquam,quam nunc commentamur,pertinet vltra ea quæ ſuprà diximus,eam videlicet ſupponere pluralitatem eius rei cui adiicitur,verbi gratia,ſi Papa ſcribat pro Titio,vt ei de aliquo beneficio in tali eccleſia prouideatur,ſi non ſit niſi vnum beneficium in ea eccleſia,nō debebitur ex dicta prouiſione,propter illam dictionem,aliquo,quæ denotat,vt diximus,pluralitatem.ita nuncupatim voluit glo.in cle.j.§.ad hoc,in verbo,merito,verſi.dicit etiam,& ibi quoq; Imol. col.pen. verſi.nota etiam quòd verbū.& Card.Flor.qui illam dicit ſing.in viij.q.& Pan.in fin.de præben.

& Ioan.Mo.in c.pen.in glo.ij.de offic.leg.lib.vj.& Archi.qui ita dicit Bonifacium octauum diffiniiſſe in c.ſi pro clericis,de præben.lib.vj. Licèt quidam,inquit,magni viri tenerent contrarium, per c.quamuis,eod.tit.& lib.& c.nulla,ext.de conceſ.præben. & c.ſcire.vij.q.j. Et huius quoque ſententiæ eſt Ioan.And.dum d.glo.allegat in c.in generali,de regu.iur.lib.vj.& Do. à Rot. deci. ccxvj.incip.voluerunt & ordinauerunt,in nouis.& Collect.in c.vlt.col.ij.verſi. quid ſi canonici, extr.de ſortileg. & iterum in c.j.col.x.verſi.ſed quid mandatur,ext.de regu.iur.& Felyn. in c. in noſtra,col.xvij.verſi.xxiiij.correlarium,extra de reſcript. Et illa glo.& ſequacium ſententia optimè probatur ex illo Terentij loco in Adelphis,

*Aperite aliquis actutum oſtium.* Quo in loco Aelius Donatus vir naturæ ac proprietatis verborum peritiſsimus,Vim pluralem,inquit,habet dictio aliquis , quamuis ſingularirer dicatur. non eſt enim aliquis,niſi de multis:rectè ergo pluraliter dicit Terentius , *Aperite aliquis.* Cui ſimile eſt illud Plauti in Menæchmo:

*Aperite,atque Erotum aliquis euocate ante hoſtium.* {Et rurſus in Mercatore,
*Aperite hoc aliquis.*}

*In uno tamen ex multis intelligitur.*

38 ¶Sed quamuis de multis dicatur,tamen in vno tantùm ex illis multis intelligitur,vt patet ex eo quod pulchrè conſuluit Archi.Spalatenſis conſi.xxvj.cuius exordium eſt.Ser Michael , quòd ſi teſtator ita ſtatuerit,Si Titius voluerit emere aliquam ex meis poſſeſsionibus,volo vt ſi vendant hæredes mei,& Titius voluerit duas aut plures emere,non audietur,nec tenebũtur hæredes mei niſi vnam vendere,propter illam dictionem,aliquam. Ita illum refert,& ſequitur Fely.in c. omnes,col.iij.verſi.& iſtis adde.j.diſ.& Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ,quæ incipit,quàm plurimũ, col.iiij.verſi.quartò in capitulis,vbi etiam dicit quòd ſi ex ſtatuto aut conſuetudine poſsit dominus petere à vaſſallis ſubuentionem pro maritanda aliqua ex filiabus ipſius , poterit pro vnica tantum id petere. Quanquam in illo priori caſu facultatis emendi aliquam poſſeſsionum,contrarium latè conſuluit Raph.Fulg.conſi.xlvij.quod ſimiliter incipit,Ser Michael.per text.in l.qui filiabus.§.ſi quis ita.ff.de leg.j.Cui adde & tex.optimum in l.ſi ſeruum.§. an prætor.ff.de acq. hær. {& quod voluit Raph.Com.in d.§.ſi quis ita.} Sed pro priori op.facit illa loquendi formula Ciceroni propria,vnus aliquis,vnum aliquid,de qua diximus ſuprà in eadem glo. verſi.v.incip. & hanc partem. Niſi dicas & id facere pro op.Fulg.quaſi de multis intelligi poſſet, niſi vnius adiectio fieret.{& inde hîc Signor.conſi.clxxxviij.caſus continens,col.pen.num.14.}

*Vnus aliquis.*

*Tamen effectum diſpoſitiuũ attribuit in quolibet particulari.*

39 ¶At Barto.conſi.xvij.Vnnacellus,ante fin.tradit,quòd licèt hæc dictio,aliquis,ſit diſtributiua plurium,tamen effectum diſpoſitiuum attribuit in quolibet particulari.vnde ſi dico , ſi aliquis mihi hæres erit,iſta verba verificantur ſiue vnus tantum hæres extiterit,ſiue omnes, per l.qui filiabus. §.primo.ff.de legatis primo,& alia quædam iura.ex hocq́ue conſulit in pulchro caſu,vt ibi videre licet. Et idem propè dicit conſi.ccxlv.eodemq́ue vltim.dominus Cato.Nempe dictionẽ hanc, licèt ſit numeri ſingularis,ad omnes tamen referri , per d.l.filiabus.§.j. quod multùm facit ad ea quæ diximus in præcedenti verſicu.

*De eadem re.*

40 ¶Adde præterea & aliam huius dictionis naturam , ex eo quod ſcribit Signo. conſi.cxv.in quæſtione Petri,col.j.quòd ſi ſtatuto cautum ſit,quòd ſi per inquiſitionem proceditur,debet aſsignari terminus vnius diei vtilis ad deliberandum,antequam procedatur aliquo modo contra inquiſitum:ex quo inquit Signo. inhibet ſtatutum aliquo modo vltra procedi,planum eſt omnẽ proceſſum vlterius factum eſſe nullius momenti,per l.ambiguitatem.C.de teſta.& quod voluit Dy. in l.relegatorum.§.ſicut.ff.de interd.& releg.& Guid.Suz.in materia conſuetudinis. de quo & tu vide quæ dicemus infra,in verbo,reuertatur.in lxx.fal.futuri temporis,num.324.incip.niſi dicas. Idem quoq; Sig.conſi.clxxj.incip.Ser Antonius,colum.pẽnult.ſcribit,quòd ſi ſit ſtatutum,quòd ſi appareat inſtrumentum,in quo quis donationem aliquam fecerit de ſuis bonis immobilibus,illud non credatur eſſe verum,nec vires habeat , niſi ille cui facta eſt,fuerit in poſſeſsione viuente donatore:hoc ſtatutum compræhẽdit omnem donationem,& inter viuos,& cauſa mortis, cum dicat,aliquam donationem:quemadmodum etiam,ſi qua, compræhendit diſtributiuè omnes terminos,per d.l.qui filiabus.§.j.ff.de leg.j.& l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.ff.de pig. act. quod & in iiſdẽ terminis conſuluit Corn.conſi.xlj.videtur in hac conſultatione , in princ.col.ij.lib.j. quem ſuprà adduximus in verſic.xiiij.incip.mouentur maxima ex parte,de quo tamen vide Philip. Dec.in l. ſi tibi pecuniam,in ij.no.ff.ſi cert.pet.

*Si qua, compræhendit diſtributiuè omnes terminos.*

*Aliquis,dictio uniuerſalis.*

41 ¶Et alibi quoque videmus hanc dictionem, aliquis , veluti vniuerſalem compræhendere omnes ſpecies eius rei cui adiicitur,ex ſententia glo.in c.quod clericis,in princ.ext.de for.compet.& expreſsiùs in c.ſi propter,in glo.vltim.in princ.de reſcript.lib.vj.Hoſt.in c.cùm ſatis,de offic. Archi. Ioan.Andr.in c.quiſquis,de elect.Domi.conſ.xxix. Ieſu Chriſti nomine repetito,licèt ſubtiliter, col.j.& iterum conſi.xxxv.attendentes,col.ij.verſic.vnde ex quo,dum allegat glo. in cle.j.de for. compe.rurſumq́; conſi.lxv. Ieſu Chriſti,& cap.diſcutiam,col.iij.Soci.in repe.l.ſi filius, col.antep. ff.de vulg.& pupil. {& conſi.iij.in cauſa domini Guidi,col.iij.lib.iij.} Quæ mirum in modũ confirmant quæ diximus in illo verſic.xiiij.mouentur,nuper allegato, & quæ dicemus infra in verbo,reuertatur.d.num.224.incip.niſi dicas. Sed tamen vide text.in l.ij.§.damni quid.ff. vi bonor. rapt.& Paul.Caſtr.qui videtur voluiſſe contrarium,conſil.ccxj.viſo puncto,circa medium,verſi. eodem modo reſpondetur,lib.j.

¶Deniq;



42 ¶Denique & aliam huius verbi vim adſcribit Pan.in c.relatum,le ij.col.ij.verſ.nota ibi,in verſ. licèt,extrà de teſta.Nam ex eo quod tex.ibi dicit,quòd clericus ægrotus poteſt aliqua eccleſiæ ſuæ bona mobilia pauperibus & illis qui viuenti ipſi ſeruierunt,conferre : notat non omnia eius eccleſiæ bona mobilia poſſe ab ipſo clerico conferri.nam illud verbum,aliqua,denotat quandã moderationem.Ex quo amplia quod ſuprà diximus,hanc dictionẽ,aliqua,verificari in re modica, vt ſcilicet non tantum de re ipſa modica dici poſsit , ſed neceſſariò de re moderata intelligi debeat.

*Aliqua,denotat quandam moderationẽ.*

*Aliquid,eximium quippiã ſignificat.*

43 ¶Sed quod ad externos ſcriptores pertinet,ſæpe videmus eam dictionem,aliquid , maximum & eximium quippiam ſignificare,Terentius in Andria,cum Charinus dixiſſet:

*Interea fiet aliquid ſpero.* ſubiunxit Byrrhia,
*Id aliquid nihil eſt.* Et in Adelphis:
*Profectò euadet in aliquod magnum malum.* Virgilius lib.ij.Aeneidos,
*—Et nos aliquod nomenque decusque*
*Geſsimus.* Ouid lib.Triſtium j.eleg.ij.
*Eſt aliquid fatoque ſuo,ferróque cadentem*
*In ſolita moriens ponere corpus humo.* Et Perſius ſaty.j.ad fi.
*Seſe aliquem credens.* Et Iuuenalis ſaty.j.
*Aude aliquid Breuibus,Gyaris & carcere dignum,*
*Se vis eſſe aliquid.* Et ſatyra ij.
*Eſt aliquid quocunque loco,quocunque receſſu*
*Vnius ſeſe dominum feciſſe lacertæ.*

Et ex oratoribus,is qui primum locum inter latinos obtinet Tullius in prima actione in Verrem, Vt tu tum aliquid eſſe videare.Et rurſum : Cæcilius tum deniq; ſe aliquid futurum putat,ſi Halienus minùs vehemens ſit.Et epiſto.ad Atticum lib.iij.epi. lvj. ad fi.Itaque fac , vt me velis eſſe aliquem.Quod & in ſacris literis obſeruauimus D.Ioan.j.cap.A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?& D.Paulus j.ad Corinth.3.Nec enim qui plantat , nec qui rigat,eſt aliquid. Et ad Galat. 6.Si quis exiſtimat ſe eſſe aliquid,cùm nihil ſit,ipſe ſe ſeducit.Et ex veteri teſtamento Iudic.v.Eſt aliquid iniquitas eorum.Sunt & qui hæc verba,quid rerũ,neſcio quid,& ſimilia,magnas quaſdã res ſignificare,de quo videre poteris Nanniũ Almarianum Miſcellaneorum lib.j.Quanquam id ſcio in noſtris legibus,nonnunquam hæc duo copulari,ſcilicet,modicum aliquid, & modicum quid, vt in l.ſed & ſi.§.item ſi plures.ff.de inſtit.actio.& in l.qui bonis,in prin.ff.de ceſsio.bon.& in l.ſacrilegij.§.j.ff.ad leg.Iul.pecu.vti & è diuerſo Tullius magnum aliquid etiam copulauit lib.ij.epiſt. familiar. epiſt. vj. Graue eſt enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo,de quo ſe bene meritum putet.quem vt & inſigne aliquid dicitur Terentio in Eunucho:

*Et grande aliquid.* Perſio ſaty.j.
*—Hic pede liber*
*Grande aliquid quod pulmo animæ prælargus anhelet.*

Atque etiam dictionem quid,cum genitiuo magnum quoque aliquid,vt probat illud Cic. act.in Verrem,quid lachrymarum putatis ipſum profudiſſe Neronem?& Plauti in epidico,

*Etiam dictio, quid.*

*Tum captiuorum quid ducunt ſecum,pueros,virgines,*
*Binos ternos, alius quiſque fit concurſus per vias.*

Terentij quoque in Andria actu ij.Scen.ij.

*Dij boni, boni quid porto?* Et in Heautontimo.
*Modo pitiſſando quid vini abſumpſit mihi?* Et rurſum Actu 2.Sce.iij.
*Non oportuit relictas, portant quid rerum.*

*Item dictio aliquid.*

44 ¶Nec tamen prætermiſerim illud à Grammaticis annotatum,quod ſatis conuenit cum iis quę diximus,aliquid,rem ambiguam & incertam ſignificare,quod probatur ex illo Plauti loco in Curculione,Phæ.Iam edes aliquid.Curc.Nolo hercle aliquid,certum quàm aliquid mauolo.{Donatus in Andriam Terentij illud enarrans,

*Saltem aliquot dies*
*Profer,dum proficiſcor aliquò,ne videam.* Aliquò,ait,dixit , vt exilium eſſet incertum.}Cùm econtrario quiddam , rem certam & ſingularem demonſtrat , auctore Boetio. Id quod aſſerit Laurentius Vallenſis,tum lib.ij.aduerſus Barptolomæum Facium,{tum in annotat. in Antonium Raudenſem,non ſemel:tum lib.Elegantiarum iij.c. xvj. tum deniq; in Dialecticis lib.2.cap.xxv.atque etiam Nicolaus Sipontius in Martialem.

*Quiddam rẽ certam demonſtrat.*

*De eadem re.*

45 ¶Quanquam in contrarium}facere videtur tex.in l.ſi debitor.C.de ſent.paſſ.& in §.præterea,Inſtit.de fideic.liber.prout illos declaraui ſuprà verſ.v.incip.& hanc quoq; partem{ & text.in l.iij.§. vlt.ff.de annu.leg.vbi hæc duo certum aliquid,ſimul iunguntur.& illud Tullij lib.j.de Inuentione.Demonſtratiuum genus eſt,quod tribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem aut vituperiũ. Et rurſum lib.j.Rhetor.ad Herennium,ſi is eſt,ſtatim poſt initium , vbi diſſerit de Oratoris officio,vbi illa eadem verba adſcripſit.Sed & ſine ea adiectione certi,videmus ſæpe ipſum Tulliũ hac noſtra dictione vti in re certa:nam lib.4.epiſt.ad Titum Fabium,Idq́; vna,ait,ſentẽtia, eáq; dubia potentia alicuius condonatum exiſtimetur.Alicuius ſcilicet Cæſaris,vt ſatis eadem epiſt.indicat, & omnes intelligunt.Ideo vnus ex interpretibus Valla,inquit,dixiſſet,cuiuſdam.Idem lib.j.earũ-

L 4

dem,ad Lentulum,Cùm de certis quibuſdam hominibus loqueretur,vnũ ait,illud audeo, quod antea tibi ſignificans,nunc quoque re perfecta & cognita ſcribere, vehementer quoſdam homines & eos maximè,qui & te maximè debuerunt,& iuuare potuerunt,inuidiſſe dignitati tuæ.

*Diſcrimen dictionum aliquid & quoddam.*

46 ¶Eſt aliud quoque diſcrimen,ne & illud prætermittamus,inter has dictiones aliquid & quoddã, quòd ſcilicet,aliquid intelligitur de re modica,vt ſuprà latiſsimè diximus:quoddam verò nõ itẽ, niſi addatur:vt in l.ſi cùm dies.§.vlt.cùm dicitur,quoddam modicum tempus. ff. de arbit. Quid autem interſit inter aliquis & vllus,diſces ex Priſciano lib.17.

# FACVLTATVM.

*Facultatum appellatio.*

1 VIDES, vt quæ bona prius vocauerat,nunc facultates appellat.Nam & aliàs videmus facultates pro bonis vſurpari,non ſolùm à iuriſconſultis, quod frequenter videre licet,vt in l.nec ei.ff.de adopt.& in l.ſi quis crediderit, ff.de pact. & in l.ſi plures.§.j.ff.de admi.tut.& in l.cum plures.§.tutor.& l.ſeq.eod.tit.& in l.quæſitum eſt. §.j.ff.de leg.iij.& in l.iij.ff.de annu.legat. & in aliis propè infinitis locis. Sed & ab aliis oratoribus præcipuis,quorum facilè princeps Tullius lib.ij.Officiorum,Modus,inquit,largitioni adhibeatur, isq; referatur ad facultates.Et paulò pòſt,Liberales autem ſunt,qui ſuis facultatibus captos à prędonibus redimunt.Et iterum lib.iij.eiuſdem operis,Singulorum facultates & copiæ, diuitiæ ſunt ciuitatis.Facultates igitur bona dicuntur,vt etiam nuncupatim tradit gl.in l.ſi conſtãte, in prin. in verbo,non ſufficere,& ibi quoq; Bart.in ij.oppo.ff.ſolut.mat.{& Lucas Pen.in l.omnes,col.7. in verbo,facultatem C.de decuri.lib.x.& in l.ſi quis procurationem,poſt prin.eo.tit.} & è recentioribus Phil.Dec.qui & alia iura allegat,in l.qui ſe patris,col.4.verſ.not.ibi facultates.C.vnde lib.

*Facul, & faculter.*

Quod hinc manauit,vt nonnullis placuit,quoniam antiqui facul,& faculter dicebant,quod poſterior ætas facile & faciliter vocauit,vt annotat{Feſtus Pompeius,atque etiam}Nonius Marcellus auctoritate Pacuuij,Africani,Lucilij,& aliorum.Vnde & facultas nomen ad noſtram ætatem permanauit,veluti facilitas agendi quippiam,vt etiam è noſtris aſſeruit Accurſ.in d.l. ſi quis crediderit.ff.de pact.& in d.l.ſi conſtante,vbi ſuprà.& iterum in l.ſi quis poſthumos, ff. de liber. & poſth.Cuius contrarium nomen eſt difficultas:ſicuti & huius quod faciliter dicitur, contrarium eſt difficulter,quo vſus eſt Columella li.viij.cap.x. Ex quo & Varro in Bimargo,quod vtrùm ſit magnum,an paruum:facul, an difficul;& quoniam qui diues eſt, cuíve abunde ſuppetunt opes ac diuitiæ,facilè agit quod vult,iuxta illud Arbitri Petronij:

*Quiſquis habet nummos,ſecura nauiget aura,*
*Fortunámque ſuo temperet arbitrio,*
*Multa loquor,quoduis nummis præſentibus opta,*
*Et veniet,clauſum poßidet arca Iouem.*

*Regina pecunia.*

Cui concinens Horatius auctor grauiſsimis lib.j,epiſtolarum ad Numicium ait,

*Scilicet vxorem cum dote,fidémq;,& amicos,*
*Et genus,& formam regina pecunia donat.* Et lib.2.ſermonum Saty.3.
*—Omnis enim res*
*Diuitiis paret: quas qui conſtruxerit,ille*
*Clarus erit,fortis,iuſtus,ſapiens,etiam rex.*

Et hinc quoque Apuleius lib.Aſini aurei ix.ſcribit pecuniæ difficultates omnes eſſe peruias, auroq; adamantinas perfringi fores.Ex quo & Statius lib.Syluarum v.non inſcitè diuitias potentes appellat,cum dicit;

*Potentes diuitiæ.*

*Arabúmq; potentes* *Diuitias mallet.*

Et vt ex Græcis auctoribus aliquid quoque adferamus,Ariſtophanes in pluto multa in eam ſententiam effundit,ex quibus hos verſus huc adſcripſimus,

καὶ νὴ Δί', εἴ τι γ' ἐστὶ λαμπρὸν καὶ καλὸν,
ἢ χάριεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται.
ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα. Id eſt,
*Et per Iouem,ſi quid magnificum,aut ſpendidum,*
*Aut elegans mortalibus,abs te vno venit.*
*Pecuniæ namq; vniuerſa obtemperant.* Et Menandri ſenarius eſt:
χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα, καὶ ᾅδου πύλας. Id eſt ad verbum,

Aurum autem aperit omnia,& inferni (ſiue mauis Plutonis) portas. Quin ex Hebræis Salomõ ante hos omnes illud grauiter,& veluti cum bile pronuntiat in Eccleſiaſte cap.x. Pecuniæ obediunt omnia.{Id quod reaſſumit Bal.in l.ſingularia,col.4.verſ.vndecimò eſt ſpeciale.ff.ſi cer.pet. & Saly.in l.receptiua,col.3.verſ.item no.ibi.C.de conſtit.pecu.& ante eos} Hoſt.& Ioa. And.in c.

*Vidua diues.*

ſignificantibus,vterque,poſt prin.extra de offi.deleg.{vbi eius loci autoritate}negant viduam diuitem eſſe annumerandam inter miſerabiles perſonas.Quod & aſtruit tex.ibi.Cui tamen aduerſatur tex.in c.ex parte,de for.compe.vbi vidua regina Angliæ gaudet priuilegio miſerabiliũ perſonarum.Sed id nihil obeſt,quando & rex & regina poſſunt eſſe pauperes reſpectu ſuę conditionis,vt dixi latè in noſtro tractu nobilitatis. His autem quæ diximus,adſtipulatur,quòd leges noſtræ aſſe



ſtræ aſſerunt pecuniæ appellatione res omnes contineri.c.totum.j.q.iiij.& l.pecuniæ.ff.de verbo. ſignifi.& l.receptitia,verſ.& neminem moueat.C.de conſtit.pec.Tanquam ſcilicet omnes res habere videatur,qui pecunias habet,vt etiam in poſtremo loco not.Bal.qui ad hoc retulit quod voluit gl.in l.aduocati,in verbo,vitam.C.de aduo.diuer.iudi.videlicet diuitias eſſe vitam hominis.de

*Diuitiæ uita hominum.*

qua re latiſsimè diſſeruimus in tract.nobilitatis,in comparatione aduocati & medici,vbi id quiſque legere poterit.Proinde,vt repetamus,cum diuitiæ tantum habeant virium,potẽtię,facultatũ, non abs re Latinis Facultates dicũtur,tanquã ſcilicet rerũ omniũ facultatẽ ac veluti facilitatẽ prębẽtes.In qua re Latini ipſi Græcos,vt ſæpe aliàs,imitantur, quibus facilitas dicitur εὐπορία, quo etiam vocabulo abũdantia & opulẽtia ſignificatur.Demoſthenes, ἐὰν κολάζητε τούτους δὲ εὐπορίας πονηρούς.Ex quo & εὔπορος diues & abundans,& verbũ εὐπορέω,habeo facultatem,ditor, abũdo. De quo & idẽ Demoſthenes ἄλλοθεν τε χρήματα εὐπορήσας, καὶ ἐκ Μιτυλήνης παρὰ τῶν φίλων λαβὼν τριακοσίους στατῆρας.{Antiqui autem pecuniã deã eſſe exiſtimabant,vt videre licet ex D.Auguſtino de ciuitate Dei lib.iiij.c.xxj.& xxiiij.vt magis mirum ſit quod Iuuena.cecinit Satyr.j.

*εὐπορία. εὐπορέω.*

*—Et ſi funeſta pecunia templo*
*Nondum habitas,nullas nummorum ereximus aras.}*

*Facultates tanquam facilitates.*

2 ¶Verùm è noſtris Alberi.in ſuo vberrimo Lexico tradit opes dici facultates,tanquam facilitates, quòd ſcilicet facilè labuntur,per not.in l.ſi cùm dotem,in fi.ff.ſol.mat. Cui rationi concinit illud Valerij Maximi in fine lib.vj.Caduca nimiùm & fragilia,puerilibusq; conſentanea crepũdiis iſta, quæ vires & opes humanæ vocantur,affluunt ſubitò,repentè dilabuntur:nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt:ſed incertiſsimo flatu fortunæ huc atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt,improuiſo recurſu deſtitutos in profundo cladium miſerabiliter immergunt.Hæc ille.Cui adſtipulatur illud Salluſtij in Catilinario,Diuitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis eſt.Et rurſus in Iugur.ſtatim poſt prin.Præclara,inquit,facies,magnæ diuitiæ,ad hoc vis corporis,& alia omnia huiuſcemodi breui dilabuntur.{ Plutarch. in oratio. conſolatoria ad Apollonium tradit quòd Demetrius Phalereus dicente Euripide diuitias eſſe inſtabiles: & caducas,vnamq; diem,hæc ad ima deprimere,hæc verò ad ſumma tollere,alia quidem rectè eũ dicere inquit,melius verò fuiſſet,ſi non vnam diem,ſed temporis punctum dixiſſet.Et} optimè facit tex.in l.etiam,ibi,ſi idoneus ſubitò lapſus eſt.ff.de admi.tuto.{& in l.verum,§.ſi locupleti, ibi, & ſubitò hæreditas lapſa ſit.ff.de minoribus.} Et ex Chriſtianis ſcriptoribus Hieronymus ad Pãmachiũ de obitu Paulinæ vxoris,ſcribit opes & momẽto perdi & inueniri poſſe.Cuius rei exemplum inſigne ac memorabile nobis ſuggerunt ſacræ literæ,in quibus Iob ille ſimplex & rectus & timens Deum derepentè ex ditiſsimo factus eſt pauperrimus:ex pauperrimo ditiſsimus.Et aliud quoque Myron Athenienſis orator apud P. Rutilium Lupum ex Gorgia de figuris ſententiarũ lib.ij.Hæc mulier,ait,nuper fuit locuples,potens in amore atq; deliciis neceſſariorũ,ornatus eius opibus abundabat,magnus ancillarum quæ ſequebantur,comitatus appellabatur.Nunc contrà ſubitò & graui caſu afflicta vix medioeris ancillulæ dignitatem retinet. Ob idq; confeſtim ſubiunxit:O fortuna,quàm vehementer te rerum varietas oblectat, & quàm magno odio eſt tibi beatæ vitæ perpetuus & conſtans fructus.Hæc ille.Ex quo fit quod ſcribit Bart.in l.in confirmando.ff. de confir.tuto.quòd qui antea diues erat,propterea non præſumitur nunc diues eſſe: quoniã in facili eſt,vt facultatum fiat diminutio,per illum tex.quamuis gl.teneat contrarium in §.quia verò iam,in verbo,à patre,in auth.de æqual.doti.{& Hoſt.Io.And.Aegid.Bellam.Ant.& Imol.in c. 1.extra de ſcrut.in ordi.faci.per tex.in l.ſi creditores,in fi.ff.de priuileg.creditor.Archi.& Dom.in c.vlt.vj.quæſt.v.Alb.Roſa.in l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog. Sed tu vide Alciat. has contrarias ſententias concordantem,in tractatu præſumptio.regula ij.præſumpt. xxvij. nu.j. & 2.poſt Alex.ibi ab eo allegatum.}Sed & Bal.in c.dudum.col.j.verſ.quæro quæ qualitates,extr. de iureiur.inter ea quæ facilè corrumpuntur,diuitias repoſuit.

*De eadem re.*

3 ¶Vides igitur opes ac diuitias maximam nobis omnium rerum facultatem ſiue facilitatem ſuppeditare,eaſdémq; facillimè labi & effluere (vt ſic vtranq; rationem coniungam) vt non immeritò facultates id eſt facilitates dicantur. Sed prior ratio multò conuenientior eſt, ac peculiarior. nihil enim omnium rerum illud,ſcilicet facultatem rerum agendarum,magis efficit, quàm diuitiæ:hoc autem, ſcilicet facilè labi commune eſt cum multis. Quælibet autẽ res ab eo potiùs denominari debet,quòd ſibi ſpecialius eſt,quàm quod cum aliis cõmune habet. Ex quo videmus ſtipulationem potiùs à verborum firmitate,quæ propriè ac peculiariter ad ſtipulationem pertinet,quàm à conſenſu,qui omnium pactorũ ac conuentionum communis eſt,nomen accipere.l.j. in princ.& ibi Pau.Caſt.Alex.Soci.& cæteri recentiores.ff.de verb.oblig.Sic hominem negat Fab.Quintilianus lib.Oratoriarum inſtitutionum j.c.x.ab humo dictum, cùm id omnibus animantibus commune ſit.Id quod & Alciatus noſter ſcientiſsimè colligit in l.tugurij.ff.de verb.ſign.Quanquam ea hominis etymologia auctorem habeat Varronem illum togatorum doctiſsimum.

*Quodlibet ab eo potius denominatur, quod ſibi ſpecialius eſt.*

*Differentia inter facultatem & facilitatem.*

4 ¶Quid autem interſit inter facultatem & facilitatem,tradit Cornelius Fronto in libello de nominum verborumq; differentiis. Facultas,inquit,locupletis:facilitas artificis eſt. Itaque diues facultatem habet vel emendi vel redimendi:artifex opera perficiẽdi facilitatem.{At Feſtus Pompeius in verbo,facul.facilitas(ait)morum eſt:facultas rerum.Sed & de ſignificatione facultatis, quid noſtri ſentiant,videbis apud Accurſium in §.ſi verò abſunt,in verbo,ſubſtantiam,in auth.de hęred. & Falcid.

& Falcid.& Luc.Pen.in locis in princip.alleg.}

*Et inter facultates & prouentus.*

5 ¶Poſtremò in hac mentione facultatum noluimus prætermittere noſtrates ponere differentiam inter facultates & prouentus, vt videre licet ex cle.ij.in prin.vbi id not.Pau.Liaz.& Card. Flor. in xvj.not.de religi.domi.quos videas.neque enim in hac re diutius immorari ſtatuimus, vtpote nihil ad noſtrum,quod agimus negotium pertinente.

# DONATIONE LARGITVS.

*Hæc l. ſtrictè de uera & propria donatione intelligenda eſt.*

1 Ex his verbis ſatis conſtat hanc l.locum habere tantùm in donatione, & ea quidem propria,ſimplici,mera,gratuita,liberali,vt etiã tradit Bal.in ij.lect.& Ang.hîc & Ro. conſ.xxvj.pro deciſione.col.ij.verſ.concludo ergo.& Iaſ.conſ.clxxj.viſo inſtrumento dotis,col.iij.verſ.ſed præmiſsis,lib.iiij.& doct.vbique,vt videbimus ex ſeq. Nam & ea propriè etiam dicitur donatio.l.j.in princ.ff.de donat. & largitio quoque ea propriè eſt quæ fit gratis,& liberaliter,vt diximus & probauimus ſuprà in verbo,omnia,vel partem aliquam.nu. xj.incip.adde & his verbũ largitus.Et cum hæc l.loquatur in ſpeciali ac ſingulari caſu,ſitq; exorbitans,vt latè diximus in verbo,libertis,nu.19.& ſeq.conſequens eſt, vt dicunt Roma. & Iaſ.vbi ſupra,eam debere intelligi propriè ac ſtrictè de vera ac propria donatione.l. filiusfam. in princip. ff.de donat.cum ſimil.

*Hæc l.non habet locum in uenditione propriè ſumpta.*

2 ¶Ex quo illud primùm ſequitur, hanc l.non procedere in venditione, quod omnes vbique admittunt.Quod tamen velim intelligas,niſi ea facta fuerit paruo quopiam pretio,habito quidem reſpectu rei venditæ,quæ ſcilicet multò pluris valebat.nam huiuſmodi{gratioſa}venditio{ita poſſum appellare poſt imperatorem in l.ij.C.de fide inſtrum.& iure haſtæ fiſcal.lib.x.} reuocabitur ex hac l.peræquè ac donatio,vt voluit Bal.hîc ante fi.j.lec.& iterum in ij.lec.col.ij.&Cyn. in l.j. in vlt.q.& ibi quoq; Bal.col.j.in iij.not.Fulg.& Franc.Aret.col.vlt.verſ.verumtamen ſi venditio, & Iac.à Sanct.Georg.col.j.{Claudius Aquen.col.ij.verſ.fortius voluit.}C.de pactis & ipſe Bal. in rub.ext.eo.tit.col.ij.verſ.quæro an vẽditio.Ang.in l.j.C.de inoffi.teſt.Rom.in l.ſi quis cum aliter, col.v.in ix.quæſt.verſ.attende tamen.ff.de verb.oblig.vbi id dicit ſing.Pet.Ferra.in ſua practica, tit.forma libel.quo agit.pro dona.in verbo,irreuocabiliter.{Barb.in c.cùm dilecti,col.vlt.de empt. & vendit.}Soc.conſ.ccxv.viſa prædicta facti contingentia,col.j.lib.ij.quod repetitur in conſ.xxij. li.4.& Fran.Curt.ſenior conſ.j.prima fronte videtur dicendum,col.iij.& Philip.Dec.qui Cyn.& Bal.tantùm memorat,in l.imaginaria.ff.de regu.iur.{Carol.Ruin.conſ.xcviij.viſa renuntiatione, col.ix.nu.20.lib.j.& iterum conſ.clxx.de tribus,col.iiij.nu.15.lib.j.& conſ.lx.de re quidem, col.v. nu.16.lib.iij.& conſ.cxl.circa caſum,col.iij.nu.6.lib.iiij.}Pantal.qui & Cy. & Bal. tantùm citat in repe.l.ij.col.xxxvj.verſ.duodecimò limita.C.de reſcin.vend.{& D.Boer.deci.cxliij. & quò ad ſecundam,col.iij.in prin.

*Eius ratio.*

3 ¶Horum ratio eſt,quia talis venditio facta minori pretio, pro donatione habetur. l. ſi vir vxori, in prin.ff.ad S.C.Velleian.& l.ſi quis donationis.ff.de contrah.empt.& l.j.§.ſi quis in fraudẽ,cum ſeq.vſque ad §.ſi mutuam.ff.ſi quid in fraud.patr.& l.ſi ſponſus.§. circa.ff. de donat. inter vir.& vxo.& l.cum hic ſtatus.§.ſi inter,verſ.plane,& in l.ſed ſi vir.§.ſi duo.ff.eod.quibus probatur iura loquentia in donatione habere locum in huiuſmodi venditionibus:quod & voluit glo.in l.apud Celſum.§.auctoris,in verbo,cauſa.ff.de except.dol.Pet.à Bel.Perti.in ſuis no.viij.not.incip.ſi quęratur,in fi.& in l.j.& ibi Cyn.poſt eum in vij.q.C.de inoffi.dona.Bal.conſ.cclxj.primò quęritur, ſtatuto cauetur,col.iij.lib.j.Bart.in l.non vſq;.ff.ſi à par. quis manu. fuer. & conſ.clxj.in nomine domini amen,proponitur,paulò ante fi.Colle.in c.vlt.col.iij.verſ.ſed quid pater,ext.de donat.Io. Plat.in l.j.col.ij.verſ.in tertio dicto.C.de impo.lucra.deſcrip.vbi dicit cenſeri cauſam lucratiuam, cùm res magni pretij paruo emitur.& in hoc dicit not.gl.in d.§.auctores.& Alex.conſ.lv. conſideratis verbis,col.ij.verſ.quod non excedit,lib.j.& Alcia.in l.nominis.§.verbum.ff.de verb.ſigni. cum aliis multis concord.à me collectis in noſtris commentariis in Pictonum cõſuetudines, tit. xiiij.§.x.glo.j.in ij.declaratione ij.fal.Quibus adde text. loquentem in conductione vno nummo facta,in l.ſi quis.ff.locat.vbi & ea inſtar donationis eſt.Et quod ſcribit Suetonius in Iulio Cæſare,c.50.Ante alias dilexit M.Bruti matrem Seruiliam,cui & primo ſuo conſulatu ſexagies ſeſtertiûm margaritam mercatus eſt,& bello ciuili ſuper alias donationes ampliſsima prædia ex auctionibus haſtæ minimo addixit,aut vt Budæus in tit.de in diem addic.& quidam alij, & meliùs meo iudicio,legunt,nummo,quod tamen in idem recidit,quãtum ad rem de qua loquimur, pertinet. Nam ex ipſius Suetonij ſententia, eſt veluti quædam donatio., rem ampliſsimam minimo ſiue nummo vendere vel addicere.Ex quo etiam illud Horatij lib.ſermonum ij.Saty.v.ad fi.

*Cauſa lucratiua.*

*Cõductio uno nummo facta.*

*Seu fundi ſiue domus ſit*
*Emptor,gaudentem nummo te addicere,&c.*

*Venditio uno nummo facta.*

Quo in loco Porphyrio interpres,Genus,inquit,erat donationis,in qua quando aliquid donabatur,nummum dabant,vt emiſſe viderentur.Ex noſtris autem Accurſius ſcribit hanc venditionẽ vno nummo factam eſſe imaginariam,in §.præterea,Inſti.qui.mod.ius patr.poteſt ſol.& in §.j.in verbo,libripendi.Inſtit.de teſta.{& Philip.Dec.in l.imaginaria.ff.de reg.iur.}Ex quibus magis placet apud Suetonium legi nummo quàm minimo.nihil tamen refert,quod ſuprà diximus, vtrum horum



horum legas,ad eam rem de qua tractamus.Quanquam habemus caſum in iure noſtro,quo huiuſmodi venditio habet aliquid momenti,in l.ſi vſusfructus.ff.de iur.dot.De quo tu vide gl.in l. ſi quis ante,in verbo,ſolum teneat,& ibi Bart.& alios.ff.de acquir.poſſ. Sed & tu vide de his vẽditionibus factis vno nummo,Cy.poſt Pet.in l.maritus.circa medium.C.de procur. {& in l.non ideo.C.de hæred.inſtit.}Bart.in l.vſufructu,col.4.verſ.vlterius not.ff.ſol.mat. Collec.in capit. vt menſuræ,quod eſt ij.ext.de empt.& vendit.cum aliis concord.adductis ab Alex.in d.l.ſi quis ante.Sed vt redeamus,ex his quæ diximus,fit,vt quod in ea venditione minori pretio facta deeſt à vero ac iuſto pretio,tanquam donatio debeat inſinuari,ſecundum Pet.Ancha.& Imo.in c.cùm cauſa,ext.de empt.& vendit.& Rom.in l.ij.in prin.col.iij.ff.de verb.oblig.per d.l.ſi quis donationis.& repræhendit Calder.qui contrarium conſuluit,conſ.ij.tit.de empt.& vendit.De quo & per Alex.in d.l.ſi quis cùm aliter,col.iij.verſ.item quæſiuit.ff.de verb.oblig.& Firmia. in tractatu gabellarum,in iij.parte viij.partis princ.quæſt.xij.& Soc.d.conſ.ccxv.col.j.lib.ij.

*Inſinuatio in uenditione minori pretio facta.*

*De eadem re.*

4 ¶Id quod primo loco intelligunt Cyn.Bal.& Soc.ſubdubius tamen,in d.l.j.C.de pactis,procedere,ſi ea venditio ita facta,fuerit animo donandi facta,aliâs ſecus,quia principale propoſitum contrahentium eſt inſpiciendum,vt eſt tex.licèt non allegent,in l.rogaſti, in prin.& in l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.pet.& apertè declarat tex.in d.l.ſi quis donationis cauſa.ff.de contrah.empt.& in d.l.ſi vir vxori.ff.ad S.C.Velleian.& in d.l.ſi ſponſus.§.circa.ff.de dona.inter vir.& vxor.Ex quo etiam voluit.Ioan.And.& poſt eum Panor.Barb.& alij in c.ad quæſtiones,ext.de re.permu.quòd ſi pro fundo alterius,ei do alium fundum,& pecuniam,primùm inſpiciendum eſt quid principaliter inter contrahentes actum ſit,vt iudicemus,ſitne hic contractus permutationis, an venditionis.Id quod etiam voluit Bart.in l.j.ad fi.ff.eo.tit.& in l.Ariſto,& ibi quoque Bal.& Pau.Caſt.ff. de donat.& idem Bart.in l.ſi in emptione,in prin.ff.de contrah.empt.Bal.in l.j.col.ij.verſ. quid ſi data eſt res.C.de rerum permut.vbi & ad hoc allegat optimum text.in d.l.ſi ſponſus. §.circa,vbi & ipſe Bal.tradit autoritate illius tex.& l.is qui.C.de his qui propt.met.iud.quod iudicamus actũ ſecundùm animi præualentiam.quæ poſtrema dictio(ne tu eam repudiandã in hac ſignificatione exiſtimes)eſt Pauli iuriſconſulti in l.rem actio.§.in omnibus. ff.de rei vendic. Sed vt redeamus, illud idem quod diximus,voluit ipſe Bal.conſ.lxvj.inter virum & vxorem,in prin.lib.j.Panorm. conſ.xv.quæritur an prædictus contractus,col.j.lib.j.cum multis concord.à me congeſtis in{noſtro tractatu Retractuum,tit.j.§.xxx.glo.j.nu.11.}

*Actus iudicatur ſecundum animi præualentiam.*

*Contrarium ſentientes.*

5 ¶At fortè quis,quantum ad caſum l.noſtræ pertinet,non ſimpliciter quid actum ſit inter partes, ſed primo loco iudicaret eatenus reuocatam eſſe huiuſmodi venditionem minori pretio factã, quatenus res vendita excedit pretium,vt & voluit Fran.Aret.illam Cyn.& Bal.reſtrictionem ſiue limitationem reprobans in d.l.j.col.vlt.C.de pact.per id quod in ſimili dicit Barto.in d.l. non vſque.C.ſi à parent.quis manumi.fuer.quòd venditio minori pretio facta, in eo quidem quod pluris valet res vendita,quàm ſit pretium,donatio eſt,per d.l.j.ff.ſi quid in frau. patr. & ideo poteſt eatenus tantùm reuocari per querelam inofficioſæ donationis.& idem tenuit Bal.in d.l.j.col. antepe.verſ.vlterius quæritur.C.de inoffi.don.& Cano.in c.Raynutius ext.de teſta. Alex.conſil. lv.conſideratis verbis.col.ij.lib.j. Et ita quidem loquuntur iura quæ ſuprà adduximus, verſ.3.& optimè declarat tex.in d.l.ſi ſponſus.§.circa venditionẽ.de donat.inter vir.& vxor.Et bene faciũt quæ infra dicemus ſuper donatione facta ob benemerita,nu.77.incip.ſecunda declaratio, & ſeq.

*Venditio minori pretio facta,in eo quod pluris ualet res, cenſetur donatio.*

*Autoris ſententia.*

6 ¶Verùm ego,lector amantiſsime,hîc ſubſiſto,vt vtar verbis iuriſconſulti in l.ſeruum quoque,in prin.ff.de procur.& in l.ſi & me.ff.ſi cert.pet.ſubſiſto,inquam,in caſu l.noſtræ,quæ omnino reſpicit mentem donantis,eamq; pedetentim ſequitur,vt ſecundum eam locũ habeat, vel non habeat,vt ex iis patet quæ longè latéq; diximus ſupra in præfati.num.63.incip.ex quo fit,& multis ſeq.Si ergo hic qui minoris vendit, non id facit donationis cauſa, ſed quia putat iuſto ſe pretio vendere,& ita quoque facturus etiam ſi de liberis cogitaret,quamuis donaturus non fuiſſet ſi cogitaſſet,quid cauſæ eſt cur locus eſſe debeat, huic l.etiam ſi alio reſpectu & conſideratione hæc eſſet reputanda donatio?cum iſte donare ſe non putat,nec cogitat,nec vult,ſed tantùm vẽdere, id etiã facturus ſi haberet liberos,aut de futuris cogitaret,vt diximus.Nec mouet quod de querela inofficioſæ donationis dictum eſt,quia ea competit,etiam ſi ſcienter facta ſit,vt plenè no.in l. ij.C.de inoffi.teſt.& dicemus poſtea latius in verbo totũ, nu.3.& ſeq.& in verbo,reuertatur,poſt princ.Hîc autem ſecus eſt, cùm ſola cogitatio liberorũ vim huius l.impediat,vt dictũ eſt ſupra in prin.l.d.nu.63.Ideo cogita,& vide etiã interim Calca.conſ.25.Titius nobilis,col.vj.verſ.ſeptimò facit,& verſ.ſeq.& Rom.in d.l.ſi quis cum aliter,in ix.quæſt.ff.de verb.oblig.vbi id videtur ſentire quod diximus, vt ſcilicet hæc lex habeat locum in huiuſmodi venditionibus, cùm ſcienter quis vendit minoris,& ſic animo donandi,vt ipſe nuncupatim ſcribit,quaſi ſit ſecus aliâs.

*Diſtinctio in uenditione minori pretio facta.*

*Eiuſdem ſententiæ reſtrictio.*

7 ¶Sed hoc tamen ſecundo loco intelligendum,ſi modo id quod excedit pretium,tanti ſit, vt hinc contractus ex capite læſionis retractari poſsit.Aliâs enim fruſtra tractamus de donatione:quia ex natura contractus licet illud retinere.l.item ſi pretio,in fi.ff.loca.& l.in cauſæ,in fin.ff.de minor. verbi gratia,fundum pendentem xx.aureos annuos,& qui vera iuſtáq; ac communi patriæ æſtimatione valet quadringentis aureis,vendo ducentis tantùm aureis,& ita non eſt læſio vltra dimidium iuſti pretij,ideo ex capite minoris pretij reſcindi non poteſt.propterea cùm ex natura contractus illud quod excedit,retineri poſsit:nihil eſt,cur donationẽ dicere debeamus. Et ita in caſu noſtræ

*Viliùs uendere non eſt donare. Niſi excedat dimidium iuſti pretii.*

noſtræ l.hanc rem limitat & intelligit Fran.Aret.in d.l.j.C.de pact.Cui Adde quod ſcribit Bal.in rub.C.de contrah.empt.in xij.q.quòd viliùs vendere non eſt donare,etiam ſi apponatur clauſula donationis,quia eſt actus conſecutiuus naturæ venditionis,in qua licitum eſt contrahentibus ſuam vtilitatem procurare,niſi excederet dimidium iuſti pretij,quia tunc,cùm excederet terminos æquitatis,eſſet vera donatio totius eius quod excedit iuſtum pretium,per d.l.ſi quis donationis.Sed tu ſuper hac re vide etiam quæ dicam poſtea nu.81.incip.ſed ſuper hoc illud eſt animaduertendum,& duobus ſeq.

*De eadem re.*

8 ¶Intellige tertiò,vt non ſolum id tanti ſit,vt contractus inde reſcindi poſsit,ſed etiam vt ſit eiuſmodi,vt aſcendat ad dimidiam partem omnium bonorum,ſecundum eam op.quæ id exigit, aut ſaltē tale ſit,& tantæ æſtimationis,quòd veriſimiliter venditor noluiſſet donare , ſi cogitaſſet de liberis,ſecundùm aliā & cōmuniorem op.Nam ſi in donatione expreſſa illud obtinet,multo magis in tacita,imaginaria,adumbrata,ne plus habeat viriū tacitū quàm expreſſum,& imago quàm veritas.l.filio quem pater.ff.de libe.& poſth.cum ſimil. Et vt intelligas quid interſit inter hoc , & illud quod diximus in præcedenti verſ.Pone quod quis habens in facultatibus ducentos aureos annuos,vendit fundum pendentem decem tantùm aureos annuos,& ita valentem,ſi iuſte emaretur,ducentos aureos,quinquaginta tantùm aureis.Certè is cōtractus reſcindi poteſt ex capite læſionis infra dimidium iuſti pretij.Ex capite autem huius l.non poterit, quia non tanti eſt is fundus pro portione omnium bonorum,vt ſi apertè & expreſsè donatus fuiſſet,reuocari deberet ob filios poſtea ſuſceptos,ſecundum ea quæ plenè diximus in glo.omnia,vel partem aliquam.

*Tacitum non habet plus uiriū,quàm expreſſum.*

*De eadem re.*

9 ¶Intellige quartò,quando huiuſmodi contractus pro maiori parte eſſet donatio quàm venditio, verbi gratia,res quæ valet centum aureos,venditur xx.aureis,venditio eſt vſq; ad illos viginti aureos,in reliquis octoginta aureis donatio.Et ita is cōtractus cēſetur potiùs eſſe donationis, quàm venditionis.quod ſi è diuerſo pretium excedat id quod abeſt à pretio,eſt omnino venditio,habita eius tantum ratione,quod pluris eſt:{vt expreſsim voluit Gui.Cu.in l.quæritur,per illum tex. ff.de ſtat.homin.& Bal.in l.vſufructu,col.vlt.ff.ſolut. mat.& facit quod}in ſimili traditur,quòd ſi ſpecies & pretium dentur pro alia ſpecie,ſi ſpecies pretium excedit,cenſetur eſſe permutatio:ſin contrà pretium excedit ſpeciem,venditio.Ita enim voluit Bart.& alij,in d.l.Ariſto,ad fi.ff.de donat.& Cano.in d.cap.ad quæſtiones,de rerum permut.cum aliis multis concord.quas ego tibi affatim congeſsi{in d.tract.Retractuum,vbi ſuprà,nu.9.ſi autem non conſtat.} Et ita in caſu l. noſtræ nuncupatim voluit Philip. Dec.in d.l.imaginaria.ff.de reg.iur. Et hoc non admodum abeſt ab eo quod diximus ſuprà nu.7.quanquam non omnino idem eſt.

*Permutatio iudicatur ex ſpeciei præualentia etiam pretio dato.*

*Rurſus alia eiuſdem ſententiæ reſtrictio.*

10 ¶Intellige quintò,quando ſimpliciter venditio facta eſt minori pretio,nullo alterius rei reſpectu: ſecus ſi certæ rei contemplatione.Nam cum ea res ſit veluti pars pretij,vt eſt tex. expreſſus in l. fundi partem.ff.de contrah.empt.& facit l.ſterilis.§.ſi tibi,ff.de acti.empt.& l.ſi ſeruus.ff.de cōdi. furt.& c.cum Ioannes,ext.de fid.inſtrum.Certè venit in conſiderationem , vt venditio non debeat cenſeri facta tantum illo exiguo pretio,quod in contractu interuenit : ſed poſsit reſcindi ob eam rem,cuius contemplatione facta eſt illo modico pretio,per text.in l.cùm te. C. de pact.inter empt.& vend.fact.Nam & ob id res ipſa minoris valet,vt per Pan.in c.cùm aliquibus,col.2.extra de deci.& in c.ad noſtram,col.vlt.ext.de empt.& vendit.Maria. in d.c.cùm Ioannes, in vij.no.& in c.vlt.in xxij.prin.art.qu.ix.verſ.ix.effectus,extrà de dila.cum aliis multis concord. à me adductis in commentariis noſtrarum conſuetudinum , tit.xiij.in rubrica.Et facit optimè tex.in l.quin etiam.ff.de calum.vbi accepiſſe videtur,qui minoris rem emerit calumniæ cauſa.

*Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio.*

11 ¶Secundò hinc ſequitur,quòd cum donatio remuneratoria non ſit mera,ſimplex,gratuita,& propria donatio,ſed potius quædam permutatio,remuneratio,compenſatio, & vt titulus oneroſus, vt manifeſtè probat tex.in l.Aquilius Regulus.ff.de donat.ibi,defendi non merā donationē eſſe, verū officiū magiſtri quadam mercede remuneratum Regulū.& in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit, in fi.ibi,& velut genus quoddam hoc eſſe permutationis.ff.de petit.hæred.& voluit per illum text. Bal.ibi,& Bart.in ſuperſcript.procemij.ff.col.vlt.& in l.per diuerſas,col.ij.verſ. iuxta hoc quæro. C.mand.& Ioan.And.in addit.Spec.tit.de inſtr.edi.§.porrò,col.vlt.Alber. in j. parte ſtatutorum. q.cxxij.prædicta materia.Pan.in rub.ext.de don.& in c.per tuas.eo.tit.& conſ.iij.nitar in præſenti,col.antepe.lib.ij.Alex.in l.iuriſgentium.§.quinimo, col.3.verſ.iuxta prædicta.ff.de pactis.& cōſ. ccxvij.nec arguendi ſumus,col.j.lib.ij.& conſ.xliij.viſis & ponderatis,col.6.verſ.nec obſtat quod ſtatutum,lib.iiij.Fran.Aret.conſ.xvij.conſideratis,col.v.& omnes vbique.

*Hæc lex non habet locum in donatione remuneratoria.*

12 ¶Cùm igitur,vt repetamus,huiuſmodi donatio remuneratoria,nō ſit propria donatio: certè etiā noſtra l.nō habet locū in ea,vt voluit Bal.hîc in 2.lect.quā addi.vocant.& Ang.etiā hîc.& Imol. in c.vlt.col.v.verſ.ſed circa prædicta,ext.de dona.& Pau.Caſt.conſ.434.reſpondeo per ordinē,in 4.dubio, li.j.& conſ.435.ſuper hoc pūcto,col.vlt.verſ.quartò facit dubiū,lib.ij.Ro.in repe.l.ſi verò.§.de viro.in 48.fal.in fi.ff.ſol.mat.{& in l.ſi pater.§.j.ff.de donat.}& conſ. xxvj. pro deciſione eorū,col.ij.verſ.concludo ergo.& conſ.426.quod indultum Petri,col.iij.& in l.ſi pater.§. vlt. per illum tex.ff.de donat.vbi ita dicit cōſuluiſſe Bal.conſ.incip.domina Philippa de Aſsiſio,quod reperire nō potui. Alex.cōſ.28.præclarè & ſubtiliter,ad fi.li.3.& cōſ.xl.ſuper primo dubio, col.5.in 3.du.lib. 4.& cōſ.clxij.viſis his quæ copioſè.col.ij.verſ.itē reſpōdeo,lib.vj.Corn.cōſ. 194.videtur in præſenti cōſultatione,col.j.li.3.& conſ.ccvj.viſo ſupraſcripto themate,col.8.verſ.cōcurrit etiā, lib.iij.



lib.iij.Barb.{in rub.ext.de don.col.j.vbi dicit ſingulare,& mirabile.&}in tract.de præſtantia Card. in iij.q.prin.primæ partis,col.vj.verſi.faciat ſing.dictum,vbi hoc dicit ſingu.& conſi.xj. illud adferam,col.iiij.lib.ij.& conſi.xxvj.ſapienter ſcripſit,col.pe.eod.lib.ij.vbi & hoc dicit multùm ſing. & conſi.xliiij.quod eſt eiuſdem initij,col.vlt.eo.lib.ij.& conſi.ij.illud adferam in medium,col.j.lib. iij.& conſ.xxviij.à Ioue principium,col.j.eo.lib.iij.& conſi.xlj. Deum inuocent,col.v.in fi.eo.lib. iij.vbi hoc quoq; dicit multùm ſing.& conſi.lj.clementiſsimū Deum,col.vlt.lib.iiij.& inter conſ. Franc.Curt.ſenioris conſ.lxvij.ſapienter optimus,col.j.Soci.conſi.cxlvij. viſa facti contingentia, col.vlt.lib.j.& conſ.xxxix.in quæſtione quæ vertitur,in fi.li.iij.Iaſ.in l.ex hoc iure,col.xij.in xvj. effectu obligationis antidoralis. {& ibi quoque Claud.Aquen.col.antepen.verſi.ſextus effectus.} ff.de iuſti.& iur.vbi Iaſon & hoc dicit ſing.& idem Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertus,in xv.effect. ff.de cond.indeb.vbi & hoc commendat.& conſ.cliiij.in cauſa mota per Iacobum,col.ij.verſi.ſecundò præſuppono,lib.ij.& conſi.clxxj.viſo inſtrumento dotis,col.iij.verſi. ſed præmiſsis,lib.iij. Philip.Deci.in l.ſi donatione,col.iiij.verſ.ſecundus caſus.C.de collat.& conſi.xx.in cauſa iſtorum fratrum,in princ.& conſi.366.pro declaratione,col.iij.verſi.venio ad tertium.& conſi.dclxxv.cōſuluit,in fi.Anto.Corſe.qui & hoc reputat ſing.in repet.c.grandi,col.iij.de ſupplen.negli.prælat. lib.vj.& Catel.Cot.qui & hoc etiam dicit ſing.in memor.incip.donatio facta filio.Et Iaco.à Sancto Georg.in l.tale pactum.§.vlt.in fi.ff.de pact.Fran.Rip.hîc in xiiij.q.& iterum in lib.iij.reſpō. c.xiij.incip.duo ſunt.And.Alciat.in l.creditores,in verbo,natura,ante fi.ff.de verb.ſign. { Carol. Ruin.conſi.cj.in præſenti,col.v.num.6.lib.j.& conſi.cxxiiij.videtur,col.iiij.nu.13.eo.lib.j.} Stepha. Bertr.conſ.xlvij.attēto caſu,in ij.dubio,lib.j.& conſ.ccv.ſi eſt verum,col.vlt.verſ.etiam videmus, lib.ij.& conſi.312.difficultas,col.vlt.verſ.ſed aliud eſt,lib.iij.{& conſi.xx.duo ſunt,num.3.lib.4.&} conſi.135.thema conſultationis tale eſt,col.j.eo.lib.4. { & Ludo.Gozad.conſi.v. an in quæſtione, col.iij.nu.10.& Hiero.Gratus conſi.50.reuerendiſsime,col.pen.nu.58.lib.j.} Nec reperi qui diuerſum teneret,præter Barb.in d.c.vlt.colum.vlti.ext.de donat. vt qui ſemper aliàs magis contradicere,quàm ad veritatem ſcribere ſtudeat. Ideo ſequere communem omnium ſententiam.

13 ¶Quam optimè fulcit d.l.ſi pater.§.vlt.iuncta glo.in verbo,irreuocabilis.ff.de donat.vbi donatio remuneratoria non reuocatur ob ingratitudinem. Ex quo planè probatur,id quod aliàs eſt reuocabile,fieri tamen irreuocabile,ſi factū fuerit ob benemerita. Quem text.ad hoc expendunt Alberic.Ang.& Ro.ibi,& Bald.in l.ſi cùm mihi.ff.de dol.mal.& in tractatu de pactis,col.xij.verſic. item quæro an habeat locum.{& in c.j.§.vlt.circa mediū,tit.de his qui feud.dar.poſſ.} & Panor.in c.vlt.col.vlt.ext.de donat.& d.conſ.iij.nitar in præſenti cauſa,col.antepe.lib.ij.vbi illum tex.dicit ſing.& Rom.ſin.516.donatio reuocatur,vbi illū item dicit ſing. & perpetuò menti figendū. & d. conſi.26.vbi illum dicit not.& conſi.293. circa præmiſſum,ante fin.& d.conſi.436.{Ioan.Berber. in viatorio iuris tit.de reuoc.donat.col.ij.verſi.nota etiam quòd donatio.} Corn.d.conſ.194.lib.3. Barb.qui multum commendat in omnibus conſi.ſupra allegatis,nunc illum valde ſingu.dicens, nunc literis aureis ſcribendum.& præterea { in rub.extrà de donat.& in c.j.col.iiij.de conſtitut.} conſi.liiij.clementiſsimi Dei patris,col.iij.lib.ij.& conſi.ij.à Ioue principium,col.viij.lib.iij.Alex. {conſi.217.nec arguendi ſumus,col.j.lib.ij.&} conſi.xl.ſuper primo,col.v.lib.4.{Franc.Aret.in l. Iulianus.§.j.col.iij.ff.de verbor.oblig.} & Steph.Bertr.conſi.cliiij.etiam ſi verum ſit,col.j. num.3. lib.j.{Card.Alex.in c.j.col.vlt.tit.de feud.guar.vbi eam glo.dicit ſingularem.}Socin.conſi.84.accuratiſsime,col.pen.lib.iij.Fely.in c.nouit,col.x.verſic.limita tertiò,ext.de iudic.Iaſ.qui gloſ.illius dicit no.in l.ſi tibi pecuniam,in fi.ff.ſi cert.pet.& in d.l.ex hoc iure,in ij.effect. vbi & illam dicit ſing.{& ibi Claud.Syſer.vbi ſuprà.& idem Iaſon} in d.§.libertus,in j.effectu & ante omnes illum text.expendit glo.in l.vlt.in verbo,inueniatur.C. de reuoc.donat. quam nullus illorum allegat, præter Rom.in d.§.vlt.{& Ioan.Lup.qui illum text.dicit ſing.in repet.rub.de donat. inter vir. & vxor.§.50.col.j. Et idem voluit ſine allegati.illius text.& glo.Ang.conſi.351.generoſus,ad fin.Et nullum reperi,qui huic ſententiæ contradiceret,præter ipſum Barb.in c.vlt.col.iiij.verſi. & limita,extrà de donat.motum quibuſdam rationibus,quas ibi videre poteris.}

*De eadem re.*

*Donatio remuneratoria irreuocabilis.*

14 ¶Et per illum text.reſpondit Rom.d.conſi.436.priuilegia conceſſa à principe ob remunerationē, tranſire in contractum,& fieri irreuocabilia:ad quod & alia multa adducit,quod & idem aſſerit ipſe Rom.in repet.d.l.ſi verò.§.de viro,in xxiiij.fal.ff.ſolut.matri.& Andr.Alciat.in lib.j.de verb. ſignifi.in quo integram illā Rom.repet.multo aptiùs ornatiùs diſtinctiùs tranſcripſit,& ante Ro. Bal.in d.l.ſi cùm mihi.ff.de dol.{Et idem quoque voluit Carol.Ruin.conſi.xxix. ponderatis,col. iij.num.3.lib.j.& conſi.217.videndum,col.iij.nu.7.eo.lib.j.} Et in ſimili etiam per illum text. latè conſuluit Alex.conſi.cj.viſis teſtamentis exceptionis,col.j.& ſeq.lib.j.quòd quamuis priuilegium exemptionis à principe conceſſum alicui communitati poſsit per ingratitudinē reuocari,vt nuncupatim voluit Bald.in l.ij.in fin.C.de liber.& cor.liber. tamen ſi talis immunitas fuerit conceſſa ob benemerita,nō poteſt reuocari per ingratitudinem.quod & voluit ipſe Alex.d.conſi.229.nec arguendi ſumus,col.j.& ſeq.lib.ij.& Barb.in d.c.nouit,& ibi etiam Fel.col.vj.& ſeq.& iterum col. x.verſi.limita tertiò in priuilegio,ext.de iud.idem Barb.d.conſi.ij.à Ioue principiū,col.4.lib.item iiij.Socin.conſi.lviij.viſis priuilegiis,col.iij.verſ.poſtremò conſiderandum.lib.j.{& conſi. 84.accuratiſsimè,col.penul.lib.iij.} & Iaſ.in d.l.ex hoc iure,in ij.effectu,vbi limitat. & in d.§.libertus,in primo effectu.& conſ.cj.immunitas fuit conceſſa,col.iij.verſi.confirmatur,quia in generali,lib.4.

*Priuilegia à principe conceſſa ob remunerationem.*

*Immunitas à principe conceſſa alicui cōmunitati reuocatur per ingratitudinem. Secus ſi conceſſa ſit ob benemerita.*

vbi & ad hoc dicit ſing.text.in d.l.ſi pater.{& idem Iaſ.conſi.cxxj.viſo themate,col.iiij.verſi. ego licèt retulerim,eo.lib.iiij.} & Steph.Bertran.d.conſi.cliiij.lib.iij.& iterum conſil.clvij. multa ſunt dubia,col.iij.num.8.eod.lib.iij. Quanquam contrarium voluit Franc.Aret.ſubdubius tamen, in d.c.nouit,col.iiij.verſi.intellige autem priuilegium,de iudic.& ante illum Bald. cuius non meminit,conſi.483.viſa immunitate,in ij.dubio,lib.ij.

15 *Feudum conceſſum ob benemerita.*

¶Sed & per illum text.dicit Iacob.Ardiz.cuius autoritas in materia feudorum eſt maxima, in ſua ſumma,tit.qui.mo.feud.amit.quòd feudum conceſſum ob benemerita, nulla poteſt ingratitudine reuocari.ſequitur Bald.in c.j.col.iij.verſi.dicit dominus,tit.ſi vaſ.feud.princ.& in c.j.col.j.verſ. aut quid ſi tale,& ibi Mart.Laud.poſt princ.& Cardin.Alexan.col.ij.tit.an mutus vel imperat. & Panor.d.conſi.iij.col.vij.verſi.hinc dicit dominus,lib.ij.& iterum conſ.xxx.cuius principium eſt, {videtur primò,} ante fin.eo.lib.ij.vbi ad hoc dicit eſſe text.cum glo.in d.l.ſi pater.§.vlt. & Fran. Curt.iunior in tractatu feudo.in v.parte princ.in j.concluſ.in fi.{& Ioan.Lup.in repet.rub.de donat.inter vir.& vxor.d.§.50.col.ij.& Zaſius in epito.feud.part.x.concluſ.iiij.fallen. item iiij. licet contrarium teneat Carol.Moli.in conſuet.Pariſi.tit.j.§.xxx.num.99.& ſeq.}

16 *De eadem re. Error apertus Baldi.*

¶Ex quibus clarè liquet toto cælo erraſſe Guil.Cu.virum alioqui legum peritiſsimũ,& omnium propè antiquiorum celebratiſsimum,& Bald.doc.oculatiſsimum, ſed vtrunque de meritis malè meritum,dum in l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi cert.pet.aſſerunt contra text.in d.l.ſi pater, donationem remuneratoriam poſſe reuocari ob ingratitudinem:quoniam,inquiunt, cauſa præcedens non eſt obligatoria,ſed potiùs voluntaria,ar.l.generaliter, in ij.reſponſo.C.de ſecund.nupt. Adeo innatum eſt omnibus vel in re apertiſsima interdum errare. Quòd ſi illi verum dicerent, ſubuerteretur quicquid vbique ſcriptum eſt de remuneratione meritoria.

17 *Confirmatio prioris ſententiæ.*

¶Eſt & in priorem ſententiam optimus text.in l.metum autem præſentem. §. ſed licèt. ff. quod met.cauſ.vbi donatio remuneratoria non reſcinditur prætextu metus.quem text.ad hoc not.Ro. in d.l.ſi verò.§.de viro,in xlvij. fal.in fin.ff.ſol.matr.& in d.l.ſi pater.§.vlt.ff.de donat.& d.conſil. xxvj.col.ij.verſi.ſecundò quia video,vbi dicit not.& Barb.in omnibus propè locis ſuprà allegat. in quibus multùm illum commendat,nunc illum ſingul.nunc ſolennem dicens.{& Ioan.Lup.in repe.rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.50.col.j. vbi per eum text.dicit valde ſing.} Sed aduerte, ne erres,quòd metus illic non fuit in hoc incuſſus,vt donatio fieret, nec ab eo cui donatum eſt: ſed qui alium metuebat,alteri donauit,vt ipſum defenderet,& ab eo metu liberaret.

18 *Multa remunerationis ſpecialia.*

¶Sunt alia multa remunerationis ſpecialia,ex quibus nõnulla collegit Iaſ.dũ ipſius xviij.aut xix. effectus annumerat,tum in d.l.ex hoc iure.{& ibi etiã Claud.Sciſſel.col.antepe.& ſeq.}ff.de iuſti. & iur.tum in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de cond.indeb. Quæ & ego huc non adſcribam,ſed ea duntaxat quæ ſunt ſpecialia, id eſt,ſpeciali ipſius fauore contra regulas iuris communis inducta cæteris effectibus relictis,vt nihil ad hunc locũ pertinentibus,& ea quidem cũ auctario non contemnendo præſertim aliorum tex.& doc.Nam alioqui ſola remiſsione fuiſſem contentus. Sed & illis multò plura non minùs,ſi nõ magis,memoranda adiiciam, quanuis Iaſ.ipſe in d.locis in hoc omnes neruos intenderit,vt quàmplurima colligeret.Iam autem quinq; caſus ad perpetuam minimeq; reuocabilem actus firmitatẽ ſpectantes adſcripſimus,quæ propius ad materiam l.noſtræ accedunt.Cæteri & actus validitatem contra regulas communes reſpiciunt,quos inferiùs ſubiicio.

19 *Donatio inter virũ & uxorem ex cauſa remunerationis ualet.*

¶VI. ergo caſus ſpecialis eſt,quòd licèt non valeat donatio inter virum & vxorem. ff. & C. de donat.inter vir.& vxor.per totum.valet tamen ex cauſa remunerationis,ſecũdum Bart.& Iaſ. in l.ſi diuortio.ff.de verb.oblig.Bart.in l.ſi voluntate.C.de dot,promiſ.Bald.in leg.ij.§. creditum,in vlti.oppo.ff.ſi cert.pet.cum aliis multis concordantibus & antiquioribus & recentioribus, quos tibi latè congeſsimus in commentariis noſtrarum conſuetudinum.tit.xiiij.§.x.in gloſ.j.in princ. ij.fal.& in noſtro tractatu nobilitatis.cap.xviiij.num.19.hinc fit primum,

20 *Donatio inter patrem & filiumfa. cauſa remunerationis ualet.*

¶VII. non longè ab illo diuerſus,quòd donatio inter patrem & filiumfa.aliàs etiam prohibita, l.donationes quas parentes.C.de donat.inter vir.& vxor.valet tamẽ cauſa remunerationis,ſecundum gl.Bart.Bal.Ang.& alios,in auth.vnde ſi parens.C.de inof.teſta.gl.in l.ſi donatione,vbi etiã Bart.Bal.& alij.{C.de colla.& in l.filium quem,C.famil.herc.& Roffred.Bonon.quæſt.Sabba.vij. donatus.in ſolutione ipſius quæſt.& iterum q.xiij.examinemus,& c.in ſolutione.}Bart.in l.frater à fratre,in prin.& rurſum col.vlt.verſi.ſextò quæro.& ibi poſt eum Ioan.Monteſ.in repe. char.v. col.j.verſi.quartò.ff.de cond.indeb.Idem Bart.in l.ſi tibi decem.§.ſi pactus.{& ibi Bal.in §.ſi quis, poſt prin.}ff.de pac.& idem Bart.in l.j.§.nec caſtrenſe,col.pen.ff.de colla.bonor.& in l.ſi quis pro eo.§.j.in fi.ff.de fideiuſſ.& in tract.de duobus fratribus,col.vj.verſi.deinde quæro quid ſi pater.& Bald.in l.ij.in iij.oppo.C.de inoffi.donat. & in l.ſi pater,poſt princ.C.qui bon.ced.poſ.& in auth. ex teſtamento,& ibi Corn.col.ij.C.de colla.& in l.vlt.col.ij.verſi.extra oppo.C.de vſuc.pro donat.& in d.l.ſi mortis,verſic.quæro ſi pater.C.ad l.Fal.& in l.cùm de bonis.C.de don.& in l.cùm virum,col,iij.verſi.ſed nunquid præſumitur.C.de fideicom.Ange.in §.j.col.j.in auth. de immen. donat.Pau.Caſt.in l.Aquilius,col.ij.& in d.l.per diuerſas,col.vlt.C.mand.Flor.in l.quæ pater,col. iij.ff.famil.herc.Panor.in d.c.vlt.in fi.de donat.inter vir.& vxor.{Maſuer.tit.de don.§.item hoc quod dictum eſt.}& Alex.d.conſ.xx.col.j.lib.iij.Fran.Aret.d.conſi.xvij.col.iij.Corn.conſ.cxliiij.licèt dicendum videatur,col.ij.lib.ij.& Barb.{in rub.extrà de don.col.j.&} d.conſ.xj.col,iiij.lib.ij.& conſ. 28.à Ioue principiũ,col.j.lib.iij.& Soc.d.conſi.lxvj.col.ij.& Corn.d.conſ.cxciiij.col.j.lib.iij.Philip. Deci.



Deci.conſi.dcxxxvj.in cauſa quæ agitatur,col.j.{Io.Lup.in repeti.rub.de donat.inter vir.& vxor. §.50.col.j.} & doct.vbique. Et hunc caſum ponit Iaſ.in iij.effect.in d.l.ex hoc iure.& in ij.effect. in d.§.libertus.{& etiam Claud.Scyſel.in d.l.ex hoc iure,col.xv.in iij.effectu.} Nam & ipſum Iaſ. non præteribo,vbi & ipſe meminerit.

21 ¶Verùm vnus omnium Lancel.Poli.politiſsimæ vir literaturæ ſuper hoc dubitauit,in repetit.d.l. filium quem,chart.xij.col.j.verſ.ſecunda concluſio.C.famil.herciſc. Non enim illi videntur poſſe procedere aliqua merita de filio in patrem, quæ non ſint potiùs ex naturali officio & pietate, & ita ex debito, quàm ex liberalitate, & quæ poſsint patrem obligare,vt per totum tit.ff.de obſeq.pa.præſtan. Ego certè arbitrior vix eſſe vlla filij in patrem merita, quæ ſuperent debitam parentibus pietatem,vt quibus omnia poſt Deum O.M.debemus.Vnde negat Ariſto.lib.ix.Ethico. c.j.parem ſiue æquiualentem gratiam diis atque parentibus poſſe rependi. Si quid tamẽ ſit à filiis impenſum vltra debitum parentibus officiũ,quod ægrè comperies,aut certè vltra id quod pij ex more patriæ filij ſolent aliàs in parentes conferre,cuiuſmodi fortè id fuit quod fecit Aeneas, qui patrem Anchiſem humeris ſuis imponens,flammã inter & hoſtes illum à morte liberauit, ſuam interim mortem contemnens,vt elegantiſsimè deſcribitur à Virgil.ij.Aeneid. Quodq; non abſimile fecerunt Amphinomus {ſiue Amphion,vtrunq; enim legitur.} & Anapias,aut vt alij appellant,Onapis,Emanthias & Criton fratres, cum Aetnæ incendia in Catinenſem agrum ſe protuliſſent,ij ſublatos parentes,humeris per medios ignes euexerunt.Quorum memoriam ita poſteritas venerata eſt,vt ſepulchri locus nominaretur campus piorum.autores Ariſtot.eius lib.qui de admirandis in natura ſcriptus eſt,cap.3. Virgil.in fin.eius lib.quem de Aetna ſcripſit,ſi ipſius eſt, Strabo lib.vj.Auſonius illis verſibus, *Quis Catinam ſileat,&c.* Claudianus in ea elegia quam nuncupatim de piis fratribus inſcripſit.Seneca ad fi.lib.iij.& vj.de beneficiis.Solinus c.ix.& Valerius Max.lib.rerum memorabilium v.c.4.quo etiam loco memorat de Plutone quodam Pinenſe iuuene,qui bello Italico cùm obſeſſæ vrbis ſuæ clauſtris præſideret, & Rom.imperator patrem eius captiuum in conſpectu ipſius conſtitutum diſtrictis militum gladiis circundediſſet,occiſurum ſe minitans,niſi irruptioni ſuæ iter præbuiſſet,is in hoſtes qui patrem vinctum tenebant, ſolus impetum fecit,ex eorumq; manibus patrem rapuit.Suntq; & alia huiuſmodi multa nõ vulgaria filiorum in parentes beneficia ab eodem Valerio inibi relata,quæ ſi aliquando cõtingant, nihil eſt quòd filios remuneratione prorſus indignos cenſeamus.de quo tu vide quæ dicã infrà in quarta declaratione huius donationis remuneratoriæ,vbi aduoco Senecam diſſerentem,an filius beneficium patri præſtare poſsit.& text.apertiſsimè probantem filios etiã parentes ita ſuis officiis demereri,vt ad remuneratiõe parentes ipſi adigantur,in §.j.in prin.in auth.de nõ elig.ſecun.nupt. vbi ita ſcribitur,plurimumq; à filio experta fauorem,exiſtimauit oportere,ne relinqueret eum ſine remuneratione. Ex quo etiam not.Ang.ibi,hanc obligationem antidoralem contrahi non inter alios tantùm,ſed & inter parentes & filios.{atque etiã bonus text.in l.de emancipatis,in prin. ibi,hoc à ſuis genitoribus meruerũt.C.de legit.hæred.& in l.cùm pater.§.rogo.ff.de legat.ij. cum dicitur,rogo filia vt bona tua quandoque diſtribuas liberis tuis,vt quiſque de te meruerit,& in l. j.§.toties,ibi,ſi etiam iudicium patris meruit.ff.de coll.bonor.& in l.fœminæ,in prin.ibi,contemplatione meritorum.C.de ſecun.nupt. Pro illa tamen ſententia Lanceloti facit quod ſcribit Bald. in l.ſi quis filiab.ff.de teſt.tutel.quòd id quod relinquitur filio,non poteſt relinqui ob merita, ſed tanquam filio.ſed credo quòd voluit dicere quòd non videtur relinqui ob merita, quia allegat text.huc pertinentem,in l.tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excuſat.tutor.de quo dicemus infrà in prima declar.nu.74.ſed ij omnes. Et vide etiam quæ dicam infrà num.106.quarta declaratio.

*De eadem re.*

*Aequiualens gratia diis atque parentibus non repẽditur.*

*Aeneæ merita in patrem. Et Amphionis & Anapiatis.*

*Etiam Plutonis Pinenſis.*

*Parentes aliquando ad remuneratiõe adiguntur. Obligatio antidoralis etiã inter parẽtes & filios contrahitur.*

*Quod relinquitur filio, nõ uidetur relinqui ob merita.*

22 ¶VIII. qui & illi proximus,licet pater nõ poſsit inſtituere filium ſpurium,aut nepotem ex eo, ſecundum ſententiam multorum,vt plenè not.in l.vlt.C.de nat.libe. & pleniſsimè diximus in tractatu primogenituræ in xij.q.{num.14.quod adeo.} poterit tamen id facere ob merita præcedentia,vt ſing.voluit Bal.conſi.lxvj.cuius hoc initium eſt,ſi dicta inſtitutio,col.ij.lib.j.ar.not.in d. authen.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſta.& iterum idem Bal.conſi.cccccvj. caſus talis eſt, quidam magiſter,col.iij.lib.ij.niſi ſit idem conſil. illic repetitum,quod nos credimus:& ante eum Io.And. quem non citat,in addi.Specul.titu.de ſucceſ.ab inte.§.j.verſi.quid ergo ſi habes.{& ante hos omnes Roffre.Beneuen.quæſt.Sabba.xiij.examinemus,in ſolutione illius quæſt.quem retulit,loco tamen non deſignato,Bar.conſi.cxviij. Odutius,col.j.& Saly.qui ſequitur in d.l. vlt.col.vlt.C.de natural.libe.}Et huius effectus nullam Iaſ.mentionem facit,nec aliorum,in quibus illum taceo.

*Filius ſpurius non poteſt hæres inſtitui. Niſi ob merita.*

32 ¶IX. licet non poſsit clericus donare ſuæ concubinæ,per no.per Bart. & alios in l.affectionis.ff. de donat.cum ſimil. poteſt tamen ob merita, vt pulchrè conſuluit Petr.Anch.conſi.ccxlvij. dubium facit,hac ratione motus,quòd inter perſonas prohibitas ſibi donare,alij contractus non reprobantur,ſed valent & tenent,per l.qui teſtamentum.& ibi not.ff.de probat.& in l.cùm quis decedens.§.pen.ff.de leg.iij.ſed huiuſmodi donatio eſt potiùs cenſenda quædam debiti naturalis reſtitutio,& ſic alius quiuis contractus ſiue diſtractus, quam donatio,& propterea non prohibita. Sequitur,numeri tamen illius conſi.non recordatus,Barb.in d.l.diuortio,colu. antep.ff.de verb. oblig.vbi hoc multum commendat.& Ferd.Loaz.in addit.Lancel.Gal.in repe.l.centurio.col.v.ff. de vulg.& pup.ſubſtit.& Matth.Afflic.in deci.Neap.cij.legatum factũ,vbi ita dicit fuiſſe iudicatũ in ſacro Neap.conſi.idq; eſſe notatu dignũ.{& Ant.Capy.in deci.itẽ Neap.cij.in cauſa Hippolitæ.

*Clericus donans ſuæ concubinæ ob merita.*

*Ratio eiuſdẽ.*

*Miles non poteſt donare cõcubinæ ſuæ.*

*Niſi meritorũ gratia.*

*Idem in doctore.*

24 ¶ X. qui præcedenti omnino ſimilis eſſe videtur. Nam licèt miles quoq; non poſsit donare concubinæ ſuæ,l.ij.C.de donat.inter vir.& vxorem,ex quo & illud depromptum eſt quod de clerico diximus,propterea quòd eum dicunt eſſe militem cæleſtis militiæ,ideo id quod de illo dicitur,ad hunc eſſe trahendum,ſecundum Bart. Bald. & Saly. ibi cum aliis concord.adductis à Fely.in c. cùm ex officij,col.j.de præſcr.& Phil.Dec.conſi.cxxxij.in caſu propoſito,col.j.& à me in tractat. Nobilitatis.c.ix.nu.2.& 3.Poteſt tamen ipſe miles donare concubinæ meritorũ gratia,vt reſponſum eſt à Bal.quem nullus eorum quos in præced.verſi.citauimus allegat,conſi.cclxij.recolo me conſuluiſſe,col.j.lib.j.quod iterum repetitur conſi.456.lib.v. Et idem de doctore,vt ſcilicet ex eadem cauſa poſsit donare ſuæ concubinæ,tenuit.Io.Lup.in repe.c. per veſtras,chart. xcviij.col.iiij. verſi.quinimo quod plus eſt,extrà de donat.inter vir.& vxor. Et ſic erit pro XI. caſu ſpeciali.}

*Tutor aut curator remunerationis cauſa donare poteſt.*

25 ¶ XII. igitur,licèt tutor aut curator non poſsit donare ſimpliciter.l.vlt.ff.de cura.furi.& l.tutor ad vtilitatem,& l.Lucius.§.vlt.ff.de adminiſt.tuto.& l.pactum curatoris.C.de pactis, cũ ſi.poteſt tamen cauſa remunerationis.l.cùm plures.§.cùm tutor,& ibi gl.ff.de adminiſt.tutor.& l.qui filiũ. ff.vbi pupillus edu.debeat. Qui quidem tex.ſunt pulchri,& admodum notandi.& ita ſecundum eos reſpondit cùm ex facto interrogaretur Rapha.Co.conſil.cj. cuius exordium eſt, duciſſa Mediolani.{& Rom.conſi.50.idem in præfata conſultatione,verſi.rurſus videtur,& ante eos Alber. in l.ambitioſa,num.2.ff.de decre.ab ordi.faci.}

*Et procurator generalis.*

26 ¶ XIII. licèt etiam procurator generalis donare non poſsit,vt not.in l.præſes.C.de tranſactionibus.& in c.vlt.de offi.vic.lib.vj.poteſt tamen & ex illa remunerationis cauſa.l.filius,in prin.ff. de procur.& glo.in d.c.vlt.in verbo,nec regulariter,dum loquitur de magiſtro.& Bart.in l. ambitioſa.ff.de decret.ab ord.fac.& hanc dicit eſſe communem opin. Franc. Aret.conſil.xxiiij.quatuor dubia,in iij.dubio,vbi tamen dicit quòd de ſubtilitate iuris poſſet contrarium dici, & fortè, inquit,eſſet verius.

*Et prælatus alienare poteſt res eccleſiæ pro remuneratione meritorum.*

27 ¶ XIIII. prælatus qui etiam prohibetur res eccleſiæ alienare,poteſt tamen pro remuneratione meritorum in eccleſiam collatorum.l.iubemus nulli.§.ſcientes,ibi,ad viciſsitudinẽ beneficij colorati,arg.à contrario,& ibi glo.in verbo,permiſſam,Alberi.Bart.& {Paul.Caſtr.&} alij. C.de ſacroſan.eccle.vbi magna eorum pars intelligit in bonis mobilibus.& c.quicunque ſuffragio,& ibi glo.xij.q.ij.& c.per tuas,ext.de donat.& ibi Panor.in duobus locis,{& Barb.col.j.} & c.relatum, le ij.ibi,iuxta ſeruitij meritum,& ibi Panor.& alij,ext.de teſta.gl.in §.j.in verbo,ſancimus,in authent.de alien.& emphyt.& in c.conſenſus,in glo.j.& ibi Inno.Hoſti.& Panor.ext.de reb.eccleſ. non alien.Inno.in c.cùm in officiis,col.j.& ibi quoq; Panor.in verbo,remanere,poſt princ. col.ij. verſi.iiij.fallit,ext.de teſta.Oldra.conſi.ccxxvj.quidam epiſcopus,col.ij.verſi.ſecundò quia donatio,& iterum col.ſeq.verſic.ſed ſalua reuerentia.Ioan.And.in addi.Spec.in rub.de reb.eccleſ. non alien.{Alberic.in l.Diuus.ff.ſi quid in fraud.patro.} Bart.in l.iuſta cauſa,per illum text.ff.de manu.vindic.Bald.{in l.cùm multa,col.j.C.de bonis quæ libe. vbi dicit quòd papa poteſt infeudare caſtra eccleſiæ benemeritis.} in c.de priore,extrà de appellat. { & conſi.ccxciij.hæc materia,col. ij.verſi.alij dicunt.lib.j.} Rom.in d.§.de viro,in xlviij.fal.in princ.& conſi.50.idem in præfata conſultatione,Paul.Caſt. conſi.lxxiiij.in facto iſto,in princ.lib.j. vbi & hoc etiam intelligit de bonis immobilibus.& conſi.cclxxxv.ad primũ reſpondeo,ad fin.lib.ij.Panor.in c.ad hæc in ij. not.ext. de teſta.& in c.conſenſus,per glo.j.ibi,ext.de reb.eccleſ.non alien.Imol.in clem.j.col. v. verſicu. quærit Guil.{& ibi Petr.Ancha.in iij.quæſt.}eo.tit.Alex.conſi.lvj.conſideratis verbis,col.iij.verſi. vnde refert,lib.j.& Socin.d.conſi.lxvj.col.ij.in fin.lib.j.& d.conſi.lxxxiiij.col.pen.lib.iij.& Barb. omnibus ferme locis ſuprà citatis,& prætere in tracta.de præſtan.Cardin.in iij.q.j.partis, col.vj. verſi.limita etiam niſi Cardinalis vellet. {Franc.Aret.in l.præſes col.ij.C.de tranſact.} & Angel. Cla.in verbo,immunitas,verſi.liij.& Socin.d.conſi.viij.col.v.lib.iij.& Alciat.in l.creditores,ad fi. ff.de verb.ſignifi.Iaſ.in d.l.ex hoc iure,& in d.§.libertus.& voluit etiam idem Iaſ.conſi.ccxxij.de archiepiſcopo,col.ij.verſic.bene facit,lib.ij.{& conſi.ccxxvij.Carolus olim,col.viij.verſic. octauò facit,eod.lib.ij.vbi loquitur etiam de immobilibus,& conſi.x.videretur,col.pen.verſi.item prædicta,lib.iij.} & latè conſi.lxxiij.dubitatur,col.j.ij.iij.& iiij.lib.iij.vbi & concord.adfert.{Philip.Dec. qui id etiam negat procedere in immobilibus,conſi.clxiiij.cuius ſuperſcriptio incipit,res eccleſię, col.j.& Carol.Ruin.conſi.iij.videtur,poſt prin.lib.j.Io.Lup.in repe.rub.de don.inter vir.& vxor. vbi ſuprà.} Et hoc confirmat quod dicit Ioan.Fab.in auth.hoc ius,col.ij.C.de ſacroſ.eccle.quòd prælatus poteſt manumittere ſeruum propter meritum,licèt aliàs non poſſet, per iura quæ ibi allegat.{vide tamen Alber.in l.iubemus nulli,col.pen.verſi.in glo.an ergo,eod.tit.& Franc. Curt. Iunio.in tracta.feudo.in ij.parte prin.in vj.q.col.j.& ij.verſi.ſecundò moueor.}

*Papa poteſt infeudare caſtra eccleſiæ benemeritis.*

*Prælatus mutans naturam feudi cauſa remunerationis.*

28 ¶ XV. qui non adeo diſsimilis eſt,licèt prælatus nõ poſsit mutare naturam feudi,per text. in c. ex parte,& in c.j.§.j.tit.qui feu.dare poſſ.poteſt tamẽ ex cauſa remunerationis:& ideo ſi feudum eccleſiæ erat ſolitum concedi ad tempus tantùm, vel in maſculos tantùm,poteſt tamen prælatus in longius tempus cõcedere,& in fœminas,pro remuneratione meritorũ,per tex.in c.ij.§.j.tit. de legib.Corra.in c.j.tit.quemadmodum feud.ad fili.pert.ſecundũ Iaco.Bel.Nicol.Neap.& Iaco.Aluar.in d.c.j.in prin.tit.qui feud.dare poſſ.Card.Flor.in d.c.ex parte,in iij.col.& {Iaſ.qui hoc dicit multùm notandũ in d.l.ex hoc iure,in ix.effect.ff.de iuſtit.& iure.} in d.l.ſi non fortẽ.§.libertus, in vij.effect.ff.de condict.indebi.{& in l.ij.verſi.illud etiam bene not.qui eſt in nu.172.C.de iure emphyt.



emphyt.& d.conſi.227.vbi ſuprà,lib.ij.}& Phil.Dec.conſ.398. viſo caſu propoſito,col.pen.verſ. poſtremo dato,vbi dicit generaliter multa concedi propter remunerationem , quæ aliàs prohibentur.{Et facit quod ſcribit Bald.in d.l.cùm multa.C.de bonis quæ libe.vbi tamen loquitur de papa.vbi ſuprà diximus in ix.caſu.}

29 ¶ XVI. minor qui ſine decreto non poteſt alienare rem immobilem,per totum titu.ff. de reb. eorum & C.de prædi.mino. Poteſt tamen eam donare cauſa remunerationis,vt aſſerit poſſe attentari Rom.in l.ſi ante nuptias.ff.ſolut.matri.per tex.in d.c.quicunq; ſuffragio.quod dictum ſequitur & commendat Socin.d.conſi.lxvj.& Alciat.in d.l.creditores.ff.de verb.ſignific. vt minùs mirari debeamus quod eleganter ſcribitur in l.etiam.§.ex præterito.ff.de manu. vind. quòd minor xx.annis poteſt manumittere ſeruum ob illius merita,quia videlicet dominum in prælio adiuuauerit,contra latrones tuitus ſit,quòd eum ſanauerit,quòd inſidias detexerit,& cætera id genus.{quem tex.dicit ſing.Barb.in d.rub.de donati.} Super hoc tamẽ,quod dixi de immobilibus, vide {tex.in l.ij.& ibi Fran.Aret.qui eam legit cum l.j.C.ſi aduer.donat.& eundẽ Aret.in l. precibus,in iij.not.C.de inoffi.donat.& in l.ſi ante,col.ij.& iij.ff.ſolut.matri.&} conſil. xxiiij. incip. quatuor dubia.col.vlt.& Iaſ.in d.l.ex hoc iure,in xj.effectu.{& ibi Claud.in iiij.effectu,& ipſum Iaſ.}in d.§.libertus,in ix.effec.quibus locis de hoc copioſè diſputat,ideo plura dicere ſuperſedeo.

*Idem in minore ſine decreto alienante rem immobilem.*

30 ¶ XVII. mulier à ſtatuto prohibita donare ſine conſenſu mariti,poterit tamen ex cauſa remunerationis,vt in pulchro caſu reſpondit,ſubdubius tamen Pau.Caſt.conſi.clxxij.in caſu præſenti,in prin.lib.ij.per l.ſi verò non remunerandi.§.idẽ Papinianus,in fi.ff.mandat.& not.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,in princ.ff.de legat.j. Sed id qualiter intelligatur , & an id verum ſit, videbis infra nume.193. & hic admodum,& ſeq. { & in noſtris legibus connubialibus,in verbo, *contracter*,num.48.ſed hoc ſing.& ſeq.

*Et in muliere donante ſine conſenſu mariti.*

31 ¶ XVIII. licèt etiam mulier non poſsit ſibi vllo pacto in dote præiudicare,l.de die,& l.Attilicinus.ff.de pact. dota.cum ſi.niſi tamen ex cauſa.l.licèt manente,eo.tit.Certè huius rei iuſta cauſa eſſe cenſetur,ſi ea donet benemerito,vt ſingu.reſpõdit Philip.Dec.conſi.536.in cauſa quę agitatur Mantuæ,col.j.verſi.venio ad ſecundum,motus ex his quæ ſuprà diximus de donatione inter virum & vxorem,& inter patrem & filiumfamil.}

*Etiam in muliere præiudicante ſibi in dote.*

32 ¶ XIX. decuriones aliàs prohibiti donare res ciuitatis,poſſunt tamen & eas donare cauſa remunerationis:nec propterea decretũ eſt ambitioſum,nec reuocari poteſt,vt no.voluit Bart.in l. ambitioſa,col.ij.verſi.quæro vtrum liceat.{& ibi quoq; Alber.nu.2.}ff.de decre.ab ordi.faci.per text. in d.l.iubemus nulli.§.ſciẽtes.C.de ſacroſ.eccleſ.& d.l.cùm plures.§.pen.ff.de adminiſt.tut.&alia iura.& ſequitur Alex.conſi.clxj.viſo themate ſupraſcripto,paulò ante fi.lib.ij.& conſi.xliij.incip. viſis & ponderatis,col.j.verſi.nec obſtat ſi diceretur,& iterum col.iij.verſi.nec obſtat quod donatio,lib.iiij.& conſi.xxx.ponderatis narratis,in fin.iij.dubij,lib.v.vbi ex hoc reſpondit ciuitatẽ ſubditam principi poſſe ob benemerita immunitatem perpetuam concedere.& Fely.qui & hoc ſequitur in c.accedentes,col.vlt.in ix.concluſione,de præſcrip.& Iaſ.in d.§.libertus,in vj.effectu. & d. conſi.lxxiij.dubitatur,col.iiij.verſi.ſimiliter decuriones,lib.iij.& d.conſi.cj.immunitas,col.iij.verſ. quintò & adhuc,lib.iiij. Et hoc maiorem in modum comprobat,quod pulchrè decidit Alber. in 1.parte ſtatutorum.q.cxxij. quòd ſtante ſtatuto, quòd donum aliquod non poſsit fieri de bonis communis,niſi ſex partes conſilij concordarent,poterunt tamen quatuor partes ex ſeptem donare cauſa remunerationis,non obſtãte tali ſtatuto. Et ita dicit fuiſſe determinatum per collegium iudicum Pergami,vbi eſt huiuſmodi ſtatutum. Et idem in ſimili caſu conſuluit Alex. d.conſil. 44.col.antep.verſic.nec obſtat quòd ſtatutum communis Rodigij,lib.4. { Sed tu tamen interim vide Bald.conſi.383.quando ſuper facto,col.ij.verſic.his præmiſsis,lib.iij.}

*Idem in decurionib.prohibitis aliàs donare res ciuitatis.*

*Ciuitas ſubdita principi poteſt ob benemerita immunitatem perpetuã cõcedere.*

33 ¶ XX. poteſt iudex mulctas reorum aliaq; ad fiſcum pertinentia donare cauſa remunerationis, per l.diuus,ibi,vel ſi quid fortiter.ff.de bon.dam.& in l.in mulctarum.C.de modo mul.per quos text.ita voluit Rom.in repet.l.ſi verò.§.de viro,in xlviij.fal.ff. ſolut. mat. vbi dicit quòd ſecundum hoc debet intelligi.quod no.Guil.Cu.& Bart.in l.j.in fin.prin.ff.de iuſti.& iur.& Bar.in l.illud.C.de præb.ſala.lib.x.& Bal.in l.programma,col.ij.verſi.pone quòd præſes.C.commi.vel epiſ. dum dicunt,quòd poteſtas poteſt de bonis fiſci remunerare illum qui accepit malefactorẽ , & id quoq; voluit Barb.in d.tract.de præſtan.Card.in iij.q.j.partis,col.vj. & in rub.ext.de donat.col.j.

*Et in iudice ad fiſcum pertinentia donante.*

34 ¶ XXI. qui non longè abeſt à præcedenti. Iudex poteſt ob delinquentis merita & beneficia in remp.collata,pœnam vel minuere,vel omnino remittere, per text.in l.ij.§.poſtea cùm Appius.ff. de orig.iur.vbi cum Appius ſcriba librum legum Appio ſurripuiſſet,populoq; tradidiſſet,non ſolùm impunè tulit quòd ſurripuiſſet,ſed & præmiũ ob id quòd populo tradidiſſet,conſecutus eſt. Et text.non minùs notandus in l.non omnes.§.vlti.ff.de re mili.vbi ſcribitur ei parcendum eſſe, qui transfugit,& poſtea multos latrones depręhendit,transfugasq; demonſtrauit.Et poſteriorem text.dicit ſing.idem Rom.ſing.538.nullus niſi princeps,ex illoq; decidit pulchrum caſum.Sed & illos text.ad hoc expendit Barb.d.conſi.xj.col.iiij.lib.iiij.& d.conſi.xxvj.col.pen.eo.lib.ij.Et poſteriorem quoq; ad hoc annotat Rapha.Fulg.conſi.124.præſuppoſitis ſtatutis,col.vlt.vbi & ad hoc allegat l.quinq; ſummates.C.de decurio.lib.x.Sed & illum text.in d.l.non omnes,ad hoc ponderat Alex.conſi.xix.circa primum,ad fi.lib.vij.ad hoc quoq; citans l.ſi quis in graui.§. hi quoq;.ff. de Senatuſcon.Sylla.qui & mihi non admodũ facere videtur, quamuis & ante eum illũ ad hoc

*Idem in iudice pœnam minuente uel remittente.*

expenderit Bal.alicubi,vt paulo pòſt ſubiiciemus. Annotat etiam ad hoc text.in d.l.non omnes, Socin.ſi is eſt,in tractatu ſal.regu.229.lex generaliter loquens. Et eſt etiam bonus text. ſi ſolerter inſpiciatur,in l.j.ad fi.ibi,ob merita indulſit.ff.de conſtit.princip. & ſimilis text. in §.ſed & quod principi,verſic.planè ex iis. Inſtit.de iure nat.vbi gloſ.in verbo,ob meritum,ita illum tex.intellexit,& poſt eam Ioan.Plat.& Angel.Aret.

*Deprecatio quid apud Rhetores. Exempla deprecationis.*

35 ¶In hanc ſententiam locus eſt apud oratores,quam deprecationē vocant,de qua Tullius lib.veteris Rhetho.2. Deprecatio eſt,inquit,in qua non defenſio facti,ſed ignoſcendi poſtulatio continetur.Et paulò pòſt huius rei exemplum ſubiicit, vt ſi pro aliquo claro aut forti viro, cuius in remp.multa ſint beneficia,dixeris,poſsis &c. Et lib.j.artis Rhetoricæ ad Herennium,ſi eius ſit id opus. Deprecatio eſt cùm & peccaſſe,& conſultò feciſſe cōfitetur,& tamen poſtulat,vt ſui miſereantur.Subditq;,hoc in iudicio non ferè vſu poſſe venire,niſi quādo pro eo dicimus,cuius multa rectè facta conſtent. Additq;,hoc modo in loco communi per amplificationem iniiciemus, ꝙ ſi hoc feciſſet,tamen ei pro priſtinis beneficiis ignoſci cōuenire.Et eadem propè ſcribit in lib.ij. eiuſdem operis.Hoc genere deprecationis vtitur ipſe Tullius in oratione pro Annio Milone ſtatim in exordio,deprecās inter cætera,vt Clodij interitus Miloni propter multa illius præclara in rempu.merita condonetur. Idem in oratione pro Lucio Flacco refert Marcum Aquilium multis auaritiæ criminibus teſtimoniisq; conuictum , quia cum fugitiuis fortiter bellum geſſerat,à Romanis iudicio liberatum. Cuius etiam rei meminit idem Tullius in ſeptima , eademq; vltima actione in Verrem,ſtatim poſt prin.& in lib.ſecundo de Oratore. Et eius autoritate Liuius lib.ab Vrbe condita lx.in princ.ſi verum retulit Florus in epitome. Addit autem Cicero in ea oratione pro Flacco,ſe conſulem C.Piſonem defendiſſe, qui quia conſul fortis conſtansq; fuerat,incolumis eſt reipub.reſeruatus:refertq; alios ob idipſum quoque abſolutos. Et paulò infrà, Semper, ait,graues & ſapientes iudices in rebus iudicandis , quid vtilitas ciuitatis, quid communis ſalus, quid reipub.tempora poſcerent,cogitauerunt.

*Hiſtoria de M.Horatio.*

36 ¶Liuius autor grauiſsimus,cuius nuper meminimus,lib.j.ſcriptū reliquit,M.Horatium,qui paulò antè imperiū po.Ro.ſua virtute peperiſſet,quippe qui ter geminos Curiatios interemerat, ſororemq; ſuam,dum rediret à victoria,obuiam ſibi factam,mortem vnius ex Curiatiis, cui deſponſata fuerat,flentem,gladio trāsfixit,à po.Ro.abſolutum fuiſſe magis admiratione virtutis , quàm iure cauſæ:vt tamen cædes manifeſta aliquo piaculo lueretur,imperatum patri Horatij,vt filium expiaret pecunia publica.Quam hiſtoriam etiam conſcripſit Ariſtides Mileſius in lib.Italicarum rerum,& Dionyſius Halicarnaſſeus lib.iij. Et Cicero in illa oratione pro Milone.Valerius Max. rerum memorabilium lib.vj.c.iij.& iterum lib.viij.c.j.& Plutarchus in ſuis Parallelis,vbi & teſtimonio Demarati rerum Arcadicarum lib.ij.eandem quoque refert hiſtoriam accidiſſe apud Tegeatas.& Feſtus Pompeius quo loco de ſororio Tigillo diſſerit.

*M. Horatius magis admiratione uirtutis,quàm iure cauſæ à pop. Rom.abſolutus.*

*Lucanus quidam miles apud M.Fabiū accuſatus. Præclarū Fabij Maximi factum.*

37 ¶Aliam hiſtoriam huic loco maximè congruentem recenſet ipſe Plutarchus, tum in vita Fabij Maximi,tum in Romanorum apophthegmatis , quòd cum miles quidam Lucanus apud ipſum Maximum eſſet accuſatus,quòd mulieris amore noctu ſæpe in caſtris vagaretur,cæterum mirabili armorum virtute vir eſſe narraretur,mulierem quam deperibat,depræhendi eo clam iuſsit,& ad ſe duci. Vt autem adducta eſt,accerſito homine,quòd contra legem,inquit, pernoctes , haud me latuit,ac ne prius quidem latuerat,quòd probitati ſtuderes : quare fortiter tuis ac rectè factis errata condonentur. Reliquum nobiſcum eris:habeo enim ſponſorem. & adductam muliérculam ei commendauit ac tradidit. Quam rem etiam retulit Plinius , ſiue is eſt Suetonius , vt alij contendunt,ſiue Cornelius Nepos,vt & aliorum eſt ſententia,in lib.de viris illuſtribus,quo loco de Fabio Maximo ſcribit & Valerius Maximus lib.vij.c.iij.

*Ionathas morte edicto propoſita liberatus ob deuictos Philiſthæos*

38 ¶Sed & id quoque exemplo diuinorum librorum poſſumus comprobare. Ionathas enim contra regis edictum fauum mellis ante veſperū comedit:tamen quia illa ipſa die Philiſthæos deuicerat, ſalutemq; in Iſrael fecerat,piis populi precibus liberatus eſt à morte edicto propoſita,cuiq; iā per patrē fuerat deſtinatus,ſicuti ſcribitur j.Reg.xiiij.& repetitur in decretis canonicis xxij.q.ij.§.vlti. Et hoc quidem ad hoc propoſitum ponderauit Ioan.de Lig.in tractatu de bello.c.xxix.

*Confirmatio præcedētium.*

39 ¶Prædicta confirmantur per id quod pulchrè & eleganter conſuluit Bal.conſi.liij.item prouiderunt & ordinauerunt,lib.ij.quòd prouiſiones generales ſtatutorum recipiunt tacitas exceptiones propter caſus emergentes , in quibus oportet ſpecialiter prouideri. vnde ſuadente cauſa ſpeciali ceſſat prouiſio generalis. Hinc eſt quòd propter ſingularia merita ſingularis fit prouiſio, quæ ſecundū generalia ſtatuta non poſſet fieri,per d.l.ſi quis graui.§.is quoque,qui legitur cū §.vtrùm, vbi dicit notab.Bart.quòd ſi eſt prohibitum forenſi acquirere poſſeſsionē in ciuitate,tamen propter ſingulare meritum,vt quia multùm operatus eſt in recuperatione alicuius caſtri rebellantis, poteſt hoc ei concedi.hæc Bal.qui ad hoc dicit facere d.l.Aquilius,& l.ſi pater.ff.de donat.

*Suadente cauſa ſpeciali ceſſat prouiſio generalis.*

*De eadem re. Berenice meritis ſuorum abſoluta.*

40 ¶Quin huic rei tantum tribuere antiquiores,vt non ſolum propter merita illius propria,qui deliquit,ſed & maiorum coniunctorumq; ipſius delinquentis,illum mitius punirent,aut impunitum relinquerent.quod hinc conſtat,quòd Berenice aliis Pherenice dicta cognomēto Calipatera,cùm virum habitu mentita ludis interfuiſſet,vbi Piſithodum filium coronatū vidit,cognitaq;,ac quęſtione habita,quòd ad ludos mulieribus interdictos veniſſet,meritis ſuorum abſoluta eſt , cū tamen ſecundùm legē ex Typeo prærupto monte præcipitabātur quę id feciſſe eſſent deprehenſæ.

Autores



*Merita parentū ad liberos tranſeunt.*

Autores Pauſanias lib.v.& Aelianus de varia hiſtoria.Et apud Liuium lib.3.Appius dum in vincula duceretur,maiorum merita in rempublicam commemorabat,quò pœnā deprecaretur.Nam & merita parentum ad liberos quoq; tranſeunt,vt eleganter reſpondit Bal.conſ.ccclv.præmittēdum eſt ad euidentiam quod priuilegium,col.ij.lib.j.Quem ita refert & ſequitur Socin.conſ.84. accuratiſsime,col.iij.verſ.ex quibus in propoſito,lib.iij.Ideóq; & Tullius in eodem lib.ij.de inuētione,quo loco de deprecatione diſſerit.Oportebit,ait,eum qui ſibi vt ignoſcatur poſtulabit,cōmemorarare ſi qua ſua poterit beneficia,& ſi poterit,&c.Et paucis interiectis,deinde maiorū ſuorum beneficia,ſi qua extabunt,proferre.Tacitus autem lib.xj.tradit Plautio Laterano mortē quā ex ſceleribus meruerat,fuiſſe remiſſā ob patrui egregium meritum.{Marius autē in oratione apud Salluſtiū in Iugurtha:Ad hoc(ait)alij ſi deliquêre,vetus nobilitas, maiorū facta fortia præſidio adſunt.Quint.lib.vj.c.j.Periclitantē(inquit)cōmendat dignitas,& ſtudia fortia,& ſuſceptæ bello cicatrices,& nobilitas,& merita maiorum.Nam & aliâs quoq; videmus apud nos,filios remunerari ex parentum meritis.l.iij.ff.de priuileg.vetera.& l.nemini,verſ.filios autem,& l.petitionem,verſ. filiis ſcilicet.C.de aduoc.diuer.iudic.& l.iubemus.verſ.& filios.C.de aduoc.diuerſ.iudi. quos text. ad hoc citat Rom.conſ.xxix.in cauſa maioriæ.}

*Plautio Laterano mors remiſſa ob patrui meritum.*

*Manlii Capitolini egregia facta. Idem patronus à ciuibus appellatus. Idem ob regni affectationem de ſaxo Tarpeio præcipitatus. Senatuſconſultum factū ne cui de Manlia gente Marco cognomen eſſet. Exemplū eiuſdem rei in Sp. Melio. Et in Gracchis. Et in Saturnino.*

41 ¶Quæ omnia velim intelligas,ne tu erres,niſi quis grauiſsimum atrociſsimumq; facinus in rēp. commiſiſſet.Neq; enim magis ſua ipſius merita & beneficia à pœna tam ſceleſti facinoris vindicare debent,quàm olim vindicarunt Manlium Capitolinum ob defenſum Capitolium dictum, quin & ſi ſexdecim annorum voluntarium militem pro Repub.ſe obtulerit,triginta ſeptem militaribus donis à ſuis ducibus ornatus,viginti tres cicatrices in pectore habuerit , capta vrbe autor in Capitolium fugiendi quadam nocte clangore anſeris excitatus Gallos aſcendentes deiecerit,patronus à ciuibus appellatus,& farre donatus fuerit,domum etiam in Capitolio publicè acceperit:tamen quoniam regnum affectare,& ita libertatem reipub.opprimere conuictus eſt,nulla ſuorum tantorum in rempublicam meritorum ratione habita,ex ſententia Rom.Pop.à quo bonam partem legum noſtrarum habuimus(ne quis forte contra legem id factū contendat)de ſaxo Tarpeio præcipitatus eſt,domus illius diruta,& bona publicata,in eiuſq; notam factum ſenatuſconſultum,ne cui de Manlia gente Marco cognomen eſſet.autores Liuius lib.vj.Valerius itē lib. vj.cap.iij.Plinius,ſi is fuit,in lib.de viris illuſtri.& Plutarchus in Camillo. {Et de hac re loquens Portius Latro in declamatione in Catilinam:Recte igitur maiores noſtri ſummis laudibus efferēdi ſunt,qui Sp.Melium,qui Gracchos,qui Manlium Capitolinum, qui Druſum,qui Saturninum fortiſsimos homines & reipublicæ ſæpenumero non mediocriter opitulares,quòd deueniſſent in affectatæ tyrānidis ſuſpicionē,morte mulctādos eſſe putauerūt. Nec Spuriū Meliū fauor ampliſſimus ciuitatis:nec Gracchos aui ſui ampliſsimi viri memoria:nec Mālio celeberrima gloria Capitolij liberati,nec Druſo ſanctiſsimi ſui penates:nec Saturnino ius ſacroſanctæ dignitatis auxiliata eſt.Hæc ille.{Quod nimirum confirmat quod in ſimili tradit Cæpola cautela iij.incip.propter maximā.& quæ diximus in cauſis minuēdæ pœnæ in 49.cauſa.vbi hāc rē latiſsimè tractauimus.

*Onus ſoluēdi gabellas remiſſum propter remunerationem.*

42 ¶X X I I.caſus aſſumitur ex l.cum nauarchorum.C.de nauicul.li.xj.vbi remittitur onus ſoluēdi gabellas propter remunerationem,quod aliàs remitti nec debet nec poteſt, ſicuti per illum text. annotauit Ludouic.Rom.in repetit.d.l.ſi vero.§.de viro.in d.xlviij.fal.ff.ſolu.matr & Barb.d.cōſ. xj.col.iiij.lib.ij.& d.conſ.xliiij.col.vlt.eo.lib.ij.Quod dictum credo eſſe verum ex iis quę diximus in duobus præcedentibus effectibus.Sed an id probetur ex d.l.cæterorum ſit iudicium.

*Princeps uel ciuitas donās rem unius alteri cauſa remunerationis.*

43 ¶X X I I I.ex l.item ſi verberatum.§.j.ibi,item ſi forte ager.ff.de rei vendi.& l. Lucius.in princ. ibi,partim veteranis in præmia aſsignatus.ff.de euictio.Ex quibus probatur quòd poteſt princeps vel ciuitas rē vnius alteri donare & aſsignare ex cauſa remunerationis rei bene geſtæ pro republica.& ita per illos tex.voluit{Ang.in l.3.§.ſi is pro quo.ff.quod quiſq; iuris.}Fulg.conſ.144.Antonius de crimine.col.ij.verſ.in oppoſitum arguitur.Pau.Caſt.cōſ.178.donatio prædicta.in fi.lib. 1.Ro.conſ.310.in caſu propoſitæ conſultationis.col.j.Phil.Dec.{conſ.269.cōſultus ab illuſtri,col. 3.dum allegat Pau.vbi ſuprà}conſ.271.in caſu tranſmiſſo.col.3.verſ.vlterius etiā.{& rurſus in addit.illius conſ.col.vlt.}& conſ.286.in cauſa communitatis,col.3.verſ.venio ad ſecundū, {& conſ. 357.in cauſa magnifici,col.2.verſi.conſiderandum eſt.}& conſ.390.quoniam ex facto,col.v.verſ. ſecundo eſt ponderandum.{& Ludo.Gozad.qui alios allegat,conſi.j.Deus ſcrutator,col.ix.num. 36.& conſ.26.in cauſa illuſtriſsimorum,nu.10.}Et ex illis iuribus paſsim noſtri doct.tradūt poſſe principem ex cauſa publicæ vtilitatis rem alterius auferre,vt Bart.in l.quæcunq;,in fi. C. de iur. fiſ.lib.x.{Io.Fab.in l.bene à Zenone,poſt princ.C.de quad.præſcrip.} & Bal.in l.reſcripta.col.vlt. verſ.tertio quæritur.C.ſi con.ius vel vti.publ.& Alexan. latè conſ.xciij. viſis & ſæpius recenſitis, col.pe.lib.v.Sed quod ad cauſam remunerationis etiam priuatim pertinet,eſt & alius bonus tex. quem citat Rom.vbi ſupra in l.ij.C.quib.ex cauſ.ſer.pro præ.lib.accip.vbi ex ea cauſa cogitur dominus ſeruum manumittere.Et vt ſcribit Tullius in oratione pro Cornelio Balbo, Seruos bene de rep.meritos perſæpe libertate publicè donari videbamus.

*Princeps ex cauſa publica poteſt rem alterius auferre.*

*Libertus patroni partem imminuens remunerationis cauſa.*

44 ¶X X I I I I.erit tex.not.in l.viuus libertus.ff.ſi quid in fraud.patron.reſtringens omnia iura prohibentia ne libertus donare poſſit,quo minùs legitima patronorum pars ad eos perueniat,vt l.j. & per totum.eo.tit.vt videlicet procedat,niſi libertus bene merentibus donauerit:quo caſu poteſt patroni partem minuere,vt illic cauetur.& illum tex.ad hoc not.Bal.in l.ij.in iiij.oppo.C. de

inoffi.dona.& Rom.in repe.§.de viro,in l.ſi verò,in xlviij.fal.verſ.vj.ff.ſolut. matri.{ Alex. conſ. lv.conſideratis verbis dicti ſtatuti,col.ij.verſ.& ſubdit ibi,lib.ij.}& Barb.{in d.rubr. de donat. vbi eum tex.dicit ſing.&}d.conſ.ij.col.j.lib.3.& Corn.conſ.clxxviij.in hac conſultatione,col.vlt.lib.2. & Iaſon in auth.vnde ſi parens,col.vlt.C.de inoffi.teſta.& in d.l.ex hoc iure,in x.effectu obligationis antidoralis.ff.de iuſtit.& iur.& in d.§.libertus,in viij.effectu.Et vide gloſſ.in l.patronus.ff. de probat.diſputantem de intellectu d.l.viuus.

*Eadẽ de cauſa res ſubiectæ reſtitutioni alienantur.*

45 ¶X X V.{quod tradit Iaſon,qui id ſing.in auth.res quæ,col.ij.in v.limitatione.C.commu.de leg. quòd}res ſubiectæ reſtitutioni,& quæ propterea alienari prohibentur per{l.vlt.§.ſed quia noſtra, & ſeq.C.eo.tit.}poſſunt tamen alienari ex cauſa remunerationis,{quia aliàs prohibita alienari,poſſunt tamen ob hanc cauſam alienari.}quanquam illud non audet aſſeueranter aſſerere,ſed cogitã dum relinquit,malens aliorum iudicium expectare,quàm litem ſuam facere,quoniam id expreſsè cautum non ſit.{Sed & hoc ipſum intrepidè tenet Firmia.in tracta.gabel.in iij.parte viij.partis princip.in xxxiiij.quæſtio.vbi id dicit ſing.idq; ipſum voluiſſe Bart.in j.conſtit.ff.in prin.col.vlt. qui tamen id non dixit,ſed aliud quod dicemus in ſeq.verſ.}

*Et res à iure aliàs alienari prohibitæ.*

46 ¶X X V I.caſus erit generalis,vt quæ aliàs à iure alienari prohibentur,poſſunt tamen ob remunerationem alienari,ſi credimus Bartol.id generaliter affirmãti in ſupraſcriptione procemij ff.col. vlt.& Pan.in c.per tuas,col.ij.verſ.in gl.j.in fi.ext.de dona.& Iaſ.in d.l. ex hoc iure,in 8. effectu, {& ibi Claud.Scyſel.in 4.effectu,& eundem Iaſ.}& in d.§.libertus,in vj.effectu.{& conſ.ccxxvij. Caro.olim,col.viij.verſ.octauò facit,lib.ij.& d.conſ.lxxiij.col.iij.verſ.mouet in primis,lib.iij. Phil. Dec.cõſ.ccxxxij.dura & admodum rigoroſa,col.ij.verſ.accedit etiam,Io.Lup.in d.rubr.de dona. inter vir.& vxo.d.§.50.}Et bene facit quod ſcribit Bal.in c.edoceri,col.3.verſ.ſi inſtrumentũ dicit donauit,extra de reſcrip.quòd vbi merita adſunt,non præſumitur fraus ex aliquo interdicto,per glo.in l.qui teſtamentum.ff.de probatio.

*Vbi merita adſunt non præſumitur fraus.*

*Inſinuatio nõ habet locũ in donatione remuneratoria.*

47 ¶X X V I I.donatio remuneratoria non indiget inſinuatione.l.Aquilius.& ibi gl.in verbo, mora.{Alber.qui dicit alibi ſe non legiſſe,{Bart.Imo.& omnes.ff.de donatio.{Dyn.& Alber.in l.ſi pater.§.vlt.ff.eod.tit.}Oldra.conſ.v.Titius dedit duobus.& conſ.ccxiiij. ad habendum aliqualẽ notitiam.& Io.And.in addit.Spec.tit.de inſtr.edi.§.porrò,col.vlt.Guil.Cun.in l.illud, & ibi etiã Bal. col.pen.q.iiij.& Saly.C.de ſacroſanct.eccle.Alb.& Saly.in l.vlt.C.de pact.Bal.in l.ij.ante fin. C.ne lice.poten.& in d.l.ſi cum mihi.ff.de dolo.& in l.ſi pater.C.qui bon.ced.poſſ.& in l. ſi tibi peculiam,in lect.antiqua.ff.ſi cert.pet.& in l.ſi mortis,verſi.quæro an donatio,C.ad legem Falc. & in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hæred.in vtraq; lect.& ibi quoq; Ang.qui ad hoc dicit ſingu. glo.in d.l.Aquilius.& idem Bal.{in l.idemq;.§.vlt.ff.mand.&}in addi.Spec.tit.de donat.verſ.quid ſi pater,& Ang.in l.ſancimus.C.de donat.& in l.vlt.in prin.C.de iure dot.& in l.cùm multæ.quę eſt vlt.in prin.C.de donat.ante nupt.& in l.j.§.ſi pater.ff.pro don.& conſ. clxxix. viſis prædictis inſtrumentis,col.vj.verſ.venio ad tertium.Flor.in l.quæ pater,col.iij.ff.fami.erciſ.& Rom.in d.l.ſi pater.§.j.ff.de donat.& conſ.xxvj.cuius eſt initium pro deciſione eorum,col.j.verſ.his tamen nõ obſtantibus,vbi & ad hoc allegat tex.in auth.eò decurſum.C. manda.{ & iterum conſ.xcv. viſo prius donationis inſtrumento,in fi.Ang.Aret.in §.aliæ,col.vlt.Inſt.de donat.& iterũ in §.in perſonam,col.vij.verſ. ſecundò & principaliter. Inſtit.de actio.}& Soc.conſ.lxv.circa primam quæſtionem,col.v.verſ.item videtur fuiſſe facta.& conſ.ſeq.col.ij.lib.j.& Barb.{in rub.de dona.vbi ad hoc dicit ſing.gl.in d.l.Aquilius,&}conſ.xj.illud afferam,col.iiij.lib.ij.& conſ. xxvj.ſapienter ſcripſit,col.pen.eod.lib.ij.& d.conſ.ij.in prin.lib.iij.& conſ.xlj.Deum inuocent, col.vj.eod. lib. iij. & conſ.lj.clementiſsimum Deum,col.vlt.lib.iiij.& Phil.Corn.conſ.cxciiij.videtur in præſenti conſultatione,col.j.lib.iij.& Alex.conſi.xxx.ponderatis his,col.ij.lib.iij.{Franc.Aret.in l.Iulianus.§.j. col.iij.ff.de verbo.oblig.} & Guil.Pap.q.xcv.dubitabatur,& conſ.xxxiiij.nobilis Catharina,col.ij. verſ.& ſi dicatur.& Fortu.Gart.in l.iuriſgentium.§.quinimo,col.32.verſ.pręterea adde.ff.de pact. Iaſ.conſ.cxlix.circa primum conſultationis articulum,col.ij.verſ.nec obſt. ſi diceretur, lib.iiij.} & Claud.Scyſel.in d.l.ex hoc iure,col.ij.in ij.effectu,de iuſtit.& iure.

*Donationes ſunt ſtricti iuris.*

*Niſi ſint remuneratoriæ.*

48 ¶X X V I I I.licèt donationes quodã reſpectu ſint ſtricti iuris,vt cæteri contractus,l.quicquid. ff.de verb.oblig.tametſi aliàs latiſsimè ſint interpretandæ,per c.cùm dilecti,extra de donat. tamẽ quæ ob remunerationem fiunt,latiùs prætereà interpretari debent,vt tradit Phil. Dec. conſ.468. ſuperiori anno,col.iij.nu.14.& iterum conſ.ccccxcviij.viſo caſu propoſito,col.ij.nu.11. verſ.accedit,& vtrobiq; per not.per Alex.in l.iij.in princ.col.j.verſ.ſecundò limita.ff.quod quiſq; iuris. Et hoc quoque ante hos tenuit Pan.conſ.xxx.videtur primò,col.ij.verſ.quintò & vltimò,col.ij. lib. 2.& ita quidem vt potiùs præſumatur realis & tranſmiſsibilis ad hæredes,quàm perſonalis,vt pulchrè reſpondit Pet.Anch.conſ.cccxxvij.diſcurrit materia,col.ij.verſ.tertiò debet attendi. Nam & Bal.conſ.ccccix.quod dictus,ad fi.lib.v.dicit quòd quæ bene merentibus conceduntur, efficaciùs conceduntur,per l.3.§.hi quoque.ff.de ſenatuſc.Sylla.& l.j.§.j.ff.de iuſtitia & iur.& ibi Gui.Cu.de quo etiam vide quæ dicemus infrà nu.85.& ego.

*Statuta cõprehendunt etiã forenſes propter benemerita.*

49 ¶X X I X.quod præcedenti congruit,licèt aliàs ſtatuta non cõpræhendant forenſes, ſed tantùm ciues,& eos quidem habiles:compræhendunt tamen forenſes,& aliàs inhabiles, propter benemerita.verbi gratia,ſi ex ſtatuto forenſes non poſſunt acquirere bona,poſſunt tamen ex cauſa bene meriti,vt ſi fiat ſtatutum quòd quicunque dederit tale caſtrum,habeat talem poſſeſsionem,forẽſis



ſis idipſum faciens acquirit eam poſſeſsionem,licèt aliàs incapax. Bart. in d.l.iij.§.hi quoq;.quem legit cum §.vtrùm,& ibi quoque Bal.ff.de S.C.Sylla.& dicit præterea ipſe Bald.quòd aliàs incapaces beneficiorum ſuæ ciuitatis,ipſum quoque præmium accipere debent.}

*Actus aliàs dubius præſumitur donatio ob benemerita.*

50 ¶XXX.licet aliàs in dubio non pręſumatur donatio per l.cum de indebito.ff.de proba.cum multis ſimil.& concord.à me citatis poſtea in ead.glo.nu. 206.incip.in dubio autem. Tamen merita præcedentia faciunt,non tantùm ſimpliciter præſumi donationẽ,ſed vt actus geſtus aliàs dubius præſumatur donatio,per tex.not.in d.l.ſi verò non remunerandi.§.idem Papin. & ibi glo. Bart. Bal.& alij.& gl.in l.vtrùm.ff.de donat.inter vir.& vxo.& in l.quæ dotis,& ibi Bal.ff.ſolu.matr.& Bal.in l.2.col.j.& iterum in l.generaliter,in iiij.oppo.{ C. de non nu.pec. & in l.ij.in j. quæſt.}C. de iure dot.& in l.j.col.iij.verſ.quæro circa hoc.C.de confeſ.& in l.ij.§.creditũ,in j.oppo.ff.ſi cert. pet.& in l.cùm quid,col.ij.& iterum col.vlt.ff.eo.tit.vbi & ad hoc allegat l.ſi teſtamento.§.j.ff. de fideiuſ.& in c.ſi cautio,col.j.de fide inſtr.& idem Bal.{conſ.ccxcviij.hæc materia,in fin. lib.j. &} conſ.lxv.incip.ſi vnus ex fratribus,in fi.lib.v.& Rom.in repet.d.l.ſi verò.§.de viro, in xviij.falle. ff.ſol.mat.& conſ.cxlvj.incip.iſta quæſtio,col.vlt.& Ang.in d.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit, in fi.ff. de petit.hære.& Pau.Caſt.in l.traditionibus.C.de pact.Firmia.in tract.de epiſcopo , in iiij.parte, lib.4.in lxj.quæſt.in fi.Alex.& Iaſ.in d.l.ſi diuortio.ff.de verb.oblig.Corn.conſ.j. in hac conſultatione,col.ij.verſ.& licèt aliàs,lib.j.{& conſ.ccxix.licèt videatur, colum.vlt.lib.j.}& d. conſ.114. col.j.lib.iij.Iaſ.in d.l.ex hoc iure,in quinto effectu,vbi ad hoc dicit ſing.tex.in d. l.ſi verò non remunerandi.§.idem Papin.{& ibi Claud.Aquen.col.xj.in quinto effectu,}& idem Iaſ.in d.§.libertus.in quarto effectu,& ibi ante eum Socin.ad fi.& Hiero.Grat.conſ.xciij.in cauſa excellentiſsimi,col.vlt.nu.17.lib.j.vbi dicit quòd aſſerens contrarium,debet liquidiſsimè probare.

*Merita faciũt præſumi remiſsionem iniuriæ præcedentis.*

51 ¶XXXI.qui à præcedenti non admodum diſtat,quòd etiam merita faciunt præſumi remiſsionẽ iniuriæ præcedentis,per l.in ipſius.C.famil.herciſcund.vbi ex hoc not. Bald. quòd ſi inimici ſibi faciunt inuicem grata ſeruitia,præſumitur remiſſa iniuria.Et bene facit quod voluit ipſe Bal.in l. liberi.C.de inoffici. teſtamen. quòd ſi filius commiſit cauſam ingratitudinis,gratitudo & merita poſtea ſecuta tollunt ingratitudinem præcedentem : quod & traditur per recentiores in l.j.ff. ſol.mat.& in l.fratres.C.de inoffi.teſta.Et hunc caſum ponit Iaſ.in d.l.ex hoc iure, in xij.effectu. & iterum in xix.nam hunc duplicat,& in d.§.libertus,in xj.effectu.

*Reſcriptum præſumitur conceſſum ad poſtulationem partis.*

*Niſi præceſſerint merita.*

52 ¶X X X I I.licèt in dubio præſumatur reſcriptum conceſſum ad poſtulationem partis, nõ motu proprio,c.ſi motu,de præb.lib.vj.& not.Bart.& alij in l.ſi quis iniquum,in princ.ff.quod quiſque iur.cum concord.ibi adductis à recentioribus.Fallit tamen cùm præceſſerunt merita illius,cui reſcriptum conceſſum eſt.nam ob ea præſumitur fuiſſe conceſſum motu proprio concedentis , vt voluit Guillielmus Cum.in d.l.ſi quis iniquum.§.ſi procurator,arg.d.l.ſi verò non remunerandi. §.idem Papin.ff.mandat.& ſequitur Alber.in l.j.in princ.in v.oppo.ff.eod.quod quiſq; iur. Alex. qui dicit menti tenendum,Soci.qui dicit not.& Iaſ.in d.l.ſi quis iniquum,in prin.ille col.j.in ij.limit.alter col.item j.in j.limit.hic col.ij.in ij.limit.Phil.Dec.col.ij.in ij.item limit. & ipſe Iaſon in d. l.ex hoc iure,in iiij.effectu,& ibi Clau Aquenſ.col.pe.in viij.effectu,& idem Iaſon in d.§. ſi libertus,in iij.effectu,& Lud.Gozad.conſ.xxvj.in cauſa illuſtriſsimorum,col.iij.nu.17.dum citat Alex. in d.l.3.quod quiſq; iur.Et bene facit quod dicit Bald. in l.quod fauore , in ij.oppoſit.poſt Iacob. But.C.de legib.quòd reſcriptum motu proprio conceſſum,præſumitur conceſſum ob meritum. Et quod ſcribit idem Bal.conſ.ccccIxxxiij.viſa immunitate,circa medium,lib.ij.}

*Mẽtio mortis facta in donatione facit præſumi donationem cauſa mortis.*

*Niſi merita donatarii præceſſerint.*

53 ¶X X X I I I. qui & non multùm abeſt à ſuperioribus,licèt aliàs cũ in donatione fit mẽtio mortis,vt ſi dono tibi poſt mortem meam,in dubio præſumatur donatio cauſa mortis,ſecundũ Bar. in l.vlt.col.iij.verſ.tertiò quæro,& ibi quoq; recentiores.C.de pact.per l.Seia.ff.de dote prælega. & l.Seia,& l.vbi mortis.ff.de donat.cauſa mort.Tamen ſi merita donatarij præceſſerint , præſumetur potiùs donatio inter viuos,vt ita ſit efficacior,vt not.voluit Bal.in l.ſi mortis,ante mediũ. C.ad legem Falcid.per not.in d.l.quæ dotis.ff.ſol.mat.vbi Alex.col.iiij.& v.adſcribit viij.limitationes ad eam regulam,qua diximus donationem in qua fit mentio mortis, præſumi factã cauſa mortis.Sed hanc tamen prætermiſit,non minùs illis omnibus,ſi non magis,notandam.

*Donatum officiali aut prælato benemerito, id ſemper præſumitur donatum fauore perſonæ,nõ officii.*

54 ¶X X X I I I I. Licèt cùm quid donatur officiali,aut prælato,legato,aut alteri, dubitetur an id ſit donatum contemplatione ſacerdotij vel muneris,an verò perſonæ,de quo per gl.& doct.in l.qui proprio.§.procurator.ff.de procu.& in l.ſi verò.§.item quicquid.ff.ſolu.matr.& Cano.requiſiſti, extra de teſta.cum ſimi.Tamen reiectis omnibus aliis cauſis & diſtinctionibus ſi donatum ſit officiali aut prælato benemerito de donante,id ſemper præſumatur donatũ fauore & reſpectu perſonæ non officij ſiue ſacerdotij,vt ſing.reſpondit Bal.conſ.cxciiij.præmiſsis verbis , col.j.in fi.lib. 2.per not.in d.auth.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſta.& in d.l.ſi donatione.C.de collatio.& idem voluit Albe.in l.j.col.j.verſ.ſed an relictum,ibi,idem ſi ſuus.C.de ſacroſanct.eccle.& Socin.in l.2. col.iij.verſ.circa tertiam.ff.de reb.dub.& vide infrà nu.74.

*Priuilegia ſuapte natura perſonalia.*

*Et ſtrictè interpretanda.*

55 ¶XXXV. Licèt in multis caſibus ſit dubium an appellatione filiorum contineantur nepotes,de quo latè diximus in noſtro tract.primige.in qu.xl.nu.54.incip.15.ratio,& 3.ſeq.& iterum nu.155. incip.23.licèt aliàs,præſertim verò in priuilegiis quæ ſuaptè natura ſolent eſſe perſonalia, vt not. in l.priuilegia quidem,& in l.in omnibus cauſis.ff.de reg. iur. & in c.priuilegium,eo.tit.lib.vj. Et quæ item aliàs ſunt ſtrictè interpretanda,Bart.in l.vlt.col.2.ff.de conſtit.prin.& in l.j.ad fin.C.de

iur.&

iur.& fact.ignor.Pan.in c.olim.in fi.extra de verb.ſigni. Tamen ſi fuerit conceſſum priuilegium cuipiam & eius filiis ob ipſius merita,haud dubie intelligitur de nepotibus. Ita enim ſing.voluit Bal.conſ.ccciij.ad euidentiam præmittendum eſt,quòd appellatione,col.ij.verſ.item iſta interpretatio, lib.ij.Nam & aliàs cùm agitur de remuneratione,debet fieri lata interpretatio , vt dicemus infrà,nu.85.& ego huic.}

*Niſi agatur de remuneratione.*

56 ¶XXXVI.Licèt ſtipulatio ſine cauſa non valeat,aut certè illi obſtet exceptio l.ij.§.circa.ff.de except.dol.Tamen ſi ſint merita præcedentia,valet,vt voluit Bal.in d.l.generaliter,in 4. oppo. C.de non nu.pecu.{& in l.& ſi inutiliter,quæ eſt ij.ad fi.C.de fideic.}& Fely.in c.ſi cautio, col.v.verſi. fallit xiiij.& iterum verſ.fallit vltimò,extra de fide inſtr.Iaſ.nullam Bald.nec Fely.mentionem faciens in d.l.ex hoc iure,in vij.effectu.{& ibi Claud.Aquen.col.pen.in ix. effectu.& idem Iaſ. } in d.l.libertus,in x.effectu.& Lancel.Gali.in rubr.ff.de verb.oblig.col.xxxvj.verſ.item iſta obligatio. & Fortu.Gartia.in l.iuriſgentium.§.quinimo, col.xxxiij.verſ.ego verò de tali.ff.de pactis.

*Stipulatio ſine cauſa non ualet. Niſi merita præceſſerint.*

57 ¶XXXVII. Depromitur ex tex.memorabili in d.l.Aquilius.ff.de donat.Ex quo not.Bart.ibi, in iij.oppo.poſt gl.ij.quòd licèt iudices non poſsint à ſubditis munera accipere,per d.l.j.§.prouincias.C.de contra.iudi.poſſunt tamen ex cauſa remunerationis.Quod & ſequitur Roma.ibi, poſt prin.qui id reputat ſing.& Iaſ.in l.in principalibus,col.iij.in vj.limitatione {& ibi quoque Philip. Dec.col.vlt.in iiij.fallent.}ff.ſi cert.pet.& Paris de Pute.in tractatu ſyndi.in verbo, contrahere.§. officiales. in fi. Quanquam contrarium cenſuit Alc.ibi paulò ante fi.& lib.παρέργων.ij.cap.xlix. Nam vt dicit & quidem veriſsimè,d.l.Aquilius,nõ de prætore loquitur,ſed de Nicoſtrato ipſius præceptore,aut rhetore cuius meminit Suidas.Et lex id prohibens generalis eſt , fierétque facilè fraus ei l.ſi illam priorem opinio.admitteremus.}

*Iudices à ſubditis non poſſunt munera accipere. Niſi ex cauſa remunerationis.*

58 ¶XXXVIII. Licèt donans habeat beneficium ne conueniatur vltra quàm facere poſsit.l.inter eos.§.is quoque.ff.de re iudic.cum ſimil.fallit tamen in donatione remuneratoria, vt pulchrè voluit Ang.in l.ſed hoc ita,quam legit cum l. non tantum. ff.de re iudic. quod dictum ſequitur Alex.in l.ſunt qui in id,eo.tit.& in ea.l.non tantum.col.vlt.& iterum pro eleganti reaſſumit Ro. d.conſ.xxvj.col.ij.verſ.tertiò quia licet donans.& ſequitur etiam idem Rom.in l.ſi pater.§.vlt.ff. de donatio.& Ioan.Plate.in §.ſed & ſi,col.vlt.Inſti.de actio.& Barb.{in d.rub.de dona.vbi id elegãs dicit,&}in tract.de præſtant.Card.in iij.q.j.partis,col.vj.vbi id dicit not.& d.conſ.xxviij.col.j. lib.iij.& d.conſ.xlj.col.vj.eo.lib.iij.Iaſ.in d.l.ex hoc iure,in 7.effectu{& ibi Claud.Aquen.col. pe. in vij.effectu.}ff.de iuſt.& iu.& idem Iaſ.in d.l.ſi non ſortem.§.libertus, in 17.effectu.ff.de cond. indeb.& in l.inter eos,col.j.verſ.limita not.cum ſeq.ff.de re iudi.{Io.Lup.in d rub.de donatio.inter vir.& vxo.§.50.col.2.Et vide quæ dicam infrà hac eadem glo.num.144.nec etiam legem.

*Donans perdit beneficiũ ne conueniatur ultra quã facere poteſt, ex cauſa remunerationis.*

59 ¶XXXIX. Licèt donans quando incipit à traditione,non teneatur de euictione.l.Ariſto , §.vlt. & ibi gl.& Bar.ff.de dona.ſecus tamen ſi donauerit cauſa remunerationis,vt{per tex.in l.idémq;. §.vlt.& l.ſeq.& l.ſi verò non remunerandi,in prin.ff.manda.}voluit ipſe Bart.poſt Rayn. & Iac. Aret.in l.Iulianus.§.qui fundum,& ibi etiam{Albe.col.vlt. } Alex.Franc.Aretin.{qui ex hoc dicit ſing.limitari d.l.Ariſto.}Pet.Beſu.& Iaſ.ff.de verb.oblig.& idem Bart.in l.idémq;.§.vlt.cum l.ſeq. per illum tex.ff.mand.& Alex.conſ.xlvij.cuius eſt initium,viſis inſtrumẽtis diuiſionis,col.ij.verſ. confirmantur prædicta,lib.3.{Ang.Aret.in §.in perſonam,col.7.verſ.ſecundò & principaliter,Inſtit.de actio.}& Iaſ.in d.l.ex hoc iure,in xviij.effectu.& in d.§.libertus,in xvij.effectu, & conſ. 34. ad motiua,col.vlt.lib.j.& Ant.Rubeus conſ.xcv.viſo & diligenter conſiderato inſtrumento,col. vlt.vbi & alios allegat qui hoc non dicunt.{Tu tamen hîc vide Phil.Dec.tenentem contrarium in l.ſi donatione,col.7.verſ.poſtremò ad ſupradicta.C.de collat.}

*Donans tenetur de euictione ex cauſa remuneratoria.*

60 ¶XL.Colligitur ex l.idémq;.§.vlt.cum l.ſeq.& iterum prin.l.ſeq.ff.manda.vbi ſi creditor fideiuſſori acceptum tulerit cauſa eum remunerandi,poterit ipſe fideiuſſor agere mandati aduerſus debitorem,ſecus ſi ſimpliciter & non remunerandi cauſa credito , fideiuſſori remiſerit. Nam & ita per eum tex.voluit Bal.in l.vlt.col.iij.verſ.pone aliquis.C. de fructib. & lit.expenſ. Ex quo patet quòd merita præcedentia faciunt competere actionem,quæ aliàs non competeret.& hunc ponit Iaſ.in d.l.ex hoc iure,in x.effectu.& in d.§.libertus.in xij.effectu.

*Fideiuſſor cauſa remunerandi à creditore liberatus.*

61 ¶XLI. Licèt fructus rei pignoratæ cõputentur in ſortem.l.j.& ij.C.de pign.& l.j.C.de diſtract. pign.c.j.& ij.& c.conqueſtus,extrà de vſur.Tamen obligatio iſta antidoralis facit,vt in quodam caſu non computentur,videlicet cum dominus à ſuo vaſallo fundum accepit in pignus,abſtinẽs interim ab eius ſeruitio,per c.j.extra de feud. Quod licèt loquatur in eccleſia,tamen trahitur per doctor.ad alios dominos,huiuſq; rationem reddit Imo.ibi,col.2.verſ.vnde alij dixerunt & quintò.Quoniam vaſallus præter id quòd obligatur domino ſecundum conſuetudines , & illis deficientibus ex iure ſcripto,in c.j.tit.de forma fideli. Certè etiam obligatur ad antidora, per d.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit.hæred.Tanquam ſentiat Imo.illos fructus eſſe veluti in compenſationem remunerationémq; illius obligationis,nec ob id cenſeri vſuram.Tu tamen ſuper intellectu illius c.j.de feud.præter doct.ibi,vide & gl.in c.conqueſtus,in verbo,de feudo,in prin.extra de vſuris.Mart.Laud.& Card.Alex.cui cum Imo.conuenit,in c.j.§.item ſi delator,vtrunque col. 1.tit.quæ fuit pri.cauſa benefic.amit.{& Rom.ſing.cccxxvij.creditor comparat.}

*Fructus rei pignoratæ cõputantur in ſortem.*

*Secus in obligatione antidorali.*

62 ¶XLII. Qui præcedenti proximè accedit,licèt aliàs vſuræ ſint prohibitæ,vt no.per Legi.in l.j. C.de ſumma Trinitate,& per Cano.per totum tit.extra de vſuris.Poſſunt tamẽ & aliàs promitti & exigi

*Vſuræ non ſunt prohibitæ cauſa remunerationis.*



& exigi cauſa remunerationis, cum videlicet creditor ſe propter illas onerauit ad aliquid æquale faciendum,vt ſentit glo.not.in l.petens,in glo.magna,verſ.ſed quid ſi vt aliquid,ibi , ſed & ſi daret vſuras,& ibi clariùs Salycet.col.xj.in iiij.quæſt.in fi.& Iaſ.col.antepen. verſ.iij.nota.& Philip. Dec.col.vj.verſ.& not.gl.hîc.C. de pact.

63 ¶XLIII. Licet ex multorum ſententia pater non poſsit vni ex liberis feudum relinquere,ſi credimus Andreæ Iſern.in c j.tit.an agna.& in c.j.& ibi quoque Bal.tit.de alien.feu.Oldr.conſ. 137. perlectis,in primo dubio,Bart.in l.iuriſiurandi.§.ſi liberi,col.2.ff.de operis libert.cum multis concordant.à me adductis in tractatu Retractuum,tit.j.§.xj.glo. v.num. 22.ſunt qui contra. Tamen id nonnulli intelligũt niſi pater filio benemerito reliquerit,arg.d.l.viuus,ff.ſi quid in fraud. patr. & l.ſi Ruffinus.C.de teſta.milit.vt videre licet apud Bal.in c.j.col.iij.verſ.quæro vtrùm pater , tit. de prohib.feud.alie.per Feder.vbi videbis an id ſit verum.

*Pater poteſt uni benemerito ex liberis feudum relinquere.*

64 ¶XLIIII. Si ſtatuto cautum fuerit,vt ex donatione debeatur gabella,cuiuſmodi ſunt plurima ſtatuta apud Italos,ea certè nõ debebitur ex donatione remuneratoria,& intrepidè licèt nullo alio antiquiore,ſi nõ me fallit memoria,præeũte affirmauit Bartho.Firmia.in tract.quẽ priuatim de gabellis edidit,in 3.parte 8.partis principalis,in 34.quæſt.quem non vereor etiam ſolum ſequi.

*Gabella ex donatione remuneratoria non debetur*

65 ¶XLV. Licèt donatio abſenti fieri non poſsit ſine epiſtola aut nuntio,vt eſt tex.expreſſus in l. abſenti.ff.de donatio.Ac ne eccleſiæ quidem aut alteri pio loco,vt not.gl.in l.illud,in verbo, alia cauſa,in fi.C.de ſacroſanct.eccl.cum aliis concor.à me collectis in tractatu priuilegiorũ cauſæ pię: vbi tamen videbis alios contrarium tenentes.Sed hæc poſterior opin.haud dubiè vincit,cùm ſit donatio ob benemerita,vt per Alber.in l.ambitioſa,nu.3.ff.de decret.ab ordin.fac.}

*Donatio ob benemerita abſenti facta ſine epiſtola aut nuncio.*

66 ¶Cæterùm alios effectus obligationis antidoralis collegit Ang.in d.l.ſed & ſi lege.§. conſuluit.& Barb.in c.cum in officiis,extra de teſta.& latiſsimè omnium Iaſ.tum in d.l.ex hoc iure,tum in d. §.libertus.& Philip.Dec.in c.ad noſtrã,col.vlt.extra de prob.& Lancel.Galio.in d.rub.ff.de verb. oblig.quo loco nuper citauimus,& ante hos gl.in c.cùm eſſent,in verbo,promiſerat,& ibi omnes doctor.præſertim Ioan.Ana.& Fely.extra de vſur.& Inno.& Ant.in c.tuam,extra de æta.& qualit.& Ioan.Ana.in c.conſuluit,col. vlt. verſ. adde prædictis,extra de vſur. Sed quoniam illi nihil ſpeciale habent,proindéq; & nihil ad id,de quo tractauimus,pertinent:ideo eos de induſtria prętermiſimus,quod iam proteſtati ſumus.Sed illis tamen potes addere tex.in l.generaliter.§.quis ergo ſtatuet.ff.de fideic.liber.ibi,aut meritis cuiuſque allegatis arbitrari eos oportet.

*Alii obligationis antidoralis effectus.*

67 ¶Illud non omiſerim,hanc,quam vocamus obligationem antidoralem,non ſolis hominibus cõuenire,ſed & brutis animalibus,vt ſentit gloſ. in d.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de petitio.hæred. cùm dicit quòd ad hoc mouetur omnis creatura,& ibi etiam Bal.qui dicit id procedere ex generali inſtinctu naturæ.& Bart.in d.l.ex hoc iure,col.iij.verſ.oppo.iterum,& ibi clariſsimè{Alb.col. 3.nu.16.}Iaſ.col.x.verſ.ſecunda principalis.{& Claud. Aquen. col.xiiij. verſ. item inquantum.}& Nico.Neapo.in §.j.Inſtit.de oblig.& Lancel.Galio.in dicta rub.de verb.oblig.vbi ſuprà.Quanquã Socin.ibi col.j.ſentit contrarium.Sed priori ſententiæ adſtipulatur,quod à Gellio relatum eſt li.v. noctium Attic.cap.xiiij.ex autoritate Appionis Polyhiſtoris lib.Aegyptiacorum v.de leone qui Androdo ad beſtias damnato gratiam beneficij longo poſt tempore retulit. quod etiam retulit Aelianus,lib.ij.hiſtoriæ anima.vbi illum Androclem vocat.Quodq; Plin.tradit lib.viij.cap.16. de alio leone,& Heliade Samio,& c.ſeq.de Pãthera ex Demetrio Phyſico:& de Dracone,& Thoante,& Democrito,& de alio Dracone,& Pindo Macedonis illius filio , qui nomen ei regno dedit. Aelianus lib.animal.ix.Quod item de Elephanto & Indo quopiam tradit ipſe Aelianus lib.j.animal.eiuſdem operis.Et de Delphino(vt de piſcibus quoque loquar)& Cærono Pario refert idem ſcriptor,lib.quoq; eiuſdem tit.x.Et de aquila & agricola idem lib.xiiij.ex autoritate Gratis Pergameni,& Steſichori Poetæ.Et generaliter de cæteris beluis in eodem lib.quo loco diſſerit de accipitribus.Itẽ & de ciconia priuatim,& Heraclide Tarẽtina muliere,li.15.Et quod ſcribit Pe.Anch. in regula poſſeſſor,col.2.verſ.eſt & alia naturalis,de reg.iur.li.6.id procedere ex naturali ratione.

*Obligatio antidoralis etiã brutis animalibus cõuenit.*

*Leo quidam Androdo ad beſtias damnato gratiã beneficii retulit.*

*Idem de Delphino & Cærono Pario.*

68 ¶Sed tamen ne quis erret,id ſcire debemus,non omnia nobis licere permittíve propter iſta bene merita iam propè ſuperfluẽter prædicata,vt apertè probatur ex l.ſemper.ff.qui & à quib.vbi ſemper in fraudem creditorum libertas datur ab eo qui ſcit ſe ſoluendo non eſſe,quamuis bene merenti hoc dediſſet.& l.viuus libertus.ff.ſi quid in fraud.patro.vbi libertus nec benè quidem merentibus amicis legare poteſt,quò patroni partem minuat,quamuis id donare poſsit,de cuius tamen intellectu vide Bal.in l.ij.in iiij.oppo.C.de inofficio.donat.Vtq; etiam probatur{ex l. ſi quidem,& ibi Petr.Cy.Bal.Salyc.& alij.C.de actio.& obligatio.vbi mandatum etiam cauſa remunerationis factum finitur morte vt cætera mandata,& ex d.l.ſi non ſortem.§.libertis,& ibi Bart.col. 2.ff.de condict.indeb.vbi obligatio antidoralis non eſt ſatis efficax ad impediendum repetitionẽ rei indebitæ ſolutæ.quod & voluit gl.in d.l.ex hoc iure,in verbo,obligationes,ad fi.ff.de iuſt.& iure,atque etiam}ex dictis Bart.in l.iuriſgentium.{ §.quinimo.}ff.de pact.cùm loquitur de l. ſi quis argentum.C.de donatio.{De quo tamen vide Raphael.Fulg.in d.§.quinimo,& Imol.in l.ex ædibus.ff.de donatio. Alex. conſ.114.perſpectis his quæ narrantur, col.ij. verſ. nec obſtat quod not. lib.vj.Sed & illud quod diximus,ſatis patet ex not.per eundem Bal.in l.ſtipulatio iſta,§.alteri, in ij.oppo.ff.de verb.oblig.& Bal.in l.quod dictum,in addit.per illum tex.ff.de pact. & in l. filiusfa, in ij.lect.poſt prin.ff.de dol.mal.}& Ang.in l.quod dictum.ff.de pact.& in §.j.in auth.de nõ elig. ſecun.

*Reſtrictio donationis remuneratoriæ. Vt in libertate in fraudem creditorum data. Et in liberto imminuente partẽ patroni. Et in mãdato. Et in repetitione indebiti ſoluti.*

ſecun.nub.& Iaſ.in d.l.ex hoc iure,col.pe.verſ.adde quòd obligatio antidoralis.& Phil.Dec.in d.c.ad noſtrã,vbi ſuprà de probatio.{Vt tamen non illud ſpeciatim omittamus, intereſſe remunerationis,vt more Græcorum loquar,non ſufficere,vt quis pro alio adſtipulari poſsit,gl.not.in l.ſi tibi.§.ſi pactus.ff.de pact.& tex.in l.quod dictum,& ibi Bal.in lect.antiq.Ang. Fulg. & recent.ff.eo.& Iaſ.in l.huiuſmodi,col.pen.verſ.ſed aduerte.ff.de leg.j.Nempe quòd caſus priuilegiati ſemper compræhendantur in generalibus legibus & ſtatutis,niſi in caſibus,de quibus loquuntur,reperiantur ſpecialiter priuilegiati,vt diximus ſuprà in prin.nu.118.& hæc quidem, & latiùs in tractatu Retractuum tit.j.§.j.glo.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*,nu.96.ego verò.}

*Intereſſe remunerationis non ſufficit in ſtipulatione alteri facta.*

*Redit ad principale inſtitutum.*

69 ¶Sed vereor,ne immodicus fuerim in huiuſmodi remunerationis commendatione, quanquàm res eſt adeò commendabilis,vt modum vix capere poſsit. Tamen vt veluti lõgo poſtliminio ad id redeamus quod principaliter tractamus.Cùm huiuſmodi donatio remuneratoria non ſit pura,ſimplex,gratuita,ſitq; adeo fauorabilis, vt ei multa contra omnes regulas iuris ſint conceſſa, ſit & denique l.noſtra exorbitans ab ipſis communibus regulis iuris:nil mirum videri debet,ſi ea loquens quidem ſimpliciter de donatione,non habeat locum in huiuſmodi donatione remuneratoria.Et id certè eſt,quod tam multis ſuprà probauimus.Verùm antequam aliò pergamus, id multis modis minime contemnendis declarabimus.

*Quid ſi in donatione uere. remuneratoria nihil ſit dictũ de meritis.*

70 ¶Prima igitur declaratio hæc eſt,vt videlicet procedat quod diximus, donationem remuneratoriam non reuocari ex hac lege,etiam ſi in donatione non fuerit dictum eam fuiſſe factam ob merita.Satis eſt enim merita ipſa interceſsiſſe,vt cenſeatur donatio facta eorum contemplatione, & ita non reuocetur ob filios poſtea ſuſceptos,vt expreſsè voluit in noſtro caſu Socin.conſ. cxlvij.viſa facti contingentia,col.vij.lib.j.arg.l.ſi non remunerandi.§.inde Papi.ff.manda.

*Donatio an præſumatur facta ob merita præcedentia,ſi dictum non ſit.*

71 ¶Et generale eſt,vt præſumatur donatio facta propter benemerita præcedentia,etiam ſi id dictũ expreſſúmve non fuerit,atque etiam in prohibitis,modò ea probentur,vt voluit glo.loquens de donatione inter patrem & filiumfamil.quam ſequuntur Bart.& omnes,præſertim Alex.col.2. in l.ſi donatione.C.de collatio.& idem Bart.in l.ſi tibi decẽ.§.ſi pactus,col.j. verſ. qualiter cognoſc.& ibi recentiores.ff.de pactis,& idem Bart.in l.j.§.nec caſtrenſe,col.pe. verſ.& hìc eſt aduertendũ.ff.de collatio.bonor.& in tractatu de duobus fratrib.in pen. quæſtio. Sign. conſ.clxxxvj.in themate præſentibus allegato.Bal.in l.& ſi mortis,verſ.quæro nunquid.C.ad legem Falcid. & in l.j.col.iij.verſ.circa hoc.C.de confeſ.& in l.cùm virum,col.iij.verſ.ſed nunquid præſumitur.C.de fideicõm.& conſ.ccxcviij.hæc materia,in fi.lib.j.& in ſua margarita,in verbo donatio,col.iij.& Nicol.Neapol.in l.tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excuſat.tuto.Pet.Iaco. tit. de in integ.reſtit.vt poſsit agi reſciſſoria perſo.act.char.pen.verſ.item dicitur donatio.{Socin.in l.ſi non ſortem.§.libertus,ad fin.ff.de condit.indeb.}Iaſ.in d.l.ex hoc iure,in ij.effectu obligationis antidoralis,ff.de iuſti.& iure,& conſ.cliiij.in cauſa mota,col.pe.verſ.non obſtat dum dicitur,lib.ij.Fortu. Gar. in l.iuriſgentium.§.qui iure,col.xxxiiij.verſ.ego verò de tali.ff.de pactis.

*De eadem re.*

72 ¶Licèt contrarium videatur voluiſſe Bal.ſibi contrarius in auth.ex teſtamento, col.j.C.de collat.& apertiùs in d.§.quæ tutoribus,in prin.& in l.vlt.col.2.verſ.oportet tamen.C.de vſucap.pro donat.{& in l.ſi tibi decem.§.ſi quis,col.j.ff.de pact.& conſ.lxvj.dicta inſtitutio,col.ij.}lib.j.quod repetitur omiſſo initio,in conſ.ccccvj.caſus talis eſt,quidam magiſter, lib.iij.dum dicit, quòd licèt ſpurius aut nepos ex eo non poſsit inſtitui hæres tanquam filius aut nepos,ex ſententia multorum,vt not.in l.vlt.C.de natur.libe.poteſt tamen vt extraneus,vt quia meritus eſt, argu.not.in auth.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſta.Verùm in dubio affectio naturalis inducit præſumptionem.quòd vt filius aut nepos fuit inſtitutus.Et in hac quoq; opin.vt ſcilicet non propter benemerita,ſed ob affectionem ſanguinis videatur donatio fuiſſe facta,voluit Rom.ſing.dcxlviij.incip.donatum conſanguineo.Pau.Caſt.conſ.cccxlv.circa bona,col.2.verſ.ſecundò videtur obſtare, lib.j & conſ. ccclxxj. præmittendum eſt ad euidentiam,col.vlt.eod.lib.j.& conſ.ccccxxxij.cum ſtatutũ,col.j.eod.lib.j.& Socin.conſ.xcj.viſa & diligenter ponderata,col.pen.lib.j.& Phil.Dec.in c.quoniã abbas,col.pen.extra de offi.deleg.& in l.à patre,in fi.C.de collat.

*In dubio affectio naturalis inducit præſumptionem.*

*Donatio facta filio,an cẽſeatur contẽplatione meritorum, an filiationis.*

73 ¶Et facit quod voluerunt Imo.Raph.Co.Pau.Caſt.Fran.Aret.Pet.Beſu.& Iaſ.in l.quod dicitur.ff.de ver.obli.quòd ſi pater ſtipulatur filio,& exprimit id facere ob merita ipſius,tamẽ cẽſetur id feciſſe magis ob filiationem,quàm ob merita,& ita videtur ſtipulatus fuiſſe filio tanquam filio,& non tanquam extraneo ſiue benemerito.ideóque valet huiuſmodi ſtipulatio:quod & idem tenẽt Bal.Raph.Fulg.& Iaſ.in d.l.ſi tibi decem,§.ſi pactus.ff.de pact.{facit item quod poſt alios multos reſpondit Phil.Dec.conſ.cxx.cuius ſupraſcriptio incipit,presbyter,col.vlt.quòd id quod relinquitur conſanguineo pauperi,magis cenſetur relictum ob conſanguinitatem, quàm ob paupertatẽ, ideóque in dubio non cenſebitur relictum in piam cauſam.}

*De eadem re.*

74 ¶Sed ij omnes nuncupatim,quod iam diximus,loquuntur,cùm quis donat filio aut cõſanguineo, tanquam ſcilicet donantem veriſimiliter plus moueat ad donandum cauſa ſanguinis,quàm meritorum,per tex.in d.l.tutor.§.quæ tutoribus,ff.de excuſ.tutor.quem ad hoc dicit ſing.Ro.d.ſing.dcxlviij.{Sed ille tex.ne erres,loquitur de meritis ſequentibus, non præteritis, quæ plus habent ponderis,vt videre licet ex iis quæ dicemus infra nu.109.quinta ac poſtrema.}Sed & in idem facit tex.in l.qui habet.ff.de tute.{vbi cauſa naturalis magis conſideratur quàm accidentalis}& in l.Aurelius.§.Titius teſtamento.ff.de lib.leg.& in c.requiſiſti,extrà de teſtam. Nec tamen eorum opi.qui



op.qui de donatione loquuntur,cõmuniter tenetur,quoniã gl.ord.& omnes doct. & ex his Bal.ipſe ſibi cõtrarius, in d.l.ſi donatione, loquuntur expreſsim in donatione facta filio aut nepoti, ſicuti etiam Bar.in d.§.nec caſtrenſe.& Signor.d.conſi.clxxxvj.& Bal.in dicta ſua margarita,Pet.Iac.quibus locis ſuprà citauimus.Quin & glo.in auth.licentiam,in verbo,iure cognationis.C.de epiſ.& cler.& poſt eã Saly.tradunt,quòd licèt cùm donans prælatus eccleſiæ ſuo conſanguineo, id videtur magis facere cõtemplatione conſanguinitatis,quàm eccleſiæ:id tamen non procedit ſi ante beneficia quædam accepiſſet ab ipſa eccleſia:quia tũc magis donata videtur ob illa beneficia,quàm ob cõſanguinitatem,& ad hoc Saly.dicit illam gl.ſing.ſicuti etiam Barbat.in tracta.de præſtan.Cardi.in iij.q.j.partis,col.3. verſi.limita hoc. { Ad quod etiam vide quæ diximus ſuprà in xxiiij.ſpeciali.Et dicit generaliter Bald. conſil. cxciiij. præmiſsis verbis,col.j.lib.2.quòd potiùs præſumitur donatũ ratione meritorum quã ſanguinis. } Ad id autem quod de ſtipulatione patris diximus,vide quæ ſtatim dicam in verſi.lxxxiij.incip.ſed aduerte quia hæc poſterior.

*Præſumitur potius donatum ratione meritorum quàm ſanguinis.*

*De eadem re.*

75 ¶Et huc quoque adde quod ſing.in ſimili voluit & cõſuluit Pau.Caſt.conſi.v.quicquid dicatur, col.2. verſic.videndum eſt igitur,lib.1.quòd cùm pater non poſsit donare ſpurio,niſi in cauſam alimentorum,vt no.in c.cùm haberet,extra de eo qui du.in mat.& per Bar.in l.vlt.ff.de iis quib.vt indig.cum ſimilib.Certè ſi pater donauerit filio ſpurio egenti alimentis,nec adiecerit cauſam alimentorum,cẽſetur tamen in eam cauſam donauiſſe,inſpecta ſcilicet qualitate perſonæ cui donatur,argu.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu & habit.& l.cùm hi.§.in annos.ff.de tranſact.& ita valebit donatio magis inſpecta cauſa,& qualitate donatarij,quàm ſanguinis.

*Spuriò nõ donatur niſi in cauſam alimentorum.*

*De eadem re.*

76 ¶Adde item quod ſuprà latè diximus in xxx. caſu ſpeciali remunerationis propter merita præcedentia non tantùm præſumi donationem,ſed & actum aliàs dubium cenſeri ob eadem factũ.Et quod tradit Ange.in §.j.col.2.verſi.ſuper tex.ibi rurſus,in authen.de nõ eligen.ſecun.nub.per illum tex.quòd ſi donans ſuccedit donatario ex teſtamento,cenſetur conſequi hæreditatem magis per viam cuiuſdam remunerationis,quàm iure ſucceſsionis. Nã præſumptio eſt quòd ei donare voluit propter donationem in eum iam factam,per d.§.inde Papi.& etiam præſumptio noſtra eſt,vt benefacientibus benefaciamus.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit.hære.

*In qualibet donatione præſumuntur merita.*

77 ¶Sed in hac declaratione illud animaduertendum eſt, quòd in qualibet donatione præſumũtur merita interueniſſe,tanquàm ſcilicet non eſſet quis donaturus, niſi primum inuitatus ac prouocatus meritis præcedentibus,per l.nec adiecit,& ibi Bal.ff.pro ſocio,& l.j.C.de anno.ciuili.lib.11.& voluit etiam idem Bal.in d.l.illud,col.pen.in iiij.q.C.de ſacroſanct.eccl.Et tamen,vt ibi ſubdit Bal.requiritur inſinuatio.Quem hoc modo intelligit Ant.Cana.in tracta.inſinuationum,in xlv.q.videlicet quòd cum in inſtrumento donationis nulla eſt facta mentio meritorum, licèt præſumatur donari ob merita,tamẽ requiritur inſinuatio: quaſi ſcilicet ſemper requiratur inſinuatio: licet merita præceſſerint, ſi nulla eorum ſit facta mentio : & ſic etiam eadem ratione in hoc caſu eſſet locus huic l.tanquam omnis donatio ſimpliciter facta ſine mentione meritorum, pro pura & ſimplici habeatur,etiam ſi merita præceſſerint.

*Autoris ſententia.*

78 ¶Verùm ſi id ita intelligatur,ſubuertũtur omnino omnia quæ ſuprà diximus.Hæc eſt igitur mea ſententia ex ſupradictis ſimul iunctis,quòd quælibet donatio præſumitur facta ob quædam merita. Vix enim quis donat non merito.Sed ſi de illis aliàs non appareat,ipſa donatio pro ſimplici habetur, & requirit inſinuationem, & in ea ſeruantur omnia iura loquentia de ſimplici & mera donatione:aliàs ſuperuacua eſſent ea iura,cùm reperiri non poſsit donatio ſimplex,cum in omnibus præſumatur meritum : idq; optima ratione.Nam donatio nõ cenſetur remuneratoria,aut ob merita facta,niſi ea ſint quæ æquipolleãt donationi,aut certè ea nõ ſint indigna, vt dicemus in ſeq.declaratione.Quî igitur iudicare poterimus de re prorſus ignota? Sunt autem multi adeò ingenuo animo,vt quamuis gratiã largiore cumulo remunerẽt. Quod autẽ non apparet,perinde habendum eſt,ac ſi nõ eſſet.l.duo ſunt Titij,& ibi Bal.ff.de teſta.tut.& l.in lege.ff.de contrah.empt.& l.ſi fuerit.ff.de reb.dub.& l.cùm ex pluribus.ff.de manu.teſta.& c.ſolẽnitates,le j.de conſecra.diſt.j.cũ ſi.Et facit quod dicemus infra in iij.declaratione.Quod ſi de meritis præcedẽtibus appareat,certè etiam ſi de eis nõ fiat mentio in donatione,tamen ea præſumitur facta cõtemplatione eorum,& de ea idem iudicãdum,atq; ſi de eis mentio eſſet facta,vt ſuprà in prin.diximus.

*Quod nõ apparet,perinde habetur ac ſi non eſſet.*

*An donatio propter merita reuocetur ex hac lege.*

79 ¶Secunda declaratio hæc eſt,vt donatio propter merita non reuocetur ex hac l.quatenus valent ipſa merita : in eo autem quod excedit,erit huic l.locus,vt nõ obſcurè voluit Corn.conſi.cxciiij.videtur in præſenti,col.j.lib.3.& expreſsiùs { Barb.in c.vlti.col.vlti.extra de dona.& } Soci.conſi.ccxv.in cauſa contra filios, col.4. in quarto caſu,lib.2.vbi ita dicit vidiſſe conſultum à doct.Peruſinis.Et idem quoque videtur voluiſſe ipſe Soci.conſi.ccxv.viſa prædicta,col.1.& ſeq.eo.lib.& Phil.Dec.conſi.xx.in cauſa iſtorum,col.vlt.verſi.nõ obſtat ſeptimum, iunctis his quæ ante dixerat,col.2.verſi.ſeptimò quia ſi donatio.& apertiùs conſi.366.pro declaratione, col.pen.& Steph.Bertr.cõſi.cxxxv,thema conſultationis tale eſt,col.2. { verſi.& iſtud non haberet,& rurſum col.ſeq.in fi. } lib,4. { Carol. Ruin.conſi.xciiij. viſa renuntiatione,col.9.nu.20.lib.1.& conſi.lx.de re quidem,col.v.nu.16.lib.3.& conſi.cxl.circa caſum,col.3.nu.7.lib.4.} & ante hos Bal.hìc in ij.lect.dum loquitur de donatione facta ob benemerita, & ea quidem cõdigna.& etiam Ang.hìc, quos tamen illi non citarunt,& hìc quoque Fran.Rip.in xiiij. quæſt.& iterum lib,3.reſpon.ca.13.incip.duo ſunt,col.2.& rurſum c.15. licet donatio,in fi.

*Donatio ob merita in eo quod excedit habetur pura.*

80 ¶Et id quidem iure optimo,quãdo & aliàs ſemper donatio ob merita,in eo quod excedit,{ cenſetur } mera,ſimplex,gratuita,& pura donatio,vt probat tex.in c.relatum, le ij.ibi, iuxta ſeruitij meritum,extra de teſtamen.& voluit Old.conſi.226.quidam epiſcopus,col.pen.verſi.ſecũdò vbi donatio. { & conſi.339.ad habendum, } Io.And.in addit.Spec.in rub.de reb.eccle.non alie. Guil. Cu.in l.illud,& ibi quoque Bal.col.pen.verſi.quartò quæro,& Saly.qui hoc apertius declarat, C. de ſacr.eccle.idem Guil.in l.ſi tibi.ff.ſi cer.pet.Bar.in d.l.ſi tibi decem.§.ſi pactus.ff.de pact.& in l. frater à fratre,in vj.q.& ibi Iaſ.& in lect.& in repet.ff.de condi.indeb.& idem Bar.in l.ſi quis pro eo.§.j.in fi.ff.de fideiuſ.& in auth.vnde ſi parẽs,& ibi etiã Bal.poſt prin.& Iaſ.col.3. verſi.ſecũdò intellige.C.de inoffi.teſt.Bal.in l.ſi pater tuus.C.qui bon.ced.poſſ.cum dicit in hoc non eſſe conſiderandam affectionem donantis,ſed qualitatem meritorum. { & conſi. ccxcviij. hæc materia, col.2.verſi.alij dicunt,lib.1. } Ange.in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit.hæred.Ange.Imo.& Rom.in l.Aquilius.ff.de dona.vbi dicunt donationem remuneratoriam in eo quod eſt ſupra merita,requirere inſinuationẽ, ſi id excedat quingentos aureos.Paul. Caſt.in d.l.ſi donatione, & ibi etiam Alex.& Cor.vterq; col.2.C.de collatio.Floria.in l.quæ pater,col.3.ff.fami.herciſ.Alex.cõſi. lv.incip.conſideratis verbis,col.2.& iij. lib.1. & conſi.xxj.attentis his quæ in inſtrumento,col.2. verſi.& ſaltem videtur,lib.3.& conſi.cxx.viſis narratis.col.2.eo.lib.3.Barb.in l.diuortio, col.antepen.ff.de verb.obli. { & in c.per tuas,in ij.not.de donatio. } & conſi.xxviij.à Ioue principiũ, col. 4.lib.3.& cõſi.lxvij.ſapienter optimus,col.2.qui & vbique dicit de hoc eſſe gl.ſing. reſtringẽtem omnes leges loquentes de remuneratione , in c.ſi quos.xij.q.ij.quæ tamen nihil mihi ad hoc facere videtur. & Fran.Aret.conſi.ij.intellecta diligenter,col.2.in fi.& conſi.xvij.conſideratis diligentiſsimè,col.v verſic.ſecundæ autem obiectioni.& conſi.xxiiij. quatuor dubia.in iij.dubio, in fi.Calca.conſi.xxv.Titius nobilis,col.11.verſi.& propterea ſi ſit donatio.Soci.conſi.xlviij.in præſenti conſultatione,col.pen.lib.1.& conſi.lxv.circa primam quæſtionem,col.v.verſi.item videtur fuiſſa facta,eo.lib.j.vbi hoc reputat ſing.& iterum conſi.xcj.viſa & diligenter ponderata,col.pen. verſi.ſed magis videtur,eo.lib.j.& conſi.ccxv.viſa prædicta.col.2.verſi.faciunt not.lib.2.quod & repetitur conſi.xxij.lib.4.Cor.conſi.cxliiij.licet dicendum,col.2.verſi.non tamen ſufficiunt, lib. 2.& conſi.xlv.licèt in hoc iudicio,col.2.& iterum col.vlti.lib.4. & conſi. cclxxxix.circa primum, col.antepen.eo.lib.4.Guid.Pap.ſing.ccclxxv.incip.Saly.in l.illud Iaſon in d.l.ex hoc iure,in primo effectu.ff.de iuſti.& iur.& in authen.vnde ſi parens,col.6.C.de inoffic.teſtamen.Steph.Bertra.conſi.100.viſis propoſitis , nume.6.lib.j.Philip.Dec.conſi.clxxiiij.cuius ſuperſcriptio incipit, res eccleſiæ , col.1.& conſil.ccij.vt præſens conſultatio,col.4.& Alciat.in l.alienatum,§.donationis.ff.de verborum ſignifica.Et optimè faciunt quæ ſuprà diximus de venditione facta modico pretio,nu.2.& 3.

*Donatio remuneratoria requirit inſinuationem in eo quod eſt ſupra merita.*

*Merita æquiualentia rei donatæ.*

81 ¶Sed ſuper hoc illud eſt animaduertendum,voluiſſe Bal.in auth.ex teſtamento , col.2.verſic.ſed contra hoc facit.C.de collatio. quòd ad hoc vt merita vel ſeruitia dicantur æquiualentia rei donatæ,vt ipſe loquitur,ſufficit quòd nõ ſint infra dimidium ipſius rei donatæ,iuxta l.2.C. de reſcin.vend.Quem ſequitur Roma.in ea ipſa authen.ex teſtamẽto,& ibi etiam Cor.col.2.& idem Ro.in d.l.ſi donatione.C.eo. { & Fabia.à monte S.Sauini,dum allegat Bal.vbi ſuprà,in tractatu de empt.& vendi.in viij.q.prin.col.iij.verſic.ſecundò quæro. } Quibus adſtipulatur quod voluit Saly.poſt dominum,vt inquit,ſuum,in l.petens,col.7.in iiij.q.in fi.C.de pact.quòd cùm non ſit prohibita vſura,pro qua creditor vice mutua tenetur æquale aliquid facere,per gl.ibi,ſufficit illud æquale eſſe vſque ad dimidiam partem æſtimationis vſuræ,per d.l.2.C.de reſcin.vendi.& id ſequitur Alex.in quodam cõſi.incip.egregiè & copioſè,col.2.allegatus à Iaſon. quibus locis ſtatim citabimus:quod tamen nõ reperi inter conſ. Alex.Et hoc valde ſing. & memoratu digniſsimum dicit Iaſ.in d.l.petens,col.antepe.verſi.iij.not.vbi & illud dictum Bal.reputat ſingu.

*De eadem re.*

82 ¶Tamen vtrunque & Bal.& Saly.dictum reprehendit ipſe Iaſ.& poſt eum Philip.Dec.in ea ipſa l.petens,ille vbi ſuprà,hic col.7.verſic.& no.glo.hîc,per ea quæ ſuprà diximus,id cenſeri ac eſſe gratuitum,quod excedit meritum & pretium. Et illud quoque Bal.dictum eadem ratione carpit idem Iaſ.in d.l.ex hoc iure,in primo effectu,licet illud dicat magnum & mirabile verbum.& rurſus in dicta auth.vnde ſi parens,col.vlt.verſi.& per hoc cõfunditur.C.de inof.teſt. & in d.l.frater à fratre,char.vlti.tam in lectu.quàm in repet.ff.de condi.inde.in quibus locis illud tamẽ aſſerit ſing.& ante illum etiam reprehẽdit Alex.multa allegans in d.l.ſi donatione,col.4. & ibi etiam ( quod iam diximus ) Iaſ.col.antepe.C.de collat.& ſubobſcurè Cor.ſibi contrarius d. conſi. 289. col.pen.lib.4.& apertè Soci.d.conſi.xcj.col.pen.lib.1.& Catel.Cot.in memor.incip. donatio facta filio.& Steph.Bert.conſi.v.donatio,in j.dubio.Id autem tanquam in medio reliquit Pantal.in repet.d.l.2.C.de reſcin.vend.in xx.fallent.

*De eadem re.*

*In re dubia interpretatio potius facienda eſt ut actus ualeat, quàm pereat.*

83 ¶Sed aduerte quia hæc poſterior op.quæ Bal.contradicit, poſſet haud dubiè,vt reor , procedere in donationibus aliàs prohibitis,in quibus & ipſe Bal.loquitur,videlicet inter patrẽ & filium.illic enim facilè committeretur fraus legi,ſi ſufficeret ad validitatem,vt noſtri loquuntur,donationis merita excedentis,vt quod excedit,eſſet infra dimidiã partẽ meritorum. Nã id cederet lucro donatarij.Et fortè in hoc exceſſu pater magis donaret ob affectionẽ paternã , quàm propter merita.& id quidẽ veriſimilius eſt,vt præter eos,quos ſuprà citauimus,in verſic.lxxij.incipiente licèt cõtrarium voluit Iaſon in d.l.ſi tibi decem.§.ſi pactus.ff.de pact.vbi hoc dicit ſemper procedere,

cùm



cùm aliàs actus non valeret. Nam regulariter vbi fieri poteſt duplex interpretatio,eam accipere debemus,per quam actus valet.l.quoties in ſtipulationibus.ff.de verb.obl.& c.abbate ſanè, extrà de verb.ſigni.cum ſimil.Ideoque è diuerſo glo.& docto.in d.l.ſi donatione.C. de collat.contrariam,vt diximus in verſi.lxxj.incip.& generale eſt,interpretationẽ ſequuntur, vt videlicet magis præſumatur pater donantis id facere propter merita,quàm ob filiationem:quia ibi aliàs donatio non valeret,vtpote inter patrem & filium.quod ſimiliter expendit ipſe Iaſon in l. quod dicitur, col.7.verſi.ſecundò quia debet capi.ff.de verb.obli.& ibi ante eum licèt ſubticeat Imo. & latius Fran.Aret.col.v.verſi.extra gl.& nouiſsimè Io.Crot.qui nullos horum memorat,in repe.l. frater à fratre,col.18.verſi.ſecunda difficultas,ff.de condi.inde.At cùm pater ſtipulatur filio benemerito,cẽſetur ſtipulari magis tanquã filio,quàm vt extraneo ſine merito,vt diximus in d.verſi.licèt in contrariũ.Nam aliàs non valeret ſtipulatio alteri facta.l.ſtipulatio iſta habere licere.§. alteri.ff. de verb.obl.Hîc autem in noſtro caſu nõ ſumus in prohibitis,cùm liceat de iure cõmuni donare extraneo,& huic l.& expreſsè & tacitè derogare,ex communiore noſtrorum op.Nec aliquid eſt ob quod quis veriſsimilius donauit,quàm propter merita,niſi fortè donaret cõſanguineo,ex iis quæ etiam ſupra diximus.Nec ea merita ſunt ſupra dimidiam rei donatæ. Igitur quemadmodũ ſuprà in eadem gl.in verſi.vij.incip.ſed hoc tamen ſecundo loco intelligendum,diximus ex ſententia Aret.in l.j. col.pen. C. de pact.de venditione minori pretio facta,ſi pretium non ſit infra dimidiam partẽ,non reuocatur venditio ex lege noſtra:nec huiuſmodi etiã donatio,ſi merita nõ ſunt infra dimidiam.Nihil enim inter vtrunque intereſt,ſcilicet inter id quod excedit pretiũ, & inter id quod ſimiliter excedit merita.Imò hæc donatio remuneratoria,omniũ , ni fallor,iudicio reputabitur multo fauorabilior,quàm venditio minori pretio facta,ideo cogita.

84 ¶Illud item in hoc meritorum exceſſu conſiderandum eſt , vt ſciamus rẽſne donata ſuperat, an æquat merita donatarij , inſpiciendã eſſe qualitatem donantis,num diues ſit & nobilis,qui(vt eſt natura nobiliũ,ſi credimus c.j.de dona.) ſolet multò maiorem referre gratiã.nam & ſi tũc donatio excedat merita , modò id nõ excedat quod in ea re ſolebat & debebat facere donãs ex more diuitum & nobiliũ, non dicitur excedere merita,vt eleganter admodum & ingenuè voluit,ſubdubius tamen,Corn.conſi.cxliiij.licèt dicendum,col.2.lib.quoque ij.ex eo tantùm motus, quod voluit Bart.in d.l.ſi tibi decem.§.ſi pactus.ff. de pact.tantùm nos debere filiis noſtris pro ſuis in nos meritis,quantùm extraneis,ſecundum noſtram cõſuetudinem,per no.in l.j.C.pro ſocio. Et idem apertiùs aſſeuerantiúſque voluit idẽ Cor.in d.l.ſi donatione,col.2.verſi. ex quo videtur.C. de collat.vbi tamẽ hoc reſtringit, dummodo nó ſit multùm exceſsiua donatio vltra cõmunem multorum æſtimationem.Et huc planè extendit quod ſcribit Barb.in c.ſedes,col.2.de reſcrip.ſe ſuſtinuiſſe quandam donationem à principe factam ob merita,quæ ob id impugnabatur, quòd merita non reſponderent tantæ donationi. Nam ſatis eſt,inquit, ea reſpondere liberalitati principis,quæ maior eſſe debet,quàm alterius priuati & inopis.

*In meritorum exceſſu quæ conſideranda.*

*Tantum debemus filiis pro meritis,quantũ extraneis.*

*Donatio à principe facta ob merita.*

85 ¶Et ego huic Corn.& Barb.ſententiæ eò magis accedo,quoniam legerim apud Seruiũ antiquitatis peritiſsimum,enarrantem illud Virgil.lib.j. Aeneidos,

*Ac memor ille Martis Acidaliæ.*

Maiores illos noſtros ſciẽter tres illas gratias ita depinxiſſe,vt vna auerſa , duæ nos reſpicerent, ſic docẽtes profectã à nobis gratiam duplicẽ reuerti debere,id eſt,remunerationem largiore cumulatioreque menſura eſſe rependendã, nec ad calculos expenſorum & acceptorum reuocandam,quod & iuſsit Heſiodus Poeta vt antiquiſsimus,ita optimus,in eo libr.cui titu.eſt ἔργα, καὶ ἡμέραι,id eſt opera & dies.Huius enim illic ea eſt ſententia,quæ acceperis beneficia,ea reddẽda.

αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι. id eſt:

Eadem menſura,& melius ſi poſsis.Quod & repetiit Tullius ex eo,monẽs lib.j.Officiorum,nos imitari debere agros fertiles, qui multò plus afferunt , quàm acceperunt.Ex quo è noſtris Guil. Cu.quem ſequitur Alex.in l.iij.in prin.ff.quod quiſque iuris,tradit quod cùm agitur de remuneratione,latè debet fieri interpretatio.& ſequitur Phil.Dec.in c.vlti.col.2. verſi.ſed conſiderandũ eſt,extra de conſtit.& conſi.clxix.conſultus,col.1. { & conſil.cxciij.cuius ſupraſcriptio incipit,in ſucceſsione feudi,col.2.verſi.& etiam in dubio.} & conſi.ccccxiij.cõſuluit accuratè,col.2.verſ.& hoc idem, { & cõſi.614.in cauſa feudali,col.2. } & Ferdi.Loaz.in repet.l.filiusfamil.§. diui,fol.10. col.2. verſic.non obſt.etiam.ff.de leg.j. { & Ludo.Gozad.conſi.viij.in hac cauſa.col.6.nu.28. } & idem voluit Raphael.Co.conſi.clxij prælatus certæ eccleſiæ,col.vlt. { & faciunt quæ ſuprà diximus,nu.48.49.55. }

*Tres gratiæ depictæ.*

*Quæ acceperis beneficia, memineris reddenda.*

86 ¶Quæ quidẽ & ad nobiles,& ignobiles,diuites, & pauperes pertinere puto. Neq; enim in quibuſcunq; illud exigerem,vt remuneratio eſſet ad amuſsim æqualis,vt cõfeſtim quod ſupra merita eſſet,cẽſeretur donatio:ſed id tantùm, vt non nimiũ excederet. Nã ſi quippiam modicũ ſuperaret,nõ propterea dicerem id haberi pro donatione,ſed excedere titulo remunerationis,ex iis quæ nuper diximus,& dicemus præterea infra in eadem gl.nu. { 123. verùm & hoc,& iterũ nu. 137.ſed & quod. Et } quod no.in ſimili Bar.in l.vlt.col.2.verſ.quis erit modus,ibi,& hoc niſi excedat magnam quantitatem.ff.de his quib.vt indig.& Pau.Caſt.conſi.cclxxxv.ad primũ reſpondeo,in fin.lib.2.vbi id dicit relinquendum arbitrio iudicis. Sed hoc tamen magis ad eos ſpectat qui abunde gratiam referre poſſunt, præſertim verò ad nobiles , quos magis decet liberalitas,vt

*Modicum ſupra merita donatum cedit titulo remunerationis.*

plenè ſcripſimus & probauimus in noſtro tractatu nobilitatis, { ca.xxxvij.eodemque vlt.nu.34. nobilitatis propria,& multis ſeq. }

*An generalis meritorũ mentio proſit ad excluſionem huius legis.*

87 ¶Tertia declaratio in hoc vertitur,An in hoc caſu,vt nõ ſit locus huic l.noſtræ,ſatis erit ad probãda merita,in donatione generaliter dictũ eſſe,eam fieri ob merita,ſine alia ſpeciali & expreſſa eorũ declaratione. Quod vt intelligas,illud primo loco ſcire nos oportet,multũ intereſſe,vtrùm ſimus in prohibitis,ſiue inter perſonas prohibitas,quæ ſcilicet ſibi donare prohibentur an non. Primo caſu negãt omnes quicquam prodeſſe generalem meritorum mentionẽ,vt donatio dicatur facta ob merita,niſi & aliter probentur.Quòd ſi ea ſpecialiter declarantur,quidã tenent ſatis eſſe,nec aliam probationem exigi.In qua ſentẽtia fuit Bal.in l.illud.col.pen.verſi.quartò quæro. C.de ſacroſan.eccle. { & in l.ſi tibi decem.§.ſi quis,poſt prin.ff.de pact. } & in l.vlt.ff.de exercit. act.& in l.ſi tibi,col.1.ff.ſi certum peta.& in l.ſi pater tuus.C. qui bon.ced.poſſ.& in l.cùm pater. §.rogo.ff.de leg.ij.& in c.ſciſcitatus,col.1.& in capi.edoceri,col.3.verſi.ſi inſtrumentum dicit,extra de reſcrip.& in additio.Specu.tit.de dona.§.j.verſi.quid ſi pater,& in ſua margarit.in verbo, donatio,col.3.& Ange.& Raphael Coma.in l.Aquilius.ff.de donatio.Floria.in l.quæ pater,col.3. verſi.ſed an ſufficiat.ff.famil.herciſ.& Paul.Caſtren.conſil.cccxlv.circa bona quæ fuerunt, col.2. verſi.tertiò videtur obſtare,lib.1.& ſubobſcurè idem Pau.Caſt.conſi.cxciij.ſuper iſto puncto,col. 3.verſi.ad ſecundam,iunctis iis quæ dixerat col.2.verſi.ſecundo videtur,lib.2.& Guido Pap.ſingula.ccclxxv.incip.Salyc.verſi.etiam quæritur.Vital.Camb.in tractatu clauſularum,in rub.an legibus inſinuationem exigentibus poſsit renuntiari,char.vlti. Iaſon { conſi.ccxvij. pro enucleando,col.8.verſi.nonò pro iſta parte } conſi.cliiij.in cauſa mota,col.5.verſi.iſtud idem,eo. lib.2. { & conſi.ccxxvij.Carolus olim,col.8.verſic.nonò pro iſta parte,eod.lib.& conſil. } lxxiij. dubitatur, col.vlti. lib.3.

*Iuramentum & ſpecificatio meritorũ probant merita in prohibitis.*

88 ¶Idque præſertim ſi iuramentum interueniat.Nam ſunt qui vtrunque exigunt , & ſpecificationem meritorum,& iuramentũ:vt ſit ſatis ad probanda merita in prohibitis.Et ita voluit Bal.ipſe in l.ſi donatione,col.1.verſ.ſed quid ſi pater,& ibi etiam Guid.Papæ,& Iaſon col.pen.verſi.iſtam regulam.C.de collat.per auth.quod obtinet.C.de probat.& { idem Bal.in l.perpetuo,ad fin.ff.de condit.ob turp.cauſ. } Ange.in l.pen.§.mulier.ff.ſolu.matri.& conſi.lxxxj.A.fecit teſtamentum, col.1.Alex.conſi.viij.incip.viſis & conſideratis,col.vlt.verſi. fortificantur prædicta,lib.2.& conſil. xviij.conſideratis,col.2.verſic. quantò magis,lib.3. { Guid.Pap.in tractatu præſumptionũ,col.6. verſi.ſi pater donet. } & Iaſon in l.frater à fratre,char.vlt.verſi.limita tripliciter,ff.de cõdict.inde. in lect.& rurſum in repet.col.pen. { dum citat Bal.in illo priori loco.& conſi.lxxiij.pro parte negatiua,col.vlt.verſic.prædicta fortiùs procedunt,lib.3. quibus locis } dicit quòd ita ſolitus eſt tenere,& allegat quod alibi voluit Bal.in præludiis feudorum,in iij.diuiſione , quòd ſi prælatus cũ capitulo confiteatur feudũ,de quo quempiam inueſtit,eſſe antiquum, non ſtatur tali cõfeſsioni, niſi interueniat iuramentum,quod dictum dicit Iaſon ſing. { in d.l.frater à fratre. } Sed & tu illi adde quod ſcribit Spec.tit.de ſucceſ.ab inteſt.§.j.verſi.ſed nunquid donationem. quòd quis non poteſt donare nepoti ex filio ſpurio:quia hoc facere præſumitur propter affectionem quã habet ad filium.per l.ſi fortè.ff.de caſtren.pec.& alia ibi alleg.vnde, inquit,præſumitur fraus.l.qui teſtamentum.ff. de probat.niſi donator iuret quòd contemplatione nepotis id tantùm faciat , per d. auth.quod obtinet,& cum eo tranſit Io.And.in addit.ipſius.Et in hac quoque op.eſt Anto.Rubeus conſi.cxlv.tenor ſtatuti,in fi.

*Iuramentum cõfirmat confeſsionẽ prælati in inueſtitura feudi.*

*Contrarium aſſerentes in ſpeciali meritorum declaratione.*

89 ¶ Sed contrarium tamen in primo caſu , videlicet non ſufficere etiam ſpecialem declarationem meritorũ in prohibitis,tenuerunt Guil.Cyn.& Albe.in d.l.vlt.ff.de exerc.& Bal.ſibi contrarius, in l.ſi tibi,col.2.verſi.ſed nũquid de iſtis meritis.ff.ſi cer.pe.Saly.Alexan. { ſibi quoque cõtrarius,} Corne.& alij recentiores,in d.l.ſi donatione.C.de colla.Rom.& Paul.Caſt.in d.l. Aquilius.ff. de don.& Guil.Pap.quæſt.delphi.xcv.dubitabatur,& ſingu.596.inci.not.quòd Guid. ad fi.& Soci. qui illam priorem ſententiã dicit cõmuniter reprobari,conſi.lxvj.fruſtra plenitudini , col.3.verſi. ſed omnia,lib.1.& Barb.cõſi.ij.illud afferam,col.3.lib.3.& Ant.Cana.in tract.inſinuationũ,quæſt. xlv. { & Steph.Bertr.conſi.xlviij.expreſsè,col.2.in fi.lib.4.& Carol.Rui.conſi.xliiij.primò quæritur,ad fin.lib.5. } & reliqui,vt reor,omnes quoquot de ea re nuncupatim ſcripſerunt, quorum bonam partem nuncupatim aduocauimus in noſtris commentariis conſuetudinum, quo loco ſtatim citabimus,moti hac potiſsimũ ratione efficaciſsima, quia in prohibitis non creditur aſſertioni etiã ſpeciali donantis,quam ipſam facit vt donatio valeat,quæ aliàs nõ valeret, per d.l. qui teſtamentum,& ibi gl.& doct.ff.de proba.& in l.cùm quis decedens.§.Titia honeſtiſsima fœmina.ff.de leg.iij.ex qua etiam probatur id procedere,quãtumlibet donans ſit honeſta perſona,cum ſimilib.à me latiſsimè congeſtis in illis noſtris commentariis, titu.xiiij.§.x.in j.gl.in prima declaratione primæ fallentiæ.

*In prohibitis non creditur aſſertioni etiã ſpeciali donantis.*

*De eadem re.*

90 ¶Quod tamen miro nouóque modo intellexit Bal.in l.j.col.j.verſic.item no.quòd confeſsio.C. de fal.cau.adiect.lega.procedere in prohibitis ſiue incapacibus,in quos naturali affectu ducimur, vt in ſpuriis : ſecus in aliis,vt in bannitis,nihil tamen allegat.Et id quidem nõ facilè crediderim verum eſſe,cùm omnia iura omnéſque doctor.qui de hac re loquuntur, generaliter loquãtur de incapacibus & prohibitis,nec ſit vlla ſaltem efficax ratio differentiæ.

91 ¶Sed & quod in iiſdem prohibitis non ſit ſtandum aſſertioni etiam iuratæ,tenuit Cyn.poſt Pet. in l.j.



in l.j.ad fi.C.de ſacroſan.eccle.Bar.in d.§.Titia honeſtiſsima.& in l.Aurelius.§.vlt.ff.de libe.lega. Io.And.in addit.Spec.titu.de donat.inter virum & vxor.col.vlt.Bal.hîc quoque ſibi contrarius in l.j.col.5.verſi.ex prædictis.C.de inoffi.donat.& in authen.ſi qua mulier , col.2.C.de ſenatuſc. velle.& in l.ſi eũ ſeruum,col.2.ff.ſi cer.pet. { in rub.ff.de iureiur.col.vlt.& conſi.cccxcviij.quæſt. q.col. vlti.lib.1. & } conſi.xiiij.Antonius fecit teſtamentum,col.2.verſic.in contrarium arguitur, vſque ad fi.conſi.lib.2.& conſi.lxxv.ſpurio,col.1.eo.lib.2.Saly.in l.hac edictali,in prin.in vij.q.C. de ſecund.nupt. { Pet.Ancha.in repet.c.ea quæ fiunt, col.12.in iij.q.verſi.in his etiam caſibus,de reg.iur.lib.6.& iterum in c.acceſſorium,col.6.verſi.ex prædictis poſſumus,eo.tit. } Imo.in c.cùm contingat,in iij.q.x.membri, extra de iureiur.Rapha.Co.conſi.xxxj.teſtator in teſtamento , col. vlti.Ro.in rubr.de iureiur.in j.concluſione.& conſi.xliiij.ex ſuprà narrato,col.2.& conſi.ccxciij. præſuppoſito quòd dictum legatum,col.2.Pau.Caſt.d.conſi.cxciij.ſuper iſto puncto, col.3.verſi. ad tertiam rationem , iunctis præcedentibus,lib.2.& conſi.ccclxxxiij.circa primum,col.2.verſic. nos autem ſumus,eo.lib.2.Fran.Aret.cõſi.lxxiiij.diligenter & maturè,col.iij.verſi.ſed tamen pro intellectu.& latiſsimè Guid.Pap.ſibi contrarius ſing.ccclxxvij.incip.ſi donans, verſi.ſi in inſtrumento.Alex.& Corn.& Phil.Dec.qui expreſsè reprobant Bald.ibi, videlicet in d.l.ſi donatione. C.de colla.& idem Alex.in l.quod de bonis.§.vlt.in prin.ff.ad leg.Falci. { & conſi.lv.conſideratis verbis dicti ſtatuti,colum.3.verſi.nec prædictis ob.iunctis præcedentibus,lib.1.} & conſi.xviij. conſideratis,poſt prin.& iterum col.2.verſi.& quamuis,lib.3.& Soci.d.conſi lxvj.col.viij. verſi.& hæc op.lib.1.Fely.in c.ſi cautio,col.24.verſi.ſed eſt aduertendũ,de fide inſtr.& in c.ſicut, col.14. de re iudi.& Iaſon,ſibi cõtrarius,in d.prælud.feu.col.27.verſi.iuxta prædicta, vbi illud dictũ Bal. ibi,de quo ſuprà diximus,reprobat Dec.conſi.ccij.vt præſens conſultatio, col.3.verſic.non obſt. quòd not.Alciat.in l.pacta quæ contra, in v. ſpecie.C. de pact.Ioan. Monteſer.in repet.l.frater à fratre, colum.27. verſic.quartò fallit.ff. de condictione indeb.Et id credo eſſe veriſsimum.Nam alioqui eſſet liberum cuique legem fraudare,iuramento interpoſito,contra l. ſi quis inquilinos.§. vlti.ff. de lega.j.

*Nec etiã aſſertioni iuratæ.*

*Autoris diſtinctio in non prohibitis perſonis.*

92 ¶Secundo autem caſu principali,cũ videlicet non ſumus in prohibitis,ita putauerim diſtinguendum. Aut enim poſt illam generalem meritorum mentionẽ donator dicit ſe liberè,purè,& ſimpliciter donare,vt ferè fit.Et hoc caſu habemus ſententiam Oldr.cõſi.v.cuius initium eſt, Titius dedi,cenſeri donationem ſimplicem,& nõ ob cauſam,aut remunerationem,& hanc nũcupatim ſequitur Alex.conſi.xiij.circa primum dubium,col.1.lib.item.j.& cõſi.xl.ſuper primo dubio, col. 5.verſi.ſed circa tertium,lib.5.& Soc.cõſi. { liij.in præſenti,col.2.verſi.optimè etiam , lib.1.vbi in eadem ſpecie conſuluit qua Alex.vbi ſuprà,& idem quoque Soci.conſi. } ccxcv.in cauſa contra filios,col.pen.verſi.quintus caſus,lib.2.vbi dicit ſe aliàs cõſuluiſſe Senis ſecundum illam deciſionem,nec eam habere cótradictorem. { & Hiero.Grat.conſi.50.reuerendiſsime,col.pe.num.55. & multis ſeq.lib.1. } Et his libenter accedo,niſi aliter conſtaret de meritis,quia ſi ea verè præceſsiſſent,cenſeretur donatio fuiſſe facta eorum contemplatione , etiam ſi nulla omnino de eis fieret mentio,vt latè diximus ſuprà in eadem gl.verſi.lxx.prima igitur, cum multis ſeq.

*De eadem re.*

93 ¶Aut ſimpliciter quis dicit ſe donare propter benemerita,in genere,nec poſtea adiicit illa verba, purè & ſimpliciter,& hæc res eſt admodum dubia,præſertim in caſu l.noſtræ. Nã Soci .expreſſe in eo loquens,in d.conſi.ccxcv.col.3.verſi.tertius caſus,& iterum verſi.quartus caſus, lib.2.tenet etiam hanc generalem meritorum mentionem eſſe ſuperuacuam,nihilque hîc operari quo minùs l.noſtra locum habeat:quoniam generalis aſſertio dubia eſt & obſcura, vt eſt tex.licèt nihil alleget,in l.prætor edixit,in prin.ff.de mino.vbi qui generaliter loquitur,obſcurè loquitur,& in l.ita fidei.ff.de iure fiſci.Obſcura autem & dubia locutio ſiue aſſertio nõ releuat.l.vbi autem.§.qui illud.ff.de verb.obl.& l.cùm incertis.ff.de leg.j.& l.vlt.C.de anna.exceptio.& ita dicit voluiſſe Bal. in d.l.illud.C.de ſacroſan.eccl.& in d.l.vlt.ff.de exercitor.idemque ſenſiſſe Bar.in d.l. ſi fortè.ff. de caſtren.pecu.vt ex multis apparet.Primùm,quia Bar.intendit determinare,quãdo verba enuntiatiua meritorum probant,& diſtinguit vtrùm ſimus inter perſonas prohibitas , an non prohibitas.Sed quando donatio eſt prohibita,Bar.intelligitur loqui quando merita ſunt ſpecificata, & non in genere tantùm expreſſa,vt declarant doct.maximè Alex.in d.l.ſi donatione. Ergo & ita quoque intelligendus eſt in alio capite,cùm loquitur inter perſonas nõ prohibitas,vt ita vnum caput ſecundùm aliud intelligatur,arg.l.j.& ibi no.ff.de reb.dub.& l.vtrùm,& ibi etiam no.ff. de peti.hære.Deinde quia Bart.allegat l.optimam.C. de cõtrahen.& commit. ſtipu.quæ loquitur in verbis enuntiatiuis ſpecificè prolatis.igitur debet ita ſecũdum illam intelligi,arg.no.per eundẽ in l.non ſolum.§.ſi liberationis verba.ff.de libe.leg.Deniq; quia Bal.ita videtur Bar.intelligere in d. l.ſi donatione,vbi tractans quando donatio dicatur eſſe remuneratoria,dicit,aſſertio meritorum in genere nõ ſufficit.Quando autẽ in ſpecie memorãtur,diſtinguit inter prohibitos,& nõ prohibitos,per no.in d.l.ſi fortè,quod & idẽ facit,& quidẽ clarius,Raph.Cu.in d.l.Aquilius.ff.de dona. Sed & ad hæc adiicit Soci.hanc rationẽ.Nam donatio facta ob merita, ſi excedat quantitatẽ meritorũ,in illo exceſſu dicitur pura,ſecundum Guil.Bal.& Saly.in d.l.illud.C.de ſacroſan. eccle.cũ concord.ſuprà à nobis adductis.Et ideo licèt hæc l.non habeat locũ in donatione remuneratoria,habebit tamen locum in illo exceſſu.Ex quo ſatis datur intelligi,quòd debent ſpecificè nominari. Et hoc ita cõfirma , quia illa generalitas poſſet verificari in quolibet vel minimo beneficio,

*Generalis aſſertio dubia.*

*Diſtinctio Bart. hac de re.*

*Donatio ob merita facta quantum ad exceſſum meritorum cenſetur pura.*

propter quod non impediretur huius l. diſpoſitio. Ergo in dubio debet habere locum l.noſtra, ſecundum doctrinam Bar.in l.Titia Seio,§.imperator.ff.de leg.ij.Et hanc Soci.ſententiam approbat { Caro.Rui.conſi.clxxiij.quæritur primò,col.5.nu.12.& 13.lib.1.& } Anto. Rubeus conſi.xcv. viſo & diligenter conſiderato,col.vlt.

*In non prohibitis ſufficit generalis meritorum mentio.*

94 ¶Verùm Iaſon & Phil.Dec.in eadem ſpecie & inter eaſdem partes conſulentes,ille quidem conſ. cliiij.in cauſa mota,lib.2.hic conſi.xx.in cauſa iſtorum fratrum,poſteaquàm retulerunt ſigillatim Soci.Rationes,quẽ ipſe Decius nuncupatim nominat,non deſignato tamen ipſius loco,aut numero conſil. eiuſdem , tenuerunt & conſuluerunt cõtrarium,vt videlicet in caſu noſtræ l.ſicuti ſemper aliàs in non prohibitis,ſufficiat generalis meritorum mentio,vt dicatur donatio remuneratoria,ſine alia meritorũ probatione,& ita habeat locum l.noſtra.Moti, quia Bart.in d.l.ſi fortè, generaliter & clarè dicit aſſertionẽ meritorũ fidem facere in nõ prohibitis:& ita eum, inquit,refert & ſequitur Pau.Caſt.in l.per diuerſas,col.vlt.C.mand.& in d.l.Aquilius.ff.de dona.Ergo & generaliter debet intelligi,quia generalis diſpoſitio includit generaliter omnes caſus , etiam ſi in vno maior eſſe ratio videatur,quàm in alio.l.j.§. quod autẽ.ff.de aleato. & l.in fraudẽ,in fi.& ibi Bal.ff.de teſta.mili.& l.j.§.& generaliter.ff.de lega.præſt.Et cũ verba Bar.& ſequaciũ ſint clara,nõ indigent alia interpretatione.l.iij.C.de libe.præte.& l.cõtinuus.§.cùm ita.ff.de verb.obli.Cui adde quæ latè diximus ſuprà in verbo,libertis,in prin.Item ratio Bar.hæc eſt,quia cũ perſonæ non ſunt prohibitæ,& poſſunt liberè donare,& ſine meritis,& cum meritis:cõſequens eſt ſtandũ eſſe aſſertioni inſtrumenti de benemeritis inter contrahentes.per d.l.optimã.C.de contrah.& cõmit. ſtipu.Quæ ratio pariter & vtroque modo procedit,ſiue generaliter ſiue ſpecialiter fiat mẽtio de meritis.Præterea illa ſpecifica meritorũ mentio non videtur ob aliud cõſideranda, niſi reſpectu probationis:ſed cùm partes poſſunt diſponere,ſtatur inſtrumẽto,nec alia probatio requiritur,vt dictũ eſt.Et ſic cùm iã non agamus de probatione, nihil eſt ampliùs propter quod cõſiderãda ſit illa ſpecifica probatio. Ad hæc tãtùm operatur generalis diſpoſitio in genere,quantùm ſpecialis in ſpecie.l.ſi duo fratres.ff.de admi.tuto.& l.ſi chorus.ff.de leg.iij.& l.omnes.C.de præſcrip.xxx. anno.cum ſimil.à me ſuprà latè congeſtis,in prin.noſtræ l.verſi.cxviij.incip.& hæc quidem omnia , & ſeq.Et licèt in quibuſdam caſibus diſpoſitio ſpecialis plus operatur: tamẽ ex cõmuni regula intentio noſtra fundatur ſecundum gl.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.Et ideo nõ videtur in dubio eſſe differentia inter aſſertionẽ ſpecificã & generalem inſtrumenti. Poſtremò ſi ſpecificatio meritorum requiritur inter perſonas non prohibitas,vt Bar.loquitur, videtur etiam poſtea probatio neceſſaria aliter quàm per inſtrumẽtum.Sed nulla probatio requiritur vltra inſtrumentum,vt omnes fatentur:ergo nec ſpecificatio : quin ſufficit qualiſcunq; inſtrumenti aſſertio, ſiue in genere,ſiue in ſpecie,arg.l.j.in prin.C.de rei vxo.actio.& quod habetur per gl.in l.vinum.ff.ſi cer.pet.Hæc ferme Iaſ.& Dec.qui & ipſe in eadem fuit ſententia in l.ſi donatione,col.4.verſi.ſecundus caſus , iũctis præcedentibus.C.de colla.& eum ſequitur & defendit Ripa tum in hac ipſa l.in xv.q.tum quoque lib.3.reſpon.c.ix.circa primum,col.vlti.Sed quibus rationibus ( nã & alias adfert ) cæterorum ſit iudicium.

*Secundum eſt aſſertioni inſtrumenti de benemeritis.*

*Tantum operatur generalis diſpoſitio in genere, quantum ſpecialis in ſpecie.*

*Autoris ſententia.*

95 ¶Aduerte lector optime,quoniam Bal.in locis à Soci. citatis nuncupatim loquitur in prohibitis. Ideo nihil ad hunc caſum pertinet.Illis autẽ rationibus,quibus Soci.ipſe conatur Bar.in ſuas partes trahere,reſpõdent Iaſ.& Dec.in d. conſi.propè copioſiùs quã res exigat, cùm de vnius tantũ doctor.licèt maximi,autoritate cõtendatur.Ego verò de hac re nõ admodũ laboro. Sed illud tantùm priuatim breuibus definiã,vtrũ in caſu l.noſtræ ſufficiat generalis meritorũ aſſertio,quod prima ſtatim fronte videri poſſet,in præiudiciũ quidem donantis, & donationis à ſe factæ,quam ita potuit facere,ſi voluit,vt propter filios poſtea ſuſceptos nõ reuocetur,vt qui huic l.renũtiare poſſit,ſecundum cõmunem opi.Et hæc eſt Iaſonis Deciiq; ſententiæ prora,quod dicitur,& puppis.

*In perſonis etiam prohibitis ſtatur aſſertioni meritorum in præiudicium aſſerentis.*

96 ¶Idque confirmatur vltra Dec. ex eo quod Salyc.ſubdubius tamen tradit in l.filiæ.C.famil.herciſc.quòd etiam inter perſonas prohibitas ſtatur aſſertioni meritorum in præiudicium aſſerentis, licèt non aliorum,per l.Aquilius,cum gloſ.ff.de donat.& ſequitur Iaſon in repetitione l.frater à fratre,col.pen.ff.de condi.inde.& d.conſi.cliiij.col.5.verſi.quartò principaliter. { & Phil. Dec.in l.ſi donatione,col.5.verſi.quarta concluſio.gl.limitatur.C.de colla.Et ſimile quippiam tradit ipſe Saly.in l.cùm propria.C.ſi quis alte.vel ſibi,quòd ſi vxor emit res quaſpiam conſtante matrimonio,& in inſtrumento continetur de propria pecunia vxoris,patiente & conſentiente marito, ei creditur,& ceſſat præſumptio l. Quintus.ff.de dona.inter virum & vxo. } Nam & quis ( vt hoc quoque illi addas ) nõ poteſt venire contra factum ſuum,quòd etiam de iure nõ tenet l.per fundum.ff.de ſerui.ruſti.prædio.& l.venditor.C.commu.prædio.& voluit Bal.conſ.403.Ioannes Simonem,col.pen.lib.3.cum ſimi.Et facit quod in ſimili dicimus,quod vendens non poteſt dicere venditionem ſimulatam aut factam in fraudem , ex eo quòd diutius remanſit poſſeſſor rei venditæ,licet tertius id poſſit facere,Bar.in l.poſt cõtractum,col.3.verſi.ſed an venditor.ff.de dona. & conſi.65.Petrus Nicole,in prin. { & conſi.81.Martinus,ad fi. } & Bal.in l.emptione, circa medium.C.plus val.quod agit. { & Cardi.Floren.in c.illo vos,in ij.no.extrà de pigno. } cum ſimil. Sed propius hanc Saly.ſententiã confirmat vltra Iaſ.quod ſcribit Bar.in authen.ſed iam neceſſe, in prin.& ibi quoque Franc.Tyg.in fi.repet.C.de dona.ante nupt.quòd licèt confeſsio mariti de dote data non præiudicet creditoribus , ſibi tamen præiudicat.& ſequitur Paul.Caſtr.conſil.383. circa

*Nemo poteſt uenire contra factum ſuum etiam de iure inualidum.*



circa primum,col.2.verſi.an autem præiudicet,lib.2.

*Autoris contraria opin.*

97 ¶Ego tamen Soci.ſententiam ſecutus,contrariũ verius eſſe arbitror,tum ea ratione,quam ex eo ſuprà adduximus de exceſſu meritorum,qui nullo pacto cognoſci poteſt ex generali meritorum mentione.Cui rationi non ſatis Iaſon & Decius facere videntur. Tum itẽ,quia talis aſſertio nudo ſermone effuſa,ſolet in donationibus apponi magis ad colorẽ, & veluti quendam honorem, quàm ad veritatem.Ideo perinde habendum eſt,ac ſi nõ appoſitum fuiſſet, arg.l.quod venditor. & ibi not.ff.de dol.& l.ſi quid venditor.& l.ſeq.in prin.ff.de ædil.edict.& quod ſcribit Old.cõſi.v. Titius dedit.in fi.iunctis iis quæ latè diximus ſuprà in prin.l.noſtræ,verſi.ccxxvj.inci.ad huius tamen poſterioris partis,vbi latè probauimus nõ conſiderãda eſſe quæ notarij ſolent apponere ex cõſuetudine quadã,ſicuti & ſolet fieri de huiuſmodi meritorũ mentione. vix enim è cũctis millibus vnũ inſtrumentũ donationis cõperies,in quo id non ſcribatur.Iunctis itẽ iis quæ diximus in noſtris cõſuetudinibus,tit.xiiij.§.x.in gl.ij.verſi.ſed etiam in illo dubio. Tũ denique, quia ea ratio renũtiationis huius l.quam pro cõtraria ſentẽtia adduximus,& quæ veluti foſſa eſt vallũ aduerſarũ partium,tum demũ procedit,ſi ſpecialiter quis renũtiaret huic l.neq; enim generalis renuntiatio omniũ legum & remediorũ,etiam iurata ſufficeret , vt latè diximus in prin.etiã l.noſtræ,verſ.cxv.inci.nunc autẽ reſtat,& multis ſequen.Igitur nec ſimiliter eadem ratione generalis meritorum mentio ſufficiet,etiam iurata,vt huic l.derogatum eſſe videatur,vt etiam voluit hac poſtrema ratione ſuffultus Pau.Caſtr.cuius in ea tam verboſa cõtrouerſia nec Soci. ipſe nec Iaſ. ac Dec.nec denique Ripa meminit,conſil.435.ſuper hoc puncto plura videntur,col.vlti.verſicu. quartò facit dubium,lib.2.Sed & idem nuncupatim etiam reſpondit Steph.Bert.conſi.135.thema conſultationis tale eſt,col.2.verſi.ſed manet difficultas,cum multis ſeq.lib.4.

*Reſponſio ad obiecta.*

98 ¶Nec quippiam obeſt illa Saly.ſententia in d.l.filiæ,quãdo ea palam coarguitur ab Alex. in d.l.ſi donatione,col.6.& ibi etiam Iaſone ſibi prorſus cõtrario,col.pe.C.de colla.& eodem Iaſ.in lect. d.frater à fratre,char.vlt.ff.de condi.inde. { Sicut etiam repræhenditur alia eiuſdem ſententia in d.l.cùm propria,à Soci.conſi.lxj.circa primum dubium,col.1.lib.4.Nec omnibus placuit id quod dictum eſt,venditorem non poſſe allegare venditionem ſimulatam aut fraudulentam , vt videre licet apud Fran.Aret.conſi.lxv.in præſenti conſultatione,col.vlt.verſi.circa tertium dicendũ eſt.} Nec etiam omnino certum eſt quod tradunt Bart.& Tyg.in d.authen.ſed iam neceſſe. vt patet ex ſcriptis ab eodem Bar.in l.cũ quis decedens.§.Titia.ff.de leg.iij.& Io.And.in addit. Spe.tit.de donat.inter vir.& vxo.col.vlti.Sed & nos de hoc,vtrùm videlicet aſſertio ſiue confeſsio ei præiudicet,qui eam fecit inter prohibitos,latè diximus in commentariis noſtrarum conſuetudinum, tit.xiiij.§.x.in gl.prima,in iij.limitatione primæ declarationis,vbi videre poteris. Neque enim hîc immorari ſtatuimus,in re,quæ quaqua verſum ſpectet,non eſt magni momẽti ad id de quo tractamus,propter iam dictas rationes,quæ ſemper locum habent.

*Cõtrariæ opinionis autores.*

*Donatarius tenetur probare ueritatem meritorum.*

99 ¶Cæterum Phil.Dec.hac in re,ſi vnquam aliàs,ſibi ex diametro cõtrarius,in conſi.366. pro declaratione,col.3.verſi.venio ad tertium,cuius etiam Ripa non meminit,aſſerit tantum abeſſe vt generalis mentio meritorum faciat ceſſare hãc l.vt ne ſpecialis quidem id efficiat.Nam licèt donãs, inquit,non ſit quãtum ad ſe perſona prohibita,tamen donatarius , qui dicit donationem nõ eſſe reuocatam ex huiuſmodi l.quia ſit remuneratoria,tenetur probare veritatem meritorũ , vt dicit concludere Ang.in d.l.ſi donatione.C.de colla.poſt Guil.Cu.in d.l.vlt.ff.de exerci.Subditq; hoc efficaci & concludenti ratione probari,quia ſicuti in patre,qui nõ poteſt donare niſi propter benemerita,non creditur aſſertioni illius ſpeciali, quia de facili poſſet fieri fraus,vt tenet gl.in d.l.ſi donatione,quam omnes ſequuntur , cum ſimil.ibi adductis per Alex.pari ratione dicendum eſt in noſtro caſu, quòd cum donatio reuocata ſit per legem , & talis reuocatio impediatur propter benemerita,debet probari de veritate benemeritorum,nec ſtatur aſſertioni etiã ſpeciali, quia eadem ratio videtur,quæ in perſonis,quæ donare prohibentur.Dictum autem Bart.in d.l.ſi fortè. ff.de caſtren.pecu.habet locum inter illos in quorum donationibus nõ requiruntur benemerita, vt perpetuò valeant,ſed tãtum ex abundanti exprimitur. Secus vbi neceſſaria ſunt benemerita, propter qualitatem perſonæ,vel propter reuocationem donationis , quæ impeditur propter benemerita.Hæc Decius,vtrobique ſcenæ ſeruiens,ac theatro ſeſe accommodans,adeóque non iuriſtæ,ſed litigatoris negotium agens. { & hoc idem videtur voluiſſe Pau.Caſt.à nullo iſtorũ memoratus,conſi.ccccxxxiiij.reſpondeo per ordinem,in iiij.dubio,lib.1. }

*Ex aſſertione meritorũ cũ coniecturis præſumitur donatio ob merita.*

*Simile in donatione inter uirũ & uxorem.*

100 ¶Sed vtcunque ſit,hæc tamen intellige,vt licet iſta aſſertio meritorum nõ tanti ſit, vt propterea ſit dicenda donatio ob merita: tamen non adeo exacta certaque probatio meritorũ requiritur, quàm ſi nulla prorſus aſſertio interueniſſet,quin ſufficiunt cũ huiuſmodi aſſertione quædã veriſimiles cõiecturæ,ex eo quod in ſimili elegãter voluit Saly.in l.mater.C.de cõtrah.empt.quòd ſi maritus emit fundũ pro vxore abſente,ex pecunia quã ipſe aſſerit eſſe vxoris,nõ eſt ſtandũ huic aſſertioni,tãquam ſuſpectæ,& factæ inter perſonas prohibitas,per d.l.qui teſtamentũ.ff.de proba, cũ ſimil.niſi,inquit,ex aliqua veriſimili præſumptione appareat, quòd vxor veriſimiliter hãc pecuniam habuerit. { & ſequitur Alex.conſi.18.cõſideratis his,col.1.lib.3,& Phil.Deci conſi.463.in cauſa quæ nomine. } Ex eo quoque quod ſcribit Ange.conſil.341. pater emit domum , in j. dubio, quòd licèt confeſsio patris dicentis ſe habuiſſe pecuniam à filiis,ſit ſuſpecta, cùm non valeat donatio inter patrem & filiumfamil.tamen ſi eo tempore filij ita erant aliquod artificium

edocti,vt ſatis veriſimiliter potuiſſent ſua induſtria illam pecuniã comparare, ſtandũ eſſet huic cõfeſsioni,per no.per gl.Cy.& Bal.in l.cùm oportet,in prin.C.de bon.quæ libe. Et hoc dictum Angeli ſequitur { Iaſon cõſi.clxxxix.circa legitimationem,col.vlti.poſt prin.lib.2.& } Phil. Dec. in l.ſi donatione,col.6.verſi.vlterius addo duas.C.de collat.vtrunque autem & Ang.& Saly.ſequitur ipſe Dec.conſ.96.viſo pũcto,col.2.verſi.nõ obſtat quòd talis eſt.& Hipp.Marſil.ſing.610. non ſtatur aſſertioni.& ante eos Alex.conſi.18.conſideratis his, lib.3.vbi ex iis idem quoq; conſuluit in confeſsione de recepto facta à patre filio ſpurio.cuius dictum pro ſingu.ſequitur Iaſon in l.ſi is qui,col.vlt.ff.de vulg.& pup.vbi & illud dictum Saly.dicit etiam ſing. Et idem in aſſertione meritorum facta in donatione inter virum & vxorem conſuluit Philip.Dec.conſi.202.vt præſens conſultatio,col.4.verſi.non obſtat quod talis donatio.

*Confeſsio de pretio recepto à marito an probet. Et de dote recepta.*

101 ¶Quibus adde quod ante illos conſuluit Bal.cuius tamen nullus illorũ meminit,conſi.lxvj.inter virum & vxorem,lib.1.Quòd ſi in inſtrumẽto vir vxori vendat fundum certo pretio,quod confitetur ſe recepiſſe ab vxore,non ſtabitur huiuſmodi confeſsioni,per d.l.qui teſtamentũ,niſi confeſsio , inquit, iuuetur aliquibus adminiculis.tunc enim illi ſtabitur.Et quod ſimiliter conſuluit Raph.Cum.conſi.xxxj.teſtator in teſtamẽto,in primo dubio,quòd licèt confeſsio de dote recepta facta à marito nõ probet,vt quæ videatur facta in fraudẽ per iura ibi allegata:ſi tamen maritus erat vir honeſtus,& dos veriſimilis attenta cõditione vtriuſque & cõſuetudine , & vxor iuraret,videretur ſufficere.Cui cõcinit quod not.voluit Bald.in l.j.col.3.verſi. vnde quæritur.C.de priuil.dot.quòd licèt dos cõfeſſata,vt noſtri appellant,nõ habeat priuilegia veræ dotis, de cuius ſcilicet numeratione verè cõſtat ex ſententia gl.in l.aſsiduis,in verbo,datæ.C.qui pot.in pigno. hab.tamen ſi vltra cõfeſsionem interuenirent coniecturæ quædã de numeratione dotis, vt quia vir exhibuit alimenta vxori tanquam dotatæ:certè huiuſmodi dos potietur priuilegiis dotis receptæ,per l.cũ vltra,C.de non num.pec.& hoc nuncupatim ſequitur Panor.cõſi.lxxiij. in quæſtione quæ ad præſens,col.3.lib.2.& Phil.Dec.cõſ.436.in cauſa quæ agitatur Mantuæ,col.3.verſi. ſed reſpõdetur. } & Fran.Aret.in l.j.col.5.verſi.ſecundus eſt.ff.ſol.mat.vbi hoc fulcit ex eo,quod no.vt ipſe dicit,ſcriptũ eſt à Io.And.in addi.Spec.in rub.de depoſi.vbi intelligit id,quod vulgò dicimus,confeſsionem nudam & ſine cauſa nõ valere.l.cum de indebito.§.vlti.ff.de proba. & l. nuda.ff.de dona.niſi ex quibuſdam poſsit præſumi cauſa,per l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initiũ.ff. de eden.& l.Titia.§.idem.ff.de verb.obli.& §.certũ, Inſtit.ad legem Aquil.Quanquã de illo Bal. dicto dubitauit Soci.in d.l.j.col.12.verſic.quintò limita.ff.ſol.mat.qui tamen dicit vidiſſe ſe conſultum ſecundum illam Bal.opinionem à doctiſsimis viris: nec negat tamen id probari poſſe ex coniecturis , ſed id tantùm aſſerit,illam non ſatis eſſe vrgentem , vt etiam declarat poſtea col.15. verſi.ſeptimò limita.& ipſe alibi ſimpliciter Bald.ſequitur,videlicet in conſi.cxxij.circa primum, col.4.verſi.tertiò etiam concludo.lib.3.

*Dos confeſſata non habet priuilegia veræ dotis.*

*Confeſsio nuda & ſine cauſa non valet.*

102 ¶Et facit quoq; quod tradit ipſe Bal. { cõſi.66.inter virũ, lib.j .quòd ſi inſtrumentũ factum inter virũ & vxorem cõtineat venditionẽ factam pro pretio quod maritus cõfitetur recepiſſe ab vxore,aut è cõtrario,ſi huiuſmodi confeſsio poteſt iuuari aliquibus adminiculis,ei ſtabitur,alioquin cõtrà,ſed præſumitur donatio propter legis interdictũ per l.qui teſtamentum.ff.de proba.& alia iura.Et quod itẽ voluit idem Bal. } cõſi.471.ſuper eo quod quæritur an cõfeſsio,in fi.iũctis præcedentibus,lib.5.quòd licèt cõfeſsio ab vxore facta cõſtante matrimonio,per ſe nõ valeat ad fauorẽ mariti,tamen iũcta cũ aliis cõiecturis probat.Et quod idẽ ſcribit in authẽ.hoc ius porrectũ, col.pe.verſi.quæro vtrũ in dubio.C.de ſacr.eccl.ꝙ cùm eccleſia nõ obligetur ex mutuo,niſi probetur numeratio & cõuerſio pecuniæ in vtilitatẽ eccleſiæ,vt ibi cauetur.Certè de hac cõuerſione creditur prælato,ſi cõcurrant quædã cõiecturæ cũ cõfeſsione illius,puta quia monachi ante nihil habebãt frumẽti,& erãt nudi,nunc autẽ cõſtat quòd vixerũt ex frumẽto,ſuntq; etiã veſtiti,ar.l. vlti.C.de ali.pup.præſt.Nã licèt id aliũde proceſsiſſe poſſet,tamen nõ præſumitur,vt l.ſi vẽtri.§. vlt.ff.de priui.cred.Quã Bal.deciſionẽ ad hoc noſtrũ principale negotiũ citat & ſequitur Iaſon d. conſi.154.col.5.verſi.quintò pro iſta parte,lib.2.ſed eũ omnino ſolum allegat : quãuis & ipſe Bal. idem aſſeruerit in l.j.in fin.C.ſi aduer.credi.Quodque in ſimili dicit Guid.Pap.in l.ſi voluntate. C.de collat.quòd nõ creditur patri donanti filioſa.ob merita,niſi ſint cõiecturæ meritorũ , quaſi ſcilicet ſufficiant cõiecturæ. { Et idem dicit in tracta.præſumptionũ.col.6. verſic.ſi pater donet. } Et licèt illæ aſſertiones de quibus loquuntur Bal.Salyc. Ang.& Raph.in illis prioribus locis,ſint ſpeciales : tamen non plus habent roboris,quàm generalis in caſu de quo loquimur.Illi enim loquuntur in prohibitis , in quibus etiã ſpecialis aſſertio meritorũ aut alterius cauſæ nihil prodeſt, vt plenè ſuprà diximus.Hìc verò in caſu nõ prohibito,in quo licèt generalis aſſertio etiã nõ probaret propter ſpecialem rationẽ,quã ſupra ex Soci.adduximus: tamen in aliis fortè probaret,per rationes Decij.Itẽ coniecturæ,quas nuncupatim adferunt Bal.Saly.Ang.& Raph.ſunt admodum leues & frigidæ,vt apertè videre licet. Nos autem arbitrio iudicis relinquimus,quæ,qualéſq; cum hac meritorũ mentione,ſatis erunt efficaces coniecturæ ad credendum merita præceſsiſſe.Quid enim ſi is qui donauit,adeo auaræ tenacíſque naturæ erat,vt nunquam ſolitus eſſet donare , niſi ingentia prius merita præceſsiſſent ? Nonne ſi meritorum vel generaliter tãtùm,meminerit, facilè præſumemus ea præceſsiſſe?& certè præſumemus,ar.d.l.cùm de indebito ff.de probat.

*Confeſsio de pretio recepto facta à marito præſumitur donatio.*

*Niſi ſit iuncta aliis coniecturis.*

*Eccleſia non obligatur ex mutuo.*

*Coniecturæ in meritorũ aſſertione relinquuntur arbitrio iudicis.*

103 ¶Nec tamen illud interim omittendum duximus,quòd ſi huiuſmodi aſſertio vel confeſsio meritorum



ritorum fieret in inſtrumento guarentigiato,tũc probaret tanquam res iudicata , etiã inter perſonas prohibitas,vt egregiè dicit Bal.in d.l.j.col.3.verſic.idem dico ſi ſtatutum.C. de priuil.dot. ar.l.res iudicata.ff.de reg.iur.vbi res iudicata habetur pro veritate,quaſi ſcilicet huiuſmodi inſtrumenta habeãt vim ſententiæ & rei iudicatæ.de quo latiſsimè omniũ diſſeruimus in noſtris comment.conſuetudinũ Pictauicarũ,tit.xxix.§.j.Et illud dictũ Bal.ſequitur Panor.conſi.73. in quæſtione quæ ad præſens,col.4.lib.2.& Soci.qui hoc dicit ſing.conſi.122. incip.circa primum,col.5. verſi.quia cõfeſsiones,lib.3.Et facit quod in ſimili tradit Bal.in l.vlt.col.2.verſi.& ideo cõſuetudo,iunctis præcedentibus.C.de ſponſ.& in l.pecuniæ,circa med.verſi.item nota hìc.C.de ſolu.

*Confeſsio meritorum facta in inſtrumẽto guarẽtigiato.*

*Inſtrumentum guarentigiatũ habet vim rei iudicatæ.*

104 ¶Sed ego de hoc admodum dubito,tum quia facilè fieret fraus,& quidem tã facilè,quàm in alio ſimplici inſtrumento , nec tollit guarentigia præſumptionẽ fraudis.Tum etiã quia iuramentum nihil operatur inter perſonas prohibitas,vt ſuprà in eadem gl.diximus,verſi.91.inci.ſed & quod in iiſdẽ prohibitis.Licèt & ipſum iuramentum,ſicuti & guarentigia, habeat etiam vim rei iudicatæ.l.ij. & l.qui iuraſſe.§.vlt.ff.de iureiur.Imò plus authoritatis quàm res iudicata.l.ij.& ibi gl.quæ hoc declarat.ff.de iureiur. Ideoque habet etiã executionem paratã,ſicut ſententia.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.vlt.& ibi Bal.Saly.Ang.Fulg.Rom.& Alex.ff.de iureiur.& l.poſt rẽ.& ibi etiã Bar.& alij. ff.de re iudi.& idem Bar.Fulg.Pau.Caſt.Alex.& alij in d.l.ij.de iureiur.Bal.in l.j.C.col.j.de exec. rei iud.& Matheſ.no.xx.nota bonam practicam.Barb.in l.j.§.ſi quis ita,col.12.verſi.& primò quia Bar.ff.de verb.oblig.cum aliis multis concor.adductis per Iaſonem,in d.l.ij.& conſi.ix. circa primum dubiũ,in prin.lib.1.Ant.Corſe.in repe.rub.extra de iureiur.in x.priuilegio.& Hippo.Marſi. ſing.cclvj.iuramentum eſt maxime: { vt tamen ei addas Benedic.in repe.c.Raynutius,in verbo, teſtamentum,lib.3.nu.33.de teſt.vbi ex hoc dicit quòd iuramentum habet vim guarentigiæ, vti etiam dicit in verbo,abſque filiis moreretur,le ij.nu.193. } Tum denique quia guarentigia habet vim rei iudicatæ in iis tantùm quæ reſpiciunt executionem,non etiam probationem,de qua hìc tractatur,vt ex eo patet,quòd nõ magis probat numeratam pecuniã,nec magis ideo impedit exceptionẽ non numeratæ pecuniæ,quàm aliud etiam publicũ inſtrumentum,vt voluerunt Cyn. & Bal.in l.in contractibus,in prin.ille quidem col.3.in q.4.hic col.vlt.C. de non num.pec.& idẽ Bal. { in l.qui pecuniam,verſi.ſed quid de inſtrumentis,& ibi etiam Iaſ.col.1.verſi.tertiò extende. ff.ſi cert.pet.& } in addi.Spec.tit.de appel.in iiij.parte.§.reſtat videre,verſi.ſed nunquid cõtra,qui eſt in col.6.Corn.conſi.lij.quotidianus,col.1.verſi.tamen hoc non obſtante,& iterũ col.2. verſi. licèt enim dubitetur,ante fi.illius verſi.lib.1. { licèt ſecus ſit in iudicio cõtrouerſo, gl.iuncto tex. in l.j.in gl.ij.poſt prin.& ibi Saly.in j.& iij.opp.C.de cõfeſ.} cũ aliis multis ſimilibus,quæ latè congeſsimus in d.noſtris comment.vbi ſupra proximè citauimus,in xv.declaratione.

*Guarentigia non tollit præſumptionem fraudis.*

*Iuramentum nihil operatur inter perſonas prohibitas.*

*In quibus guarentigia habeat vim rei iudicatæ.*

105 ¶Ex quibus nec ego accedo Soci.qui conſi.lxvj.fruſtra plenitudini,col.5. verſic.nec obſtat quòd talis aſſertio,lib.1.tradit illud dictum Bal.in d.l.j.de priuil.dotis,tantùm procedere vbi ſtatutũ diceret quòd inſtrumentum guarentigiatum haberet vim rei iudicatæ,non etiam ſi ſolùm diceret, quòd haberet executionem paratam.Nihil enim inter hæc quantum ad id de quo agimus,intereſſe video. Et ideo Maria.ipſius Socin.pater conſi.iij.circa præſentem tenet ſimpliciter,quòd vbi requiritur vera remuneratio,ea non probatur ex aſſertione facta in inſtrumento guarentigiato, quia ſi contractus principalis , inquit,nõ valet,nec guarentigia quoque.de quo & nos late diximus in { noſtro tracta.conſtituti poſſeſſorij,in vij. limit.nu.25. & per illum. } Ob idque reprobat ipſe Maria.dictum Bal.in d.l.vlt.C.de ſponſa.

*Autoris ſententia.*

*Cùm principalis contractus non valet , nec guarentigia quoque valent.*

106 ¶Quarta declaratio donationis remuneratoriæ hæc eſt,vt ad hoc faciat ceſſare leg.noſtrã,merita ſiue ſeruitia ſint talia,ad quæ donatarius aliàs non tenebatur,verbi gratia,vxor,filius,libertus debent marito,patri,patrono certas operas & obſequia : ea ſi præſtita fuerint,nõ habentur pro meritis,quæ impediãt reuocationem donationis ex noſtra l.vt expreſsè voluit Fran.Ripa.hìc in xiij. q.& iterũ lib.3.reſpon.c.xiij.duo ſunt,col.2.Cui & ego facilè aſſentior. Nã cum debeãtur ex neceſsitate vel officio,ita iubẽte lege,nõ debent cẽſeri beneficia,quæ exigant præmiũ ſiue remunerationem.Nã donari videtur quod nullo iure cogẽte cõceditur.l.donari.ff.de dona.& l.donari.ff. de reg.iur.& ibi cõcor.Et vt ſcribitur in l.rem legatã.ff.de adi.leg.in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit.& optimus tex.in l.ſi ſeruo.ff.de hære.inſtit.vbi nõ cenſetur præſtare beneficiũ, qui debitum impẽdit.& in l.proxime.ff.de rit.nupt.cùm dicitur,magis debitã libertatem præſtitit, quàm vllum beneficium in mulierem contulit.& in l.vnum ex familia.§.j.ff. de lega.ij.vbi dicitur.Non enim facultas neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis beneficiũ eſt.Quid eſt enim quod de ſuo videtur reliquiſſe , qui quod reliquit,omni modo reddere debuit ? & in l. ſi quis pro vxore.§. ſi vxor.ff.de dona.inter virum & vxo.ibi,non eſt iſta donatio,cùm pro oneribus matrimonij petantur.& in l.ſi quis graui.§.vtrùm.ff.de ſenatuſcon.Syllani.vbi Bar.Bal.& Ang.qui eum §.ſi quis ex ſtipulatu,& cæteri aſſerũt officialem qui capit delinquentẽ aut bannitum ex neceſsitate officij ſui,non habere præmium à ſtatuto præſcriptum illos capientibus. Et idem voluit ipſe { Bal.in l. ab hoſtibus,la ij.C.de capt.& poſtlimin.reuerſ.& in l.qui ſine,in j.lect.in fi.& iterum in ij.in prin. per illum tex.ff.de neg.geſt.& } in l.ij.poſt prin.per illum tex.C.de ope.lib.& conſi.cccxciiij.ſtatuto ciuitatis Peruſij.libro 1. vbi hoc dicit procedere,niſi verba ſtatuti aliud inducerent,vt in caſu de quo ipſe loquitur. { & conſi.lxiiij.factum ſic ſe habet,lib.2. } Saly.in l.ea quidem,in xvj.q. C.de accuſ.Panorm.in c.eccleſiis,per illum tex.extr.de cenſib.Ioan.Ana.in c.de hoc,col.3.verſic. in ca

*Merita ex neceſsitate vel officio nõ impediunt reuocationem donationis ex hac lege.*

*In neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit.*

GRANADA

in ea gl.ibi,quod fit,& ibi etiam Fely.col.2.verſi.in ea gl.in fi.extra de ſimonia.Ang.Aret.in tracta.malefic.in verbo,necnon ad denuntiam Ioannis,col.antepe.verſi. quæro ſecundum Saly.vbi ad hoc dicit ſing.tex.in d.§.vtrùm. { & rurſum in verbo,quòd fama publica præcedente,nu.74. ſed nec officialis publicus,& ibi Aug.Arimi.in addit. } Barb.in l.ſi à fure,col.2.ff.de verb.obli.& conſi.xlv.Deũ inuocent,col.3.verſi.& ſi ſubtiliter,lib.3.Quibus adde { quod per tex.in d.§. vtrũ, tradit Bald.conſil.ccccxxxiiij.præmittendum eſt,libr.5.quòd non merentur præmium, niſi quæ ſpõte,& ſine vlla neceſsitate fiunt,& } quæ diximus ſuprà in verbo,libertis, nu.78.ſed tu tamen aduerte.Et quod ſcribitur apud Senecam lib.6.de beneficiis.Si quis,inquit, coactus aliquid boni fecit,quin nos non obliget,manifeſtius eſt,quàm vt vlla in hoc verba impendenda ſint.Hęc ibi.

107 *Merita ex iure debita non cenſentur merita.*

¶Ideoque ſemper aliàs huiuſmodi obſequia ex iure debita,non cenſentur eſſe merita,quæ robur vimque tribuant actui,vel quæ vllo modo cõſiderari debeant ad eũ præſertim finem, vt donatio ex iis debeat cenſeri remuneratoria,vt voluerunt Bal.Saly.Paul.Caſt.Corn.Iaſon, & alij recentiores in l.ſi donatione.C.de colla. { Bal.in l.ſi tibi decẽ.§.ſi quis poſt prin.ff.de pact.} Saly.in l.filiæ,col.6.verſ.quæro donatio facta.C.fam.herci.Floria.in l.quæ pater,col.3.verſ.aduerte tamẽ. ff.eo.tit.Barb.conſi.xxviij.à Ioue principiũ,col.1.lib.3.& inter conſi.Fran.Cur.ſenioris,conſi.67. ſapienter optimus,col.2.Corne.conſi.144.licèt dicendum,col.2.lib.2. Iaſon in l.ex hoc iure,in fi. iij.effectus.ff.de iuſt.& iure.Phil.Deci.conſil.ccij.vt præſens conſultatio,col.4.Quòd ſi alia obſequia præſtita ab illis fuerint, ad quæ ex lege nõ obligantur,ea haud dubiè beneficia ſunt & merita conſideranda,& præmio ac remuneratione digna,vt ſentiũt omnes doct.quos citauimus,& planè probat Seneca ipſe lib.3.beneficiorum, dum copioſè diſſerit poſt Hecatonẽ an ſeruus domino,filius patri beneficium dare poſsit.& tex.apud nos in l.iuſta { & l.etiam.§.j. } ff. de manu. vindi.& in l.j.C.quib.ex cauſ.ſer.pro præ.liber.accip.& l.æris.ff.ad leg. falci. { & in l.teſtamẽto.ff. de hære.inſtit.& in l.ſeruos.ff.de ma.teſta.& in l.teſtamento, eo.tit.& in l.ſi poſtulauerit.§. iubet lex,ibi,ſpe meriti collocãdi.ff.de adul.} Sed in exẽplo vxoris & filij,vide quę latè diximus ſupra in glo.in verbo,libertis,in quæſtionibus quas eo in loco diſputauimus vtrũ iſta lex habeat locũ in donatione facta filio,& in donatione facta inter virũ & vxo. { Et vide præterea quæ diximus ſuprà in eadẽ gl.nu.20.ſeptimus nõ longè,& ſeq.Nec interim prætermittes quod Tullius ſcribit lib.11.epiſt.ad Brutũ,Magna,inquit,nõ dico eius in me officia,ſed merita,quibus verbis planè oſtendit,merita,dici beneficia gratis impenſa, nullo iure cogente.Officia verò,quæ veluti ſunt debita.

*Secus in aliis.*

*Merita.*
*Officia.*

108 *Officia obſequialia diutiſsimè impenſa digna ſunt remuneratione.*

¶Intellige tamen quæ dicta ſunt niſi huiuſmodi officia obſequialia eſſent impenſa diutiſsimè & cum magna cura & ſolicitudine,& in graui quapiam & longa ægritudine patris,mariti, & aliorũ quibus hæc officia debentur.ea enim remuneratione digna ſunt,& ſunt iudicãda vt alia merita, quæ noſtri appellant,vt expreſsè voluit & conſuluit Phil. Dec.conſi.ccxxxij.nu.6.in fi.vti eum refert & ſequitur Paul.Pariſ.conſi.xc.pro reſolutione,col.3.nu.13. lib.3. Quamuis nõ reperi in eo Dec.conſi.ſed credo quòd eum voluit allegare in conſil.ccij.vt præſens, col.3.verſic.non obſtat quòd talia,vbi ſimile quippiam dicit. }

109 *Donatio remuneratoria tantùm fieri debet pro meritis præteritis.*

¶Quinta ac poſtrema declaratio eſt,vt donatio ad hoc vt dicatur cenſeaturque remuneratoria, fiat pro meritis præteritis ſiue præcedentibus : ſecus ſi pro futuris, per id quod voluit Imol.in l. Aquilius Regulus,& ibi quoq; Rom.col.2.ff.de dona.quòd huiuſmodi donatio quæ fit pro futuris meritis,ſi excedit quingentos aureos,indiget inſinuatione, per multa quæ ipſe Imol.allegat, & ſequitur Iaſon in l.ex hoc iure,in primo effectu antidoralis obligationis.ff. de iuſtit.& iure.& idem voluit Pau.Caſt.conſi.345.circa bona,col.5.verſi.ſecundò videtur,lib.j.per tex.apertum,vt ipſe dicit in l.donatio.C.de dona.Cuius tamen contrarium tenet Bar.in d.l.Aquilius,per l.vlt.& authen.ibi poſitã.C.de dona.ante nupt.& l.vlt.in prin.C.de iure doti.quem ſequitur Raph.Co. ibi,& Ant.Cana.in tractatu inſinuationũ,in xlv.q.poſt prin.& Iaſon loquens nũcupatim in caſu l.noſtræ,cõſi.cliiij.in cauſa mota,col.pe.verſi.non obſtat aliud inquantũ dicitur quòd ad hoc,lib. 2.& idẽ quoq; voluit Fran.Aret.conſi. { ij.intellecta diligenter,col.1.verſi.ex ſecũdo,iunctis ſeq. & iterum conſi. } xvij.cõſideratis,col.5.verſi.ſecundæ autẽ obiectioni. { Alex.cõſi.xij.viſo inſtrumento donationis,col.2.verſi.inſuper dicta donatio.lib.j. } Quos ego ſequi malo.Nam & ſi hæc fortè impropriè dicatur remuneratoria donatio, quia verbũ remunerãdi habet vim & ſignificationẽ retro munerãdi,vt de verbo reddẽdi ſcribitur in l.verbũ reddendi.ff.de verb.ſign.De quo & aliis ſimilibus verbis planè diximus ſupra in verbo,libertis,verſi.cxij.inci.his autem Corn.negari tamen nõ poteſt quin huiuſmodi donatio ſit oneroſa ſiue ob cauſam. { Nam vt dicit Bald. conſi.xviij.notiſsimũ eſt,col.2.lib.1.donatio ob cauſam de futuro eſt cõtractus, nec cõtinet cauſam lucratiuã,per l.nõ vſque adeo.ff.ſi quid in fraud.patron. } In his autem donationibus ex crebriori doct.ſentẽtia nõ requiritur inſinuatio,nec in ea habet locũ l.noſtra,vt plenè dicemus infra in vj.prin.q.Tametſi pro priori ſentẽtia aliquid facit quod ſcribit Bal.in c.j.col.2.verſi.ſed Pet. de Cer.titu.de feud.gard.cauſam impletam fortiùs agere in ſubiacentẽ materiam, quàm cauſam implendam,per d.l.Aquilius.& l.ſi pater,eo.tit.Ex hocque reprobat,& cæteri poſt eum,Pet.Cer. qui intellexit textum ibi dantem facultatem reuocãdi feudum gardiæ,& quod pro mercede alicuius rei datur poſt annum,procedere pro mercede ſiue remuneratione ſeruitij iam præſtiti : ſecus ſi præſtandi,per quædam iura ibi allegata.

*Verbum remunerandi.*
*Donatio ob cauſam de futuro non continet cauſam lucratiuam.*
*Nec in his opus eſt inſinuatione.*

110 ¶Tertio principaliter,vt donationem remuneratoriã maturè relinquamus,& ad alias pergamus.

Ex eo



Ex eo quod diximus in prin. huius glo.noſtram hanc l.procedere in donatione ſimplici & pura tantùm,conſequens quoque fit,vt non obtineat in donatione mutua & viciſsitudinaria, ita ſcilicet concepta,vt vterque capiat verbi gratia , ſi eodem contextu ſiue ( vt loquar cum Cæſare ) eodem veſtigio tibi dono fundum,& tu mihi vice mutua domũ.Nam ea cenſetur potiùs quædã permutatio,quàm donatio,vt dicit gloſ.in l.quod autem.§.ſi vir & vxor.ff.de donat.inter vir.& vxo. { & Alber.poſt Iac.But.in l.ſi donatæ,in fi.ff.de dona.inter vir.& vxo. } Ideoque valet huiuſmodi donatio inter vir.& vxor.vt dicit tex.ibi,quem ad hoc expẽdit Bal.inibi,in §.ſi maritus, cum quo legit.d.§.ſi vir & vxor.& Rom.conſi.cxlvj.iſta quæſtio,col.2.vbi eum ad hoc dicit ſing. & iterum conſi.517.in caſu propoſitæ conſultationis,col.pen.vbi & illum tex.dicit no.& ad hoc præterea allegat l.ſi mulier.ff.de pact.dotalibus.qui nihil mihi facere videtur.& Barb. conſi.lx.illud in medium afferam,col.xvij.verſi.præterea quotieſcunq; , lib.6.vbi & ad hoc dicit not.illum priorem tex.& Soci.ſi is eſt,in tract.fal.reg.ciiij.cui donatio inter vir. & vxor.in j.fal. { Phil.Dec. conſi.ccij.vt præſens conſultatio,col.4.verſi.nõ omitto tamen, vbi & illud dicit, huiuſmodi donationem nõ requirere inſinuationẽ. } cum aliis multis concor.à me latè congeſtis in cõmentariis noſtrarũ cõſuetudinum tit.xiiij.§. xxviij.in iij.& iiij.fal.vbi etiam plenè probaui quod ſuprà diximus,hanc nõ eſſe veram & propriam donationem,ſed vel permutationem , vel cõpenſationem,& propterea eam inter virum & vxorem poſſe cõſiſtere, vt diximus:ſicuti etiam inter patrem & filiumfa.reſpondit Alex.conſi.ccxvij.ponderatis his quæ in themate,col.j.lib.6.& Hipp. Marſi.conſi.ccvj.dirigere digneris,col.4.verſi.facit ad prædicta.

*Donatio reciprocè facta ualet inter uirum & uxorem.*

*Et non requirit inſinuationem.*

111 ¶Et aliàs quoque videmus mutuas has donationes,& quaſuis alias diſpoſitiones plus habere virium & põderis,latiuſque ac fauorabilius interpretari.Nã primùm licèt qui conuenit ne teneatur de euictione,tamen re euicta tenetur ad reſtitutionẽ pretij.l.emptorem.§.vlt.ff.de actio. emp.tamen ſi eſt mutua traditio atque pactio,ne euictionis nomine aliquid debeatur,tunc nec pretium quidẽ reddi debet,vt voluit gl.no.in l.ſi familiæ,in gl.ij.magna,circa medium.C.fam.herciſ.quã ſequuntur Guil.Suz.qui tamen eã limitat.Bar.qui dicit eſſe notandam.Bal.qui etiam limitat,in ij. oppo.Ang.qui eam dicit ſing.& Pau.Caſt.ibi,Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres,in xj. q.& ibi etiã Ang.qui & eã dicit ſing.col.antepe.verſi.item nõ venit,& latè Alex.col.xvij.verſic.in eadem gl. ibi,niſi fuerim ſciens.ff.de verb.obl.Bal.Saly.& Ang.qui & eã quoque dicit ſing.in l.ſi fratres.C. com.vtriuſque iudi.Iaſon qui eã etiam dicit ſing.in l.ſi pater,verſi.ſecundò facit.C.de inof.teſta. & conſi.ccxj.præſens cõſultatio,col.v.verſi.item qui conuenit,lib.2.& conſi.clxxiij.circa primũ, col.7.verſi.item qui conuenit,lib.4.Hip.Marſil.qui & illam dicit ſing.d.cõſi.cvj.col.4. verſi.facit etiam,nam qui conuenit. { & Io.Lupus in d.repet.rub.de donat.inter vir.& vxo.§.50.col.3.verſ. ſecundò facit,vbi & eam dicit ſing. }

*Effectus mutuæ donationis, aut mutuæ alterius diſpoſitionis.*

112 ¶Ad hæc licèt in contractibus non habeat locum ius accreſcendi.l. ſi mihi & Titio.ff. de verbo. obli.hoc tamen intelligitur in cõtractibus ex altera parte tantùm obligatoriis, cuiuſmodi eſt ſtipulatio,de qua loquitur d.lex.Secus autem in cõtractibus viciſsim ac mutuò contrahentes obligantibus,vt emptio,venditio , & ſimiles:nã & in his locus eſt iuri accreſcendi.l.fundus ille.ff.de contrah.empt.Et ita id intelligunt Iac.Raph.& Cy.in l.vlt.C.de inuti.ſtip.& poſt eos Alex.in d. l.ſi mihi & Titio tum in j.col. tum in iij.col.verſic.& prædicta inducuntur, & ibi quoque Iaſon col.4.verſi.vltra Bar.viij.fallit. { Bald.conſi.cccj.proponitur quòd Petrus,col.3.verſi.item regula eſt,lib.j.& Phil.Dec.conſi.cviij.iſta videtur, col.vlti. } Ex quibus tamen intelliges,ne decipiaris, quomodo id intelligatur.

*An in cõtractibus locum habeat ius accreſcendi.*

113 ¶Item licet verba præſentis vel præteriti temporis ad futura nõ porrigantur.l. ſi ita ſcripſiſſet.ff. de leg.ij.& l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cùm ſtipulamur.& l.ſi à colono.ff.de verb.obli.& l.ſi ita.ff.de auro & argen.leg.cum ſimil. ideoque promiſsio ab vno principe alteri facta de non receptando bannitos vel rebelles illius,intelligatur de præſentibus tantùm,nõ etiã de futuris, vt dicit Ang. conſi.cclxvj.punctus eſt,in anno Domini,col.pen.tamen ſi talis promiſsio ſit vtriuſque communis & mutua,trahitur ad omnes,vt ſubdit ipſe Ang.vbi ſuprà,per text.in l.j.in fi.& l.ſi quis ſocietatem.ff.pro ſoc.quod & dicit eſſe de mente Bar.in d.l.ſi ita, in vj.opp.& ſequitur Iaſ.in d.l.ſi pater.& iterum in l.j.col.2.ff.de condict.ex leg.& in d.§.cùm ſtipulamur,col.3.verſi.quartò no.limita.& d.conſi.ccxj.col.v.lib.2.& cõſi.clxxiij.col.7.verſi.item mutua, lib.4.vbi dicit ſing.Hippo. Marſi.cõſi.cvj.col.4.verſ.& facit etiã pro hac parte. { & Io. Lup.in d.repe.rub.de dona.inter vir. vbi ſuprà,verſ.quartò facit. } De quo tu vide Alciat.in l.verbum erit.ff.de verbo.ſigni.vbi adfert hiſtoriam ex Liuio huic ſpeciei nõ admodum abſimilem. { Sed & vide Bal.conſi.cxij.quæritur, col.1.verſi.in cõtrarium videtur,lib.1.vbi tenet,quòd immunitas per contractum cõceſſa quibuſdam,non extenditur ad bona poſtea quæſita,quod videtur eſſe contra id quod ſuprà diximus. }

*Verba præſentis uel præteriti temporis ad futura nõ porriguntur.*

114 ¶Præterea licet de iure ciuili ex nuda promiſsione ſine cauſa etiam iuramẽto firmata nõ oriatur efficax obligatio vel actio.l.vt iuriſiurãdi,in prin.& ibi Bar.ff.de ope.libe.& idem Bar.in l.ſi quis pro eo,in prin.ff.de fideiuſſ.Tamen cùm partes ſibi inuicem & mutuò quicquam promittunt,ac iuramento confirmant, etiam de iure ciuili oritur actio præſcriptis verbis, vt ſubdubius voluit Bal.in c.j. §.item ſacramenta,col.vlt.in prin.tit.de pace iura.fir,quod pro ſingu.refert & ſequitur Fran.Cre.no.cxix.ex iuramento & Iaſ.in d.l.ſi pater,& iterum in authen.ſacramenta puberum, col.2. verſi.& ratio diuerſitatis.C.ſi aduer.vendi.& d.conſi.211.col.v.lib.2.& cõſ.v.ſtrenui,col.v. verſi.

*Ex nuda promiſsione etiã cum iuramento non oritur efficax actio. Secùs ſi mutuò promiſsio ſit facta.*

verſi.quartò facit,lib.3.& d.conſi.clxxiij.col.7.verſi.item licèt aliàs,lib.4.& Ioan.Lup.vbi ſuprà, verſi. tertiò facit.

*An mutua promiſsio, à minore facta curatori, ualeat.*

115 ¶Denique & huc accedit quod pulchrè reſpondit Pau. Caſt.cõſi.ccclxxix. primò videndum eſt vtrùm remiſsio,in ij.dubio,lib.j.valere mutuam remiſsionem, quam facit minor ſuo adminiſtratori,qui & ei etiam remittit ea quæ pro adminiſtratione impendit,argu.d.l.ſi pater puellæ.& l.de fideicommiſſo.C.de trãſact.& no.in d.l.ſi familiæ,in gl.& l.ſi ea.C.de vſur.Quod an verum ſit, nunc nõ examino.Sed ſatis eſt,quod ad rem præſentem pertinet,oſtendere, quantum tribuunt noſtri legum interpretes huiuſmodi diſpoſitionibus mutuis & reciprocis.

*Donatio mutua diuerſis temporibus facta non impedit diſpoſitionem huius legis.*

116 ¶Igitur vt redeamus ad caſum illum l.noſtræ,non mirũ videri debet,cùm duo ſibi vno eodémque contextu aliquid donant, non eſſe locũ huic l. cùm talis donatio non ſimplex ſit, ac pura, ſitque exuberantiùs ac fauorabiliùs interpretanda,per ea quæ diximus. Nec abs re dixi,vno eodémque cõtextu. Nam ſi diuerſis temporibus id fieret,verbi gratia,hodie ego dono tibi, & poſt annum aut aliud tempus tu mihi donas,tunc certè non cẽſetur donatio mutua & reciproca, ſed vtraq; ſimplex, proindéque neutra inter virũ & vxorem valet,per tex.in l.qui iam nuptæ.ff. de dona.inter vir.& vxo.quẽ ad hoc dicitur cõmendare Rom.in ſing.inci.prohibiti inter ſe donare. quod tamen reperire nõ potui.ſed poſt eũ,illum quoq; tex.ad hoc dicit ſing.Cepola cautela cxij. aut ſecundum aliorum computationẽ,clv. donatio inter vir.& vxo.poſt prin.& Soci.in d.regula ciiij.& Iaſon in l.ſi pater puellæ,col.pen.verſi.limita prædictam concluſionem.C.de inof.teſta.& Chaſſe.cõſi.ij.an ſi maritus,col.ij.Sed & eſt ad idẽ tex.in l.cùm hic ſtatus.§.ſi ambo,ver proinde rectiſsimè dicetur.ff.de dona.inter vir.& vxo.quem neceſſe eſt intelligi de donationibus mulieris ex interuallo factis, quæ ideo indigent mortis confirmatione,ne ſi intelligamus ſimul factas, ſit ille text.prorſus contrarius d.l.quòd autem.§. ſi vir & vxor,ſuprà in prin.allegato. {Et ad id quoque optimè facit quod in ſimili tradit Bal.in l.ſi viua,col.1.verſi.quæſtio conſuetudo,& ſeq. C.de bon.mater. quòd ſi pater aliquid donat filio ob eiuſdem emancipationem, & poſtea filius donat ipſi patri in præmium ipſius emancipationis: aut,inquit,incontinenti redonat,& non requiritur inſinuatio:quia donatur ob libertatẽ.l.ſi pater.§.j.ff.de donat.& l.vtrùm.ff.de verb. obli. aut ex interuallo,& non requiritur.l.data.C.de donat. }

*De eadem re.*

117 ¶Sed & hoc tamen quadam moderatione tẽperandum eſſe cenſeo.Primum,ſi ex longo quopiã interuallo id fieret. Nam ſi ſtatim,puta eadem die, vt mox poſtea dicemus, donatarius donaret donanti,poſterior donatio cenſeretur ineſſe priori.l.iuriſgentiũ.§. quinimo.ff.de pact. & l.lecta. ff.ſi cert.pet.& ibi concord.in gl.quibus adde tex.in c.officij,ibi,incõtinenti ſubſecuta ſunt.extr. de elect. { & alia multa à me cõgeſta in tractatu Retractuũ,tit.ij.§.j.gl.v.in verbo,in limine contractus.} Ex quo no.Bal.quòd priùs actum videtur,quod incontinenti ſubſecutũ eſt.Et ita quidem ineſſe,vt vnus idemque actus,nõ diuerſus eſſe cenſeatur,per l.cùm antiquitas.C.de teſta.& l.hæredes palam.§.vno contextu,eodem tit.& l.ſi ita fuero.§.cùm pecuniã.ff.de nouati.& voluit gl.in l.quærebatur,in prin.in verbo,ſimul,& ibi Bar.ff.de teſta.milit.Cy.poſt Iac.Aret.in l.teſtiũ, col.pen.verſi.ſed pone quòd ad probationẽ.C.de teſtib.Ang.conſi.145.gener à ſocero,col.2.verſ. item ratione.& Alex.conſi.liij.viſo themate,col.2.lib.2.Et quod vni ineſt, alteri ineſſe creditur.l. patris & filij,ff.de vulg.& pup.& l.Titia.§.idem reſpondit.ff.de verb.obli.& l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium tabularum.ff.de eden.& voluit Ang.vbi ſuprà,& Rom.conſi.ccccxlv. cõſultatio præſens,col.1.verſi.tertiò idẽ probatur.& Iaſon in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus, col.16.verſi. ego poſt alios.ff.de verb.obli.& conſil.ccxxx.factũ ſic ſe habet,col.2.lib.2. Et adeo itẽ ineſſe videntur,vt ſi poſteriora repugnent prioribus,ea tollant ipſo iure, magis iure fictionis,tanquã ſcilicet facta aut dicta non fuiſſe fingantur,quàm iure reuocationis,vt pulchrè dicit Pau.Caſt.cõſi. ccccxlix.viſa dicta facti narratione,col.vlt.lib.2.Sed & adeo denique ineſſe videntur,vt ſi ſtatim facta fuerint duo inſtrumenta inter eaſdem partes,& in altero eorũ locus ſit inſcriptus, in altero non ſit: certè in hoc cenſetur inſcriptus locus,qui in illo appoſitus eſt,ita vt non minores vires obtineat,quàm ſi certus locus fuiſſet in eo expreſsè inſcriptus,vt ſingu.voluit Bald. conſi.ccviij. præmiſsis tribus ſtatutis,in ij.dubio lib.1.Et in caſu noſtro quòd hæ donationes quæ fuerunt factæ in diuerſis inſtrumentis, ſed tamen incontinenti, cenſeantur eſſe mutuæ,tenuit Guid.Pap. ſing.dccclxxviij.donatio mutua,vbi & ita dicit valere inter coniuges.

*Vni quod ineſt, alteri ineſſe creditur.*

*Donatio mutua an ualeat inter cõiuges.*

*De eadem re.*

118 ¶Quòd ſi quis refractarius ac peruicax ſibi perſuadere nõ poſsit eſſe vnicum actum, negare tamen non poterit alterũ alterius reſpectu & contemplatione, id eſt,vnum propter aliud factum, per tex.optimum in l.quæ onerandæ.ff.quar.rer.actio.non da.& voluit gl.in l.ſi ventri.§. vlti.per illum tex.& ibi etiã Bar.ff.de priuil.credi.Cy.in l.ſi quis poſthac, in ij.q.& ibi Bal.& Ang. vterq; col.2.C.de bonis proſcrip.Bar.poſt Iac.Aret.in l.pen.§.ſi vir,& ibi quoq; Bal.in §.mulier.ff.ſolu. mat.& idem Bar.in l.poſt cõtractum,col.3.verſi.quintò præſumitur.& ibi recentiores.ff.de dona. Bald.in l.legem,col.j.verſi.modò quæritur.C.de pact. { & in l.petens,col.pen.in lect. Peruſ.& ibi Phil.Dec.in ij.no.eo.tit. } & in l.per diuerſas,in fi.C.mand.& in l.quoties, verſic.iuxta iſtam partem.C.de rei vend.Ang.in l.res vxoris,poſt medium.C.de donat.inter vir.& vxo.Ioan. Ana.in c.tua nos,in ij.no.extra de ſimo.Fulg.conſil.cxcviij.in quæſtione,in prin.Alex.conſi.xliiij.de celeberrima expeditione,circa medium,lib.1.& latè conſi.xxv.viſo inſtrumento, col.vlti.verſic.nec habent obſtare,& aliis ſeq.lib.2.& conſi.xv.viſo proceſſu,in fin.libr.3. { Corn.conſil.lvij.in cauſa vertente,



vertente,col.v.lib.iij.& aliis locis in ſeq.nu.allegatis.} & Fran.Cur.ſenior conſi.lv.ſuper duobus, col.iij.& Socin.qui & alios citat,conſi.ccclxxiij.in præſenti conſultatione,col.iij.verſi. confirmatur hoc,quia ex quo lib.ij.{& conſi.cxxvij.quoniam in præſenti,col.iij.verſi. ſecundò videndum eſt,lib.iij.vbi nuncupatim loquitur de duabus donationibus ſiue remiſsionibus vtrinque factis, qui eſt caſus de quo loquimur} & conſi.xxvij.viſis inſtrumentis,col.v.verſi.tertia eſt,lib.iiij.

119 ¶Sed poſſet dubitari quando hoc caſu dicatur incontinenti factũ,vt idem actus reputari debeat, aut ſaltem alter alterius contemplatione factus. Et eſt frequentior ſentẽtia,id ita videri, ſi eadem die & loco factum fuerit,hæc eſt enim ſententia Bal.in d.l.pen.§.mulier,paulò ante fi.ff.ſol. mat. & in l.petens,col.pen.verſi.nunc venio.C.de pact.& in l.ſi duas,col.j.verſi.ext.not.ff.de excuſat. tuto.& in l.j.col.vlt.verſi.ſecundò not.C.de ope.liber.Corn.conſi.cxcij.licet videatur,col.j. verſi. item quia videtur,lib.j.& conſi.x.quod dictum ſecundum laudum,col.pen.verſi.& ideo pactum, lib.ij.& conſi.36.in hac conſultatione,col.ij.verſi.& quando fiunt,& ſeq.eo.lib.ij.{& conſi.lvij. in cauſa vertente,col.v.lib.ij.} & conſi.288.viſo & diligenter inſpecto,col.iiij.lib.iij.& conſ.283.pars dicti Ioannis,col.j.lib.iiij.Fran.Aret.in l.lex Cornelia,col.vlt.ff.de vulg.& pup.Guid.Pap. ſingul. dccclxxviij.donatio mutua,in prin.vbi ex hoc dicit,quòd cum donatio mutua valeat inter coniuges,quòd ſi ij ſibi donent in diuerſis inſtrumentis vna die confectis, cenſetur mutua donatio. Steph.Bertr.conſi.xv.viſo inſtrumento,nu.2.lib.ij.& conſi.xxxij.precij vilitas,nu.3.eo.lib.ij.Fran. Curt.ſenior d.conſi.lv.col.iij.Iaſ.in l.j.§.j.col.vlt.ff.de verb.oblig.vbi id dicit ſæpe allegari in practica.Phil.Dec.in l.certi condictio.§.ſi nummus,col.iiij.verſ.ſecunda conclu.ff.ſi cert.pet.& conſ. cclxxix.placet mihi,col.iij.Hippo.Marſi.in repe.rub.de probat.nu.393. Et eſt bonus tex.à contrario ſenſu in l.ſi ex duobus,in princ.ibi,poſtera die,& ibi Bart.ff.de verb.oblig.& in l.hac conſultiſsima,in prin.C.de teſta.vbi non ſemel hæc ſimul iunguntur vno tempore,& vno die.

*Donatio mutua inter coniuges facta, quomodo cenſeatur eſſe mutua.*

*Bartoli ſententia ea de re.*

120 ¶Licèt aliud ſubobſcurè videatur voluiſſe Bar.conſ.clxj.proponitur quòd ſyndicus,col.j.& ipſe Corn.conſi.cccxlix.eodemq; vlt.lib.j.vbi tenuit quòd ſi donatio fuerit alicui facta purè & ſimpliter,& eadem die donatarius promiſit donanti dare annuatim certam quantitatẽ vini & olei,non cenſetur id feciſſe contemplatione prioris donationis,vt ea debeat dici facta ob cauſam. Verùm Bart.ſi bene inſpiciatur,non eſt alterius quàm prioris ſententiæ,& eum pro ea etiam citat Corn. vbi ſuprà. Ipſe autem Corn.cùm videret priorem illam ſentẽtiam eſſe veriſsimam,& quam aliàs ſemper ſecutus eſt,vt diximus,nõ illis quidem audet palàm aduerſari,ſed conatur tantùm probare ex aliis coniecturis,non admodum quidem(niſi errem)efficacibus,aliam fuiſſe partium intentionem. Et ita quidem illum intelligit Ripa,qui & communem opin.ſecutus eſt,in repe.l.vlt. in xxxix.quæſt.hoc eo.tit.de reuoc.donat. Verùm in illam ſententiã magis vrget quod ſcribit Ang. in l.vlt.§.ſimili,per illum text.per locum à ſpeciali.C.de iure doti. quòd ſi fiunt duæ donationes viciſsim inter duos,vtraque indiget inſinuatione,niſi expreſsè dictum ſit,quòd vna alterius cauſa facta eſt.& eum ſequitur Guid.Pap.ſing.cccc.verſi.angelus. Sed ſatis conſtat ex ſupradictis id falſum eſſe. Sed de hoc iam propè nimiùm.Verùm ſi plura noſſe cupis,vide quæ affatim ſcripſimus in commentariis noſtrarum conſuetudinum.tit.xxiij.in glo.iij.in princ.

*Duæ donationes ſi fiũt uiciſsim inter duos,utraque indiget inſinuatione.*

*De eadem re.*

121 ¶Item alio modo temperabis quod diximus de donationibus diuerſis temporibus à donãte inuicem & donatario factis,vt ſcilicet in caſu de quo locuti ſumus,videlicet inter virũ & vxorem, aut aliàs inter perſonas prohibitas,neutra valeat,cùm vtraque cenſeatur ſimplex ac pura. Nam de priore nihil eſt quod dubitandum ſit.Poſterior autem non poteſt dici fuiſſe facta ob remunerationem prioris,quæ cùm ſimplex eſſet,nullius erat iam ab initio momenti.l.iij. §. ſciendum.ff. de donat.inter vir.& vxor. Ita vt nec ex ea oriatur naturalis obligatio,ſecundum Bart.in l. cùm lex.ff.de fideiuſſ.& Bald.in l.j.col.x.verſi.viſo de eſſentia.C.de ſum.trinit.& plenè diximus in dictis noſtris commentariis in prin.§.x.in glo.j.poſt princ. Ideoq; indigna,quæ remunerari debeat: vt & in ſimili reſpondit Iaſon conſi.cxvj.mihi quoque admodum,in fin.lib.iij. Et ita haud dubiè procedit text.in d.l.qui iam nuptæ,& in §.ſi ambo,ſuprà alleg.Et inter extraneos & non prohibitos non video quin poſterior donatio ſit remuneratoria,per tex.in l.ſi lege.§.cõſuluit, & ibi Ang.in fin.ff.de pet.hære.& l.ſed & ſi non remunerandi.§.inde Pap.& ibi glo.Bart.Bal. & alij.ff. manda.{& expreſsim Ang.conſi.clxxix.viſis prædictis inſtrumentis,col.pen.verſ.quando donatio.} & Paul.Caſtr.conſil.clxxj.in caſu præſenti,col.j.lib.ij.& Iaſon nuncupatim de hoc caſu loquens conſi.cxlix.circa primum,col.ij.verſ.nec obſtat ſi diceretur.lib.iiij.& ea quæ ſuprà diximus in j.declaratione donationis remuneratoriæ. Idcirco videtur hæc poſterior tanquam remuneratoria non eſſe reuocanda,ex hac l.vt ſuprà latè diximus. Nec item prior,cùm ea iam ſit remunerata,eſſetq; iniquum eam reuocari,niſi & poſterior quæ illius ergo facta ſit,etiam reuocetur,arg. & eo quidem optimo,l.cũ quis,ibi,cum enim affectio.C.de natur.liber. Quod ſi verum ſit,non admodum intereſt,quantum ad legem noſtram pertinet, vtrum mutuæ donationes factæ ſint eodem tempore,an ex interuallo. Quinimo Pet.à bel.Pert.in repe.l.donationes,col.vj.in paruis, verſi.plus dico.C.de donat.inter vir.& vxor.in ea eſt ſententia,vt ſi vir & vxor ſibi ex interuallo donauerint,valeat vt mutua donatio,per l.vlti.ff.de donat.inter vir.& vxor.& alia quædam.

*Donatio inter extraneos & non prohibitos eſt remuneratoria. Nec reuocatur.*

122 ¶Sed quicquid ſit in illo caſu,certè illud verum eſt,has mutuas donationes in quibus vterque capit (nam de his loquimur) habere vim mutuæ & non ſimplicis donationis, in eo tantùm quod vtrinque æquale eſt.In eo autem quod altera alteram ſuperaret,pro ſimplici habenda eſt,ideoq;

*Donationes in quibus uterq; capit, habent*

*uim mutuæ & non ſimplicis donationis.*

non valet inter virum & vxorem,quemadmodum nec alia ſimplex,ſecundum Pet.à Bel.Pert.in repe.d.l.donationes,col.v.in paruis,verſi.iuxta hoc quæro.C.de donat.inter vir.& vxor.& Saly. in l.j.C.de donat.ante nupt.Ro.d.conſi.517.col.pen.verſi.in cõtrarium facit,vbi ad hoc dicit eſſe tex.not.rectè intuenti in l.ex annuo.ff.de donat.inter vir.& vxor.{& Fran.Aret.in l.ſi ante, col. iij.ff.ſolut.matr.per d.l.ex annuo.} & Socin.loquentem in caſu l.noſtræ, licèt ad aliud propoſitũ, conſi.ccxv.viſa prædicta facti contingentia,col.j.in fi.lib.ij.{Carol.Ruin.conſi.clxxix. de tribus, col.iiij.num.15.lib.j.} & non obſcurè Phil.Dec.conſ.ccij.vt præſens conſultatio, col.iiij.verſi.non obſtat quòd talis donatio.& eſt optimus textus in l.ex mente,& in l.lege leonis,& in auth.æqualitas.C.de pact.conuen.& in auth.de æqua.dot.in prin.& penè per totum tit.& in c.vlt.in fin.ibi, quod æquale ſit,& ibi glo.& doct.ext.de don.inter vir.& vxor. Et optimè faciunt quæ ſuprà diximus de venditione facta pro paruo pretio,& de exceſſu meritorum,in ij.declaratione donationis remuneratoriæ.{Et quod dici ſolet de permutãtibus beneficia inæqualia,per Ioan.And. in c. 1.ad fi.de rer.permut.lib.vj.in nouel.& Feder.Senen.in tracta.de permutatione benefic. in vlti.q. Petr.Anch.conſi.ccclxxxviij.in caſu præmiſſo,col.ij.verſi.præterea & tertiò,cum ſimil.

123 *Modicus exceſſus in donationib. non attenditur.*

¶Verùm & hoc velim intelligas,vt non ad amuſsim aut libellam vndiq; exigatur illa æqualitas. Nam ſi in modico quopiã altera pars excedat,non confeſtim cenſetur inæqualis ac ſimplex donatio,vt ſatis apertè declarat ille tex.in d.l.ex annuo.ff.de donat.inter vir.& vxor.cùm dicitur,ſi ſatis immodicum eſt. Nam & aliàs ſemper modicus exceſſus nõ attenditur.l.continuus, in prin. ff.de verbor.obligat. quam ita not. glo.quæ & ſimilia quædam colligit in cap.re verra, in princi. in verbo,mortui ſunt,de conſe.diſt.ij.quod & facit gl.in d.c.ſi proponente,in glo.j.poſt prin. vbi & illud aſſumit ex d.c.re vera,quòd pro modico nec plus nec minus.id quod ita Galli noſtri vice prouerbij celebrant, *Pour vn petit ne plus ne moins.* Cuius etiam meminit glo.in prooemio decretalium,in fin. Nam qui de medio illo parum deflectit,non illud reliquiſſe videtur,nec ob id carpendus eſt,ex Ariſtotelis ſentẽtia lib.Ethicorum ij.c.ix.eodemq; vlti.& iterum lib.iiij.c.v.Quam approbat è noſtris Io.Cald.in c.cùm ex iniuncto,col.vlt.ext.de hære.& Bald.in l.ij.in xij.q.C.de reſcin.vend.& in l.quicunque,col.ij.de ſer.fug.& in l.j.col.vlti.ff.de legi.& in c. cùm adeo, col.ij. & in c.ſi proponente,ad fi.ext.de reſcrip.& conſi.cxliiij.præſuppoſito communis Papiæ ſtatuto, col.ij.lib.j.quod repetitur conſi.436.lib.v.& Rom.in repe.l.ſi verò.§.de viro,in iij.fal.ff.ſolut.matr. & Io.Ana.in c.vlt.col.ix.verſ.adde etiam prædictis,ext.de collu.detegen.& Barb.conſ.58.omnipotentem & immortalẽ Deum,col.xv.lib.4.Ad quod allegãt omnes l.quãuis.ff.de cond.& demon.

124 *De eadem re.*

¶Ideo & aliàs parum & nihil æquiparantur,vt per illum ipſum tex.dicit ipſe Bal.in auth.præterea,paulò ante fin.C.vnde vir & vxor.& Cor.qui ad hoc etiã dicit allegari tex.in c.de multa,ext. de præb.conſi.lxiij.videbatur,col.vlt.lib.j.& conſi.lxxvij.licet multùm,col.vlt.lib.ij.conſi.xxix.in præſenti conſultatione,col.ij.lib.iij.& Socin.conſi.cviij.in hac conſultatione,col.iij.lib.j. vbi & ad hoc allegat alia iura. Quibus adde tex.in c.licèt cauſam,de probat.& in c.inſinuante,ext.qui cler. vel mona.& glo.in cap.ſuper eo,ibi,aliàs vbi æqualitas eſt,vel modica etiam excellentia, admittuntur,ext.de teſtib.cum aliis multis ac propè infinitis concord.à me adductis in noſtris cõmentariis conſuetudinum Pictauicarum.tit.vj.§.v.in glo.v.vbi latiſsimè oſtendi modica nõ eſſe conſideranda. Quanquam huic refragari videtur illud Ouidij in epiſt.Heronis ad Leandrum,

*Exiguum,ſed plus quàm nihil,illud erit.*

125 *Diſpoſitio l. hac conſultiſſima.§. ex imperfecto.C.de teſt. qua permiſſum eſt teſtari inter liberos ſine iuris ciuilis ſolennitate, an procedat cum liberi inæqualiter ſunt inſtituti.*

¶Verùm ad eam noſtram ſententiam pertinet , quod cùm inter noſtros iuris interpretes magna ſit contentio vtrum diſpoſitio l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſta.qua permiſſum eſt teſtari inter liberos ſine ſolennitate iuris ciuilis,procedat cùm liberi ſunt inæqualiter inſtituti:tamen illud propè conuenit,quòd ſi ſit modica quæpiam inæqualitas,perinde eſt ac ſi nulla eſſet, & habet locum d.§.vt per Fran.Curt.in ſuis collectis ibi,& latè Anton.Rube.conſi.vj.viſo & diligenter conſiderato.& iterum conſi.ſeq.viſo dubio quod fit. Cæterum quod ad caſum l. noſtræ priuatim ac peculiariter pertinet , huc optimè faciunt quæ ſuprà diximus de venditione minori pretio facta,& de remuneratione excedẽte merita.Nam vt illic diximus,exceſſus in modico non facit locum huic l. Et vide etiam quæ dicam infra in quæſt.ſeq.in fin.

*Hæc lex in qua donatione habeat locum.*

126 ¶Quartò & principaliter ex ſupradictis etiã infertur non habere locum l.noſtrã in alia donatione mutua quidem illa & reciproca,ſed non vt in præcedenti,in qua vterque capit vt dictum eſt,ſed ita quidem facta,vt ex incerto dubioq; euentu alter tantùm capiat , vt ſi conuentum ſit, vt ſuperſtes ex duobus aliquid conſequatur. Nam & quod huiuſmodi conuentionibus conſequimur,ex cauſa lucratiua non cenſemur cõſequi,vt expreſsè voluit Petr.Anch.conſi.cj.ex prædicto themate,col.ij.& iterũ conſi.ccxcj.ſuper pluribus,col.iij.verſi.non obſtat quod Iac.& vtrobique per l.ſi pater puellæ.C.de inoffi.teſta. qua cautum eſt,non grauari filios ob reciprocum fideicommiſſum inter filios à patre iniunctum , neque illis ob id competere querelam propter æqualem ſpem,dubiumq; rei euentũ.Quem tex.Pet.Cy.Bal.Saly.Pau.Caſt.& Iaſ.ibi,in id trahũt, vt valeat donatio mutua ſiue reciproca inter coniuges facta ſuperſtiti ipſorum.Et ita quidem valeat,vt etiam non indigeat traditione aut confirmatione mortis,ſecundũ Pau.Caſt.ibi, cuius dictum ſequitur Iaſon ibi,atque no.dicit Cepola.d.cautel.cxij. aut ex aliorum computatione. clv. incip.donatio inter virum.& ſing.reputat Hipp.Marſi.ſing.50.incip.donat.inter vir.& vxor.cum aliis multis concor.à me latè accumulatis in illis noſtris commẽtariis vbi ſupra nuper citauimus.

Sed



Sed noluimus hìc prætermittere,idem quod Petr.Anch.in d.c.conſi.videlicet huiuſmodi donationem nõ eſſe lucratiuam ſiue gratuitã, ſed oneroſam,voluit glo.quem ille non allegat,in l.licèt inter priuatos,in verbo,mortis cauſa,ibi,hic autem onus propter viciſsitudinem.C.de pact.vbi & Alex.& alij recentiores eam annotarunt,& eam dicit Iaſon not.

*Quæ donatio cenſeatur mera & gratuita.*

127 ¶Et adeò quidem huiuſmodi reciproca donatio nõ cenſetur mera & gratuita donatio,vt ſi excedat ſummam quingentorũ ſolidorum,non indigeat inſinuatione,vt voluit Oldra. conſi.cxxxix. incip.ad habendum aliqualem notitiam,in fi.& Io.And.ipſius diſcipulus, ingratus tamen,qui nullam magiſtri mentionẽ eo in loco,ſicuti nec ferè ſemper aliàs fecit in addi.Spec.tit.de inſtr.edi.§. porrò,col.vlt.verſi.fuit etiã alia quæſt.per d.l.licèt inter priuatos.C.de pact.& Ang.neutrius mentione facta,in l.hæreditarium.ff.de bon.auct.iud.poſ.& in l.ſancimus,& ibi etiam Bald.in addi. in prin.verſi.occurrit quid ſi duo.C.de don.& idem Ang.in l.vlti.§.ſimiliq; modo.C. de iure dot.& in l.cum multæ,quæ eſt vlti.in prin.C.de donat.ante nupt.& conſi.clxxix. viſis prædictis inſtrumentis,col.vij.eademq; pen.Alber.in l.vlt.col.j.verſi.ſed quæ ſpecies contractus,& ibi etiam Saly. col.pen.verſi.iuxta hoc quæro.C.de pact.{ipſe Saly.in l.ſi quis pro redemptione,in fi.C.de don.} Gaſpar Calde.conſi.j.tit.de donat.incip.an ſi duo.Imo.& Ro.in l.Aquilius,col.vlt.verſi.ex prædictis reſultat.ff.de donat.Alex.Iaſ.Philip.Dec.Rimi.& Claud.in d.l.licèt inter priuatos.C.de pact. Alex.conſi.lxxxiij.viſa facti narratione,col.v.verſi.& omiſsis non neceſſariis,& ſeq.& iterum col. pen.verſi.non obſtat etiam.lib.ij.& conſ.xx.ponderatis his,col.ij.verſi.eſt etiam attendendũ, lib.3. & conſi.xxviij.ponderatis verbis,col.j.& iterũ col.vlt.in fi.eo.lib.iij.& conſi.133.ſtantibus his, col. 1.verſi.ex his habetur,lib.7.& conſ.148.viſis & põderatis,col.ij.verſi.hoc ſpecificè,eo.lib.vij.Ant. Cana.in tract.inſinuationum,part.ij.q.lij.Iaſ.in d.l.ſi pater puellæ.& conſi.v.ſtrenui,col.vij.verſi. ſecundò reſpondetur,lib.iij.& conſi.clxxiij.circa primum,col.vij.verſi.item reciproca,lib.iiij. {D. Benedict.in repe.c.Raynucius,in verbo,duas habens filias,num.204.}Phil.Dec.conſi.ccij.vt præſens conſultatio,col.iiij.verſi.non omitto tamen.& Fran.Curt.iunior conſi.xv.circa præmiſſum, col.vlti.& Steph.Bertran.conſi.lvij.etiam ſi verum eſſet,num.6.lib.ij.& conſi.lxxxviij.viſo inſtrumento,col.ij.lib.ij.& conſi.cclxxx.Chriſti,&c.viſo caſu de quo ſuprà,col.iij.verſic.ſed fortè,eod. lib.ij.& conſi.ccclxxxv.ponitur in facto quòd dudũ,col.ij.verſi.ſed opponetur,eod.lib.ij. & Hippo.Marſi.conſi.cvj.dirigere,col.iij.verſi. patet etiam,lib.ij. Cui tamen ſententiæ refragari videtur tex.in d.l.cum multæ.§.ſimiliq; modo.cum auth.eo decurſum.C.de donat.ante nupt. Sed illi reſpondent Ang.& Salyc.ibi & idem Ang.d.conſ.clxxix.& Rom.in d.l.Aquilius.Alex.d.conſi.83. lib.ij.& Iaſ.in d.l.licet. Nec me tamen latet Signo.à nullo illorum memoratum, ex facto conſultum reſpondiſſe contrarium,in conſi.clxxxj.factum ſic ſe habet,nobilis vir.col.iiij.verſi.nec huic obſtat. Sed væ ſoli,quia cum ceciderit,non habet ſubleuantem ſe , vt ſcribit Salomon Eccleſiaſtæ iiij.& vt noſtri quotidie clamant,Vox vnius,vox nullius.

*Vox unius, uox nullius.*

*Minor nõ reſtituitur aduerſus mutuã & uiciſſitudinariam fideicommiſſi remiſſionem. Nec ex hoc dicitur circũuentus.*

128 ¶Cæterùm ſuperiora confirmat tex.not.in d.l.de fideicom.C.de tranſ.vbi minor non reſtituitur aduerſus mutuam & viciſsitudinariam fideicõmiſsi remiſsionem,nec ex hoc dicitur eſſe circumuentus,propter dubium euentum,licèt poſtea ex euentu lucrum fideicommiſsi amiſerit. Quam l.Bar.ibi dicit pulchram & notabilem,& Bal.notatu dignam,& alibi ſing.idem Bal. videlicet in l. cùm Archimedoram,col.j.verſi.vnum ſcias.C.vt in poſ.leg.& etiam Ang.conſi.287. factũ ſuper quò,col.iiij.Ex eaq; dicunt Saly.Pau.Caſt.Alex.{Fran.Aret.} Iaſ.& cæteri recentiores,quòd quãdo quis ex conuentione poteſt conſequi damnum & lucrum,licèt poſtea ex euentu damnũ paſſus ſit, non ex hoc læſus dicitur,etiam ſi ſit minor:quia hqiuſmodi damnum debet compenſari cum vtilitate,quam ipſe conſequi poterat,ſi euentus aliter cecidiſſet:quod & ipſum per illum tex. atque etiam per d.l.ſi pater puellæ,voluit Bal.conſi.404.factum proponitur eſſe tale,Franciſcus deceſsit,col.j.verſi.ſecundus caſus,lib.iij.& Sal.in l.j.in iiij.not.{& ibi quoq; Alex.col.ij.verſi.nota quòd pactum,& Soci.} C.de pact.{Pet.Anch.in repe.c.j.col.xxxvj.in paruis verſicu. circa tamen iſtam,extra de conſti.& conſi.clix.rationes,col.vlt.} & Raph.Co.conſil.lxxij.viſis pactis , col.vlti. verſi.nec porrò intelligo.& Pau.Caſt.conſi.379.primò videndum eſt,vtrum remiſsio,in ij.dubio, lib.j.& conſi.cxcj.viſis & diligẽter examinatis,col.vlt.verſi.nec cenſetur,lib.ij.Ro.conſi.xxvj.pro deciſione,col.j.verſi.item & duplici ratione.& { Fran.Are.in l.cum proponas,la j.C.de pact.& in d.l.ſi pater puellæ.& Soci.in l.ſi antè,col.j.ff.ſolu.matr.} Fran.Curt.ſenior conſil.lxxx. eodemq; vlti.ſuper quotidiano,col.iij.& Philip.Deci.conſi.287.in ciuitate Placentiæ,col.vlt.& Iaſ.{conſi. 233.præſens conſultatio,col.vij.verſi.item iſtæ conuentiones,lib.ij.&} conſi.xvij. dominus Ioannes,col.vlt.verſi.item iſtæ tranſactiones,quod inculcatur inter conſi.Alber.Bruni.conſi.ix.{& idẽ Iaſ.conſi.lxiij.per reformationem,col.vlt.verſi.quartò facit,eo.lib.3.} Et faciunt quoq; ſcripta ab Ang.in l.qui cum tutoribus,col.ij.ff.de tranſact.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb. oblig.

*An pater poſſit per fideicõmiſſum ſubſtituere filiæ in ea dote ob quam excluditur.*

129 ¶Ex quo & Georg.Nat.in tractatu ſtatutorum excludentium fœminas dotatas à ſucceſsione , in xxij.q.ij.quæſt.princ.tradit,quòd & ſi dubium ſit vtrùm pater poſsit per fideicommiſſum ſubſtituere filiæ in ea dote,ob quam excluditur:aliis tenentibus non poſſe,& inter hos Marſi.Sil. apud Ioan.And.in addit.Spec.tit.de inſtru.edi.§.vt autem:aliis contrà affirmantibus,quos illic aduocat. tamen haud dubiè aſſerit id fieri poſſe,reſpectu plurium filiarum,quas ſibi inuicem pater ſubſtituit,quia huiuſmodi ſubſtitutio nullam grauat,per d.l.ſi pater , & d.l.de fideicommiſſo. & quod ſuprà diximus de inſinuatione.

*Donatio uiciſſitudinaria uidetur magis eſſe uenditio, quã donatio.*

130 ¶Sed & huc vergit quod pulchrè dicit Ioan.Fab.in l.j.col.vlt.verſi.quid ſi duo.C.de inoffi.don. quòd donatio viciſsitudinaria,qua ſcilicet præmoriens donat ſuperſtiti,videtur eſſe magis venditio,quàm donatio,inſtar illius qui emit iactum retis,per text.in l.emptio.C.de contrahen.emptio. & in l.emptorem.§.vlti.ff.de actio.empt.& in d.l.de fideicommiſſo. Et illum quidem ita allegat, & ſequitur Guid.Pap.conſi.ccxiiij.circa materiam,col.v.verſic.ſed reſtat aliud.& conſi.ſeq.vertitur quæſtio,col.j.& iterum conſi.ccxviij.indubitanter,col.antepen.verſi.ad octauum.& ſing. dccclxxviij.verſic.ſi duo donent.

*Confirmatio præcedẽtium.*

131 ¶Poſtremò huc quoque ſpectant & alij tex.quos nondum citauimus,apertè quoque probantes multa permitti ratione incertitudinis,dubiiq; euentus {lucri vel damni,} quæ aliàs non valerent. & inter cæteros tex.in l.ſi ea pactione,& ibi glo.vlt.Cyn.& alij.C.de vſur.& in l.ſi ea lege, & ibi etiam glo.& Bald.eo.tit.ex quibus intelliges hunc euentum dubium tollere ſuſpicionem,imò crimen ipſum vſuræ.de quo & {per Cyn.& Bal.in d.l.ſi pater puellæ.C.de inoffi.teſta.Hoſt.in ſumma de vſur.§.an in aliquo,verſi.quid de his.Ioan.And.in addi.Spec.in rub.eiuſdem tit.Bal.conſ. cxxxviij.& quòd dictus,in prin.lib.iij.vbi id ad multa allegat.Laur.Rodulph.in c.cõſuluit,in xv. q.de vſur.Petr.Anch.in ſua diſputa.incip.antiquis & modernis temporibus Rom.conſi.423.pro pleniori diſcuſsione,col.ij.verſi.quintum conſiderandum.Pau.Caſt.& recentiores, in d.l.de fideicommiſſo,&} plenè per Cano.in c.in ciuitate.& in c.nauiganti,quod eſt vlti.ext.de vſur.in quibus locis eſt & de hac re bonus text. Sicuti etiam tollit crimen ſimoniæ,vt per Card. Alex.in c. quod autem,col.ij.verſi.ſi autẽ quod do.viij.q.iij.& facit etiam tex.in l.ſancimus.§. ſi quis autem talem.C.de don.& quod no.Bald.in repe.l.ij.col.ij.verſ.huc accedit.C.de reſcind.vendi.quòd læſo ob remiſsionem incerti euentus non habet locũ ea l.ij.per d.l.ſi pater puellæ, & alia quædam iura.& ſequitur Panta.ibi etiam in repet.in xxxiiij.limit.illius leg.quæ eſt xxx.col.&{quod præterea tradit Bald.conſi.ccxcij.quia ex facto,col.ij.verſi.& ex hoc,lib.v.} Pau.Caſt. conſil.ccxxix. viſis & ponderatis,col.ij.verſi.tertiò quia prima conceſsio,lib.j.& conſi.ccl.quod iſta fuit, colu.ij. eod.lib.j.& conſi.cclxxxix.præſens dubium,col.iij.verſi.tertiò obſtat,eod.lib.j.

*Pactũ ſiue cõuẽtio inter uiuos de hæreditate uiuentis an ualeat.*

132 ¶Vt interim illud omittamus,quòd licèt non valeat pactum aut conuentio inter viuos de hæreditate viuentis.l.hæreditas.C.de pactis conuen.& l.ex eo.C.de inuti.ſtipul.cum ſimil. valet tamẽ ſi inter duos fratres ita fiat,vt altero decedente ſine liberis,alter eius bona habeat,aut aliter viciſsim,ſecundum Oldra.d.conſi.cxxxix.Ang.d.conſi.clxxix.Guid.Pap.conſi.xxxj.viſo ad plura, col.j.& alios multos ex iis quos citauimus ſuprà verſic.ab hinc vj.incip.& adeo quidam.& vltra eos latè Ioan.Camp.in tractat.doti.in vlti.parte quæſt.lxxix.incip.quia dictum eſt ſuprà,vbi conſtanter tenuit valere pactum appoſitum in diuiſione bonorum inter fratres , vt extantibus filiis maſculis ex eis,fœminæ non ſuccedant,nec ex teſtamento,nec ab inteſtato. Nec enim id pro re iudicata accipimus,cùm in contrarium eſſe videatur text.apertus in l.licèt,& ibi Bart.Bal.& alij, qui hoc admodum commendant.C.de pactis,& idem Bart.conſil.ccxij. promitto tibi , cum aliis multis concord.à me congeſtis in tractat.primigeniorum.quæſt.vj.

*Donatio reciproca potius debet dici onerosa quàm gratuita.*

133 ¶Et hæc quidem omnia eò tendũt,vt oſtendam huiuſmodi donationem reciprocam, ſiue viciſſitudinariam,ex qua etiam alter tantùm,id eſt ſuperſtes capiet,non dici gratuitam,& merè lucratiuam,ſed potiùs oneroſam,& ob cauſam:ideoq; nec in ea locum eſſe huic l.noſtræ, per ea quæ diximus in prin.huius glo.& dicemus in duabus ſeq.q. Et id nuncupatim,ne & in hoc autoritate careamus,aſſeruit ſeculi noſtri decus Phil.Dec.in d.l.licèt inter priuatos,col.vlt.verſi.& ex prædictis,iunctis præcedentibus.C.de pact.& Steph.Bert.conſi.j.Chriſti,&c.viſo conſultationis themate,nu.110.lib.j.& iterum conſi.cccxij.difficultas,col.ij.verſi.ſed aliud eſt,lib.iij. Et de hoc videtur eſſe caſus in d.l.j.C.de pactis,vbi quod datum eſt vt remittatur quippiam maius,quod incertum eſt,an futurum ſit nécne,non reuocatur per ſuſceptionem liberorum,cùm potuiſſet contingere vt id non eueniſſet,idq; propter incertum ac dubium euentũ.{Licèt ſubobſcurè aliter ſenſiſſe videatur Rom.conſ.xxvj.pro deciſione,in iij.dubio,iunctis præcedentibus,dũ defendit huiuſmodi mutuam donationem non eſſe obnoxiã huic l.quia ea eſſet,vt in ea dicebatur,remuneratoria,& renuntiatum huic l.fuerat,nec aliquod fundamentum in hoc ponit,quòd eſſet mutua.}

*Donatio ſiue remißio uiciſſitudinaria facta ad commodum ſuperſtitis, cenſenda eſt eſſe ſimplex.*

134 ¶Sed hæc omnia velim intelligas procedere,niſi diſpar admodum ſpes eſſet capiendi lucri illius, veriſimiliusq; multò ac faciliùs lucrum ad vnum,damnum ad alterum eſſet peruenturum.Quid enim ſi alter eſſet adeo ægrotus,vt nulla propè ſpes ſit aut vitæ,aut conualeſcentiæ:ſiue tam ſenex eſſet,quàm Plautinus ille Capularis Acherontius, aut Terentianus ille Silicernius:alter contrà ætate florenti,& proſperrima valetudine?Ego tunc dicerem,donationem ſiue remiſsionẽ viciſsitudinariam ab iis factam ad commodum ſuperſtitis,cenſendã eſſe ſimplicem,ac ab illo ægroto & morti vicino tantùm factam. Id quod in non abſimili caſu reſpõdit Raph.Co. conſi.cxiiij. Antonius Benedicto filio,col.iiij.verſi.ad tertium,ar.l.verum.§.ſi locupleti.ff.de minor.& not. in l.ſi mino.xxv.ann.filiofa.ff.eo. Idemq; & aliis ſimilib.caſib.tenuerunt Fran.Aret,Riminal.Phil. Dec.& Alcia.in d.l.de fideicom.C.de tranſ.ita intelligẽtes eam l.& idem Alcia.in d.l.j.in fi. prin. C.de pact.& Phil.Dec.{conſi.xj.quoniam iudicantiũ,col.iiij.verſi.poſtremò conſiderandum eſt, vbi loquitur de duobus,quorum alter habebat liberos,alter non habebat, nec ſpes erat vt poſſet habere,&} conſi.lxxxvj.viſo puncto,col.iij.verſi.reſpondeo tamen,vbi nuncupatim loquitur de mutuo fideicõmiſſo duorum, quorũ alter ſenex erat,alter iuuenis;& ideo non eſt par & æqualis cauſa



cauſa remittendi fideicommiſſum,per ea quæ allegat.

135 ¶Et ante omnes Petr.à bella Perti.in repet.l.donationes,col.v.in paruis,verſic.iuxta hoc quæro. C.de don.inter vir.& vxor.vbi nũcupatim tradit quòd vt valeat donatio mutua à viro & vxore facta ſuperſtiti de omnibus bonis,requiritur quòd ſint æqualis propè ætatis.ſecus ſi alter multùm ſenex eſſet,alter multùm iuuenis.{Quanuis contrarium voluit Bart.in l.de fideicõmiſſo,loquens in caſu dictæ l.ſed pro priori opp.} facit text.in c.ij.de renunt.lib.vj.& in l.filiæ meæ,& ibi Bald. Imol.& Alex.ff.ſolu.matr.{& in l.cùm hi.§.modus,ibi,pro ætate eius,qui trãſigit, & valetudine. ff.de tranſact.& in l.is qui ex cauſa.ff.de fideicom.cùm dicitur intereſt eum nonnunquam à ſene potiùs manumitti,quàm à iuuene,& Bal.conſi.397.caſus talis eſt,quidam dominus Leo,in fi. lib.j.cùm dicit quòd in reciprocis magnam coniecturam facit æqualitas,& debita proportio, per l.in teſtamento.C.de teſtam.milit.} & quod ſcripſerunt Do.à Rot.deci.361.præſumitur permutationem,in antiquis.Bald.in auth.niſi rogatus,col.vlt.C.ad Trebel.& in c.in præſentia , col.antepen.verſic.quid ſi quis ingreditur,& ibi etiam Fely.col.xvj.verſi.& per iſtam glo.ext.de probat. {Pet.Anch.conſi.430.fuiſſet expediens.Ioan.Ana.} in c.audiuimus,col.ij.{ex.de colluſ.deteg.}& alia multa quæ ſcripſimus in noſtris conſuetudinibus:tit.xiiij.§.xiij.in glo.iij.

*Donatio mutua à uiro & uxore facta ſuperſtiti de omnib. bonis ut ualeat, requiritur ut ſint propè æqualis ætatis.*

136 ¶Nec abs re ſuprà diximus,cum multùm diſpar res ſit. Nam & ſi non omnino par eſt , ſed tantùm in modico diſpar,vt quia fortè vnus alterũ tribus aut quatuor annis præcedit, non propter hoc deſinit talis diſpoſitio eſſe fauorabilis,haberiq; pro reciproca,vt probat tex.in d.l.de fideicõmiſſo,in qua vnus minor erat,alter maior,ſicuti & ſcitiſsimè expẽdit Ang.in l.qui Romæ.§.duo fratres,col.vj.verſic.quintò hæc interpretatio.ff.de verb.oblig.& d.conſi.287.col.iiij.vbi in id dicit ſingu.d.l.de fideicommiſſo. Et idem quoque voluit Alex.qui Ang. non memorat, conſil.83. viſa facti narratione,col.pen.verſi.nec illi reſponſioni,lib.ij.vbi alia quædam allegat, quæ videre poteris.& Iaſ.qui ſolum Alex.nuncupat,conſi.v.ſtrenui,col.viij.verſi.non ob.vltimò,lib.iij.Quibus addes quæ nos ſuprà diximus de donatione mutua inæquali,num.123.incip. verùm & hoc. Et facit etiam text.in l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil. ſubſtit. de reciproca ſubſtitutione facta duobus filiis,alteri quidem puberi,alteri impuberi. Et quod de leuiter ægroto permutante beneficium reſpondit Petr.Anch.conſi.388.in caſu præmiſſo,col.j.& ij.

*De eadem re.*

137 ¶Sed & quod in ſuperiori capite diximus de alia donatione mutua,in qua vterque capit,vt ſcilicet ex vtraq; parte ſit æqualis,aut non multum diſtet ab æqualitate:hîc quoq; repetitũ eſſe voluimus.Quid enim ſi vir & vxor,aut etiam alij duo extranei,alter quidẽ multùm diues,alter contrà admodum pauper,ſibi mutuò, ſcilicet ſuperſtiti eorũ donant omnia bona ſua:nunquid ea donatio cenſenda eſt mutua,præſertim in eo quod altera excedit?Et certè nõ,vt expreſsim tradit Pe. à bel.Pert.quo loco ſuprà in præc.verſ.citauimus.ſuper quo vide quę diximus in præced.illo cap.

*Donatio inter duos æquales ſibi mutuò facta quãdo non cenſeatur eſſe mutua.*

138 ¶Cæterùm non prætermiſerim,vt ad caſum noſtræ l.redeamus,Fran.Cur.iuniorem d.conſi.xv. circa præmiſſam,col.pen.verſic.prætereà & ſecundò,ſatis inaduertenter,ne erranter dicam , ſenſiſſe hanc noſtram l.habere locum & in huiuſmodi donationibus reciprocis.Nam illic aſſerit donationem,de qua inibi loquitur,eſſe reuocatam per natiuitatem liberorum donantis ex hac l.Loquitur autem in donatione reciproca,de qua hîc loquimur,vt ſcilicet ad ſuperſtitem bona quædam peruenirẽt,vt clarè liquet ex proceſſu illius conſi. Sed Curtius ipſe de ea re magis locutus eſt,vt oſtenderet renuntiationem huius l.non obeſſe quin locum habeat,de quo ſuprà in prin.l. diximus,quàm vt cogitaret vtrùm in tali donatione locum haberet,vt videre licet apud eum.Sed id ſi tamen præmeditatus & ex animo atque etiam conceptis verbis dixiſſet, non illi accederem.

*Fran.Cur.iunioris hac de re opinio.*

139 ¶QVINTO etiam ſequitur hanc l.non habere locum in quacunque donatione oneroſa, & quæ fit gratia vtriuſque & dantis & recipientis,vt eſt text.optimus in l. j. C. de pactis. vbi hoc not.Bald.in iij.not.Fulg.in vlt.not.Fran.Aret.col.vlt.verſi.dicit etiam hîc.& Iaſ. etiam in iij.not. & Philip.Deci.in ij.not. Et ita quoque illam l.intelligit Alex.conſi.xl.cuius exordium eſt, ſuper primo dubio,col.j.lib.iiij.& conſi.clxij.viſis his quæ copioſè,col.ij.verſi.item reſpondeo,lib.vj. & ita etiam voluerunt Ioan.Fab.& Ang.hîc.

*Hæc lex non habet locũ in donatione oneroſa.*

140 ¶Neque enim in huiuſmodi donationibus ( ſi donationes vocari debent ) habet locũ remedium inofficioſæ donationis,vt per Bart.in l.non vſque.ff.ſi à paren.quis manu.fuerit. Nec diſpoſitio l.cùm acutiſsimi.C.de fideicom.ex cuius ratione & anima veluti ex traduce hæc l.noſtra prodiit, vt ſuprà ſæpiùs dictum eſt.ita enim voluit Bald.in ea l.in fin.per d.l.j.C.de pact. & Ioan.Bapt.in l.generaliter.§.cùm autem,in viij.quæſt.C.de inſtit.& ſubſtit.& Socin.in repeti.l. cùm auus, col. Iv.in viij.q.in princip.ff.de condi.& demon.& conſi.xciij.incip.teſtamentum præmiſſum,col.v.in princ.lib.iiij. Quæ omnia velim intelligas,vt procedat ſecundũ menſuram onerum. Nam quod excedit, pro donatione ſimplici habetur,& in eo locus eſt huic l.vt nuncupatim conſuluit Steph. Bertr.conſi.xx.duo ſunt,col.j.lib.iiij.& id quoque diximus in præcedentibus caſibus, & dicemus in caſu etiam ſeq.vt ſtatim videbis.

*Remediũ inofficioſæ donationis non habet locum in oneroſis donationibus.*

141 ¶SEXTO hinc generaliùs ſequitur,hanc l.non obtinere in quauis donatione ob cauſam, vt voluit Bald.hîc in quibuſdam lecturis,& Ang.etiam hîc.{Rip.in xiij.q.} Alex.conſi.xxix.præclare ſubtiliter,in fi.lib.iij.& d.conſi.xl.col.v.verſi.circa tertiũ,lib.iiij.Corn.conſi.iiij.incip. dubia ſatis,col.iiij.in fi.lib.iij.& conſ.xxvj.viſo ſupraſcripto themate,col.viij.verſi.concurrit etiam,eo.lib. iij.Fran.Aret.in d.l.j.in primo no.& ibi quoque Alciat.in verbo,ſuſtulerat,{& Rip.col.ij.nu.5.} C.

*Hæc lex non habet locũ in quauis donatione ob cauſam.*

de pact.in id etiam trahentes {præter Ripam,} illum tex.& ibi item Soc.col.ij.verſi.ſecunda concluſio,vbi dicit ita ſe vidiſſe conſultũ per doctiſsimos viros.& idem Soc.conſ.147.viſa facti cõtingentia,col.vlt.lib.2.& conſ.295.in cauſa contra filios,col.3.verſ.circa ſecundã difficultatẽ,lib.2.& conſ.53.viſo inſtrumẽto,col.4.verſi.ſecũdo quòd l.lib.4.Phil.Dec.conſ.181.ſatis nota eſt quæſt.in fi.{& Carol.Ruin.conſi.123.quia agitur,col.3.nu.7.lib.j.& conſi.124.videtur,col.4.nu.13.eo. lib.j. & conſi.lxij.ex duobus,col.vlt.nu.12.lib.ij.& conſi.lx.de re quidẽ,col.v.nu.15.& 16.lib.iij.& conſ. cxl.circa caſum.col.iij.nu.60.lib.4.& Paul.Pariſi.conſi.xxvj.ex tenore,col.viij.num.80.lib.ij.}

*142 Donatio ob cauſam nõ reuocatur ob ingratitudinem.*

142 ¶Nam & aliàs donatio ob cauſam non reuocatur propter ingratitudinem,vt voluit glo.in l.vlti. in verbo,inueniatur,& ibi doct.C.de reuoc.donat.& doc.in c.vlt.extrà de donat.& Alex. conſi. xl.ſuper primo dubio,col.vlt.verſ.fruſtra etiam quæritur,lib.iiij.Ioan.Fab.& Ang.Aret.in §.ſunt præterea,verſi.idem eſt ſi quis,poſt princ.Inſtit.de actio. Quippe cum huiuſmodi donatio non ſit propriè donatio,vt probatur in l.j.poſt prin.& in l.hoc iure.§.j.& §.vlti.ff.de donat.nec etiam largitio,de qua l.noſtra loquitur.nam largitio omnem cauſam etiam honoris excludit, vt apertè probat illud Plinianum lib.naturalis hiſtoriæ xxxiij.c.x. Nam quòd Agrippæ Menenio ſextantes æris in funus contulit,honoris id neceſsitatisq́;,non largitionis eſſe dixerim. Ideo Bart. in l. ij.C.de donat.ob cau.tradit,quòd licèt donatio ſimplex ſit cõtractus nominatus,tamen donatio ob cauſam eſt innominatus:nam non eſt propriè & ſimpliciter donatio,ſed datio ob cauſam.

*143 In donatione ob cauſam nõ requiritur inſinuatio.*

143 ¶Hinq́ue negant iuris interpretes inſinuationem requiri in ea donatione,vt per glo.Bart.& alios in l.Aquilius.ff.de donatio.Petr.Iacob.in tit.de condit.ex lege,col.iij. {Bald.conſi. 354. quæritur vtrum in priuato,paulò ante fin.lib.iij.Angel.conſi.173.viſis prædictis inſtrumentis,col.vj. verſi. venio ad tertium,& ſequen.} Imol.in c.vlti.col.x.verſic.an autem in donatione,extra de donat. cum aliis concord.adductis per Alexan.conſi.xij.viſo inſtrumento,col.ij.lib.j.& conſi.xxj.attentis his quæ in inſtrumento,col.ij.verſi.ſed videndum eſt,lib.iij.& conſil.cxiij. perſpectis his quæ narrantur,col.vlt.lib.vj.& conſi.ccxvij.ponderatis his quæ in themate,col.ij.verſic.& non requiritur,eod.lib.vj.{Ang.Aret.in §.aliæ,colum.vltim. Inſtitu.de donat.} Iaſ.conſi.clxxj.viſo inſtrumento dotis,col.v.verſic.quartò pater,lib.iiij.

*144 Leges ſtatuẽtes donantem nõ teneri, niſi in id quod facere poßit,nõ habent locum in donatione ob cauſam.*

144 ¶Nec etiam leges ſtatuentes donantem non teneri,niſi in id quod facere poſsit,vt in l.inter eos. §.j.ff.de re iud.cũ ſi.habent locũ in donatione ob cauſam,vt voluit Ang.in l.ſed hoc ita,in prin, & ibi etiam Alex.per gl.ibi,in verbo,matrimonio,iuncto tex.ff.eo.idem Alex.in l.ſunt qui in id, col.j.verſi.item quod dicitur,eo.tit.& in l.non tantum,col.vlt.eo.quoque tit.Ro.conſil.xxvj.pro deciſione eorum,col.ij.verſ.tertiò quia licèt donans,vbi loquitur tamen de donatione remuneratoria,quæ ipſa eſt ob cauſam.Io.Fab.& Ioan.Plat.& Ang.Aret.in d.§:ſunt præterea,verſi. idẽ eſt ſi quis,& ibi quoque Iaſ.in verſi.ſed & ſi quis,Inſti.de act.& Iaſ.in d.l.inter eos,col.j.verſi.limita notabiliter.ff.de re iud.& conſ.118.contra donationẽ,col.ij.verſ.itẽ iſta donatio,lib.4.& Phi.Dec. in l.diuus Pius,col.j.verſi. & iſta regula.ff.de reg.iur.Sed & alia quædã huc adfert Franc.Rip. hîc in xiij.q.quæ videre poteris. Et vide etiam quæ dixi ſuprà num.58.incip.licèt donans.

*145 Explicatio præcedẽtium. Donatio facta ſub conditione,dicitur donatio ſimplex.*

145 ¶Sed hæc primùm intelliges procedere,cùm cauſa donationi appoſita, reſpicit fauorem donantis,& ita excludit liberalitatem. Secus ſi ea cauſa non impediret quò minùs donatio dicatur libera,& ex liberalitate procedere,vt ſi dono tibi decem,vt ex iis tibi domum emas,& ſimiles : nam tunc donatio,non obſtante tali cauſa,diceretur libera ac gratuita,in eaq́ue obtinerent omnia ſtatuta de donationibus loquentia,vt dicit Angel. in d.l.ſed hoc ita.ff.de re iudic.Ioan.Fab.& Iaſ.in d.§.ſunt præterea,vbi ſuprà.Inſti.de act.Pau.Caſt.in d.l.j.ff.de don.vbi dicit quòd donatio facta ſub cõditione,ſi nauis venerit ex Aſia,dicitur donatio ſimplex, quia à mera liberalitate procedit.

*146 Pater emancipando filium perdit patriã poteſtatem.*

146 ¶Et hinc fit,quòd cùm emancipando pater perdat,& è diuerſo filius lucretur, & accipiat beneficium,vt probat tex.in l.j.C.de ingra.lib.lucretur,inquam,filius,& perdat pater rem vterque inæſtimabilem,ſcilicet patriã poteſtatem.l.filiusfa.§.ſecundũ vulgarem.ff.de leg.j.{quo in loco Bal. ex hoc dicit,quòd ideo debet fieri emancipatio apud iudicem inſtar donationis immenſæ,quæ reſpicit inſinuationem apud acta.} Et ita quidẽ lucretur filius,vt ſi contra emancipationẽ pronuntiatum fuerit,poteſt petere reſti.in integ.l.ij.C.ſi aduer.rem iud.{E diuerſo autem non reſtituitur aduerſus ipſam emancipationẽ,cum per eam conſequatur libertatem.Cy.in l.ex cauſa.§.Pompo. ff.de cap.diminu.Bal.in l.non omnia,in vtraq; lectu.ff.de minorib.}Ideo pater ex emancipatione præmium conſequi debeat.l.ſi viua,ibi,præmiũ delatæ emancipationis,& ibi Pau. Caſt.C.de bon. mater.{& ibi Bal.& Paul.Caſt.qui ob id dicunt quòd donatio in continenti facta patri à filio in præmium emancipationis,non requirit inſinuationẽ,quod ſuprà ad aliud diximus.Et eſt etiã bonus tex.in} l.cùm oportet.§.cùm autẽ,ibi,quaſi remunerationis gratia à filio accipere,& ibi Bart. & alij.C.de bon.quæ liber.& in §.hoc quoq;,ibi, quaſi pro pretio quodammodo emancipationis, & ibi Ang.Aret.Inſti.per quas perſo.nob.acquiri.& quod voluit gl.in §.præterea,in verbo,patrono,& ibi Ang.Aret.col.pen.Inſtit.quib.mod.ius patr.poteſta.ſolu.& Bal.in l.quãuis,circa mediũ. C.de fideic.& in c.corporaliter,col.vlt.paulò ante fin.extra de transla.epiſc.& conſi.452.de patria poteſtate,lib.ij.Alber.Ang.Imo.Alex.Franc.Aret.& Iaſ.in l.vtrùm turpem,vbi eſt bonus text.ff. de verbor.obliga.{& D.à Rota deciſi.clxxviij.emancipatus,in j.addit.in nouis,} & Fabia.Giochi. in repeti.authent.nouiſsima,in vij.quæſt.princip.colum.ij.verſic.adde vlteriùs.C.de offic.prætor. vbi dicitur , cùm ſeſe intelligant plus debere , à quibus ſe meminerint vinculis ſacris exutos.

*Donatio à filio patri facta in præmium emãcipationis non requirit inſinuationem*

Nam



Nam & pater emancipando filium,pietatem exercere dicitur.l.quod & lex.§.ſi eum quis.ff.de libe.ho.exhib.Et liberalitatem,vt dicit expreſsè tex.in l.vlt ibi,liberalitatis titulo. C. de emancipa. liber.vbi Bal.in fi.dicit eum tex.eſſe meliorem totius iuris.& alius tex.in l.iubemus,in illis verbis, in quos talis liberalitas collata ſit.C.eod.tit.vbi & Ang.id not. & confirmat. Nam pater , inquit, emancipando facit filium ſui iuris,tribuit ei poteſtatem teſtandi,faciendíq; cæteros actus ſimiles, facitq́; vt illi acquirantur non ſolum aduentitia,ſed etiam profectitia.Et ſubdit , quia ergo pater liberalitatem exercet,non ei expedit donare filio in emancipationis præmium, ſed moris eſt addere liberalitatem liberalitati.Hæc Ang.Cui adde tex.in l.j.in prin.ff.ſi à paren.quis manu.fuer.ibi, quia à parente beneficium habuit bonorum quærendorum,{& in l.filio.ff.vt leg.no.caue.vbi etiã emancipatio patris beneficium dicitur.Id quod etiam dicit Bal.in l.ij.ad fi.C.ſi aduer. rem iudi.& tex.}in l.de emancipatis,in prin.cùm dicitur,hoc à ſuis genitoribus meruerunt.C.de legi.hære.& in l.vlt.in fi.C.de ſen.paſ.vbi ſcribitur,& filij emancipationem à patribus cum officiis petant, vt libertatem non damnationis,ſed lenitatis paternæ teſtem habeant,& quæ ſcribuntur à Bal. col.2.

*Pater emancipando filium facit eum ſui iuris, & tribuit ei poteſtatem teſtandi.*

147 ¶Quæ cum ita ſint,certè donatio quæ fit filio in præmium emancipationis,vt fit plerunque,eſt veluti ſimplex & libera,& non ob cauſam,vt etiam optimè probat tex.in l.vlt.in verbo, liberalitatis,C.de emancipa.liber.vbi id not.Bal.qui ad hoc dicit illum tex.eſſe meliorem , quàm qui ſit in iure & voluit etiam Dy.in auth.ex teſtamento,& ibi etiam Bal.col.iij. verſ.ſecundum capitulum.& Barb.in addit.illius,{& Phil.Dec.col.iij.verſ.nec obſt.ſi dicatur.} C.de collat. { vbi ex hoc dicunt,huiuſmodi donationem eſſe conferendam.}Sign.conſ.xx.factum ſic ſe habet,dominus vicecomes,in ij.dubio.Cyn.qui hoc dicit tenere omnes & antiquiores & recentiores,ob ídq; aſſerit huiuſmodi donationem requirere inſinuationem,in l.vt liberis.C.eo.tit. & ibi etiam Iac. But. Bart.Ioan.Fab.Bal.Ang.Pau.Caſt.Raph.qui limitat Ro.qui itidem limitat Corn.qui illorum limitationem reprobat.Alex.qui ita dicit communiter teneri,Franc.Aret.qui & hanc dicit eſſe communem ſententiam,& omnes denique præter Iac.Aret.Oldr.Nico.Matth.& Alb.qui tenent cõtrarium. Et idem quoq; voluit Guil.Cu.in l.ſi tibi,& ibi etiam Bal.col.ij.verſ.quæritur vtrum in caſu.ff.ſi cert.pet.Odof.in l.precibus.C.de inoffi.dona.& in auth.vnde ſi parens.C.de inoffi. teſt. Spec.tit.de dona.§.j.verſ.quid ſi pater emancipans,& ibi Bald.in addi.{ Collec.in c.ij. col.2.verſ. quid ſi pater,extra eo.tit.}Bar.in l.j.§.nec caſtrenſe,col.pen.verſ.finaliter de iure dico.ff.de colla. bo.& in d.l.cum oportet.§.cùm autem,& ibi etiam Raph.& Corn.C.de bon.quæ lib. Iac. But.& Bal.in fi.in l.& ſi mortis cauſa,ad fi.C.ad leg.Fal.Bal.in l.data.C.de donat.& in l.illud,col.3. verſ. tertiò quæritur.C.de ſacro.eccle.& in l.ſi deportatus.in fi.C.de bo.proſcrip.{ vbi & illud dicit de conferenda huiuſmodi donatione.}& conſ.ccccl.j.nobilis marchio,col.ij.lib.j.Pau.Caſt.in d.l.ſi viua.C.de bon.mater.Pan.conſ.cxvj.illud de iure quæritur,col.j.lib.2.Raph.Fulg. conſ.ccxvij. viſo exemplo,col.2.verſ.àd ſecundum Alex.conſ.cxlij.circa primam dubitationem,col.8. in iij.dubio, li.ij.quod repetitur in conſ.ciij.lib.iij.& iterum conſ.50.lib.vj.& idem Alex.latiſsimè d.conſ. xxj. attentis his quæ in inſtrumento,col.iij.verſ.non obſt.id,lib.iij.Vital.Camb. in tract.clauſularum, in rub.an legibus inſinuationem exigentibus poſsit renuntiari.char.pen. verſ. item quæro ſi pater donat.Corn.conſ.xlv.licèt in hoc iudicio,col.vlt.lib.iiij.Barb.conſ.lxxx.illud referam, col.vj. verſ.nec eſt conſiderandum,lib.3.& Guid.pap.in ſuis ſing.ccclxxv.verſ.quæritur ſi pater.& clanculum in conſ.xxiij.viſo facto.col.v.verſ.ſed vlteriùs,iuncto prin.conſ.& ſeq.verſ.& Ant.Canar. in tract.inſinuationum,q.50.Ioan.Corſe.& D.Aufre.in addi.ipſius in deci.Tholo. q.cccclx. item fuit quæſitum an donatio.Ioan. Monteſer.in repet.l.frater à fratre,col.pen. in xlj. q.ff.de condit. indebit.& Fabia.Giocch.in repeti.d.auth.nouiſsima,in iij.q.9.q.prin.C.de inoffi.teſta.Quanquam vltra eos quos ſuprà diximus,reclamat & Oldr.conſ.cxxxviij.thema tale eſt,Durandus,in iiij.eadémque pen.q.{& Bal.ſecum pugnans in l.cùm quis,in fi.ff.de condi.cau.dat.}& Rapha.Co.cõſ. 28.de fundo dato,poſt prin.& Barb.ſibi contrarius conſ.xxxv.li.iij.à Ioue principium,col.6.verſ. reſtat nunc videre,& ſeq.li.iij.Sed prior ſentẽtia vt numero & autoritate,ita & ratione eſt potior.

*Donatio quæ fit filio in præmium emancipationis, eſt veluti ſimplex & libera,& non ob cauſam.*

148 ¶Intelliges ſecundo modo,quod dictum eſt hanc l.non procedere in donatione ob cauſam , ſecundum & alias declarationes primi & ſecundi articuli , videlicet venditionis minori pretio factæ,& donationis remuneratoriæ.vt ſcilicet hoc procedat quod nunc diximus in donatione ob cauſam,vſque ad concurſum ſiue concurrentiam,vt noſtri loquuntur,oneris ſiue cauſæ ob quã fit donatio , id eſt , in eo quod concurrit cum onere aut cauſa in donatione inſcripta , vt loquar cum iuriſconſulto in l.quid ergo,in princ.ff.de lega.j. Nam in eo quod excedit eam cauſam ſiue onus,cenſetur pura & ſimplex{& gratuita}donatio,vt reſpondit Stepha.Bertran. conſ.xlvj.viſo caſu,ante fin.lib.ij.

*Hæc lex quare non procedat in donatione ob cauſam.*

149 ¶Ideóq; in eo requiritur inſinuatio,vt{voluerunt Io.Fab.& Ang.Aret.in §.idem eſt ſi quis,vterque col.j.Inſtit.de actio.& Barb.in rub.extr.de dona.paulò ante fi.&}poſt longam diſputationem tenuit Imol.in l.Aquilius.ff.de donat.& latè Corn.conſ.xlv.licèt in hoc iudicio , col. 2.verſ.his tamen non obſtantibus,& iterum col.vlt.lib.iiij.& Franc.Aret.conſ.2.intellecta diligenter, col.2. verſ.item nec videtur,vbi & alios in id citat.& conſ.xvij.conſideratis,col.v.verſ.ſecundæ autem obiectioni.& ante hos Guil.Cu.& Saly.in l.illud. C.de ſacr.eccl.vt refert & ſequitur Guido Pap. in ſing.375.inci.Saly.in l.illud.Habétq; locum in eo exceſſu priuilegium,ne conueniatur donans in id quod facere non poteſt,ſecundũ Phil.Dec.in d.l.diuus,col.2.verſ.& ſi donatio.ff.de reg.iur.

*In donatione ob cauſã quãdo requiratur inſinuatio.*

150 {¶Atque etiam,vt tandem ad ſpeciem legis noſtræ veniamus, diſpoſitio huius locum habet, vt dicit expreſsè idem Corn.d.conſ.iiij.col.iiij.in fi.lib.iij.{Steph.Bert.conſ.xx.duo ſunt,nu.4.& ſeq. lib.iiij.& Carol.Rui.conſ.xcviij.viſa renunciatione,col.ix.nu.20.lib.j.& conſ.clxix.de tribus, col. iiij.nu.15.lib.j.& conſ.lx.de re quidem,col.v.num.16.lib.3.& d.conſ.cxl.col.iij.nu.6.lib.4.vbi allegat Alex.vti à nonnullis citatur,in quodam conſ.non impreſſo,incip.cōſideratis his quæ in themate narrantur.}& Alci.in d.l.j.vbi ſuprà.C.de pact.ita tamen,ſi id quod excedit,æquat dimidiā partem omnium bonorum,ſecundum vnam opi. Aut ſaltem tale ſit,quod veriſimiliter donans non donauiſſet,ſi cogitaſſet de liberis,ſecundum aliam opinio. iuxta ea quæ diximus in illis primis caſibus,quæ illic,ſi opus ſit,videbis,ne huc iterum fruſtra repetam.

151 *Hæc l. utrum habeat locum in donatione tacita & præſumpta,aut ficta, ſicut in expreſſa & uera.*

¶Septimo principaliter vltra ea quæ dicta ſunt,dubitari poteſt.Vtrum hæc l.habeat locum in donatione tacita & præſumpta,aut etiam ficta,ſicut in expreſſa ac vera?Et videtur quòd non, cum hæc l.ſit exorbitans,vt plenè docuimus ſupra in verbo, libertis, ſtatim poſt princ.ideóque etiam reſtringenda.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.matr.cum aliis multis concord.illic à me adductis.Ac ſic in vera tantùm ac propria donatione intelligenda, non in ficta aut aliàs impropria, per iura etiam ibi allegata.

*L.ſi quis argentum, C.de dona. cum ſit exorbitans, non habet locum in donatione præſumpta.*

152 ¶Sicut etiam videmus in ſimili,quòd cùm l.ſi quis argentum.C.de donat ſit exorbitans, vtpote inducens actionem ex nudo pacto contra regulam iuris communis,ideo non habet locum in donatione præſumpta,{& tacita}vt voluerunt Ray.Bal.Ang.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in l. iuriſgētium. §.ſed cùm nulla.ff.de pact.Bart.poſt Guil.in eadem l.§.quinimo,col.vlt.& ibi etiam Alex. col.pe. & latè Iaſ.col.viij.verſ.tertiò videndum eſt,idem Bar.Ang.& Pau.Caſt.in l.ſi tibi decem,in prin. eo.tit.Bal.in l.2.§.appellata.ff.ſi cert.pet.& in l.vlt.in v.oppo.C.eod.tit.& in l.ſi pacto quo pœnā, col.2.verſ.quæro exemplum.C.de pact.& in tractatu de pactis,col.xj.verſ.nunc videamus.Salyc. in l.legem,in vj.q.& iterum in l.ſi creditori.{& ibi quoque Franc.Aret.qui id ſing.dicit.}C.eod. {& ipſe Saly.in l.quod ſi maritus.§.j.paulò ante fi.ff.de conſtit.pecu.}Bal.in d.l.ſi quis argentum. §.ſed & ſi quis vno,in additio.illius l.& ibi quoque Ang.C.de donat.& Ant.& Imo.in cap.qualiter,ext.de pact.Idem Imo.& Rom.in l.in ædibus.§.j.col.vlt.verſ.tu adde quartum.ff.de donatio. Pau.Caſt.in l.hactenus.§.j.ff.de conſtit.pec.& in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.{Et in l.generaliter,col.iij. verſ. ſed contra oppo.C.de non nu.pecu.}Corn.{conſ. 23. viſo puncto,col.3.verſ.& per hanc rationem,li.j.&}conſ.ccliiij.videtur in hac conſultatione,col.iij.eod.lib.j.& conſ.ccc.placet mihi cō cluſio,col.j.verſ.quod ſaltem videtur,eo.lib.j.{& conſ.ccxxix.oſtenſo,col.vlt.eod.lib.j.}& conſil. clxxxv.tria principaliter,col.iij.& iterum iiij.lib.2.{& conſ.cxxxv.de pluribus,col.v.in litera o,li. 3.& conſ.cxxix.viſis verbis,col.ij.eo.lib.3.& conſ.ccxxxviij.viſo puncto,col.ij.eo.lib.3.}& conſil. cclxxxviij.quanquam conſultationem,col.iiij.lib.iiij.Fran.Aret.in l.ij.col.ij.ff.de lega.j.{ & in l.licèt,in fi.C.de pact.}Alex.in l.ſi aliquam rem,ad fi.Et ibi Claud.Serg.col.v.verſ.tamen ſuſtinēdo. ff.de acq.poſſ.& in l.à Titio,col.ij.ff.de verb.oblig.{& conſ.cxxix.ſuper primo dubio,in fi.lib.7.} & Soci.in l.j.§.ſi quis,col.iij.in ij.locis,eod.tit.& in l.j.col.3.verſ.ſecunda concluſio.ff.de legat.j. & Iaſ.in l.j.§.ſi quis ita,col.pen.verſ.confirmatur.ff.de verb.oblig.Phil.Dec.in l.ſemper qui non prohibet,col.j.ff.de reg.iur.& in rub.C.de pact.ad fi.vbi dicit ita ſe conſuluiſſe,ſicuti verè conſuluit, conſ.ccxlvij.in cauſa quæ iam diu,col.2.& vlt.& Fran.Purp.in l.rogaſti.§.ſi tibi,col.8.verſ. quintò ampliatur.ff.ſi cert.pet.Lancel.Gali.in Rub.ff.de verb.oblig. col.xvj. verſ.hoc tamen { caſu.& Hiero.Gratus conſ.xxv.in præſenti caſu,col.iij.nu.23.lib.j.Tu tamen hìc vide Angel.Aret.in §.in perſonam,col.7.verſ.tertiò principaliter,Inſtit.de actio.}

153 *Nec l.ult. C. de ſacroſanct. eccl.quæ trāſfert dominiū ex ſolo titulo ſine traditiōe.*

¶Nec ſimiliter l.vlt.C.de ſacroſ.eccle.quæ transfert dominium ex ſolo titulo,ſine traditione,cōtra l.traditionibus.C.de pact.obtinet in donatione tacita & præſumpta,vt voluit Spec. tit. de loca.§.nunc aliqua,verſ.lij.& Bal.in addit.ipſius,verſ.ſeq.{& iterum in additio.illius, in tit.de confeſsionibus,§.nunc videndum.col.ij.verſ.confeſsio facta in iudicio.} Barto.in d.l.ſi aliquam rem, col.3.verſ.habui in hac ciuitate.ff.de acq.poſſeſ.Ant.in c.ex parte,col.vij.de confeſsio. prout eos allegat,& ſequitur Iaſ.in d.l.vlt.in iij.notab.de ſacroſanct.eccl.

154 *Nec ſtatutum diſponens donationē factā inter uirū & uxorē nō confirmari morte.*

¶Nec denique ſtatutum diſponens donationem factam inter virum & vxorem,non confirmari morte,contra l.j.& l.donationes.C.de donat.inter vir.& vxor.habet locum in donatione tacita & præſumpta,vt pulchrè & eleganter conſuluit Soci.conſ.cxxij.cuius initium eſt,circa primū conſultationis articulum,col.v.verſ.nec obſtat ſtatutum,lib.3.per not.per Bart.& Imo.in d.l. ſi aliquā rem.ff.de acqui.poſſ.& in d.l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pact.dicitq; de hoc eſſe caſum in l.ſeruum filij,in fi.ff.de lega.j.ſecundum intellectum Bart.in l.j.eo.tit.{Quibus adde quod dicit Bald. in l.ait prætor.§.vlt.ff.de neg.geſt.quòd donatio tacita fieri poteſt inter abſentes,ſiue nuntio,vel epiſtola, per textum ibi licèt ſecus in donatione expreſſa, ex quo vides non rectè concludi ab vna ad alteram.}

155 *Autoris cade re opinio.*

¶Verùm his non obſtantibus,ego aſſeueranter opinor hāc l.procedere in donatione præſumpta, ac tacita,perinde ac in expreſſa & vera,ſicuti etiam nuncupatim voluit Bal.hìc paulò ante fin.j. lectu.& iterum in ij.lect.col.2. Nihil enim inter vtranque intereſſe video, quantum ad rationem l.noſtræ pertinet.Imò eadem eſt vbique ratio, vt reuocari debeat per natiuitatem liberorum ob præſumptam voluntatem donantis.Ideo & idem ius obtinere debet,l.illud.ff.ad leg. Aquil. cum ſimil.præſertim cùm etiam in exorbitantibus & correctoriis fiat extenſio(ſi extenſio dici debeat) ex eadem



ex eadem ratione,vt latè diximus ſuprà in verbo,libertis,verſ.xliiij.incip.nec verum eſt quod dictum eſt.ídque maximè ad caſum qui ex lata ſignificatione poteſt comprehendi in lege vel ſtatuto,vt probatur in l.filium habeo,in princip.ff.ad Maced.iuncta l.iuxta.ff.de verb.ſignif. & iunctis etiam not.per Bart.in l.liberorum,in ij.quæſt.princ.eod.tit.& expreſsè voluit Cy.in l.j.C.quę ſit long.conſu.& expreſsiùs Imol.in l.ſi verò.§.de viro,in prima fallen.exorbitantium.ff.ſol. matrim.& dicemus latiùs in ſeq.q.

*Donatio præſumpta & tacita,quia non nunquam fallax eſt, ideo facilè tollitur per aliam præſumptionem.*

156 ¶Nec ſolùm eadem eſt ratio,ſed maior eſſe videtur reuocandæ donationis præſumptæ & tacitæ. nempe de qua non verè, non patenter,non apertè liqueat, ſed tantum ex præſumptione : quæ nonnunquam fallax eſt,& de re non vera,ideóq; facilè tollitur{ſcilicet}per aliam præſumptionē l.diuus.ff.de in inte.reſtitutio.& l.licèt imperator.ff.de lega.j.& l.non ſolùm. §. denuò. ff.de ritu. nupt.& l.mater,& ibi Ang.& Saly.C.de calum.{& c.cùm inter R.ſeniorem,& ibi gloſſ.in verbo, epiſcopus,de elect.& c.quia veriſimile,& c.illud,& c.literas,de pręſumptio.& c.in noſtra,de teſti.} c.ex transmiſſa.extrà qui fil.ſunt legit.{Ex quo Bal.conſ.cclix.verba inquiſitionis, col.2.verſ.itē in expurgatione,lib.j.dicit facilius elidi præſumptiones & coniecturas,quàm veras probationes.} Vnde etiam facilius reuocari retractaríq; poteſt ac debet,quàm expreſſa ac vera donatio,quæ ſcilicet nuncupatim & expreſsè fit verbis certum mentis conceptum exprimentibus.l.Labeo.ff. de ſupel.lega.& cap.is autem.xxij.quæſtio.2.Ideo tex.eſt not.in l.vlt.in princ. ff. de legat.2.probans donationem tacitam faciliùs reuocari,quàm expreſſam.quam ad hoc expendit Bal.ibi, atque etiā in l.filium.col.viij.verſ.ſecundò op.C.famil.erciſc.Qua etiam ratione Innoc.Ant.Imo.& Panor. in c.j.ext.quod met.cau.aſſerunt profeſsionem expreſſam difficilius retractari, quàm tacitam & præſumptam:ſicut & tacita ſeu ficta offenſa facilius aboletur quàm expreſſa, vt ſcribit Bart. in l. athletæ.§.dat remiſsionem.ff.de excuſ.tuto.

*Offenſa ficta & tacita facilius aboletur quàm expreſſa.*

*Confirmatio præcedentiū.*

157 ¶Si ergo vera & expreſſa donatio reuocatur ex præſumpta mente donantis,multò magis & tacita & præſumpta,tum quia pręſumptio pręſumptionem tollit,quod iam diximus.Tum quia aliàs plus haberet momenti & roboris præſumptio aut fictio,quàm veritas, contra legem, filio quem pater.ff.de lib.& poſth.& l.liber homo.ff.de ſtipu.ſer.& l.electio.§.ſi is.ff.de noxa,& latè no.{Bar. & alij,}in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca.{Bal.qui alia iura allegat,in l.& hæredi.§.nos autem, col.j.ff.de pact.cum ſimil.}Et etiam plus virium tacitum quàm expreſſum,cum ſint vel eiuſdem ponderis,vt not.in l.cùm quid.ff.ſi cert.pet.& l.3.ff.de leg.3.vel etiam expreſſum tacito potentius. l.nonnunquā.ff.de condit.& demon.& l.expreſſa.ff.de reg. iur. & latè diximus in noſtris legibus connubial.in gl.v.Et quod proximè huc accedit,habemus etiā tex.probantē, donationē expreſſam plus habere viriū & ponderis,quàm tacitā in l.donationes,la j.C.de donat.inter vir.& vxor. quā ad hoc expedit Flor.in l.quæ pater,col.vlt.ff.famil. erciſc.Et hinc videmus quòd expreſſum facit ceſſare tacitum & præſumptum.vt de primo eſt tex.in l.cùm ex filio.§.vlt.& ibi latè Iaſ.ff.de vulg.& pup.Et de ſecundo in l.Clemens patronus.ff.de hæred.inſtit.& l.ſi ita.ff.de lib.& poſth. & voluit Bal. in l.in multis,paulò ante fi.ff.de ſtat.homi.& in l.vlt.C.de donat.ante nupt.

*Præſumptio quid.*

*Præſumpta donatio quid.*

158 ¶Ad hæc ſi verum amamus,non rectè videntur loqui,qui donationem præſumptam & verā diſtingunt,cùm negari non poteſt,quin præſumpta ſit etiam vera.Quid enim eſt præſumptio,niſi quædam ſpecies probationis?& præſumpta donatio, niſi donatio quæ ex præſumptione procedit?Quid autem præſumptio eſt,niſi liquidiſsima probatio?Nam & id voluit gl.in l.ſi tutor,in fi. & ibi Bald.C.de peric.tut.quam gl.dicit valde not.& meliorem de iure Imo.in l.quæſitum. ff.de re iudi.& in l.in tempus.§.j.& iterū in l.ſi ita quis hæres.ff.de hæred.inſtit.& ſing. eam dicit Floria.in l.patronus,in princ.ff.de probatio.& Barb.in l.ſciendum,col.x.ff.de verb.oblig.& aliis locis propè infinitis.& eam ſæpe citant & commendant doct.vt Bal.in l.ita demum,ad fi.C.de procu. & in l.j.in iij.oppo.C.ſi in fraudem patro.{& conſ.cxciij.ſtatuto ciuitatis Alex.col.2.lib.2.}& cōſ. cccclxxxiij.viſo ſtatuto,ante fi.lib.v.Pau.Caſt.conſ.cxvj.viſo compromiſſo, col.iij. verſ.ſed hoc poſito,lib.j.& conſ.cclxxxiij. ſuper iſto negotio, col.iij.eo.lib.1.& conſ.lxxiiij. in cauſa mota per Dorotheam,col.2.verſ.item eſt alia,li.ij.Alex.in l.manifeſtè,in ij.not.ff.de iureiur. & in l.abſentē, ff. de pœn.& idem propè voluit Ang.in l.ſi præter.§.Marcellus,col.j.ff.de re iud.& doct.vbique. & ad hoc optimè faciunt multi tex.probantes præſumptionem eſſe euidentem,manifeſtam,liquidam probationem,videlicet in l.j.ibi,liquidò probatur,cum gl.& ibi Ang.{& Alex.C.de teſtam. mil.}& in l.licèt imperator,in prin.& ibi Bart.Ang.& alij.ff.de leg.j.{quem ad hoc dicit meliorem de iure.Barb.in repe.c.Raynaldus,col.cxliiij.de teſta.}& in l.ſed ſi non alias.ff.eo.tit. qui quidem tex.eſt optimus,licèt à paucis annotatus.& in l.ſi quis locuples,ff.de manu.teſtam. & in l.j. C.de cōdi.inſer.{& in c.j.& ibi Pan.de cleri.nō reſi.& in c.cùm dilecti,& ibi quoq; Pan.in j.no.de don, & in c.decernimus,iuncta gl.in verbo,manifeſtū,iij.q.iij.}cum aliis ſi. & concord.plenè adductis per{Alex.in d.l.j,C.de teſta,mil.&}Barb.in c.ſuper quæſtionum.§.intentionis,col,ij.de offi.deleg. Fel.& Dec.in rub.extr.de proba.illum quidem col.2.in 2.concluſione,hunc col. xvij. etiam in 2. concluſione.& Hippo.qui & alios doc.citat in l.ſi fortè,poſt princ.C.de ſicar.& conſ.vij. ſummi cæli,col.v.verſ.ſed in caſu noſtro,lib.j.

*Statutum ſi requirat probationē inſtru=*

159 ¶Quibus adde quod egregiè dicit Bal.in l.j.col.iij.verſ.quæro quid ſi ſtatutum.C.de fideic. quòd ſi ſtatutum requirit probationem inſtrumentalem, ſufficit præſumptio ex inſtrumento, quæ fit ex diſpoſitione l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.per l.iij.C.de apo.pub.lib.x.quod dictum commendat

*mentalē ſuffi cit præſumptio ex inſtrumento,quæ fit ex diſpoſitione.*

mendat Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.7.poſt prin.C.de fideic.& dicit multùm ſingu.Iaſ.in l. ſciendum,col.8.verſi.tertiò vltra.Bart.ff.de verb.oblig.& conſ.xxv.quidam teſtator,col.ij.lib.j.& not.Dec.in d.rub.de prob.vbi ſuprà citauimus.quibus tamen locis vterque diſputat,vtrum præſumptio dicatur vera & propria probatio.quanquam illud dictum Bal.reprobat Iaſ.ſibi cōtrarius in l.certi condictio,in prin.col.viij.ad medium.ff.ſi cert.pet.poſt Rom.in l.j.C.de teſt.mil. Sed & adde quæ ſcribit idem Iaſ.poſt alios in l.ſi pluribus,col.iij.verſ.ſextò pondera.ff.de leg.j. & in d.l. licèt imperator,in iij.not.eod.tit.

*Filius iuris præſumptione probatur.*

160 ¶Ex quibus planè liquet,quòd res quæ eſt probata præſumptione, æquè vera eſt atque ea quæ aliis documentis & probationum generibus eſt probata. Quod & hinc quoque manifeſtè apparet,quòd quis probatur filius alterius,iuris præſumptione,quia ſcilicet natus eſt ex vxore illius, iuxta l.filium diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

*Neque id certa probatione oſtendi.*

161 ¶Neque enim vera ac certa probatione id oſtendi poteſt,vt atteſtatur iuriſconſultus in lege Lucius.ff.de condit.& demonſt.& Homerus naturæ & iuris vtriuſque peritiſsimus, qui libro primo Odyſſeæ ita facit Telemachum reſpondentem Mineruæ ſciſcitanti,an eſſet Vlyſsis filius,

*Μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε*
*οὐκ οἶδα, οὐ γάρ πω τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνίγνω.* id eſt,
*Mater me genitum ex illo mea dicit:at ipſe*
*Neſcio.nanque ſuum verè ſcit nemo parentem.*

Et latiſsimè diximus in noſtris commentariis conſuetud.tit.xxvij.§.iij.in glo.j.poſt prin.

*Eſt tamen uerus filius.*

162 ¶Hic,inquam,filius,non ideo dicitur improprius filius,ſed verus,alioqui nullus eſſet verus filius: in eóque habent locum ſtatuta quantumlibet exorbitantia ac correctoria.Et de hoc caſu loquēs tex.in l.imperatores.ff.de prob.hanc præſumptionem appellat veritatem,vt ibi annotat Accurſius in gloſſ.vltima.

*Dolus præſumptus idem debet operari quod uerus. Donatio uera eſſe præſumitur, quæ ex præſumptione iuris procedit*

163 ¶Similiter iura quibus cauetur,quòd in actionibus bonæ fidei ſuper dolo iuratur in litem, vt l.in actionibus.ff.de in lit.iu.cum ſim.licèt ſint exorbitantia & odioſa, cum regulariter non credatur iuramento aduerſarij:obtinent etiam in dolo præſumpto,l.tutor qui repertorium, in prin. ff. de admi.tuto.{& Bal.in d.l.in actionibus,col.vlt.nam dolus(inquit)præſumptus idem debet operari quod verus:quia præſumptiones legum habentur pro liquidiſsimis probationibus.Et idem Bald. conſ.cxciij.ſtatuto ciuitatis Alexandrinæ,lib.2.aſſerit maleficium,quod probatur per tacitam cōfeſsionem vel præſumptionem,eſſe verum maleficium,per tex.in l.ſi tutor.C. de interdic.matri. & ea quæ ſuprà diximus numero præcedenti,prȩſumptionem eſſe liquidiſsimam probationem. Et in ſimili quoque dicit Bald.poſt Azo.in l.ſi culpa.ff.de rei ven.titulum tacitum ſiue præſumptum eſſe verum titulum.}Ex quibus conficitur,quod ſuprà diximus, donationem veram eſſe, quȩ ex præſumptione iuris procedit:ſicuti in ſimili poſſeſsio vera,quæ ex actu ficto prouenit,per not. per Bart.in l.ſi is qui pro emptore,in fi.ff.de vſucap.cum concord.à me collectis in { noſtro tracta.conſtit.poſſeſſo.in ij.parte,in j.amplia.nu.2.

*Præſumptus actus nō tātū habet fauoris ac roboris, quantū uerus ac certus.*

164 ¶Poſtremò ſi verum eſſet,quòd lex ſimpliciter loquens non traheretur ad actum præſumptum: tamen id tantùm obtineret,quando lex diſponeret in fauorem ipſius actus,ob id quòd præſumptus non tantum haberet fauoris ac roboris,quantum verus ac certus,vt diximus. Secus ſi cōtra ipſum actum diſponeret.Nam lex annullans,infirmans,irritans actum, trahitur etiam ad actum præſumptum,per l.qui ad certum.ff.loca.Et hinc videmus, quòd leges prohibentes donationes inter virum & vxorem,procedunt in donatione præſumpta,vt voluit gl.in l.ſi donationis. C.de contrah.empt.& ibi Saly.qui eam ad hoc expendit.& Soci.conſ.lxvj.fruſtra plenitudini,col.j.li.j. Et leges requirentes inſinuationem in donationibus,eas alioqui irritantes,habent etiam locum in donatione præſumpta{& tacita}ex ſententia Bart.in l.j.in vlt.oppo.ff.de dona.& in l.vlt. in prin. per illum tex.C.de iure dot.vbi dicit id eſſe menti tenendum,{& Bald.conſ.ccxxxj.præſuppoſito ſtatuto,lib.j.}& Ang.conſ.xciiij.cum lis & quæſtio,col.antepe.verſ.hoc igitur articulo, { licet ibi aliud dicat de ficta donatione.}Raph.Fulg.conſ.lxxij.ſuppoſita bulla,col.vlt.verſ.nec nocet,iunctis prȩcedentibus.& Pet.Ferra.tit.forma libel.quo agi.pro dona.in verbo,ſolenniter,col.iiij.verſ. deinde quia prædicta.& Anton.Cana.qui vnicum Bartol.locum citat in tract.inſinuationum. q. xliiij. Et ſtatutum prohibens donationem ſine præſentia iudicis,locum habet in donatione prȩſumpta,vt latè conſuluit Corne.conſil.clxxxv.tria principaliter,colum.iiij.verſic.his tamen non obſtan.lib.ij.

*Lex annullās & prohibens nō tantū trahitur ad actū præſumptum, ſed etiam ad fictum.*

165 ¶Nec ad præſumptum quidem tantùm trahitur lex annullans ſiue etiam prohibens, ſed ad fictū quoq;,vt & de eo quoque hìc loquamur:tam ne plus operetur fictio quàm veritas,quod iam ſuprà diximus,tum quoque,quia quod verè fieri non poteſt,nec fictè quidē etiam poteſt:ſiue ea impoſsibilitas ſit ex natura.l.adoptio.ff.de adop.& l.confeſsionibus.ff.de interro.actio.& Bart.in l. ſi is qui pro emptore,col.xij.verſ.ſequitur eius quod eſt poſsibile.ff.de vſucap. vbi & alia iura allegat.{& rurſum in l.eandem.in prin.col.j.ff.de duob.reis,vbi id declarat Ang.& Imo.in l.ſub conditione.ff.de ſolut.}& Petr.Anch.conſ.xxij.ſubtiliter & copioſè,col.ij. cum ſim. Siue ex iuris diſpoſitione.l.Gallus.§.ſi eius.{& ibi Imo.}ff.de lib.& poſth.& l.talis ſcriptura.ff.de leg.j.Bal.{conſ. 243.quidam nobilis nomine Antonius,col.2.lib.j.&}conſ.cccxcix.de principali inſtrumento,col. 2.lib.v.& Bart.conſ.lxxv.viſo inſtrumento,poſt medium,cum multis concord.adductis à Iaſo.in

d.l.ſi is



d.l.ſi is qui pro emptore,nu.290.& ſeq.Licèt contrarium aſſeruerit Alciat.lib. Paradoxorum iij. c.xvj. & in l.intelligendum.ff.de verb.ſignifi.de quo nos alibi latiùs diſſeremus.

166 ¶Porrò d.l.ſi quis argentum.C.de dona.& d.l.vlt.C.de ſacr.eccle.de quibus locuti ſumus in priori op.diſponunt ad actus confirmationem:ideoq; cum actus verè probatus plerunq; ſit magis efficax,quàm qui eſt præſumptiuè tantum probatus,vt diximus, non eſt mirum ſi lex noua dans nouum robur actui claro,apparenti,& expreſſo,non habet locum in tacito & expreſſo,quæ ratio non procedit in lege è diuerſo diſponente ad actus infirmationē,quin potius tēdit in contrariū.

*Lex noua dās nouum robur actui claro & expreſſo, non habet locum in tacito.*

167 ¶Cæterùm qui dicunt d.l.ſi quis argentum,non habere locum in donatione præſumpta, innitūtur ratione,quæ hìc nihil omnino facit,quoniam,inquiunt,concurreret circa idem duplex ſpecialitas,videlicet quòd præſumeretur donatio,contra regulam.l.cum de indebito.ff.de prob. cum ſi. Item quòd ex nudo pacto oriretur actio,contra l.legem.C.de pact.cum ſimil.quod fieri nec debet,nec poteſt,per not.in l.j.C.de dot.promiſſ.& per Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore.col.pen. ff. de vſucap.Et idem quoque dici poteſt de d.l.vlt.C.de ſacroſan.eccl. quòd ſcilicet præſumeretur donatio,& ex dicta donatione transferretur dominium ſine traditione,contra regulam d.l.traditionibus. C.de pact.

*Opinio eorū qui dicunt l.ſi quis argentū. non habere locū in donatione præſumpta.*

168 ¶Ex quibus clarè patet,non obſtare quod dictum eſt,dictas ll.non procedere in donatione præſumpta ſi id tamen verum ſit.Nam quantum ad d.l.ſi quis argentum,contrarium aſſerit gl. in d. l.ſi tibi,in prin.ff.de pact.& in d.l.hactenus.§.j.ff.de conſti.pecu.quam ſimpliciter ſequuntur Bar. ſibi contrarius,& alij præter Pau.Caſt.ibi,ſequitur etiam Raph.Fulg.in d.l.iuriſgentium.§.quinimo,col.4.& ibi etiam Fortu.Gartia.col.xxxiiij.verſ.tertiū dictum. & Marti. Laud.in eadem l.in d.§.ſed cùm nulla.& Ang.Are.in §.in perſonā,col.antep.verſ.quartò principaliter,Inſt.de action. vbi dicit illam poſteriorem gloſſ. eſſe ad hoc not.& menti tenendam. & clanculum voluerunt Iac.But.& Bar.in l.receptitias.C.de conſt.pec.vbi & hoc expreſſè voluit Guid.Pap.& Fran.Are. in l.2.col.2.verſ.ad tertium.iunctis præcedentibus.ff.de leg.j.

*Confirmatio præcedentiū.*

169 ¶Quantum verò ad l.vlt.C.de ſacro.eccl.ſimiliter contrarium tenuerunt omneſ quos ſupra pro contraria parte adduximus ex Iaſone,qui eos malè citauit,præter Bald. qui verè fuit illius partis in loco ibi citato.Sed & hoc quoq; vltra eos voluit Bart.in l.cùm falſa,circa medium.C.de iur. & fact.igno.& Bal.ſibi contrarius in l.ad probationem,col.vlt.verſ. quæro quid ſi animo. C. locat. {& in l.ſi conſtante.§.ſi vxor.ff.ſol.mat.}Ang.in l.qui rem,eo.tit.& §.emphyteuſim,in fi.in auth. de non ali.aut permut.Pau.Caſt.conſ.xj.ſuper primo quæſito in quantum,col.1.lib.2.Alex. in d.l. ſi aliquā rē,col.x.verſ.ex quo infert Bart.&{ibi quoque Fran.Ripa col.xij.nu.36.} ff.de acq.poſſ.

*Statutum ex quo maritus lucratur certam partem dotis, procedit etiam in dote præſumpta.*

170 ¶Et hæc quoque poſterior pars ex eo confirmatur,quòd ſtatutum ex quo maritus lucratur certam partem dotis,procedit etiam in dote præſumpta,quamuis ſit non modò exorbitans, ſed & correctorium iuris communis.Ita enim non obſcurè ſentit Bart.in diſputa. incip. mulier habens magnum patrimonium,ferè per totum.& expreſsiùs voluit Bal.in l.cum citra,per gl.ibi.C.de iure doti.& in l.nulla,col.j.verſ.ſed pone.C.eo.& latè conſ.cij.mulierem maritus duxit, lib. iiij.& Pau.Caſt.conſ.lx.viſis ſtatutis communis Vincentiæ,in ij.dubio,lib.ij.Rapha.Com. conſ.cix.domina Ioanna,in primo dubio,ea ratione motus,quòd præſumptio innititur veritate, per ea quæ habentur in l.vlt.ff.quod met.cau.in l.ſiue poſsidetis.C.de proba.& idem quoq; voluit Pan.cōſ. xlvj.tria mihi oſtenſa dubia,in ſecundo dubio,lib.j.{& Alex.conſ.cxxij.viſo proceſſu,col.ij.li.7.} & Soci.conſ.lxxx.præſens conſultatio,col.vlt.lib.iiij.Fran.Curt.iunior,conſ.iiij.ſuper controuerſia,col.vj.verſ.hæc veriſsima.Et id ego verius eſſe arbitror,licèt contrarium teneat Bal.& hìc ſibi contrarius,conſ.cccxxxiij.quia iſta dos non fuit vera,lib.iiij.{& non obſcurè Iaſ.conſ.50.pro nobilibus,col.2.lib.j.}Ex quibus poteſt videri malè conſuluiſſe Soci.in ſtatuto prohibente donationem inter virum & vxorem morte confirmari:de quo diximus in priori ſententia.Et facit etiam tex.in c.veniens ad nos,{& iterum in c.is qui,}ext.de ſponſa.& mat.ex quibus no. Pan.in priore loco,in pen.no.{in j.no.}quòd matrimonium præſumptum tantam vim habet,quantam verum. Nam ibi ſi vtrunque concurrat,& verum,& præſumptum, præfertur non quidem verum præſumpto,ſed quod ex iis eſt prius tempore.Hincq; dicit inferri,quòd diſpoſitum in caſu vero,habet locum & in præſumpto:ad quod etiam alleg.no.in l.ſi poſſeſſor.C.de relig.& ſump. fun. & l. certè.ff.de præc.{& illum quoq; tex.in d.c.is qui,ad id quod diximus expendit Phil. Dec.conſil. dclxxxj.viſo puncto,col.j.}Et hìc etiam vide quȩ latè ſcripſimus in noſtris legibus cōnubialibus, in glo.v.in verbo, *contracter*, in iij.quæſt.quæ eſt ſub nu.lvij.

*Hæc lex an habeat locum in ſimplici renuntiatione ſiue remiſsione alicuius rei aut debiti.*

171 ¶Octauò quæro,An hæc l.habeat locum in ſimplici renuntiatione ſiue remiſsione alicuius rei aut debiti.Et primum videtur quod non.quia remittere non eſt propriè dare aut donare.per l.Iulianus ait.ff.de condit.& demon.vbi conditio dandi non impletur per remiſsionem.Quem tex.aureum ad hoc dicit Fel.in c.veniens,le j.col.2.verſ.ſecundò intellige,ext.de teſti.Et bene facit tex. in l.ſi pignus.ff.quæ in fraud.cred.vbi ſi pignus vir vxori remiſerit,vel è diuerſo, nulla ſit donatio.& ideo,inquit glo.ibi,valet huiuſmodi remiſsio.& adducit concord.Et licèt conſtante matrimonio maritus nō poſsit reddere dotem vxori,niſi in certis caſibus,cum id ſit inſtar donationis. l.j.C.ſi dos conſtan.mat.poteſt tamen citra illos caſus & indiſtinctè remittere dotem promiſſam nondum datam;vt tradit gl.no.in l.ſi conſtante,in verbo,firma,& ibi Ray. & Bal.in vtraq; lect.

qui

qui eam no.dicit in poſteriore.C.de donat.ante nup.& Rom. qui illam dicit ſing.in l.quamuis. ff. ſol.mat.& ſing.dcj.tu habuiſti.Ex quibus conſtat,non omni cui negatur facultas donandi,negari quoque remittendi,ſicuti è diuerſo non omni cui donare conceditur, remittere quoque concedi,vt per gl.in c.ſtatutum.§.notarium,in verbo,remiſsione,de reſcri. lib.6.

*Et an remiſsio indigeat inſinuatione.*

172 ¶Ex quo etiam fit,vt talis remiſsio non indigeat inſinuatione,ſicuti vera donatio indiget.ex ſententia{Placen.& Azonis,vterque in ſumma tit.Inſtit.de don.}Ioan.And.poſt Guil.Suz.in addit. Spec.tit.de inſtru.edi.§.porrò,in vlt.addi.quæ eſt in col.pen.Bal.in l.j.col.2.verſ.ſed quia confeſſio indiſcreta.C.de confeſ.& in l.illud,col.iij.verſ.ſecundò quæritur.C.de ſacro.eccl.vbi dicit hãc liberationem non exigere inſinuationem,niſi in ea exprimatur quòd fiat cauſa donationis.Iaco. But.& Saly.in l.creditori.C.de pact.{idem Saly.in l.ſancimus,in prin.in antep.q.C.de don.}Pet. Ferra.in tit.forma libel.pro dona.in verbo,ſolenniter, col. iij.verſ.quid autem dices. Et videmus etiam quòd donatio abſenti fieri non poteſt,niſi per nuntium vel epiſtolam.l.abſenti.ff. de don. & diximus latè ſuprà in verbo,libertis,nu.{68.nec vlterius.}Liberatio autem fieri poteſt,glo. in l. non ſolùm noſtrum.§.ſi liberationis verba,& ibi Bart.& alij.ff.de libe.leg.& Bald.in d.l.illud,quo loco nuper citauimus,{& in l.is qui hæres,in prin.ff.de acq.hære.& in l.generaliter,col.vlt.in xij. quæſt.C.de non nume.pecu.& conſ.cccxlj.maritus,col.j.lib.j.& conſ.xiiij.Antonius fecit. verſic. nonò quia maritus,lib.2.& conſ.ccxlij.ſuadeo,col.j.lib.iij.vbi id dicit procedere,etiã ſi fiat in nulla voluntate,per d.§.ſi liberationis,}cum ſimi.Ideóq; cùm hęc l.ſit exorbitans,vt latè probauimus ſupra in verbo,libertis,{num.19.tum ſecundò,& multis ſeq.}& loquatur nuncupatim de donatione:conſequens eſt eam eſſe trahendam ad remiſsionem,quæ non eſt propriè donatio.l. ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat.cum ſimi.

*Autoris opinio.*

173 ¶Tamen ego contrarium in caſu l.noſtræ verius eſſe exiſtimo,ſecutus Corn.hoc expreſsè volẽtem conſ.xj.in præſenti conſultatione,col.pen.verſ.nec obſtant ea,lib.iij.& Socin.conſ.xx. in facto præſupponitur,col.vlt.lib.iij.{& Carol.Rui.conſ.xcviij.viſa renuntiatione,col.viij. verſ. non ob.igitur primò,lib.j.& conſ.lx.de re quidem,col.v.num.14.lib.3.& conſ. cxl.circa caſum de quo quæritur,col.3 nu.v.lib. 4.}Nam remiſsio,ſiue liberatio,ſiue etiam renuntiatio gratis facta , vim prorſus donationis obtinet.l.contra.§.ſi filius.ff.de pact.l.j.ff.de tranſ.& l.ſi mulier,& ibi Bald. & Alex.ff.de condi.ob cau.& l.peculium,la prima,in prin.& ibi Bart.ff.de pecu. & l. ſi fundum ſub conditione.§.Titio fundum,& ibi gl.& doct.ff.de leg.j.vbi & illud probatur procedere in conditionibus,quæ aliàs tanquàm ad Polycleti regulam implendæ ſunt.Ea autem loquitur in caſu d.l. Iulianus ait,quam pro priori parte adduximus,ex eáq; & ex no.à doc.in vtroque loco facilè intelliges eam nõ obſtare huic noſtræ ſententię.Sed & id quod diximus,remiſsionẽ habere vim donationis,probat item tex.in l.ſicut.§.an paciſci.ff.quibus mod.pig.vel hyp.ſol.& in l.ſi mulier, & ibi Bald.ff.de leg.3.& in l.ſi in ſtipulatum,& l.Modeſtinus,& ibi doct.& l.quidã,in prin.& l.in ędibus,etiam in prin.ff.de dona.& l.ſi donationis,& ibi Bal.C.eo.& l.ſi quis delegauerit.ff.de nouat. & l.iij.§.ſciendũ,& l.ſi ſponſus.§.ſi maritus duos,& l.cum hic ſtatus.§.ſi inter,verſ.planè.ff.de donat.inter vir.& vxo.& l.ſi maior.C.de tranſac.& l.ſi donationis,quæ eſt ij.C.de accepti. & voluit glo.in l.ſi inter,in verbo,nec donationis,& ibi Bal.C.de ſolu.Ioan.And.& Pan.in c. ex inſinuatione,extra de iure patro.vbi ex hoc dicunt,quòd cum remittitur ius patronatus etiam cum patrono,requiritur cõſenſus epiſcopi,cũ id donare ſit.Bart.in l.vlt.in prin.ff.de his quæ in frau.cre. {vbi & ex hoc dicit procuratorẽ nõ poſſe renũtiare exceptionibus peremptoriis,quãuis poſsit dilatoriis,} & in l.ſi vnus.§.pactus,col.v.verſ.dicatis vos.ff.de pact.& in l.ſi de certa,col.j.verſ.vlteriùs.C.de tranſ.Bal.{& Saly.in l.pactum curatoris.C.de pact.vbi ex hoc dicũt,procuratores quoque nõ poſſe renũtiare non ſolùm exceptionibus peremptioriis,ſed nec declinatoriis quoq;, niſi tamẽ tacitè procedẽdo ad vlteriora.& idem Bal.in l.& hæredi.§.nos autẽ.ff.de pact.&}in rub.ext. de procu.col.iiij.verſ.an poſsit conſtitui,vbi ex hoc dicit,quòd procurator nõ poteſt facere pacẽ, cum remiſsio iniuriarũ ſit donatio,& conſ.341.maritus prædiũ dotale,col.j.lib.j.& conſ.293.factũ ſic proponitur,domina Bartholina,col.2.verſ.cõtra nãq;,li.3.Sign.conſ.26.quæſtio talis eſt, col.2. verſ.itẽ habes,& cõſ.c.quæſtio dubitalis,col.ij.verſ.quartò arguitur.Ang.cõſ.xciiij.cum lis & quęſtio,col.pe.verſ.videndũ igitur reſtat,vbi ex hoc dicit,quòd ſi ex ſtatuto debeatur gabella ex donatione,debetur & ex remiſsione ſiue liberatione debiti.{Pet.Anch.conſ.cccvj.efficax,col.ij.}Pan. conſ.lxxxij.conditoris,& c.quanquàm in his,ad fi.lib.j.& latè Alex.conſ.xxij. viſo inſtrumento, col.pen.lib.j.& latiſsimè Cal.conſ.xxv.Titius nobilis,in multis locis illius conſi.

*Remiſsio habet uim donationis.*

*In remiſsione iuris potronatus requiritur conſenſus epiſcopi.*

*Donare qui nõ poteſt, nec poteſt gratis remittere.*

174 ¶Et ideo qui non poteſt donare,non poteſt gratis remittere,vt voluerunt Bal.& Saly.in l.j.C.de pact.Bal.{in l.j.ad fi.C.de bon.mater.vbi loquitur de procuratore,&}d.conſ.cccxlj.col.j.lib.j.Pau. Caſt.conſ.cccxlij.conſiderandum eſt primò,col.j.ad fi.lib.j.& conſ.xxxij. circa primum in princ. 3.dubij,lib.2.Pan.in d.c.veniens,le j.in iij.not.de teſtib.Soc.conſ.xliij.viſa prouiſione , paulò ante fi.lib.j.Propterea nec poteſt adminiſtrator etiam liberam habens poteſtatem,remittere.d.l. contra iuris.§.ſi filius.ff.de pact.& l.filiusfam.in prin.ff.de dona.& Bart.in d.l.vlt.in prin. ff. quæ in frau. cred.Bal.in l.præſes,col.ij.verſ.venio ad quæſtionem.C.de tranſ.& in l.ſi procurator, col.j. C.de procur.cum ſim.Quod & de prælato ſcripſerunt Io.And.Card.Flor.& Imo.in c.ij.de don.Bald. in d.l.præſes,vbi ſuprà.Maria.conſ.xviij.proſequẽdo ordinem,col.pe.verſ.item probatur.Ex quo etiam Bald.ipſe in l.vlt.§.col.ij.verſ.ſed nunquid procurator.C.de tem.app.negat procuratorem poſſe

*Procurator non poteſt renuntiare appellationi.*



poſſe renuntiare appellationi,quia iſtud,inquit,donare eſt. Et ſubdit idem eſſe de prælatis eccleſiarum.Quæ etiam fuit ſententia eiuſdem Bal.in l.j.§.ſi procurator,col.vlti.& in c.ex parte.C.de reſcript.} & Ang.& Imol.in l.ab executore.§.vlt.ff.de app.& latè Alex.conſi.cxv.attentis narratis,col.j.lib.v.{& Iaſ.in d.l.contra.§.ſi filius,col.j.ff.de pact.} licet quidam contradicant, {Corne. conſi.cclxxiiij.inſurgit,col.ij.verſic.ſed renuntiatio,lib.iij. Ex quorum dictis intelliges etiã id procedere in procuratore qui per litis conteſtationem factus eſt dominus litis.

*Nec liti.*

*Nec exceptionibus domino cõpetentibus.*

*Prælatus renuntiare non poteſt exceptionibus eccleſiæ competentibus.*

175 ¶Sed nec aliàs poteſt procurator liti renuntiare,vt affirmat Ang.in l.bonorum.ff.rem ratam habe.illa ratione quam diximus,quia donare non poteſt. Nec exceptionibus domino competentibus,ſecundum Inno.in c.cùm olim,le j.paulò ante fi.ext.de offi.deleg.per d.l.contra.§.ſi filius.& Bart.in d.l.vlti.ff.quæ in fraud.cred.Bal.qui & illa eadem ratione mouetur,in d.l.pactũ curatoris. C.de pact.{& in l.nam & nocere,in iij.not.ff.de pact.in vtraque lect.} & in d.c.cùm olim, col.ij. verſi.quæro nunquid.& Pau.Caſt.conſi.cxcvj.ſuper primo quæſito dicendum eſt,col.j.verſ.nec obſtat conſenſus,lib.ij.vbi & hanc eandem rationem adfert. Sicuti nec prælatus renũtiare poteſt exceptionib.eccleſiæ competentibus ſecundum Ioan.And.in c.expoſita, ext.de arbit.& in c.grauis,col.ij.ſuper verbo,acceptum,in prin.ext.de depoſi.& in c.vlt.col.penul.verſi.quid ſi prælatus, extra de ſolut.Domi.conſi.cxxix.primum an prædicti,col.j. vbi poſtea declarat , & ex hoc illud quoque dicit quod ſuprà diximus,ex Bald.non poſſe prælatum renuntiare appellationi. Et facit etiam ad hæc omnia tex.in l.non abſtulit.C.de nouat. Nec minùs punitur qui remittit debitum eccleſiæ,quàm qui donat,ſecundum Ioan.And.in c.ſi quorundam,& ibi Ant.col.j.extra de ſolu. Et tam cõmittit ſimoniam qui remittit,quàm qui donat,vt probat text.in d.c.veniens,& ibi gl.j. Panor.in iij.not.& alij,ext.de teſtib.& eam glo.ad hoc dicit ſing.Barb.conſi.xlj.illud adferam in medium,col.xvj.verſic. item eſt etiam ponderandum,lib.j. Sed & de hoc eſt text.in c.talia,& ibi etiam glo.in verbo,impunitatem.viij.q.iij.& voluit etiam glo.j.in c.ordinationes.j.q.j.{& in c. ea quæ,in prin.j.q.iiij.} in c.pen.& ibi omnes propè doct.ext.de ſimo.Et nihil refert vtrùm quis accipiat,an actione liberetur,vt quid calũniæ cauſa faciat.l.quinetiam,& ibi glo.ff.de calum. quem tex.dicit not.Bal.in c.pen.circa medium,ext.de elect.trahitq; ad id quod diximus de ſimonia.

*Remiſsio ſiue renuntiatio quæ excedit quingentos aureos,requirit inſinuationẽ.*

176 ¶Et quicquid ſuprà diximus ex quorundam ſentẽtia,certè huiuſmodi remiſsio, ſiue renuntiatio quæ excedit quingentos aureos,requirit inſinuationẽ ſicut donatio,vt probat tex.in l.in ædibus. §.j.ff.de don.& voluit gl.in l.j.§.j.& ibi Bal.tam in prin.l.quàm in eo.§.vbi dicit no.& ita vidiſſe conſultũ & iudicatum.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol.& in l.ſi quis obligatione,& ibi Dyn.Ray. & Phil.Dec.ff.de reg.iur.Bart.in d.l.Modeſtinus,& ibi etiam Imol.Ro.qui diſtinguit.Pau.Caſt.& alij recentiores.ff.de don.Bal.in l.contra.§.ſi filiusfa. in iij.not.ff.de pact.& in l.tale pactũ,in prin. & ibi etiam Ang.eo.tit.& idem Bald.{in l.ſi tibi decem.§.j.de pign.col.vlt.eo.tit.& in l.j.in princ. & iterum in §.j.ff.quibus mod.pign.vel hypoth.ſol.vbi ita dicit fuiſſe iudicatum & in l.j.in ij.no. per illum tex.ff.de tranſ.&} in l.pactum,in xviij.q.C.de collat.& in l.ſi donationis,per illum tex. & ibi etiam Ang.C.de dona.& ipſe Bal.in d.l.ſi inter.C.de ſol. vbi ita dicit fuiſſe conſultum per Bart.& Fran.Piſ.& idem Bal.Guil.Cu.in d.l.ſi mulier,& ibi quoque Alb.& Alex.qui adfert concord.& Iaſ.ff.de cond.ob cau.idem Bald.in l.ſi ſponſus.§.circa venditionem.ff.de don. inter vir. & vxo.& iterum in l.ſi quis pro vxore.§.ſi vxor,eo.tit.{& in l.quinetiam.ff.de calum.} & conſi. 231.præſuppoſito ſtatuto,lib.j.& iterum conſi.cclxj.primò quæritur,ſtatuto cauetur,col.ij.in ij.dubio,& rurſum in fi.conſi.eo.lib.j.& conſi.186.ad euidentiam præmittendum,col.iij.lib.ij.& conſil. 375.certum eſt quòd filia,col.j.lib.iij.vbi etiam dicit Bart.ita ſæpius conſuluiſſe,& conſi.352. ita ſtatuimus,col.ij.verſi.an pactum,lib.v.vbi & illud item dicit Bart.ita ſæpius conſuluiſſe:cuius tamen in id conſilia non reperi,idem Bal.in tract.de pact.col.xij.verſi.item quæro pactum liberatorium,& in ſua marg.in verbo,inſinuatio,& Ang.in l.pacta quæ cõtra.C.de pac.vbi dicit ita fuiſſe iudicatũ Peruſij,& in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret,col.pen.verſic.ſecundò quæro.ff.eo.tit.vbi ad hoc dicit ſing.gl.in d.l.ſi quis obligatione.& idem Ang.in l.Neſennius.§.vlt.& ibi Alex.ff.ad leg. Falc.& idem Ang.in d.l.ſi conſtante.C.de don.ante nupt.vbi & ex hoc reprehendit gl.ibi,quam ſuprà citauimus,ſicuti etiã facit Cy.ibi. Sed & idem voluit ipſe Ang.conſi.lix.quidã paterfa.col. vlt.& conſi.77.plures creditores,in fi.& d.conſi.94.cũ lis & quæſtio,col.pen.verſi.hoc igitur articulo.Imo.tum in l.j.tum in l.Aquilius Regulus,col.ij.verſ.extra glo.ff.de don.& in l.ſi accepto. §.j.ad fi.ff.de acceptil.& in rub.ext.de don.& in c.cùm contingat,char.antep.ext.de iureiur.& in c.vlt.col.x.verſi.an autẽ in donatione,ext.de don.Io.Plat.in §.j.Inſti.de don.Pau.Caſt.in l.j. poſt mediũ.ff.de don.& conſi.385.ſiuę dicamus,col.j.lib.j.Io.Ana.in c.cùm tu,in col.pen.verſi.quartò quæritur,ext.de vſur.Ang.Aret.in §.aliæ,col.vlt.Inſtit.de don.Alex.qui hanc dicit eſſe cõmunem opin.& Soci.qui idem dicit.& Phil.Dec.in d.l.creditori.C.de pac.idem Alex.in l.ſi quis accepto. circa medium.ff.de cond.ob cauſ.& conſi.137.in cauſa & lite vertente inter Lancelotum,col.vlt. libr.ij.Calc. d.conſi.xxv.Titius nobilis,col.vij.& multis ſeq.& conſi.lvj.in cauſa dominæ, col.iij. verſi.ſeptimo,quia ſi talis.Barb.conſi.xlj.illud adferã,col.xvj.verſi.item eſt etiam,lib.j.& latè cõſi. xvj.præclarè ſcripſit,col.xj.verſ.quinimo plus videtur,& ſeq.lib.ij.Ant.Cana.in tract. inſinuationum q.xlvij.{Soc.conſi.xcij.viſo inſtrumento,col.vlt.lib.iij.} Felyn.in d.c.veniens,le j.in iij.not. de teſtib.Iaſ.qui ſuper hoc conſuluit nuncupatim,conſ.cxcix.quæritur an liberatio,lib.ij.& conſi. cxlix.circa primũ,col.iij.verſ.nec ob.ſi diceretur,lib.4.Matth.Affli.in tract.protomixeos,in glo.j.

colũ.verſi.ſed quæro,quid ſi parentes.Phil.Dec.conſi.402.in cauſa illuſtriſsimi, col.iij.verſic.& hoc etiam confirmatur.& Alciat.in d.l.dediſſe.ff.de verb.ſigni.& Lance.Galio.in rub.ff. de verb. oblig.col.xxxij.verſi.item donatio. Et hæc eſt,vt diximus,communior ac verior.

177 *Liberatio non magis poteſt fieri abſenti quàm donatio.*

{¶Quinetiam ex multorum ſententia liberatio non magis fieri poteſt abſenti,quàm donatio,cõtra id quod ſuprà diximus ex aliorum ſententia. Ita enim voluit Accurſius ſibi contrarius in l. idem in duobus,in fi.& ibi Bart.& Bal.ſibi item contrarij,& Ang.qui id declarat.ff.de pact.idem Bald.in l.ſi tibi decem.§.ſi quis,ante fin.eo.tit.& in l.& hæredi.§.nos autem, col.j.verſi.reuoco in dubium,eo.quoque tit.quibus locis id videbis ampliſsimè tractatũ.Sed tu hîc omnino vide Alex. in d.l.in duobus,de pact.& ipſum Fran.Aret.in l.ſed ſi de ſua,col.ij.verſi.& ad text.reſponde.ff. de acquir.hære.& ante hos ipſum quoque Bald.in d.l.is qui hæres,in princ.& ibi quoque Franc. Aret.col.ij.verſi.vtrùm autem liberatio,eo.tit.& eundem Bald.in l.Labeo.ff.de iureiur.& in l.reſcriptum.§.plerunque,in j.lect.ff.de pact.

178 *Renuntiatio inofficioſa æquè reuocatur ac donatio.*

¶Similiterq; renuntiatio ſi ſit inofficioſa, æquè reuocatur vt donatio,vt conſuluit Bal. conſi.183. refutatio facta abſque cauſa,in prin.lib.4.Nam & aliàs ſi in fraudem facta ſit, æquè reuocatur ac donatio,l.j.§.vlt.ff.quæ in frau.cre.& latè Pau.Caſt.conſi.135.dubium facit,lib.j.Eſt enim vtriuſq; & donationis & remiſsionis ſiue renuntiationis eadem ratio,maximè quantũ ad caſum l. noſtræ pertinet. Ergo & idem ius ſeruari debet.l.illud.ff.ad leg.Aquil.cum ſi.Præſertim quia licèt l.noſtra ſit exorbitans,eſt tamen fauorabilis,vt abundè ſuprà diſſeruimus.Ideo extendenda eſt ex eadem ratione ad aliũ caſum ſecundũ Fran.Aret.in l.Titius,in prin.ff.de libe.& poſth.& Soci.conſ. 93.teſtamẽtum præmiſſum,col.iiij.li.itẽ iiij.& latè diximus ſuprà in verbo,libertis.Maximè verò ad eum caſum qui poteſt comprehendi ſub lata & impropria ſignificatione caſus {expreſsi,quando & id procedat in odioſis,pœnalibus,& correctoriis,} per l.filium.ff.ad Maced.iuncta l. iuſta.ff. de verbo.ſign.& in auth.vt hi qui obli.ſe per.hab.res mino.in prin.& ibi gloſ.in verbo,ad curationem,& Ang.& etiam {glo.in auth.minoris debitor,in verbo,curatorem.C.qui dar.tuto. poſſ. &} glo.in c.quia periculoſum,in verbo,de epiſcopis,de ſent.excom.lib.vj.& in c.j. de temp.ordi. eo.lib.& in c.j.in verbo,beneficia,& ibi Domi.ſuper ea glo.de rer.permuta.eo.lib.& in cle.j.in verbo,eligatur.& ibi quoque Paul.Liaz.Lap.Anto.& Imol.de elect.& in cle.j.in verbo,gregibus, de deci.Bal.in l.quòd verò.ff.de legi.Imo.Raph.Cu.& Pau.Caſt.in l.ſi verò,§.de viro.ff.ſol.mat.Idẽ Imo.in l.ij.§.ſi ſuper.ff.de don.cau.mort.& in l.vlti.ff.de hæred.inſti.Anto.in c.vlt.col.xxxix.fallit primò quando verba,de conſue.Anto.Roſel.in ſuperſcrip.conſ.xxv.Calca.Titius nobilis,in fi. Barb.qui ad hoc multa adducit inter conſi.eiuſdem Calca.conſi.xxvij. illud afferam in medium, col.x.Alex.in l.iij.§.ſi procurator,in fi.ff.quod quiſquis iur.& in l.cùm ex cauſa, quam legit cum l.tempus,in duobus locis.ff.de re iud.{in l.ij.col.ij.verſi. itẽ quia lex.ff.de leg.j.& conſi.ccxvj.nec arguẽdi,col.pen.verſ.& potiſsimè,lib.ij.} & conſi.cxiij.perſpectis his,col.ij.lib.vj.vbi adducit multos concor.& Soc.in rub.ff.ſol.mat.col.j.& in l.j.col.iij.verſ.cõfirmo hoc ratione.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.vbi & ad hoc alia allegat.{& Fran.Balb.in tract.præſcrip.in iij.q.princ.j.part.prin.}

179 *Confirmatio præcedẽtium.*

¶Cuius rei eſt optima ratio.Nam cùm res ipſa continetur ſub lata ſignificatione verborum,& in ea eſt eadem ratio,quæ mens legis eſt,vt eſt text.melior de iure,in l. ſcire oportet.§.aliud autem, verſi.ſed & ſi maximè.ff.de excu.tut.prout dicit Bal.in l.j.col.pen.ff.ſol.mat.cum aliis multis cõcordan.à me citatis in noſtris commentariis conſuetud.tit.ix.§.xxvij.Sequitur quòd ea res venit ex mente legis,adeoq; ex lege ipſa,nõ ex extenſione,per l.nominis & rei.§.ex legibus.ff.de verb. ſignifi.cum multis concord.etiam à me congeſtis ſuprà in verbo,libertis,verſi.xlv.incip.quorum ſententia,propterea hoc caſu non agimus de extenſione legis exorbitãtis,aut correctiuæ(nam & de lege quoq; correctiua loquuntur ij quos ſuprà citauimus) ſed potius de mente compreheñſiua.

180 *Hæc lex procedit in renũtiatione iuris iam quæſiti,et non in renuntiatione iuris futuri.*

¶Sed hoc tamen primo loco intelligas,vt videlicet hæc l.procedat in renuntiatione ſiue remiſsione iuris iam quæſiti,prout intelligit Corn.d.conſi.xj.lib.iij. Secus autem in renũtiatione iuris futuri,& nondum quæſiti,per id quod pulchrè voluit Bald.in d.l.illud, col.iij.in iij.q.C.de ſacroſ. eccleſ. Illud intelligens quod ſuprà diximus remiſsionem ſiue renuntiationem indigere inſinuatione, procedere quando fit renuntiatio ſiue remiſsio iuris quæſiti, non etiam ſi iuris quærendi: verbi gratia,ſi filia dotata renuntiat patri,iuxta cap.ij.de pact.lib.vj.talis renuntiatio non eſt iuris quæſiti,ſed quærẽdi,id eſt,vt ipſe dicit,obuiat principio acquiſitionis,& non eſt donatio.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.quia autem,& l.Iulianus.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta. Ideo non eget inſinuatione. Hæc ferè Bald.

181 *De eadem re.*

¶Et idem voluit {ipſe Bal.conſi.375.certũ eſt,col.j.lib.iij.&} nulla ipſius Bal.mentione facta,Pau. Caſt.conſi.419.viſo puncto & aliis,col.j.lib.ij.At Bal.in priore loco nũcupatim refert & ſequitur Alex.conſi.xxix.præclarè ſubtiliter,col.iij.verſi.nec inſinuatio,lib.iij.& Calca.qui ipſum Bal. allegat,in quodam conſi.d.conſ.xxv.col.viij.Anto.Cana.in d.tract.inſinuationũ.q.xlix.Barb.d.conſ. xlj.col.xvj.verſi.item eſt ponderandum,quòd iſte,& ſeq.lib.j.vbi & alia multa colligit, vt probet non tantam haberi rationem iuris quærendi,quantam quæſiti,ſicut etiam facit {Fely.in c.quæ in eccleſiarum,col.xix.verſ.& iſta conſideratio,extra de conſt.&} Iaſ.conſi.237. an rex Romanorũ, col.iiij.lib.ij.Phil.Dec.in l.ſeruus.C.de pact.& conſi.cclxix.conſultus,col.iiij.verſi.& hoc eſt præſertim. Sed ego multò plura congeſsi in noſtris comment.conſuetud.Pictauicarum tit.ij.§.vlt.in glo.iiij.quibus apertè probatur in nulla propè conſideratione eſſe ius quærendum.

¶Quibus



182 ¶Quibus etiam adde quæ diximus in noſtris legibus connubialibus,in glo.iij.in j.q.num.28.illud igitur pro conſtanti,& ſuprà in verbo,bona,verſic.viij.incip.ſed antequam. {Et quod dicit Bald. conſi.ccclxxv.certum eſt,lib.j.quòd renuntiare hæreditati,nõ eſt donare,per d.l.ſi ſponſus.§. rogata.ff.de don.inter vir.& vxor.& quod ſcribit Paul.Caſt.conſi.cxxv.dubium facit,in princ.lib.j. quòd licèt dicatur renuntiationem factam in fraudem creditorum reuocari, id tamen intelligitur in renuntiatione iuris quæſiti,non etiam quærendi,per d.l.ſi ſponſus.§.ſin autem.ff.de dona.inter vir.& vxor.& l.qui autem,in princ.ff.quæ in frau.cred.& l.j.§.vtrùm autem.ff.ſi quid in frau. patro.& l.non fraudantur.ff.de reg.iur.}

*Renuntiatio facta in fraudem creditorum, reuocatur in renuntiatione iuris quæſiti & nõ quærendi.*

183 ¶Sed & huc ſpectat quod ab eodem Bald.ſcriptum eſt in c.j.poſt princi.titu.quid iur. ſi poſt ali. quod ſi dominus remittit vaſallo pœnam commiſsionis feudi,non requiritur inſinuatio,quia magis dicitur indulgentia,quàm donatio,per l.Modeſtinus,& l.in ædibus.§.j.ff.de don. & idem voluit ipſe Bald.in l.ſi mulier,in fi.ff.de condi.ob cauſ.& ſequuntur Marti.Lau.& Card.Alex.qui id dicunt ſing.in d.c.j.etiam poſt prin.& Ioan.Ana.in c.cùm tu,col.penu.verſi.quartò quæritur,ext. de vſur.& Alex.in addi.Bart.in d.l.Modeſtinus.ff.de donat.Iaſ.in l.ij.col.xxvj.verſi.xxxv.quæro. C.de iur.emphyt.{Et facit quod tradit idem Bald.in addit.Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua,verſic. xxiij.} Nam etſi etiam feudum eſſet ipſo iure commiſſum,tamen intelligitur, ſi dominus voluerit,vt latè dicemus inferiùs,in verbo,reuertatur,num.10. fuerunt tamen. Igitur donec dominus id declarauerit,& ſibi incorporauerit,nondum eſt ius quæſitum.

*Dominus remittens uaſallo pœnam cõmiſsionis feudi, an ad hoc requiratur inſinuatio.*

184 ¶Et idem in omni tali pœnæ remiſsione, vt ſcilicet inſinuatione non indigeat,dicit Bald. in l.j. col.j.verſi.in text.putent.C.ſi rector prouin.quia non eſt,inquit,donatio,ſed omiſsio lucrandi,& iterum {in l.ſi mulier,ad fi.ff.de condict.ob cauſ.vbi quærit,an ſi quis mihi teneatur actione iniuriarũ ad mille florenos,& ego illi remiſi an requiratur inſinuatio? & dicit non requiri,quia non erat in bonis meis.arg.l.cùm mancipia.§.cùm emancipatus filius.ff.de collatio.bono.& l.Papinianus.ff.de inoffi.teſta.& quia iſtud eſt potiùs ad animum non reuocare,quàm donare, per not. in §.vlti.Inſtit.de iniuriis. Et idem(ait)dico in aliis pœnis maleficiorum, quia remittere in eis non eſt donare,ſed nolle vti lege pœnali,arg.no.in l.peculium.§.ſi eos.ff.de pecul.& l.diuus.ff.de ſenatuſcon.Sylla.& l.metum.§.ex hoc,vbi gloſ.ff.quod met.cau.& ſequitur Alex.ibi, & iterum quoque ipſe Bald.} conſi.cclxj.primò quæritur ſtatuto cauetur,ante fi.lib.j.{Imo.in d.l.Aquilius.ff.de donat.} & Rom.in d.l.Modeſtinus,col.iij.verſic.tertium dubium.ff.de dona.{& Alex.in l.mulier. ff.de condi.ob cauſ.} de quo tamen vide ipſum Bald.in l.ſi donationis.C.de donat.

*Remittere pœnas maleficis non eſt donare,ſed eſt nolle uti lege pœnali.*

185 ¶Sed vt redeamus,huc proximè accedit quod eleganter conſuluit Petr.Anch.conſ.ccxxv.cuius exordium eſt,videtur prima facie,col.iij.quod l.cùm auus.ff.de condi.& demonſt.quam iam ſæpius diximus eſſe huic noſtræ l.magna quadam cognatione connexam,non habet locum in iure quærendo,quem ita allegat & ſequitur Barb.conſi.liij.incip.præclarè ſcripſit,col.xij.verſi. modo in propoſito,lib.ij. Quanquam in hoc vltimo contrarium tenuit Socin.conſi.xciij.hoc capite,teſtamentum præmiſſum,col.vij.verſi.nec ob.reſponſio,lib.iiij.per not.per Bartol. in l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebel.& per doc.in l.pen.C.de impu.& alien.ſubſt.

*L. cum auus. ff.de cond. & demonſt. non habet locum in iure quærendo.*

186 ¶Porrò quod ad caſum noſtræ l.priuatim ac domeſticè pertinet,ne fruſtra in aliis laboremus, In hanc noſtram ſententiam faciunt verba huius l.quæ non conueniunt bonis quærendis.Primùm cum dicit bona omnia.Nam ius nondũ quæſitum,nondum etiã eſt in bonis noſtris,l.ſubſtitutio. ff.de acquir.rer.domi.{vbi ſubſtitutio,quæ nondũ competit,extra bona noſtra eſt, & etiam arg.l. rem in bonis,eo.tit.} & l.ſcribit,in prin.ff.de aur.& argen.lega.& l.nemo.§.illud quæritur.ff. pro ſocio,& l.pretia rerum.ff.ad leg.Falc.& eſt tex.omnium meo iudicio optimus,in l.profectitia.§.ſi pater.ff.de iur.doti.{& in l.j.§.vtrum autem.ff.ſi quid in fraud.patro.} & expreſsè voluit Bald.in l.j.col.xiij.verſi.ſextò arguo.C.qui admi.per d.l.pretia,& in l.pupillorum,col.j.C.de repud.hære. {& nõnihil in c.j.§.iniuria,col.ij.verſi.quæro vtrùm,tit.de pac.iura.fir.& Pau.Caſt.conſi.clxxviij. donatio,col.j.lib.j.Philip.Dec.conſi.xxiiij.cuius ſuperſcriptio incipit,mulier cui propter inopiam, col.ij.verſi.ad hoc reſponderi.} Item verbum,reuertatur,quod non niſi de bonis & iuribus antea donanti acquiſitis intelligi poteſt,vt diximus plenè & probauimus ſuprà in verbo,libertis,verſi. 112.incip.his autem Corn.& Alex.rationibus. Et ideo cũ verba l.noſtræ non cõueniant iſtis bonis quærendis,ergo nec in iis habet locũ diſpoſitio ipſius l.iiij.§.toties,& ibi Bar.ff.de dam.infect. cum ſimilibus ſuprà adductis in d.gl.libertis,in prin. Propterea & Soc.ipſe conſi.liij.viſo inſtrumento donationis,col.pen.verſ.quo fundamẽto,lib.4.conſuluit expreſsim l.hanc ipſam non habere locum in renuntiatione donationis nondũ acceptatæ,& ex qua ideo nullum adhuc ius fuit quæſitum,iuxta no.in l.ſi ego.ff.de neg.geſt.& in c.ſi tibi abſenti,in prin.lib.vj. Et idem in omni iure quærendo voluit ipſe Soc.in l.j.ad fi.& ibi quoque Philip.Dec.col.iij.verſi.tertiò in d.l.C.de pactis,& Iaſ.conſi.cliiij.in cauſa mota,col.antepen.verſi.nonò principaliter,lib.ij. & Anton. Rubeus conſi.xij.viſis & diligenter conſideratis,col.iiij.verſi.ſecundò principaliter.

*Ius nondum quæſitum non eſt in bonis noſtris.*

187 ¶Similiter & in caſu Bald.in d.l.illud.C.de ſacroſ.eccleſ.videlicet cùm filia dotata futuræ ſucceſſioni renuntiat,multi expreſsè tenuerunt huiuſmodi renuntiationem non reuocari ex hac l.ſuſceptis poſtea filiis,propter rationem,quam iam ex ipſo Bald.diximus, quoniam ſcilicet ius nondum erat quæſitum & ita nuncupatim conſuluit Corne.conſi.xj.in præſenti conſultatione, col. iij.verſi.nec etiam videtur,iunctis iis quæ dicit col.pen.verſi.nec obſtant ea quæ adduxi, lib.iij.& vltim.

*Filia dotata renuntians futuræ ſucceſsioni, huiuſmodi renũtiatio reuocari non poteſt.*

conſi.ccvj.viſo ſupraſcripto themate, col.viij.verſ.coadiuuantur,iunctis iis quæ antè dixerat, eo. lib.iij. & ipſe Soc.{in l.j.col.j.verſi.ſecunda cõcluſio.C.de pact.&} conſi.xxxix.in quæſtione quæ vertitur,col.vlt.lib.iij.vbi ita dicit vidiſſe conſultũ à Ioan.Bapt.Cacia.& illius conſi. ſubſcripſiſſe doct.Peruſinos,aſſerentes & hoc quoq; Bal.conſuluiſſe.Et idem quoque tenuit idem Soc.d.conſ. liij.col.iij.verſi.ſecundò reſpõdetur,lib.4.vbi dicit & hoc tenuiſſe pleroſque doct. modernos in l. ij.ff.ſolu.matr.qui & ipſi dicunt,vt idem refert,ita quoque conſuluiſſe Ang.Perig. & Leonem à Carpellis. Sed & poſtea idem Socin.col.v.verſi.& per prædicta,dicit ita ſe Senis conſuluiſſe, & ſuo conſi.ſubſcripſiſſe Bal.à Bart.Philip.Corn.& alios plures ſolennes doct.& idem Socin.in d.l. j.ad fi.C.de pact.vbi etiam dicit hoc Senis conſuluiſſe,& eſſe nouam limitationem ad l.noſtram & ibi quoque Dec.vbi ſuprà.& Fran.Curt.iunior col.iij.num.9.& Alcia.in verbo,ſuſtulerat, vbi & in hoc expendunt eum tex. Idem præterea cõſuluit Alex.dicto conſi.xxix.præclarè ſubtiliter, col.vlt.lib.4.vbi de hoc dicit eſſe caſum in d.c.ij.de pact.lib.vj.iuncto eo quod voluit glo.vlti.ibi. Nam illic dicitur,quòd ſi filia,cum datur nuptui,renuntiat ſucceſsioni paternæ, non poterit nec ipſa nec filij ipſius poſtea ſuſcepti venire contra huiuſmodi renuntiationem,vt voluit d.glo. Et id quoque dicit Alex. eſſe de mente omnium tenentium filios non poſſe venire contra renuntiationem matris factam in contractu dotali,ſi veniant ex perſona ipſius,vt per Bal. & alios in l. vlt.C.de pact.Imo.in l.qui ſuperſtitis,col.ij.ff.de acquir.hæred.cum aliis prope infinitis concord. quos videbis in noſtris conſuetudinibus,tit.xvij.§.item xvij. Idem quoque expreſsè voluit Phil. Fran.in d.c.ij.in fi.per glo.ibi,quam dicit menti tenendã,de pact.lib.vj. {Iaſon conſi.cliiij.in cauſa mota,col.antepen.verſi.nonò principaliter,lib.ij.vbi & id dicit generale in omni iure quærendo.} Phil.Dec.in l.pactum,col.v.verſi.vltimò notandum eſt.C.de collat.& conſi.clxxxj.ſatis nota eſt quæſtio,in fi.Hercul.in d.l.ij.& ibi quoque Thom.Parpal.in repet.col.viij.verſi. & iſta ampliatio.ff.ſol.matr.{Carol.Ruin.conſi.clxix.de tribus,col.j.num.2.& rurſus col.ſeq.nu.11. lib.j. & conſi.lx.de re quidem:col.j.num.14.lib.iij.} Anto.Rubeus conſi.xcix.viſo caſu mihi propoſito.

*Filij an poſſint uenire cõtra renuntiationem matris factam in contractu dotali.*

188 ¶Et hoc proculdubio verum eſt,non ea tantum ratione,quam de iure quærendo diximus,ſed & aliis duabus minimè contemnendis. Primùm enim quia cùm filia renuntiat in contractu dotali, præſumitur cogitaſſe de liberis,vt pleniſsimè diximus ſupra { in præfatione }verſi.lxix.incip. ſed hæc intellige,vt videlicet quis in dubio. Et ideo non habet locum hæc l. ex communi noſtrorũ ſententia,vt etiam latè diximus in {eadem præfatione,verſi.lxiij.} incip. ex quo fit quòd ſi donans. Quam rationem vltra eam quam diximus,expendunt Corn.d.conſi.ccvj.col.vij.verſic. ita eſt aduertendum,lib.iij.& Soc.d.conſi.liij.col.iij.lib.iiij.& Phil.Franc.in d.c.ij.de pact.lib.vj. Item quia hæc donatio fit ob cauſam dotis.In iſtis autem donationibus ob cauſam nõ habet locũ hęc l.vt ſuprà diximus in hac eadem gl.Et hanc quoq; in hoc caſu rationẽ etiã adferunt Alex.d.cõſi. xxix.lib.3.& Cor.d.conſ.ccvj.vbi nuper citauimus.& Dec.in l.j.C.de pact.& d.conſi.clxxxj.in fi.

*De eadem re.*

*Hæc lex non habet locũ in donationibus ob cauſam.*

189 ¶Intellige ſecundò ea quæ diximus in renuntiatione ſiue remiſsione libera ac gratuita,de qua & ipſi locuti ſumus.quòd ſi non gratuita fuerit,ea certè non obtinet vim donationis,vt plenè tradunt Bald.& Angel.& alij in l.contra.§.ſi filius,per text.ibi, qui ad hoc eſt optimus.ff.de pact. & Bart.in l.j.ff.de tranſactio.& etiam intelligunt cæteri omnes quos ſuprà citauimus, & omnibus id palam eſt. Nam nec donatio non gratuita eſt propriè donatio.l.j.ff.de donatio. & latè ſuprà diximus,nec huiuſmodi remiſsio non gratuita requirit inſinuationẽ,vt per Anto.Cana.in tract. inſinuationum.q.xlvj.{& Iaſ.in d.l.contra.§.ſi filiusfamiliàs,col.ij.num.8.ff.de pact.} & ante eos Bald.quem non citant {in d.l.quin etiam.ff.de calumnia.&} in l.ſi donationis.C.de donatio.& in l.ſi inter.C.de ſolutio.{& conſi.cclxj.primò quæritur,in fi.lib.j. } Quòd ſi partim gratuita ſit remiſsio,partim non gratuita,ea etiam partim eſt donatio,partim non eſt,vt expreſsè voluit Bald. d.conſi.ccclxxv.certum eſt quòd filia,lib.iij.& Paul.Caſt.conſi.ccclxxxv.ſiue dicamus,col.j.in ij. locis,lib.j.& Alciat.in l.alienatum.§.donationis.ff.de verb.ſign. atque etiam ita intelligũt omnes quos ſupra poſt princ.huius quæſt.citauimus. Et ad hoc quoque optime faciunt quæ ſuprà diximus in donatione facta viliori pretio,iterumq; in donatione remuneratoria,in ij.declaratione, rurſumq; in donatione ob cauſam,in ij.etiam limitatione.

*Renuntiatio ſiue remiſsio ſi non fuerit gratuita,non obtinet uim donationis.*

190 ¶Sed hoc in loco in dubium vocatur vtrùm ſi renuntiatio ſimpliciter facta fuerit,præſumatur in dubio eſſe gratuita,an contrà non gratuita.Et allegatur Ioan.And.quo loco ſuprà citauimus,videlicet in addit.Specul.titu.de inſtru.edi.§.porrò,in addit.vlti.quæ eſt in penu.col.voluiſſe onus probandi ei incumbere,qui dicit gratuitam.cum quo conuenire videtur Bart.in l.j.ff.de tranſact. per d.l.contra.§.j.ff.de pact.& l.iiij.§.nunc de effectu,ff.de lib.legat.& quia etiã quis in dubio donare non præſumitur,per l.cùm de indebito.ff.de prob.& optimè facit l.ſi donationis.C.de don.

*Renuntiatio ſimpliciter facta,an præſumatur gratuita.*

191 ¶Ego verò ſi de ſimplici renuntiatione conſtat,crederem ei onus probandi incumbere,qui diceret non fuiſſe gratuitam,ſicuti cùm de donatione etiam ſimplici apparet,ea ſimplex & libera præſumeretur,niſi probaretur ob cauſam facta fuiſſe.Statur enim ei,quod ſimpliciter & prima ſtatim fronte apparet.l.cùm precibus.C.de fide inſtru.quæ loquitur nuncupatim de inſtrumento donationis. Et alleganti qualitatem aut cauſam,de qua non conſtat,incumbit onus probationis.l.ij.ff. de probat.cum ſimil.Sed tu de hoc omnino vide Anto.Cana.in d.tract.inſinuationũ,in d.xlvj.q.

*Alleganti qualitatẽ aut cauſam,de qua nõ conſtat,incumbit onus probationis.*

192 ¶Intellige tertiò non procedere in renuntiatione ( niſi potiùs donatio dici debeat ) iuris etiam quæſiti,quæ fieret ad eius commodũ,à quo antè ad donantem gratis prouenerat:verbi gratia,tu

*An hæc l.habeat locum in*





mihi donaueras fundum,eamq; donationem acceptaueram. Ideoq; mihi erat ius quæſitum,atq; vt noſtri per quandam metaphoram dicunt,radicatum , id eſt,quod iam radices egerit. Nam & Plin. lib.xviij.c.vij.ſcribit frumenta multis radicari fibris:vt inde obiter ſcias, id verbum eſſe latinum. Sed vt ex ſemita in viam redeam,Poſteaquam tu mihi quidem acceptãti fundum donaſti, eidem fundo renuntio ad tuũ ipſius commodũ:Certè non eſt locus huic l.quantus ac qualiſcunque is fundus ſit.Nam & ſi aliàs qui perdit lucrũ iam quæſitum & incorporatum,vt hoc quoq; verbum cum noſtris vſurpem,& eo quidem libentiùs,ꝙ & Plin.ipſe lib.xxij.c.xxiiij.verbo concorporandi eodem ſenſu vſus eſt,vnde & incorporatio in rub.& in l.iij.C.de bonis vac.& incorpor.lib.j.quo etiã vocabulo vtitur Columella,ſed in alio ſenſu,in lib.vj.c.ij.Corporare autem,vt id obiter dicam,aliud ſignificat,nempe interficere & veluti corpus ſolum ſine animo relinquere, vt tradit Nonius Marcellus autoritate Ennij & Actij. Qui igitur perdit lucrum incorporatum, id eſt,in cætera bona noſtra veluti in vnum corpus redactũ,dicitur pati damnum.l.ij. §. meritò. ff.ne quid in loco publico,& l.non ampliùs.§.vlt.& ibi glo.Dyn.Bar.Ang.Imo.Alex. & recentiores.ff.de legat.primo,& l.liberto octoginta.ff.de bonis liber.& l.ſi is cui,in fi.eo.tit.glo.in l.j.§. ſi quis propter inundationem,in verbo,per in integrum reſtitutionem.ff.de iti.actuq; priua.Bald.in l.cùm te ſponſæ,in princ.poſt Cyn.ibi.C.de donatio.ante nupt.& in l.iubemus,la j. in fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.& conſi.386.proponitur quod frater,lib.j.cũ infinitis propè concord.à me congeſtis in commentariis noſtrarum conſuetudinum tit.ij.§.vlt.in glo.iiij. Hoc tamen non procedit,cum id lucrum ad eum redit à quo antè proceſſerat. Neque enim videtur pati damnum,incommodum,aut pœnam,ex ſententia glo.not.in l.ſi ita ſtipulatio facta fuerit.& ibi quoque Bar. & alij,præſertim Iaſ.in fin.qui hoc multum commendat.ff.de verbo.obligat.

*donatione ei facta qui prius donauerat.*

*Incorporandi uerbum. Concorporandi & ſimilia.*

*Lucrum incorporatum perdens damnum patitur.*

*Niſi ad eum redit à quo proceſſerat.*

193 ¶Et hoc admodum confirmat,quod egregiè & eleganter voluit Andr.Piſanus doct. non minus illuſtris quàm antiquus in l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi certum pet.quòd ſi tu mihi donans rem quampiam,quam tibi antè donaueram,hæc poſterior donatio,quã tu ſcilicet mihi feciſti de ea re priùs tibi à me donata,non reuocabitur propter ingratitudinem, ſicut aliæ donationes:quoniam tu ob illam priorem donationem eras obligatus naturaliter ad remunerandum,vt eſt text.in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit.hæredi.ideo poſtea eandem rem mihi redonando,videris feciſſe cauſa remunerandi.l.ſi verò non remunerandi.§.idem Papin.ff.mandat. Ex quo conſequens eſt non reuocari ob ingratitudinem,per text.& glo.in l.ſi pater.ff.de donatio. de quo latè diximus ſuprà in donatione remuneratoria. Et hanc ſententiam ſequitur Iaſon omnium recentiorum doct.antiſtes,ibi in fin.etiam reclamantibus Guil.Cum.& Alber.in eandem l. Et facit quod ſuprà diximus de donatione mutua,in qua vterque capit,nu.105.incip.item alio modo.

*Confirmatio præcedẽtium.*

*Donatio non reuocatur ob ingratitudinẽ*

194 ¶Illius quoque opin.& hanc noſtram in caſu huius l.non mediocriter fulcit,quod ſing.conſuluit Paul.Caſt.licèt non omnino conſtanter,conſi.clxxj.cuius caput eſt,in caſu præſenti viſis omnibus,col.j.lib.ij.quod in huiuſmodi donationibus,eis ſcilicet factis,qui ante eandem rem donauerant,non requiritur conſenſus conſanguineorum aliàs requiſitus à ſtatuto,tanquam hæ donationes plus fauoris & priuilegij habeant,quàm cæteræ de aliis rebus factæ,arg.d.l.ſi verò non remunerandi.§.idem Papianus,& not.in l.fundum per fideicõmiſſum.in princ.ff.de leg.j.Quanquam hoc nuncupatim reprobat Iaſ.in l.cum filiofamil.col.xij.verſic.item adde.ff.eod.de lega.j.per tex. in l.ij.C.ſi aduerſ.donatio. vbi minor non poteſt ſine ſolennitate iuris, & ita ſine decreto iudicis conſentire patri volenti alienare rem immobilem,quã ante à patre habuerat,de quo & nos aliquid diximus in noſtris legibus connubialibus in glo.v.num.54.ſed hoc ſingulariter & ſeq.

*De eadem re.*

*Minor non poteſt ſine ſolennitate iuris alienare rem immobilem.*

195 ¶Sed & hanc partem non modicum fulcit quòd licèt obligatio antidoralis non impedit repetitionem indebiti ſoluti,vt voluit glo.in l.ex hoc iure,in verbo,obligationes,ad fin.ff.de iuſtitia & iure,& diximus ſuprà in hac eadem glo.nu.68.incip.ſed tamen ne quis erret. Id tamen intelligitur,cùm aliud ſoluitur. Secus autem ſi illud idem quod priùs datum fuerat, & ex quo nata erat ea obligatio,per text.ſing.in l.ſi teſtamento.§.j.verſi.propterea quòd creditor,& ibi Dyn.Bar.qui id declarant,& qui eum text.dicunt ſingu.ff.de fideiuſſ.Ang.in l.ex hoc iure ad fin.& Iaſ.in l. ſi procuratori falſo,col.iij.verſi.aduerte tamen.ff.de condi.cauſa dat. Ego autem quantũ ad caſum l.noſtræ pertinet arbitror ei non eſſe locũ in huiuſmodi ſpecie,de qua tractamus, per ea quæ ſuprà diximus tum de donatione remuneratoria,tum de donatione mutua,in qua vterque capit.

*Obligatio antidoralis non impedit repetitionem indebiti ſoluti.*

196 ¶Intellige quartò vt lex noſtra procedat in renuntiatione ſiue remiſsione iuris aut debiti,ſiue rei certæ & indubitatæ,vt loquitur l.j.ff.de tranſact.de qua ſcilicet liquet teſtibus,inſtrumentis , aut aliis documentis:ſecus ſi de ea nulla aut non idonea,ſiue dubia ſit probatio , quia tunc non eſt donatio.& eam poteſt facere tutor aut quiuis alius adminiſtrator,vt dicit gloſſ.in d.l.contra.§. ſi filius,in glo.vlt.ff.de pact.& in l.imperatores,in glo.j.in fi.eo.tit.& apertè innuit alia glo.in l. pactum curatoris,& ibi Bart.Ang.& Salyc.C.eo.tit.& Bal.{in l.j.col.j.C.de bon.mater.&}in c.cùm contingit,circa medium,extra de tranſact.Bart.conſil.xlvij.nunquid tutor,ante fin. { Angel. in l. pen.col.ij.verſic.quinta fuit.ff.de duob.reis.Rom.conſi.50.idem in præfata.} & Petr.Anch.conſi. cxxxvj.ex conſiliis,poſt princ.& latè Alciat.in l.dediſſe.ff.de verbor.ſign.& latè Phil.Deci.conſi. ccxcvij.non patitur,col.vlt.& apertiſsimè probat text.in l.præſes.C.de tranſactio.

*Hæc lex procedit in renuntiatione ſiue remiſsione iuris aut debiti ſiue rei certæ & indubitatæ.*

197 ¶Nam nec talis remiſsio indiget inſinuatione,ſecundum Bald.Ang.Salyc.ſubdubium tamen, & Paul.Caſt.in d.§.ſi filius. Ex quibus Angel.dicit glo.ibi eſſe ſingul.& Bald.Ang.& Pau.Caſt.in l.

*Nam talis remiſsio non indiget inſinuatione.*

tale pactum,in princ.ff.eo.tit.& Bal.{in l.in perſonam,in addit.eodem quoque tit.}conſi.ccxxxj.præſuppoſito,lib.j.& Raph.Co.conſi.xxiiij.teſtator filio,col.iij.Rom.in l.Modeſtinus.ff.de don.Paul.Caſt.in l.j.ff.eo.tit.Alex.qui dicit ſignanter notandum.& Anto.ab Alexan.& Iaſ.in d.l.pactum curatoris.& idem Alex.in l.Neſennius.§.ſi debitori,in fi.ff.ad leg.Falcid.& in d.l.ſi mulier.ff.de condit.ob cauſ.& Barb.conſi.xlj.illud afferam in medium,col.xvj.verſic.item eſt ponderandum,lib.j.& Anton.Cana.in tract.inſinuationum,in xlvj.quæſt.& Alciat.in d.l.dediſſe.ff.de verb.ſignifi. Et bene facit tex.in l.ſi tutor,in princ.ff.de iureiu. Et quod voluit Bald.conſi.cv. factum tale eſt,domina Anerana,col.vlti.verſic.reſpondeo quatenus,lib.iij.{nec talis item remiſsio ſimoniam inducit ſecundum Panor.in c.veniens,le j.& ibi Philip.Dec.col.ij.verſic.ſecundo limitatur,extrà de teſtibus.Angel.Clauaſ.in ſumma,in verb.ſimonia,le iij.verſic.xl.}

*Nec talis remiſsio ſimoniã inducit.*

198 ¶Verùm contrarium,vt videlicet remiſsio debiti non liquidi habeat vim donationis, nec tutor aut curator aut alius adminiſtrator,qui non poteſt donare, nõ etiam poſsit tale ius aut debitum remittere,tenent Bald.Salyc.ſibi contrarij,& Raph.Fulg.in l.j.C.de pact.& idem Fulg. & Iaſ. in d.§.ſi filius.Imol.in l.ex duabus,la ij.col.viij.{& ibi etiam Franc.Aret.col.x.verſi. amplius credit.}ff.de duob.re.& Alex.ſibi etiam contrarius conſi.xxij.viſo inſtrumento ſyndicatus,col.iij. verſic.& dato etiam,& ſeq.lib.j.& Alciat.ſibi contrarius,in d.l.pactum curatoris.C.de pact.

*Donare qui nõ poteſt, nec ius aut debitum remittere poteſt.*

199 ¶Nam licet,inquiunt propè omnes,nullæ diutiùs appareant probationes,tamen in futurum {inopinatæ quædam} poterunt emergere.l.admonendi.ff.de iureiur.{& l.Lucius.§.vlt.ff.ad ſenatuſ.Trebel.} & l.diui,in princip.ff.de pœn.& l.ſub prætextu inſtrumentorum.C.de tranſact. & l. ſub ſpecie.C.de re iudic. { & omnium optimè in l.argentarius.§.cùm autem.ff.de eden. & in l. quidam.§.j.ff.de furt.} cum ſimil. Ideo ſatius eſt rem ſuſpenſam relinquere, quàm ius ipſum gratis remittere,quia proſperior fortuna poterit ſuccedere, quæ probationes prima quaque occaſione ſuggeret. Et videmus quòd dubius euentus iuris,de quo non liquet,eſt alicuius æſtimationis,licèt non tantæ.l.Lucius.§.vlt.cũ gl.ff.ad Trebel.& l.in lege falcidia,in prin.& l.Titio.& l.in quantitate.§.j.ff.ad leg.Falc.& l.propter.ff.famil.herc.& l.ſi ſeruus,in prin.ff.de cond.furt.& auth.nũc & ſi hæres.C.de litig.& not.in l.ij.C.de reſc.vend. cùm tractatur an in trãſactione habeat locum ea l.& videtur facere tex.à ſpeciali in d.l.tutor,in prin.ff.de iureiu.{& voluit etiam Sig.conſ.lxxj.factũ ſic ſe habet:dominus epiſcopus,col.ij.verſ.præterea non eſt dubiũ.Et faciunt not.per Imol.Pau.Caſt.Alex.Fran.Aret.& Iaſ.in l. ſeruũ filij.§.ſi ſtatuliberũ.ff.de legat.j.Corn.conſi.ccvj. viſo ſupraſcripto,col.iij.verſi. & alia ſpes,lib.3.& facit etiam tex.in l.ſi quis vxori.§.vlt.ff.de furt.}

*Satius rem ſuſpenſam relinquere, quàm ius ipſum gratis remittere.*

200 ¶Ideoq; ſingul.ſcribit Bald.in tractatu de pactis,col.xij.verſic.item quæro pactum liberatorium, quòd huiuſmodi remiſsio debiti non liquidi,nõ minùs indiget inſinuatione, quàm ea quæ fit de liquido,habita ratione pretij,quo vendi potuit. Sed & Signor.in conſi.lxxj. factum ſic ſe habet: dictus epiſcopus,col.ij.verſic.ſed tu dic,contra tendit,quòd licèt prælatus vel tutor poſsit remittere debitum non liquidum,tamen in hoc requiritur decretum,per gl.quam dicit ad hoc no.in l. non ſolùm,in verbo,dediſti.C.de prædi.min.& in l.vlti.glo.vlti. ante fin.C.de tranſact. & Ioan.And.in c.ij.de tranſact.& alia quæ ibi allegat. Nam & tantũ cenſetur eſſe in patrimonio noſtro, quàm æſtimatur dubius ille euentus iuris non liquidi,per d.l.in lege,& d.l.Titio, & d.l.ſi ſeruus. Et hanc opin.in caſu l.noſtræ ſequitur Ripa hîc in xviij.quæſt. Nam veriſimile eſt remittẽtem,ſi cogitaſſet de liberis futuris,non tã facilè remiſiſſe,ſed expectaſſe proſperiorẽ probationis fortunã.

*Remiſsio debiti non liquidi non minus indiget inſinuatione,quàm ea quæ fit de liquido.*

201 ¶Ego verò huic ſententiæ neque omnino accedo,neque planè diſſentio,ſed id totũ arbitrio iudicis relinquo,qui æſtimabit quantitatem debiti,qualiſq; is ſit qui dicitur debitor litigioſúſne,an alius,qui facilè poſsit aut non poſsit interuertere futuras probationes, facilitatemq; aut contra difficultatem futuræ probationis,{ex ſententia Bald.in l.in minoribus,in fi.ff.de minor.cùm loquitur de minore tranſigente ſuper dubio facilè tranſigendo.& in c.j.in prin.col.iiij.verſi.quæro an vaſallus tit.de prohib.feud.alien.per Feder.cũ dicit,nam ſi res poſsit facilè liquidari,&c.Atque etiam} plúſne an minùs fuiſſet donans impenſurus ad comperiendas probationes, & exigẽdum debitum,quàm commodi ex exactione relaturus,perpenſo ſcilicet laborum,impẽſarum, iudicialiſq; tædij calculo,iuxta l.mediterraneæ,& ibi not.per Bart.& Ang.qui eam l.legit cum l. nemo. & Ioan.Plat.& Alex.in addit.ipſius Bart.C.de anno.& trib.lib.x.& quod voluit Ang.in l.j.ff. de duob.reis.{Rom.qui loquitur in remiſsione debiti à tutore facti.d.conſi.50.verſi.item dicendũ.} & Alex.d.conſi.xxij.col.iij.verſi.& idem videtur,lib.j.Iaſ.Philip.Deci.& Alciat.in d.l.pactum curatoris. Hæc,inquam,omnia & ſimilia iudex perpendet,ſtatuetq;,vtrum donans veriſimiliter remiſiſſet,an non remiſiſſet,ſi de liberis cogitaſſet, vt ſuprà latè diximus in verbo,omnia vel partem aliquam,verſi.xxviij.incip.in huius autem rei conſideratione,& tribus verſic.ſequent.

*Autoris ea de re ſententia.*

202 ¶Intelligit item & quintò Ripa in d.q.xviij.non procedere in remiſsione debiti vſurarij,per glo. not.{quæ ius facit tutoribus,& curatoribus,& aliis adminiſtratoribus remittendi debiti vſurarij,} in l.præſes.C.de tranſact.quem ibi ſequuntur & comprobant Bald.col.ij.in ij.quæſt.Salyc.Franc. Aret.Iaſ.& Alciat.in l.pactum curatoris.C.de pact.& Bal.qui illam glo.dicit ſing.in l.etiã,ad medium.C.de fideicom.& Ioan.Ana.in c.cùm tu,col.vlt.in v.q.extra de vſur.Et ego id quoq; haud grauatim approbo,tum quia huiuſmodi remiſsio fit ex neceſsitate bonæ fidei,quã quiſque tenetur agnoſcere,quod Græci εὐγνωμονεῖν dicunt,etiã adminiſtrator rei alienæ.l.quoties.§.ſicut.ff. de admin.tut.& quod not.gl.in c.bonæ,le ij.in verbo,diffidere,ext.de poſtu.prælat.cum ſimil. Tum

quia fit

*Remiſsio debiti non procedit in remiſsione debiti uſurarij.*



quia fit ad exonerationem animæ,quam veriſimiliter remittens præfert ſuis ipſius liberis,ac cũctis rebus.l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccl.& c.Matthæus,extra de ſponſal.& c. præcipimus. xij. q.j.Et ita quòd ſi id debitum vſurarium iam exegiſſet,poſteáq; debitori relinqueret,non haberet locum l.noſtra:quia id magis eſſet reſtitutio rei malè exactæ,quàm donatio aut liberalitas,vt plenè diximus,ex multorum ſententia ſupra in verbo,libertis, verſ.lxxxviij. incip. ſed tu tamen hîc aduerte.cum pręcedenti.Igitur id multò magis procedit in remiſsione nondum exacti ſiue ſoluti, quæ & non exigit inſinuationem,etiam ſi excedat ſummam quingentorum ſolidorum, ſecundũ Imol.in c.cùm contingat,col.antepen.extra de iureiur.ita limitans quod ſuprà diximus, remiſsionem debiti vel iuris requirere inſinuationem.Sed & de iure ciuili,quod vſuras permittit,remiſsio futurarum vſurarum non requirit inſinuationem.l.Modeſtinus.ff.de donat. nec præteritarũ quoque,ſecundum glo.Bart.& alios ibi.

*Remiſsio futurarum uſurarum nõ requirit inſinuationem.*

203 ¶Intellige ſexto,ex eodem Ripa hîc in xij.quæſt.non procedere in renuntiatione litis,contra Socin.aliud expreſsè tenentem conſi.xx.in facto præſupponitur,col.vlt.verſic. ſed etiam alio,lib.iij. Nam aut,inquit Ripa,quis liti ſimpliciter renuntiat,& pręſumitur id facere non animo quidẽ donandi,ſed quia inter agendum animaduerterit ſibi ius non eſſe in re controuerſa, ſecundum glo. in l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff.de adult.quam ad hoc reputat not. & ſequitur Bal.in l. poſtquam liti,in iiij.q.C.de pact.& idem Bal.qui dicit menti tenendum in l.tranſigere,in xj.oppo.eademq; vlt.C.de tranſact.& in c.cùm in veſtri,paulò ante fi.extra de elect.Cui adde etiam tex.in l. ſi aduerſarius.& ibi Bal.Saly.& alios.C.de fide inſtr.quem & ipſe Bal. ad id dicit ſing.in c.cum venerabilis,col.vlt.verſ.ſed quid ſi quis,extra de excep.{& eum quoque in id expendit ipſe Bal. in c.j. §.iudices,ad fin.tit.de pac.iur.firm.vbi ex ea dicit quòd renuntians appellationi, fatetur ſe habere malam cauſam}& tex.in l.rem non nouam.§.vlt.C.de iudi.& in c.per tuas,le j.in fi. cùm dicitur, non expectata ſententia quaſi malè conſcius ceſsit,& ibi Ioan.Ana.& Fely.vtrunque in vlt.not. de ſimo.& in c.dudum eccleſia,in fi.iunctis præcedentibus,& glo.vlt.extra de elect. & idem etiã voluit Bal.ſi ſolerter legitur,in d.c.bonæ, le ij.col.ij.verſ.ibi diffidere, per illum tex.extra de poſtul.præla.Raph.Co.in l.naturaliter.§.nihil.commune.ff.de acq.poſſ.& Raph.Fulg.& Alex.in d.l. poſtquam.& idem Alex.in d.l.ſi pro fundo,ad fi.C.de tranſact.Fely.in c.olim,ad fi.de reſcript.& ipſe Soci.d.conſ.xx.col.2.verſ.ex quo ergo renuntiaui,lib.iij.Adde item & hanc rationem,quoniã non eſt veriſimile quempiam ei donare, cum quo litigat, per not.in l.ſuus. C.de repud. hæred. Aut,vt redeamus ad Ripam,renuntiat aliquo dato,& tunc licèt vim habeat donationis, non tamen ſimplicis, ſed ob cauſam,in qua l.noſtra non habet locum,vt & ſuprà diximus.

*Liti qui renuntiat ſimpliciter,nõ præſumitur id facere animo donandi.*

204 ¶Et ego quidem in poſteriore membro Ripæ aſſentior.quoniã cùm renuntiatio non eſt gratuita & libera,ea quidem donationis vim non obtinet,vt diximus ſuprà in hac eadem quæſt.verſ.189. incip.intellige ſecundò.At in priore caſu,cùm ſcilicet quis ſimpliciter renuntiat liti, res eſt dubia. Neque enim qui renuntiat liti,continuò fateri videtur ius aduerſario eſſe in re litigioſa,vt probat tex.in l.ſi te,vbi hoc not.Bal.qui illum tex.dicit ſing.C.de ingenu.manu.& voluit etiam Ro. qui illũ tex.dicit ſing.in ſing.786.incip.dicit l.poſtquã.Lancelo.Deci.Iaſ.& Phil.Dec.in d.l.poſtquã, vbi & Bar. ante cæteros videtur eſſe in eadẽ ſententia,cùm dicit,quòd ſi reus renuntiat liti,actor propterea nullam conſequitur ex eo actionem,ſi nullam antè habebat,per l.iuriſgẽtium.§. quinimo, & l.ſi vnus.§.pactus, ff.de pactis.& ita quoq; tenent ipſe Bar.& Bal.in d.l.ſi pro fundo,per illum tex.C.de tranſact.Bart. Imol.Raph.Com.Alex.Franc.Aret.& recentiores in d.§.nihil commune.Bal.in l.j.col.iiij.C.com.de legat.& in cap.paſtoralis,in fi.extra de cauſ.poſſ.& proprie.Saly. in l.tranſigere,in ix.oppo.C.de tranſact.Anto.in cap.cùm dilectus.col.iiij. de cauſ.poſſ. & propr. & in c.in literis,col.v.de reſtit.ſpol.Raph.Com.conſ.cxviij.domina Caterina,col.ij.verſ. nec obſtat quòd vxor.Pan.in c.ſolicite,col.iij.verſ.contra hunc intellectum,extra de reſtit.ſpolia.Cardi. Alex.in ſumma iij.quæ.col.xv.verſ.quid autem ſi poſt renuntiationem.& Iaſ.in l.ſicut maior,col. 2.verſ.tertio not.{poſt Bal.ibi in prin.}C.de repu.hære. Quanquam non id probat text. in d.l.ſi te,quo omnes innituntur,ſed id tantùm dicit,eum qui ſeruitutis quęſtionem mouerat,renuntiãdo cauſæ,nec nocere quicquam nec prodeſſe ad ingenuitatis probationem. Nam id verum eſt, etiam ſi id agens videretur confiteri illũ eſſe ingenuũ.neq; enim illa confeſsio eum faceret ingenuũ,qui non eſt,vt probat ille text.& alius ſimilis,quẽ allegat gl.ibi in l.diui fratres.ff.de lib. cauſ. Vt omittam quòd ſi renuntiando liti videatur fateri eum non eſſe ſeruũ, non propterea fatetur eſſe ingenuum,quia poteſt eſſe libertinus.Verùm illa ſententia confirmatur ex tex.in l.alia. C.de his quib.vt indig.vbi non videtur ſuccumbere qui liti renuntiat,ſed tãtùm deſiſtere:quod diuerſum eſt, & ibi hoc not. Bart. Bald.qui dicit not.& Saly .& hoc quoque voluit gl.in l.is qui contra,in glo.j.& ij.ff.de vulg.& pupil.& Bar.in l.poſt legatum,in prin.col.iij.ff.de his quib.vt indig.

*Renuntiatio cum non eſt gratuita,non obtinet uim donationis.*

205 ¶Sed hîc aduerte,quia videtur eſſe res diuerſa,fateri ſibi ius non eſſe, de qua re loquuntur priores:& fateri ius eſſe vel non eſſe aduerſario,de quo magna ex parte loquuntur poſteriores.Poteſt enim res eſſe neutrius,l.ſi inter,in fin.ff.de except.rei iudic. Sed & ſuper hæc à noſtris diſſeritur, vtrùm videatur rem habere pro derelicta,qui liti renuntiat,an non habere,vt per Innoc.in c. veniens,de renunt.& Bart.in l.non ſolùm.§.liberationis.ff.de liber.lega.Imo.Raph.Co.Rom. Alex. Franc.Aret.Soci.& recentiores in d.§.nihil commune.Sed quantum ad caſum l.noſtræ pertinet, an videlicet ea habeat locum in huiuſmodi litis renuntiatione,Et id quoque opinor ad notionem

*Liti qui renũtiat,utrum uideatur habere rem pro derelicta.*

eius qui de ea re cognoſcet,pertinere:qui æſtimabit,an qui renũtiauit,id fecit terrore,odio,& exe cratione litium,{& moleſtiarũ forenſium:}quia ſcilicet mauult re carere,quàm litigare,iuxta tex. not.in l.item ſi res,quæ eſt iiij.§.non tamen.& ibi not.per Bart.ff.de ali.iud.mut.cauſ.fac.{ & in l. apud Celſum.§.ſi quis ex vncia.ff.de dol.mal.except.}& c.conſtitutionem.§.ſtatutum , & quod ibi dicit gl.in verbo,laudabile votum,de verb.ſignifi.lib.6.& quod ſcribit idem Barto.in ſua quæſtio.ſiue diſput.incip.iudex per imperitiam,col.pen.& Domi.conſ.cxxix.circa iſtud dubium. col. 2.verſ.præterea vbi pactum,cum ſim.adductis per Alex.in l.iiij.§.vlt.ff.de dam.infect. Quod vix crediderim in eo qui iam litigare cœperit,arg.d.l.rem non nouam.§.vlt. C. de iud. An verò quia ſibi credit nullum ius eſſe in re,de qua lis eſt.An etiam id fecerit fatigatus expenſis & laboribus, iuxta c.nonnulli,in prin.& rurſum in c.quia nonnulli,circa medium,extra de reſcript. An denique quia cum ſciret ſibi ius eſſe,tamen illi in fauorem colligatoris forſitan amici renuntiauit : ſed & vtrùm veriſimiliter omnibus perpenſis renuntiaſſet,ſi de liberis cogitaſſet. { nam ſi veriſimile eſſet id feciſſe fauore collitigatoris,id vtiq; haberetur pro donatione,arg.eius quod de liberto renuntiante liti dicitur in l.j.§.vtrùm,verſ.quòd ſi in lite.ff.ſi quid in fraud.patro.}

*Nemo ſuas fortunas ſpõte eiicit.*

206 ¶In dubio autem,ſi nihil aliud appareat,præſumerem renuntiationem potiùs factam ob deſperationem iuris,& bonæ fidei agnitionem,quàm ob liberalitatem,ſecundum ea quæ primo loco adducta ſunt:quia cùm nemo ita reſupinus ſit,vt facilè rem ſuam iactet & effundat , vt dicit l.cùm de indebito.ff.de proba.Cui concinens Ariſtoteles lib.iij.Ethicorum,c.j.ſimpliciter,inquit,nemo ſuas fortunas ſpõte eiicit.& facit c.ſuper eo,de renunt.& c.quia veriſimile,de præſumptio.Ideóq; in dubio non præſumatur donatio & liberalitas,ſecundum gl.& Bart.in l.quæ dotis.ff.ſolut.mat. & in l.cùm quid.ff.ſi cert.petat.Ita,vt potiùs rem à lege prohibitam quàm donationem pręſumamus,vt declarat Bal.in l.vlt.C.de dot.pro.& latè Soci.conſi.lxxiij.circa primum,col.pen.lib.j.vbi id dicit probari in l.ſi tibi.in princ.cum ibi not.ff.de pact. Rurſúmq;,vt potius præſumatur error iuris & facti in proprio facto,quàm donatio,per l.ſed ſi me putẽ,in prin.cum gl.ff.de condict.indeb.iuncta l.j.eo.tit.& l.cuius per errorem.ff.de reg.iur.& voluit gl.in l.generaliter,in verbo,cauſa,& ibi Ang.col.2.qui ita dicit ſe conſuluiſſe.C.de non numer.pecu.Raph.Co.conſi.xxxvij.quidam legauit,in fi.Imo.in l.à Titio,col.2.ff.de verb.oblig.cum ſimi.traditis ab Alex. conſ. xiij. ex his quæ in themate,col.2.lib.j.& conſ.xix.in his quæ in themate.col.3.li.4.{& Iaſ.in l.iuriſgentiũ. §.ſi eum nulla.col.v.verſ. circa primũ.ff.de pact.}& in noſtris commentariis conſuetudinum, tit. xiiij.§.3.{Et vt etiam potiùs pręſumatur ſtultitia,ſecundum Bal.in d.l.generaliter,col.ij.in iiij.oppo. C.de non nume.pecun.& Iaſ. in l.ſi à ſubſtituto.§.j.in fi.ff.de leg.j.& vide Bal.conſ.clxxxix.creditor,in fi.lib.2.}Ac denique , vt non præſumatur etiam ex poſſeſsione decennali , iuxta l. cùm de in rem verſo.ff.de vſur.vt not.voluit Bal.in l.vlt.C.ne de ſtat.defun.

*De eadem re.*

207 ¶Vnde ſi poſsit capi pręſumptio aut occaſio ſiue coniectura alterius rei quàm donationis,aut rei habitæ pro derelicta,ea capi debet,per l.ſi cum aurum,& ibi Bart.ff.de ſolut.& l. campanus. ff.de oper.liber.& l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.actio.& voluit Cyn.in { l.2.C.de rei vendic.& in l.vlt.in fi.C.de petit.hæred.& in}l.ſi à patre,in ij.q.C.de condit.indeb.& Signor. conſi.xlix.in quæſtione,col.j.{Bal.in l.nam & nocere,in ij.lect.ad fi.ff.de pactis,& in l.ſi tibi decem,in prin.eo. tit.& in l.j.in fi.nouæ lect.ff.de condict.indeb.}Ang.conſ.xciiij.cum lis & quæſtio,col.antep.ver. quoniam dubitatur.Petr.Anch.conſ.7.in quæſtione agitata,col.pe.& conſ.xxxij.ſubtiliter & copioſè ſuper prædicto dubio,col.2.verſ.tertio probo.{& conſ.cvj.dubitatur,col.j.& conſ.clxxx.viſa diligenter,col.2.in fi.& conſ.ſeq.in prædicto,poſt princ.}& Pau.Caſt.conſ.ccclxxvij.ad primũ videtur dicendum diſpoſitionem,col.ij.lib.ij.& Fran.Aret.expreſsè loquens de re habita pro derelicta(nam cæteri de donatione ſimpliciter loquuntur)in d.§.nihil commune,col.v.verſ.vnde in hoc eſt inſtandum.& Soci.qui loquitur de remiſsione debiti in l.ſi creditores,col.ij.verſ.ſecundò quia vbi.C.de pact.& docto.vbique tam in lect.quàm in conſi.

208 ¶Etiam ſi leuis ſit illa alia occaſio aut coniectura,ſecundum Bal.in l.vlt.col.iij.verſ.ibi fortunam. C.de dot.pro.& in l.j.C.ad Trebel.per l.diſpenſatorem.ff.de ſolut.& Iaſon in l.ſi fundum per fideicommiſſum.col.v.verſ.item pro iſta ſolut.ff.de lega.j.& in l.domos.§.ſumptus, poſt princ. ff. eod.tit. & conſi.cxciij.concurro,col.2.verſ.primum quia non ſolùm,lib.ij.& conſ.cxlix.circa primum,col.2.verſ.nec obſt.ſi diceretur,lib.iiij.& conſ.lx.viſis & diligenter conſideratis,col.ij. verſ. & cum hìc,eo.lib.iiij.Sed & etiam ſi capiendo aliam coniecturã actus reddatur inualidus & inefficax,per l.ſi non ſortem.§.ſi quis falſo,iunctis not.per Barto.ibi.ff.de condi.indeb.quam ad hoc expendit Franc.Aret.in d.l.à Titio,col.pen.in fi.ff.de verb oblig.{& Iaſ.in l.vlt.col.vlt.ff.ad Senatuſc.Treb.& in l.ſi procuratori falſo,col.3.verſ.ego dico plus.ff.de condi.cauſ.da.} Quibus adde quæ diximus ſupra in præfatione,nu.128.adde & quod,& ſeq.Conſequens eſt , vt etiam qui liti renuntiat , non videatur in dubio feciſſe animo donandi,& rei habendæ pro derelicta. Ideo nec habebit locum lex noſtra,niſi aliud appareat.Quanquam non me latet Suetonium Tranquillum virum proprietatis verborum obſeruantiſsimum, in Caio Caligula fuiſſe vſum verbo donandi, cum quis liti gratis renuntiat:& componendi,cum non gratis,ſed aliquo accepto: hæc enim ſunt verba illius,Pro litibus atque iudiciis vbicunque conceptis,quadrageſima ſumma de qua litigaretur:nec ſine pœna,ſi quis compoſuiſſe,vel donaſſe negotium conuinceretur.

*Liti qui renũtiat, nõ uidetur id facere animo donãdi & habendi pro derelicto.*

209 {¶Intellige ſeptimò procedere in renuntiatione ſiue remiſsione hypothecæ. neque enim ea pro

dona



donatione eſt.l.ſi pignus.ff.quæ in fraud.cred.& l.j.§.j.& l.Lucius.ff.quib.mod.pign. vel hypoth. ſolui.& l.quamuis,in princ.ff.ad ſenatuſconſu.Velleianum.& l.etiam.& l.iubemus,in princ.C.eo. tit.Quibus intelliges eum qui donare prohibetur,non prohiberi remittere pignus vel hypothecã, & vbique gl.& doctor.verùm ſi res ita habet,vt huiuſmodi remiſsio idem præiudicium afferret vt principalis debiti,verbi gratia,ſi quis totas ſuas facultates habeat in magno quopiam nomine ſiue debito,cuius debitor eſt minimè ſoluendo,vt qui ſua bona omnia in alios alienauit , ſed ea tamen huic debito hypothecata:Et hic huiuſmodi hypothecam remittit his tertiis , quos vocant, rerum ſcilicet dominis & poſſeſſoribus:peræquè eſt,ac ſi debitum ipſum remitteret , cùm inefficax ſit actio perſonalis,quam habet in principalem debitorem.At ſi debitum remitteret,locus eſſet huic legi vt diximus ſuprà in princ.huius viij.quæſtio.cur igitur non erit locus in hac remiſſione pignoris,cùm eadem omnino ſit ratio?

*Qui donare prohibetur nõ prohibetur remittere pignus uel hypothecam.*

210 ¶Intellige octauò,vt non procedat in remiſsione quartæ.hæc enim non tam donatio eſt, quàm plenior atque integrior fides & reſtitutio,atque plenius officium.l.patrem.ff.quæ in fraud.credit. & l.ſi ſponſus.§.ſi quis rogatus.ff.de donat.inter vir.& vxor.Ideóq; in huiuſmodi remiſsione nõ requiritur inſinuatio,vt in donatione requiritur,vt ex facto conſultus reſpondit Bal. conſ.cxiij. quædam domina Biolia,in fi.lib.j. vbi & id dicit etiam fortè procedere in quarta debita iure naturæ,per tex.not.in l.ſi quando.§.vlt.C.de inoffi.teſt.quem negat alibi reperiri.

*In remiſsione quartæ nõ requiritur inſinuatio.*

211 ¶Intelligere potes & nonò vt etiã non procedat in remiſsione vſusfructus,argumento eius quod ſcribit Azo in ſumma.C.de bon.quæ lib.col.j.verſ.aduentitium , quòd pater poteſt filiis donare inter viuos & irreuocabiliter vſumfructum quem ipſe habet in bonis eius aduentitiis,per tex.in l.cùm oportet.§.non autem,verſ.ſin autem res.C.eo.tit.quo in loco Bald. col.j. verſ. in textu ibi apud filium,eum quoque tex.in id dicit eſſe optimum,& non eſſe alibi:redditq; huius rei rationẽ, quia hæc remiſsio magis valet vt refutatio,quàm vt donatio.Et ſimile dicit haberi in c.j.de alien. feud.pater.Sed & ibi id voluerunt Bart.Saly.Pau.Caſtr. qui id dicit perpetuò menti tenendum. & ante hos Gui.Cu.qui illam Bal.rationem priùs adduxerat.Et idem quoque voluit Bald.in l.2. col.ij.in iij.oppoſit.C.de inoffi.donat.

*Remiſsio uſusfructus magis ualet ut refutatio quã ut donatio.*

212 ¶Scio tamen nonnullos contrarium ex diametro tenuiſſe,vt ſcilicet hæc remiſsio vſusfructus facta à patre filio non valeat,ſed tantùm morte confirmari,vt cæteras donationes,& in his gl.in d. §.ſin autem res,in verbo,lucretur,& ibi quoque Albe.& aliam gl.in d.l.2.in glo.j.C.de inoffi. teſta.quæ in hanc opin.trahit Azo.licèt ſit alterius.Alios quoque eam rem in medio reliquiſſe tanquam dubios,vt Cy.in d.§.ſin autem res.Alios deniq; diſtinxiſſe,an pater ſtatim ab initio vſumfructum repudiet,antequam ſcilicet eum agnouerit,& tunc procedat prior illa op.an pater agnouit vſumfructum,& tunc locus ſit poſteriori opi.vt per Corn.in d.§.ſin autem.Hanc autem rem latiſsimè omnium differit Ang.ibi quem tu omnino videas.}

*Remiſsio uſusfructus facta à patre filio an ualeat.*

213 ¶Nono quæro,quia nuper locuti ſumus de re habita pro derelicto,Vtrùm in ea re poſtea ab alio occupata,ac tacita illius effecta,per l.j.& ferme per totum.ff.pro derelict.locum habeat l. noſtra, vt ſcilicet eam rem poſsimus,ſuſceptis poſtea liberis,ab eo qui occupauit,condicere?quod videtur ex eo quod diximus in præcedenti verſ.Et ego quidem in ea ſum ſententia , vt ſi ea res talis ſit, quam dominus veriſimiliter non habiturus fuiſſet pro derelicto,ſi liberos habuiſſet, aut de futuris cogitaſſet,eſt locus huic l.cum iſtud ſit ſpecies quædam donationis,vt dicit gloſſ. in l.vlt.ff.de euictio.& Petr.Iac.in tit.de cauſis ex quib.feud.amit.col.ix.verſ.ſed quid ſi dominus. & eſt optimus text.quem ea glo.allegat,in l.quod ſeruus,& ibi Bart.ff.de ſtipul.ſeruo.& idem Bartol. in l.j. poſt princ. ff.ſi ex noxa.cauſ.agat.& vtrobique dicit Bart.& poſt eum Rom.in poſteriori loco, quòd gabella æquè debetur ex ea re,ac ſi aliter eſſet donata.& ſequitur Bertr.in tracta.gabellarũ in vij.parte in xij.q.De cuius rei veritate vide Ang.Imol.& Raph.Cur.in priore loco.Alex.Soci. & Iaſ.in poſteriori.& eundẽ Bertr.in d.tract.gabel.parte iij.octauæ partis principalis in ix.quæſt.

*Hæc lex utrũ locum habeat in re pro derelicto habita & poſtea ab alio occupata*

214 ¶Et ita quidem res hæc tenet vicem donationis,vt prohibitus aliquid donare,aut aliter alienare, non poſsit habere pro derelicto:vt aſſerit Iacob.Butr.in l.j.§.j.ff.ſi ex noxa.cauſ.agat.& Bart.in d. l.quod ſeruus.& Cepol.in tit.de vſucap.pro derelicto.col.v.in prin.verſ.ego verò dico,& iterum col.pen.verſ.quintò principaliter.& Iaſon qui id dicit not.in l.filiusfa.§.diui,col.x.verſ.iij.no. amplia.ff.de lega.j.in ij.lectu.& in l.ſi ita quis.§.ea lege,col.vlt.verſ.item ad materiã.ff.de verb.oblig. & facit tex.in l.ſed & ſi rem.ff.quæ in fraud.cred.& quod ſcribit Bald.in rub.C.eod.tit.colum.2. verſ.ſecundò quæro.{& Rom.conſi.cxiij.pro deciſione caſus,in princ.}

*De eadem re.*

215 ¶Verùm contra ſupradicta facit quod ſcribit Guil.Cu.in l.j.poſt princ.{& ibi quoque Alberic.}ff. de rerum diuiſio.quòd quando occupatur res habita pro derelicto , non eſt opus inſinuatione, quę aliàs requiritur in donatione,quia iura indiſtinctè & ſine aliqua ſolennitate permittunt quẽlibet occupare rem derelictam,vt ff.pro derelict.per totum.& idem voluit Bal.in l.mater , col.vlt. verſ.item quæritur.C.de rei vendicatio.{& in l.ſi mihi.C.de ſolutio.& conſ.ccc.tex.in cap.j.col.j. lib.2.}Nam non eſt,inquit,propriè donatio , cum in donatione requiratur conſenſus vtriuſque, donantis ,& donatarij,non item cum quid habetur pro derelicto.Et idem Bald. in l.ſi inter.C.de ſolut.& in l.j.col.2.verſ.quæro circa hæc.C.de confeſſ.vbi etiam dicit quòd non eſt propriè donatio.& Ang.in l.ſi id quod.§.id quod.ff.pro derelict.& idem Ang.& Imo.in d.l.quod ſeruus. ff. de ſtip.ſeruo.& Alex.& Socin.in d.l.j.in princ.ff.ſi ex nox.cauſ.ag,vbi ita in hoc diſtinguunt poſt

*Quando res occupatur pro derelicto non eſt opus inſinuatione.*

Guil.

Guil.Cuma.vbi ſuprà,vt ſi quis in fraudem habeat pro derelicto,vt alius rem occupet , id quod præſumitur ex cõnexitate habendi pro derelicto,& confeſtim occupandi,arg.l.ſi ventri. §. vlt.ff. de priuileg.credit.& c.officij,extra de elect.vel ſi coniunctus occupaſſet,arg.l.data.C.de donat.& tunc habetur pro donatione,aliàs ſecus.Quæ & ipſa prope fuit ſentẽtia Ang.& Imo.in d.l.quod ſeruus.& Rom.in l.Modeſtinus.ff.de donat.& Cepol.in d.tit.de vſucap.pro derelict.col.v.in paruis, verſ.ſed nunquid tales.{& Franc.Aret.in l.poſſeſsionem,col.2.ff.de acquir.poſſeſ.}

*Hæc lex an habeat locum in pactis dotalibus.*

216 ¶Decimo quæro,an hæc l.habeat locum in pactis dotalibus,videlicet quæ fiunt in contractu dotali vel matrimoniali,vt ſi vxor moriatur ſuperſtite marito,ipſe maritus lucretur dotem aut partẽ illius,vt ſæpe fit apud Italos?Et certè Alex.conſ.clxij.viſis his quæ copioſè , col.ij. verſ.nec obſtat quod non debet reuocari,lib.vj.conſuluit huiuſmodi pactum non reuocari ex hac l.per liberos poſtea ſuſceptos , duabus rationibus alibi ſuprà à nobis tactis. Prior eſt, quia per huiuſmodi pactum veriſimiliter non infertur magnum præiudicium ipſis liberis. Nam aut pater non tranſit ad ſecundas nuptias,& iuris præſumptione huiuſmodi dos filiis obueniet,ſucceſſuris patri,quem lex præſumit filiis relicturum.l.ſcripto.ff.vnde liber.Aut tranſit,& cogitur reſeruare eam dotem liberis primi matrimonij.§.prætcrea,in auth.neque vir.

*Hæc lex non habet locum in donatione oneroſa.*

217 ¶Poſterior ratio hæc eſt,quoniam hæc l.non habet locum in donatione oneroſa , vt ſuprà ſatis dictum eſt.ſed hoc pactum non eſt gratuitum,ſed potius oneroſum,videlicet in compenſationẽ onerum matrimonij,per tex.in l.j.§.ſi verò,iuncta glo.in verbo,ad lucrum,& ibi Bal.qui hoc not.& Ioan.Plat.col.iij.verſ.in quarto dicto.C.de impo.lucra.deſcript.lib.x.& voluit gl. nuncupatim de hoc pacto loquens in l.ſi donaturus,in verbo,duntaxat,& ibi Bal.Rom.ipſe Alex. & alij recẽtiores.ff.de conditio.ob cauſam.Dyn.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur,& ibi recentiores,ff.ſol. matr.Cyn.& Bal.in l.2.C.famil.herciſcun.Bal.poſt Federic.Scal.in l.Titia cum teſtamento.§. qui inuita,ante fi.ff.de lega.2.Idem Bal.in l.cùm multæ,verſ.inter donationes ob cauſam.C.de dona. ante nupt.{& in l.non ſine,poſt princ.C.de bon.quæ liber.}& in l.hac edictali,in prin.col.3. verſ. pone quòd appoſitum pactum.C.de ſecund.nupt.& in auth.præterea,col.pen.verſ.reſtat videre, & ibi etiam Franc.Aret.col.vlt.C.vnde vir & vxor.& idem Bal.in l.quod nomine,col.j. verſ.ſed quid ſi repetens.ff.de condit.indeb.{& in repet.l.2.col.xxv.verſ.ſi verò quæritur.ff.de iureiur.dũ eam gl.allegat.}& conſ.lxxix.caſus talis eſt.Zeno.ante fi.lib.j.{nam & ibi col.2.dicit id lucrũ dotis eſſe acceſſorium ad dotem ipſam}& conſ.cx.conſuetudo vallata,ad fin.lib.2.& conſ.ccxxxix. Laurentius fuit confeſſus,in ij.dubio,in fi.eod.lib.2.& conſ.lxiiij.duo ſunt,in fi.lib.iij.Angel.in §. quia verò hactenus,ante medium,in auth.de nupt.& Petr.Ancha. conſ.cj.ex prædicto themate, col.2.vbi dicit ſing.gl.in d.l.ſi donaturus.Alex.in l.vlt.§.ſi à ſocero.ff.quæ in fraud. credi. & in l. iuris ignorantia.C.qui admi.vbi dicit quòd de tali lucro idem debet iudicari,quod de damno vitando.& conſ.clxij.viſis his quæ copioſè,col.ij.verſ.item reſpondeo,lib.vj.Matheſil.no.lxxiij.nota vnam doctrinam,in fi.{Fran.Aret.in l.j.per tex.ibi iuncta gl.C.de inoffi.dotib.Soci.in l.de diuiſione.ff.ſolut.matri.}Iaſ.in §.itẽ.ſi quis in fraudem.col.iiij.verſ.an autem dos, Inſtit.de action. & in l.Neſennius,in iij.not.ff.de re iudic.vbi dicit ad hoc valde ſing.& bene ſignandam d.glo.& in l.ab hoſtibus.§.j.in fi.ff.ſolut.matrim.vbi & illam quoque glo.dicit ſing.& conſ.clxxj.viſo inſtrumento dotis , col.iiij.verſ.quod autem iſta,& iterum col.vj.verſ.ex iſtis omnibus, lib.iiij. Philip. Dec.conſ.ccclij.in caſu propoſito,col.2.& iterum conſ.ccccij.in cauſa illuſtriſsimi,col.iiij. verſic. his tamen & ſimilibus.

*Lucrum dotis eſt acceſſoriũ ad ipſã dotẽ.*

*Lucrũ quando trahit originem à dãno de eo idẽ iudicatur quod de damno, & econtrario.*

218 ¶Et hæc ratio confirmatur ex eo quod voluit glo.ſing.in l.ſi duo,in verbo,ſcire potuit.ff.de acq. hæred.quòd quando lucrum trahit originem à damno,de eo idem iudicamus,quòd de damno, licèt nunc ſit lucrum:& econtrario iudicamus de damno,quod à lucro trahit originem,vt de lucro:& ad hoc illam gl.not.& ſequuntur Imo.{qui eam dicit ſing.Roma.& alij recentiores ibi , & Franc.Aret.in l.Titia,col.iij.ff.de verb.oblig.vbi illam gl.dicit not.{& in conſ.cvij.elegantiſsimè, col.j.verſ.præterea quando damnum,vbi eam gl.dicit ſing.}& Alex.in d.l.iuris ignorantia.{& ibi quoque Iaſ.qui eandem dicit not.}C.qui admit.& Soci.conſ.v.ſupradictus inſignis doctor,col.3. verſ.pro his adduco,lib.iiij.& Iaſ.in l.inter ſtipulantem.§.ſi rem quam,circa medium.ff.de verbo. oblig.{& in l.vlt.col.iiij.verſ.item nota ex eo. C. de codicil. vbi eam dicit ſolennem.} Sed ſic eſt, quòd dos à qua hoc pactum ſumpſit originem,eſt titulus oneroſus quantum ad virum.l.ex promiſsione.ff.de actio.& oblig.& l.pro oneribus,& ibi Bart.C.de iure dot.& l.apud Celſum.§.ſed & ſi mulier.ff.de except.dot.cum ſimil.Ergo & tale pactum debet etiam dici oneroſum, & ita etiam colligit Iaſ.in l.licèt inter priuatos. C.de pactis. & in d.l.ſi donaturus.§.j.col.iij. ff.de condit. ob cauſ.vbi illam glo.dicit ſing.Et bene facit tex.in l.ſi quis.§. ſi vxor.ff.de donat. inter vir. & vxor. vbi ſicut dos eſt titulus oneroſus quantum ad virum,ita & vſuræ dotis.

*Statuta deferentia lucrum dotis,introducta ſunt propter onera matrimonii.*

219 ¶Ex quo etiam ortum videri poteſt,quod plerique exiſtimant,ſtatuta hoc lucrum dotis deferentia,cuiuſmodi ſunt multa in Italia,id facere propter onera matrimonij:quod inter cæteros voluit Bart.in tract.de duob.fratrib.in v.quæſtio.& Bal.in l.non ſine,& ibi etiam Fulg.in fin.C.de bon. quæ liber. & ipſe Baldus in l.2.C. famil.hercìſc. & in l.ſi cum dotem.§.ſi pater,ante fi.ff.ſol.mat. & in c.ſuper literis,col.v.verſ.ſed quid dices,extra de reſcrip.& conſ.lxxix.caſus eſt talis , Zeno, col.vlt.lib.j.{& conſ.cccxxvij.factum ſic proponitur,lib.iiij.}& conſ.liij.quædam domina Richabella.lib.v.& in ſua margarita,in verbo,dos,col.ij.verſ.dos data filiæ.& Ang.conſ.180. præmitto

ad euiden



ad euidentiam,col.2.Saly.in l.cùm te.C.de donatio.ante nupt.& Pan. conſi.lxxix. ſtante ſtatuto quo cauetur,col.ij.lib.2.Rom.conſ.cccclxxj.lucrum autem ex dote.& Raph.Com.conſ.xlvij. ſtatutum Florentiæ,col.ij.verſ.præterea cùm per rationem.Pau.Caſt.conſ.lix. pro pleniori reſponſione,col.j.verſ.ſecundò videndum,lib.j.Cepola cauſarum ciuilium conſi.7.punctus quæſtionis, col.2.verſ.tertiò præmitto.& Franc.Aret.qui hanc dicit eſſe communẽ opin.in l. ſi ante nuptias, col.vlt.ff.ſolut.matrim.Franc.Cre.ſing.cliiij.ſtatuto cauetur.Card.Alex.in c.ſignificauit, in fi.extrà qui fil.ſunt legit.Socin.in l.de diuiſione,col.j.verſ.circa primum.ff.ſolut.matr.& conſ.cxiiij.viſo teſtamento dominæ,col.2.verſ.his tamen non obſtantibus,lib.j.& Corn.conſ.j.circa primum, col.antepen.verſicu.nec multùm confert,lib.iiij.Philip.Dec.qui adducit concord.conſi.lxvij.circa propoſitum.& d.conſil.ccccij.col.iiij.vbi ſuprà. Ideo conſuluit Bald.conſil.clxxxiiij.hoc exordio, ſi qua inquit mulier.lib.iij. quòd ſi vir non ſuſtinuerit onera matrimonj , non debet lucrari dotem ex d.ſtatuto.quòd & idem tenuit idem Bal.conſ.liij.quædam domina Richabella,ante mediũ lib.v.& rurſum conſi.cclxxiiij.proponitur in facto, eod.lib.v. Id quod etiam tenuit in auth.data, paulò ante medium.C.de dona.ante nupt.quem ſequitur Iaſon, qui poſtremum tantùm locum allegat,conſ.cxxxv ſtatuto ciuitatis,col.vlt.lib.j.

*Confirmatio præcedentiũ.*

220 ¶Aduerte tamen quòd contra hanc ſecundam Alex.rationem , & quæ pro confirmatione illius diximus,facit tex.in l.ſi ab hoſtibus.§.vlt.in verbo,lucrifacere.ff.ſolu.matri.& in l.quoniam. §.ad hæc,in verbo,lucra.C.de ſecund.nupt.& in l.ſed ſi alia lege,in prin.ibi,dotem mariti lucro cedere.ff.de bon.damn.& in l.cùm vir,ibi,ſi tota dos lucro mariti ceſsit.ff.de vſucap.& in l.in eum,ibi, dotem lucratur,& iterum in l.Neratius.§.ſi maritus,cùm dicitur,ſi matitus lucratur dotem, rurſumq;{in l.ſi pro rata.§.vlt.ibi,id enim lucrari videtur,iterumq;}in l.ſi mulier,in illis verbis , licèt lucri dotem faciat.ff.de relig.& ſumpt.funer.& l.Titia , ibi, contentus in retentionem lucri dotis cæteris rebus.ff.de iure dot.& in l.fundum,ibi,& dos lucro mariti ceſſerit.ff.de ſund.dota.{& in l. cùm quis vxori,ibi,dotem fuerit lucratus.ff.de dote prælegat.}& l.ex morte,in princ. ibi, lucrari, iunctis præcedẽtibus.C.de pactis conuen.& in l.j.§.illo proculdubio.C.de rei vxo.act.& in l.vlt. §.ſimili,in tribus locis.C.de iure dot.& in l.pen.§.vlt.in fi.ff.quod fal.tuto.aut.& in l.j. verſ.ſi verò.C.de impo.lucra.deſcript.lib.x.& in §.j.verſ.proſpeximus,in auth.de non elig.ſecund.nub. & in §.j.verſ.duo igitur.& §.ſed etiam,verſ.ſi verò incertum.& §.mitiores,verſ.ſi igitur,in fin. & §. has itaque.& §.deinceps.& §.ſoluto.& §.ſi verò ſit ſoboles.& alibi ſæpe in eo.tit.in auth.de nupt. & in §.quia verò plurimas,in auth.vt lic.matr.& auiæ.& in §.quia verò quædam,eod.tit.& in §.j. in auth.de æqual.dot.& in cap.vlt.extrà de donatio.inter virũ & vxor.qui quidẽ tex.id lucrũ appellant.& quod ſcribit Ang.in §.aſcripto,in fi.in auth.de nupt.quòd illud quod lucratur maritus ex dote,dicitur habere titulo lucratiuo,quia fructus habet propter onera matrimonij,quod & voluit Io.à monte Sperello in auth.ex teſtamento.C.de collat.& Soci.conſ.223.circa præſentẽ,in fi. lib.ij.& Iaſ.conſ.lviij.ad idem pro Ioanne,verſ.nec prædictis,lib.j.& conſ.ccxv. in quæſtione quæ vertitur,col.2.verſ.nõ obſtat aliud fundamentum,eo.li.j.& Ioa.Monteſcr.in repe.l. frater à fratre. col.24.in fi.18.quæſt.ff.de cond.indeb.{& ante hos omnes Bal.ſibi contrarius conſ.cclxxvj.verba ſtatutorum,col.j.lib.3.}Ideoq; plerique voluerunt huiuſmodi pactum de lucranda dote requirere inſinuationem:ſicuti aliam meram ac ſimplicem donationem,in quibus ſunt Azo fons iuris dictus,Cyn.& Bal.in l.vlt.C.de iure dot.& Ant.Cana.in tract.inſinuationum.q.xxxix.& ſeq.

*Maritus percipit lucrum dotis ex ſtatuto , etiam ſi nulla onera matrimonii ſuſtinuerit.*

221 ¶Quæ ſententia & ex eo confirmatur,quòd maritus hoc lucrum percipit ex ſtatuto,etiã ſi nulla onera ſuſtinuerit,videlicet cùm matrimoniũ momẽto tantùm durauit,ſecundũ Bal.in l.non tantùm,& ibi etiã Ang.in lect.Flor.& Corn.C.de lega.& eundẽ Ang.d.conſ.180.prȩmitto ad euidẽtiam,col.vlt.Pau.Caſtr.in d.l.ſi donaturus.§.j.& ibi Iaſ.in fi.qui hoc reputat ſing.ff.de condit.ob cauſ.Fran.Aret. in l.2.col.j.ff.ſolu.matri.& iterũ in d.l.ſi ante nuptias,col.vlt.eod.tit. vbi hoc pro eleganti allegat.Soci.conſ.ccxxiij.circa præſentem,col.2.verſ.quibus præſuppoſitis , & alibi ſæpe in eo.conſ.lib.2.Laurent.Calca.conſ.xxxj.Ant.Parolarius , col vlt. verſ.ſed his non obſtantibus. Iaſ.in d.l.ſi donaturus.§.j.col.vlt.ff.de condit.ob cauſ.vbi hoc dicit ſing.& in l.inter ſtipulantem. §.ſacram,col.viij.verſ.tertiò matrimonium.ff.de verb.oblig.vbi hoc reputat valde not. & d.conſ. cxxxv.{ſtatuto ciuitatis,}in fi.lib.j.vbi & hoc dicit ſing.Phil.Dec.in c.de cauſis,col.iij.verſ.& prȩdicta concluſio,extra de offi.deleg.{& conſ.dxxiij.in caſu,col.j.}Catel.qui hoc reputat ſingul.in memor.incip.momentum,& iterum in memor.incip.ſtatuto Mediola.cauetur.

*Et etiam ſi necdum uxor traducta fuerit ad domum uiri.*

222 ¶Idq; etiam obtinet,ſi necdum vxor fuit traducta ad domum viri,per glo.in §.nuptias , in auth. de nupt.& voluit etiam Bart.& Raph.in l.nihil,per glo.ibi.ff.rerum amot.Cyn.Bal.& Fulg. Pau. Caſtr.& Corn.in d.l.non ſine.C.de bonis quæ liber.Bald.& Ang.in l.ſolet §.quæ virum. ff. de iis qui not.infam.Bal.in l.Deo nobis,col.2.verſ.ſed iuxta hoc pone,& ibi Raph.Fulg. qui ita ſe dicit cum multis aliis ex facto conſuluiſſe,& ibi item Pau.Caſt.in fi.C.de epiſcop.& cleri.& idem Bal. in l.ſancimus.C.de nupt.& d.conſ.cx.conſuetudo vallata,lib.2.& conſ.{ccxc.quod vir non lucretur,lib.j.& conſ.}ccxxviij.ad euidentiam eſt præmittendum,paulò ante fi.lib.3. dum allegat Bar. in d.l.nihil,& ſeipſum in d.l.Deo nobis,& expreſsiùs conſ.cccclxvij.factum dignoſcitur eſſe tale,quædam domina.lib.iiij.Raph.Co.in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur,ff.ſol.matr.Anto.in c.j. de ſponſali.Pau.Caſt.in l.ſi donaturus.§.j.& ibi Iaſon col.vlt.ff.de conditio.ob cauſ. vbi dicit ita vidiſſe ſe conſultum per omnes.& idem Paul. in l.ſed hoc ita.§.j. ff.de re iudic. & in d.l. ſi ante.

quam

quam legit cum l.de diuiſione,col.vlt.ff.ſolut.matr.& in l.ſi marito.§.j.ff.eo.tit.& in l.cùm fuerit. ff.de condit.& demonſt.& ibi quoq; Soci.& idem Pau.Caſt.conſ.cliiij.ſuper primo quæſito licèt dominus,col.j.lib.j.& conſ.ccccxxxiij.viſis omnibus ſcripturis,in ij.dubio,eod.lib.j.{ Roma.in l.j. C.vnde vir & vxor.}Matheſil.not.lxxv.nota quòd diſponens.Bal.Nouellus in tractatu dotium, in vj.parte principali,in xxxvij.ſpeciali,in fi. Corne.conſ.cxlix.licèt meo iudicio per totum,lib.j. Ang.Aret.in §.nuptiæ autem,Inſtit.de patr.poteſt.&{latiſsimè omnium}in §.fuerat,col.xvij.verſ. quæro de quæſtione quotidiana.Inſtit.de actio.Socin.d.conſ.ccxxiij.lib.ij.& conſ.viij. viſo elegãti conſilio,col.j.lib.iij.{Carol.Ruin.conſ.lviij.viſis,col.2.nume.4.lib.iij.}Philip.Dec.conſ.cclx.quęritur breuiter,col.iij.& Ioan.Campez.in tract.dot.in v.parte,col.vij.verſi.ſtatutũ de dote lucrãda. & Franc.Purpu.in l.j.col.xix.num.123.C.de ſumma trinit.& latè Anton.Rubeus conſil.xix.ſtãte ſtatuto quòd vxore. { & Franc.Ripa in rubr.ſol.mat.num.67.& multis ſeq.}

*Et etiam ſi uxor nedum à uiro ſit cognita.*

223 ¶Sed & denique obtinet,etiam ſi necdum vxor à viro ſit cognita.Nam in hoc ſufficit matrimoniũ per verba de præſenti fuiſſe contractum,vt expreſsè voluit Bal.in d.l.Deo nobis,vbi ſuprà citauimus.& ibi etiam Raph.Fulg.qui ſe dicit ita conſuluiſſe cum aliis multis doc.& Paul.Caſtr. C. de epiſcop.& cleric.& ipſe Bal.in d.l.non ſine,col.j.& ibi quoque Raph.Fulg.Pau.& Philip. Corne. & idem Bal.ſubobſcure,in cap.capellanus,in fi.extrà de feri.dum{vtrobiq; Bald.ipſe} aliud dicit, cùm ſtatutum loquitur de matrimonio copulato.& in d.conſ.ccxxviij.lib.3.dum etiam diſtinguit inter matrimonium ſimpliciter,& matrimonium copulatum.& Saly.in l.cùm te,in fi.{verſ.vnum tamen non omitto.}C.de donat.ante nupt.Domin.in c.præſenti.§.vlt.de præb.lib.vj.Paul.Caſtr. in d.l.ſi donaturus.§.j.verſ.item quid ſi matrimonium.& in d.l.ſi ante nuptias,ad fi.ff. ſol. matri. {& in l.de diuiſione,col.vlt.ff.eo.tit.vbi tamen id declarat.} & in d.l.cùm fuerit.ff.de conditio. & demonſtratio.vbi dicit quòd ita communiter tenetur.& conſ.cliiij.ſuper primo quæſito, licèt dominus,lib.j.{& conſ.ccccxxxiiij.viſis omnibus ſcripturis,col.ij.in ij.dubio,in fin. eodem lib.j.} & Panor.conſ.lxxix.ſtante ſtatuto.lib.ij.{Matheſil. d.num.75.}Corn.d.conſ.cxlix.lib.j.Alex. conſi. cxxix.ſuper primo dubio,col.ij.lib.vij.Dec.conſ.cccccxl.quæritur in effectu,col.vlt.lib.iij. & Stephan.Bertr.conſ.ccxxix.Salyc.quem audio.lib.ij.& Fely.qui id reputat ſing.in c.tertio loco,col.3. verſ.& retenta hac parte,extra de præſumpt.& Campez.vbi ſuprà & Hippo.Marſil.conſ.lxvj.in nomine &c.attento.col.2.verſ.& facit,lib.j.vbi hoc dicit ſing.Iaſ.d. conſ. lviij.lib.j. vbi hoc miro modo intelligit,modo maritus non eſſet impotens ad coitum.& iterum d.conſ.cxv.in quæſtione quæ vertitur,col.j.& ij.eo.lib.j.vbi & hoc intelligit modo coniuges ſint apti ad coitum.& latiſsimè conſ.cxxxv.ſtatuto ciuitatis,eo.lib.j.{& Matth.Afflict.deciſ.Neapol.lxj.fuit lata quædam ſententia,verſ.tertiò dubitatur,& Ripa.in d.rub.ff.ſol.matr.vbi ſuprà,etiam limitans , niſi ſtatutum loqueretur de copulato matrimonio.}

*Matrimoniũ copulatũ utrũ concubitũ deſignet.*

224 ¶Quanquam nec ei quod Bal.dicit de matrimonio copulato,faciens vim in hoc poſtremo verbo,quaſi concubitum deſignet,aſſentio,propter tex.in c.vlt.extrà de frig.& malefic. & c.j.& c.2. extrà de matr.contr.contra interd.eccle.& cap.per tuas,qui fil.ſunt legit.quibus apertiſsimè probatur,dici matrimonium copulatum ſine coitu.{& in iure ciuili in l.ſi extraneos,ibi,matrimonio copulato.ff.de condict.ob cauſ.vbi ſatis conſtat ea verba ſignificare matrimonium contractum, quem & in id expendit poſt alios Corn.in d.l.non ſine,ad fi.C.de bonis quæ liber. Nam & copula eſt nomen generale,quod vinculum ſiue nexum ſignificat. Plautus in Epidico: Quæritant me,in manibus geſtant copulas ſecum,ſubirem. Ouidius,

*Copula detrahitur canibus.*

à copulando dictum,quod & ipſum generale eſt:& veluti iungere , colligare , vincire ſignificat. Hinc dicitur copulare amicitiam,ſocietatem,matrimonium,concordiam,dextras, apud Plautum in Aulularia.Et Acron in Horatij carminum lib.j.Ode xiij.enarrans illud ipſius Horatij,

*Quos irrupta tenet copula.*

*Copulæ definitio.*

*Coire matrimonium etiam citra coitum dicimus.*

Copula(ait)propriè dicitur cuiuſlibet rei duplex numerus, vnde tractum eſt , vt matrimonium copula diceretur.Et ſi quando intelligimus copulam de coitu,ferè illi addimus,carnalem,vt in c. de illis,de deſponſat.impub.& c.inſuper,qui matr.accuſ.poſſ,& alibi ſæpe.nam & coire in matrimonium,etiam dicimus, pro contrahere matrimonium,etiã citra coitum.l.in teſtamento ita erat ſcriptum. ff.de condit.& demonſtr. vt coire in fœdera apud Virgil.lib.2.Aeneid.

*Coeunt in fœdera dextræ.*

Et coire ſocietatem dicimus:Tullius in oratione pro Roſcio Amerino,Ne diutius vos teneam iudices,coitur ſocietas.Et in Phili.2.vtinam Cnei Pompeij cum Cęſare ſocietatem nunquam coiſſet.Et Iureconſultus in l.j.& l.ij.§.de illo,& l.iiij.& l.v.vj.& vij.& ſæpe in eod.tit.ff.pro ſocio.Sed tu interim vide Bal.conſ.cxciiij.incipiam,col.ij.verſ.fuit inſuper,& Corn.in d.l.non ſine,ad fi.C. de bonis quæ lib.{Quod obiter dicere voluimus,licet non huc admodum pertineat,quoniam à nullo quem legerim,animaduerſum vidimus,ſed omnes paſsim Bal.referunt,& ſequuntur.

*Lucrum quod maritus percipit ex dote, nõ eſt ſemper propter one-*

225 ¶Ex iis autem quæ diximus manifeſtè liquet quòd huiuſmodi lucrum dotis, quod ipſe maritus facit,non eſt propter onera matrimonij.Nam ſi ob ea eſſet,certè maritus non lucrifaceret deficientibus oneribus,videlicet cùm matrimonium momento tantùm durat,aut cum nondum traducta fuit vxor in domum mariti,quia deficiente cauſa deficit effectus,l.generaliter.ff.de epiſco. & cleric.& c.cùm ceſſante,de appellat.lib.vj.cum ſim.Vnde & ea ratione , quam de matrimonio

momen



momentaneo diximus,Soci.vir inter recentiores autoritatis maximæ,& poſt eũ Hercu.in l.2.ff. ſolu.mat.aſſerunt conſtanter hoc pactum de dote lucranda , tanquam non oneroſum,ſed merè gratuitum,reuocari ſuſceptis liberis,per hanc l.noſtram.

226 ¶Verùm quantum ad tex.in d.l.ſi ab hoſtibus.§.vlt.ff.ſol.mat.cui maximè innituntur , qui lucrũ eſſe dicunt quod ex eo pacto quæritur , vtpote qui id lucrum etiam appellat, cùm vtitur verbo lucrificare,vt diximus : illi reſpondet Rom.in d.l.ſi donaturus, quòd ibi impropriè lucrũ dicitur: ſicuti etiã,vt hoc illi addas , fructus dotis alicubi dicuntur cedere lucro mariti,in l.pro oneribus. C. de iure dotium.& in l.j.§. cúmque ex ſtipulatu,verſicu.fœtus.C.de rei vxoriæ actione.Et tamen haud dubiè eos habet propter onera matrimonij,vt inibi etiam ſcribitur, & ſuprà diximus. Vel etiam dici poteſt,vt dicit Iaſon ibi, quòd dicitur lucrum habito reſpectu ad tẽpus præſens, quo delatum eſt morte vxoris,& ſic ceſſantibus nũc oneribus,cũ defertur. Sed ſi reſpiciamus ad onera præterita,nõ lucrũ eſt.Ego vtranq; reſponſionẽ ita cõiugo. Nam quodãmodo maritus lucratur,qui ex pacto & ſtatuto illud obtinet,quod de iure cõmuni nõ obtinuiſſet. Eſt igitur lucrũ eo reſpectu,quòd præter ius cõmune cedit lucro ipſius.Veruntamẽ ſtatutũ aut pactũ id lucrũ deferens videtur reſpicere ad onera matrimonij vix tolerabilia,vt latè dicemus in noſtris cõſuetudinibus tit.xxxviij.§.iiij.in gl.ij.in prin.& quibus ferendis ac cõpenſandis plerũque nõ ſufficiũt ſimplices fructus dotis à iure cõmuni marito in id conceſsi.Igitur in eius rei veluti augmentum ſiue ſupplementum ac additamentũ pacto nobis prouidemus,aut ſtatuto:quod quidem dotis additamentũ eius naturæ ac virium eſſe cẽſetur,vt dos ipſa:& idem de vtroq; iudicandũ eſt, per tex.in l.etiã.C.de iure dot. { & l.ſi cõſtante.C.de dona.ante nupt.vbi augmentũ dotis gaudet eodẽ priuilegio,ac dos ipſa,& ibi no.Bal.& Saly.& } in auth.æqualitas,ibi.augmentũ quoque.C. de pact. conuenien.& in l.inter ſocerũ.§.cùm inter.ff.de pact.dotalibus, cùm dicitur,nec ſeparabitur portio dotis , quæ eſt data additamenti cauſa.& §.j.& §.aliud.& §.dedimus, in auth.de æqual.dotis. Ex quo no.Ang.ibi quòd omne priuilegium datum principali , porrigitur ad eius augmentũ.& voluerunt Bar.Alex.Iaſo.Aquen.& Thom.Parpa.in repet.rub.ff.ſolu.mat.Idẽ Bar.conſi.cxxiij. punctus quæſtionis,col.2. { Bal.in l.ſi marito.§.vlt.ff.ſol.mat. & conſi.ccclxix.in primo puncto, in fi.lib.4.Albe.in ſecunda parte ſtatutorum,q.clvj.item quæro continuando,circa mediũ.} Pau. Caſt.in l.cum pater filiæ.ff.de leg.ij.Alex.in d.l.diuortio.§.ob donationes,col.j.ff.ſol.matr. {Fran. Aret.in l.rei iudicatæ.§.hæredi, col.vlt.eo.tit.& iterum in l.ſi in teſtamento.ff. de vulg.& pupil.} & Thomas Parpa.in l.ij.col.6.in fi.eo.tit. vbi erranter citat l.quoties, pro d.l.etiã.C.de iure dot. nam d.l.quoties,nihil huc pertinet.& Iaſon in l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.ff.de leg.j.& conſi. cxlvij.præſens conſultatio,col.2.verſi.item ſicut valet,lib.2.& conſi.cxxiij.videretur , col.8.lib.4. & conſi.clxxj.viſo inſtrumento dotis,col.v.verſi.quartò item ſicut valet , lib.4.& Anto.Rubeus conſil.xxv.præſupponitur in facto,col.2.verſi.ſtante iſta concluſione.& bene facit text.in l.ſi ex toto,in prin.& ibi no.ff.de leg.j. { Et ſic vt concludamus,id quod ex eo pacto vel ſtatuto de dote obtinemus,eſt & lucrũ & onus diuerſis reſpectibus.quod & hinc probatur, quòd id ſimplex donatio nõ eſt,quia aliàs ſuperfluò poſt tit.de inoffi.dona. poneretur titulus de inofficio.dotib. qui intelligitur huiuſmodi pacto lucrandi dotem,vt dicit glo.in l.j.eiuſdem tit. Sed alio reſpectu non dicitur titulus ſimpliciter oneroſus,quia tunc nulla querela competeret,vt plenè per Bar.in l.nõ vſque adeò.ff.ſi à parenti.quis manu.fue.id quod ſcientiſsimè annotauit Fran. Aret.in d.l. j.C.de inoffic.dotib.} Et idem dici poteſt de d.l.quoniam.§. ad hæc.C.de ſecun. nupt.& aliis iuribus in id ſuprà allegatis.

*Deficiẽte cauſa deficit effectus.*

*Fructus dotis alicubi dicuntur cedere lucro mariti.*

*Statutũ deferens lucrum dotis ad maritum uidetur reſpicere ad onera matrimonii uix tolerabilia.*

227 ¶Illud autem Ang.dictum in d.§.adſcripto.in authen.de nuptiis,ſi verũ eſt,non obſtat, quia dicit,quòd ceſſante pacto aut ſtatuto vir nõ debet lucrari dotẽ, ſed eam reddere hæredibus vxoris ſoluto matri.Et ideo ſtatutum id deferens eſt cõtra ius commune,& ſtrictè ob id interpretandũ. Nec ob.inquit,l.pen.in fi.ff.quod falſo tutor.auctor.quia concedo quòd vir retinet fructus dotis in compenſationem onerum,ſed non lucratur dotem:quia iſtud eſt lucrum,nõ compenſatio onerum.Vides igitur quòd Ang.loquitur de iure communi,ceſſante pacto aut ſtatuto.At ſi pactum ſit,videtur,vt iam diximus,factum ad augendam illam compenſationem onerum matrimonij.Et cùm id lucrum,ſi lucrũ dici debeat,ſumpſerit originem à dote,quæ res eſt oneroſa , certè & pro onere accipi debet,iuxta id quod ſuprà diximus.

*Ceſſante pacto aut ſtatuto,uir nõ debet lucrari dotem.*

228 ¶Quod verò de inſinuatione huiuſmodi pacti lucrandæ dotis dictum in priori op.alij quidam non leuis autoritatis non id admittunt,ſed prorſus reiiciunt,negãtes debere inſinuari: in quibus ſunt Hug.& Petr.à bel.Perti.in d.l.vlt.C.de iure dot.& ipſe Bal.ſibi,vt ferè aliàs ſemper, contrarius,in auth.eo decurſum.C.de donat.ante nupt. { Franci.Aret.in l.is poteſt , col.3.ff.de acquir. hære. } Quanquam in hoc non magnam vim pono,quando dependet ex aliis, an videlicet tale pactum ſit gratuitum,nécne.

*Opinio aliquorũ de inſinuatione huiuſmodi pacti lucrandæ dotis.*

229 ¶Sed & quod de matrimonio momentaneo diximus,ſcilicet maritũ lucrari dotem ex pacto vel ſtatuto,etiam ſi matrimonium momento durauerit,id falſum eſſe multis probauit Iaſon,ſibi etiã contrarius,in d.l.non tantùm.C.de lega.& voluit etiam Thomas Parpalia in d.l.2.col.9. verſic. de eo autem.ff.ſolu.mat.niſi ſaltem,inquit,vir fecerit expẽſas in nuptiis,veſtimentis,& iocalibus. quæ fuit etiam ſententia Fely.in c.tertio loco,col.3.verſi.& retenta hac parte,extra de præſumpt. & Ioan.Campez.in d.tracta.dotium,in v.parte,vbi ſuprà citauimus.

*Et de matrimonio momentaneo.*

Q

230 ¶Similiterque contra illud de ductione ad domum,tenet Bald. ſibi item in hac parte contrarius, conſi.ccxc.quòd vir non lucretur,factum autem incipit,iſtæ allegationes,lib.1.vbi tamen ſubdubitat:& aſſeuerantiùs conſi.clxxxiiij.ſi qua,inquit,mulier,lib.3.& iterum conſi.cc.in cauſa iſta, ad fi.eo.lib.3.Saly.hanc rẽ fuſiſsimè tractans in d.l.cùm te.C.de dona.ante nup.vbi dicit ita ſe Florentiæ cum aliis multis conſuluiſſe,prout fecit conſi.incip.circa examinationem, vt à nonnullis citatur,neque enim eius conſi.vidi,& latè Panor.cõſi.omniũ primo,facti contingentia,per totũ, lib.1.& in d.c.tertio loco,col.3.& ſeq.de præſumpt.dũ ſe citat ex eo cõſi.& ibi etiam Fely.& Petr. Ferr.in tit.forma libel.quo agit vxor ad dotẽ,in verbo,vxor quõdam domini Thadei,col.2.verſi. vnde pro eius declaratione,vbi hoc dicit cõſuetudine obſeruari.Soci.in l.cùm fuerit.ff.ſol.mat. & Phil.Dec.ſibi contrarius d.conſi.lxvij.col.vlti.verſi.non obſt.quod no.vbi hanc dicit eſſe cõmunem opi.Et hi quoq; magna ex parte tenuerunt contrarium eius quod ſuprà dictũ eſt de vxore nondum cognita à viro:ſicuti etiam facit Saly.in d.l.Deo nobis,col.1.verſic.ex qua collige argumentum.C.de epiſc.& cler.& in l.mulierem.ff.de ritu nupt.& Panor.in c.ex publico,col.1.verſi. & facit iſte tex.extrà de cõuer.coniug.& Corn.conſi.248.in præſenti conſultatione, col.3.verſi. his tamen minimè refragantibus,lib.2.& Hippo.Marſil.ſing.cvj.qui de proximo,col.1.

*Maritus non ſuſtinens onera matrimonii non conſequitur lucrũ ſibi ex pacto delatum.*

231 ¶Et dicit generaliter Bal.in auth.dos data,col.2.per illum tex.in lect.noua.C.de dona.ante nupt. quòd cùm maritus non ſuſtinet onera matrimonij , nõ debet conſequi lucrum ſibi ex pacto vel ſtatuto delatum. { & idem voluit conſi.184.ſi qua inquit mulier,lib.3.& cõſi.53.quædam domina Richabella,ante medium,lib.5.& conſi.274.proponitur in facto,eo.lib.5. } & eum ex primo loco refert & ſequitur Io.Ana.in c.ſalubriter, col.pen.extra de vſur.& Alex.qui id commendat conſi. 122.cuius initium eſt,viſo proceſſu,col.4.verſi.cõfirmari poſſent,lib.7. { & cõſi.ſequen.quod eſt eiuſdem initij,col.1.& Iaſon cõſi.135.ſtatuto ciuitatis,col.vlti.lib.1.qui quidem omnes primum illum locum Bal.tantùm allegant,& Hippolit.Marſil.ſing,cxiiij.vigente communiter ſtatuto. } & idem voluit Pau.Caſt.ſibi contrarius,cuius Alex.& Iaſon non meminit, { in l. ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxorem,col.2.verſi.& nota ex iſta gl.& ibi quoque Fran.Aret.col.1.verſic.ſecundò per iſtam gl.ff.ſol.matr.vbi ipſe Pau.ita dicit ſe conſuluiſſe,vti & ipſe fecit } cõſi.333. viſis omnibus ſcripturis,in ij.dubio,lib.1. { & Ioan.Campez.in tracta.de dote in v.eademque vlti.parte,q.xiij.col.1.vbi id dicit ſeruari in practica.& nouiſsimè Pau.Pariſ.cuius conſil.nuper edita ſunt anno 1543. conſi. lxij.pro vera reſolutione,propè per totum, lib.4.

*Matrimoniũ eſt proxima & immediata cauſa lucri dotis.*

232 ¶At confeſtim occurrit Phil.Dec.tenens aliam partem , ſcilicet id lucrum eſſe gratuitum, in l.in eo quod vel is.ff.de regu.iur.Nam cauſa,inquit, proxima & immediata huius lucri eſt vir ipſe,& matrimonium,vt no.Bal.in auth.ex teſtamento,col.pen.verſi.xiij.capitulum,in duobus locis.C. de colla.pro quo tex.eſt in l.cum quis.§.j.ff.de dot.rele.vbi dicitur quòd matrimonij cauſa id lucratus eſt.& ita per illum tex.voluit Bald.nouellus in tract.dotium,in vj.parte.in xxxvij.priuilegio,col.3.& Soci.conſi.ccxxiiij.circa præſentem,col.pen.verſi.confirmatur etiam quia talia,lib.iij. Nam & ( vt hoc illis addam ) dictio,cauſa,in dubio demonſtrat cauſam immediatã & proximã, l.ſocium qui in eo,cum l.ſeq.ff.pro ſoc.& l.in lege cenſoria.ff.de verbo.ſigni.vt per illa iura dicit Fran.Aret.de hoc caſu loquens in d.l.ſi ante,col.vlt.ff.ſol.mat. Quæ quidem cauſa proxima attenditur,vt dicit Bal.de hoc caſu loquens cum tamen aliud ageret, in l.ij.ff.fami.herciſc.per iura quæ allegat.& rurſus in d.auth.ex teſtamento,vbi ſuprà,per l.ſed & ſi plures.§.in arrogato.ff. de vulg.& pup.Cui adde concord.quos multos tibi congeſsi in { tractatu quem mox tibi edemus eo.tit.ceſſante cauſa ceſſat effectus,in } xviij.limitatione.

*Dotis lucrum dicitur aduentitium.*

233 ¶Et hac ſanè ratione,quòd cauſa immediata attenditur , tale lucrũ dotis dicitur aduentitium,vt no. Bar.& Raphael.Co.in d.l.cũ dotẽ.§.tranſgrediamur,in fi. { & ibi quoq; Pau.Caſt.col.2.verſ. circa vltimũ,& Alex.col.vlt. } ff.ſol.matr.per tex.in l.j.vbi ipſe Bar.Bal.in fi.& Ang.C. de bonis quæ libe.& idem Bal.in d.l.ſi donaturus.§.j.in prin.ff.de condi.ob cauſ.& in d.l.ij.& ibi etiã Saly. C.fami.herci. { & Fran.Aret.in d.l.j.C.de inoffi.dotib.& ipſe Phil.Dec.cõſi.lxvj.de duobus quæritur,in prin:& cõſi.ccccl x.notiſsima,per totũ,vbi tamen id declarat. Pro } quo etiam allegatur l.dotem. { & ibi Bar. } ff.de caſt.pecu.quam ad hoc dicit no.Fran. Aret.in d.l.cum ante, { & videtur etiam voluiſſe gl.in l.quod ſcitis in verbo dotem.C.de bon.quæ liber.

*Matrimoniũ cum ſit cauſa proxima lucri dotis, conſequens eſt,ut non ex titulo oneroſo, ſed gratuito manare uideatur.*

234 ¶Cum ergo onera matrimonij non ſint cauſa proxima illius lucri,ſed matrimonium ipſum: conſequens eſt,vt non ex titulo oneroſo,ſed gratuito manare videatur: ideoque cùm donatio inter virum & vxorem tum demum prohibeatur,cùm donans fit pauperior, non cùm lucrum remittit , per l.ſed & ſi vir.§.quod legaturus , & l.cùm hic ſtatus.§.ſi maritus,le ij.verſicu.ſimiles,& l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.ff. de donat.inter virum & vxor. Certè poteſt maritus id lucrum vxori remittere veluti exiſtens merum lucrum,vt voluit Alex.in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſolu.matr.& conſuluit Barb.conſi.lix.illud in mediũ referam,col.9.lib.2.& Soci.conſi.cxiiij. viſo teſtamento dominæ, colum.3.verſicu.ad ſecundam rationem,libr.1.Hæc ferè Decius { in d.l. in eo quod vel is, de regu.iur. } qui eadem prope repetit in l.j.col.6.verſic.& ex his infertur.C.de ſecun.nupt. { & conſi.lxvij.circa propoſitum, } & in d.conſi.cclx.quæritur breuiter, col.2.verſic.ſed tamen prædictis,& col.ſeq.verſicu.non obſt.quòd illud lucrum.& conſi.cccccl xxvij.viſo copioſo,colum.2. verſicu.non obſtat.Et in eadem fuit ſententia ipſe Dec.in l.repræhendenda,in vj.no.C.de inſtit. & ſubſtitu.





*Non tamen excluduntur onera matrimonii.*

235 ¶Sed aduerte hîc lector optime , quia licèt matrimonium ſit cauſa proxima & immediata huius lucri prouenientis ex pacto vel ſtatuto,non tamen ex eo confeſtim ſequitur,quòd onera matrimonij non ſint etiam eius rei cauſa æquè proxima. Nam vnum aliud non excludit,quin potius vnum in alio ineſt,ex eoque ſequitur,vt etiã dicit ipſe dicit Dec.ſecum hîc pugnãs,d.conſil.67. col. vlt.verſi.nõ obſtat tex.Nã ſi onera matrimonij ſint cauſa huius lucri,certè matrimoniũ etiã cauſa eſt,vt in dote videmus,quæ datur propter matrimonium , nec ſine eo poteſt conſiſtere.l. iij.ff.de iure dot.& l.vlt.poſt prin.C. de dona.ante nup.cum ſimil.& ob matrimonium etiã tantum fauoris ſibi conciliauit.l.j.ff.ſolu.mat.tanquam ſcilicet matrimonium ſit cauſa proxima dotis,vt verè eſt.Et tamen haud dubiè datur ipſa dos propter onera ipſius matrimonij, & eſt titulus oneroſus.Igitur & idem dicere debemus de acceſsione & augmento dotis.

*Dos datur propter onera matrimonii.*

*Dictio,cauſa, poteſt capi nõ pro cauſa omnino immediata,ſed pro cauſa nõnihil immediata , non tamen multũ remota.*

236 ¶Quanquam & Fran.Aret.in d.l.ſi ante,col.vlt.aliter refellit arg.quod fit ex ea l.cum quis. Nam ibi, inquit,dictio cauſa,poteſt capi nõ pro cauſa omnino immediata,ſed pro cauſa nonnihil mediata,non tamen multũ remota,quæ accipitur tanquam cauſa immediata.l.vxori quis.ff.de auro & argen.leg.quã ad hoc expendit Bar.ibi,& in l.ambitioſa, circa med.ff.de decre.ab ordi.fac.Cui adde.l.cùm de lanionis.§.aſinã.ff.de fund.inſtr.& d.l.in lege cenſoria.ff. de verb.ſigni.& eundem Franc.Are.cõſi.6.viſo inſtrumento,col.3.verſi.nã iſta regula.& iterum cõſi.29. diligenter & maturè,col.6.Præſertim autẽ id procedit,vt & hoc quoq; adiiciã,quando huiuſmodi cauſa mediata ſiue remota talis eſt,quòd ſine ea immediata & propinqua nullo modo eſſet producenda , vt in hoc caſu.Nã tunc haud dubiè ea habetur pro immediata,vt dicit Bar.in d.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pup.& Bal.in c.cùm omnes,col.6.verſi.item quia quãdo,extra de conſti. per tex.in l.vtrum.§.cùm quidam.ff.de rebus dub.& idem Bal.in c.literis,in iij.no.per illum tex.extra de elect.& dicemus pleniùs in noſtro tractatu,ceſſante cauſa.&c.in xviij.limit.

237 ¶Sed vt cunque ſit de iſtis , nihil hîc omnino eſt curandum, quantum ſcilicet ad caſum l.noſtræ pertinet:quandoquidẽ ſubſit & alia ratio,quam ſuprà ex Alex.adduximus, propter quam hæc l. non habet locũ in hoc pacto:nempe modicũ liberorum præiudiciũ,de quo latè diximus ſupra in verbo libertis,in vlt.q.quæ eſt de donatione inter virum & vxor.vbi videbis.Cui & aliã quoque non leuiorẽ adiicies,quia cum vxor id pactũ in contractu dotali,ſibi matrimoniali fecerit,nõ poteſt eſſe locus huic l.cùm præſumatur id agens cogitaſſe de liberis,vt diximus etiã ſupra in præfatio.verſi.69.inci.ſed hæc intellige,vt videlicet quis in dubio,& ſuprà in hac gl.verſi.188. incip. & hoc proculdubio verum eſt.Et hanc quoque tertiam rationẽ , quia id lucrum ſiue pactum de dote lucranda cenſetur eſſe factum ob cauſam , videlicet propter matrimonium. Nam forte vir non contraxiſſet,niſi eo pacto appoſito. At in donatione ob cauſam non eſt locus huic l. vt ſuprà affatim diximus.

*Hæc l.an habeat locum in parte lucrandæ dotis.*

238 ¶Ideóque & præter Alex.quem vnũ in princ.huius q.citauimus, multi ſunt in eadem ſententia, hanc ſcilicet l.non obtinere in huiuſmodi pacto lucrandæ dotis:& inter cæteros Pau.Caſt.quem Alex.ipſe nõ memorat,in l.ij.ff.ſol.mat.per l.j.C.ſi dos cõſtan.mat.qui & ipſe dicit hoc eſſe notandum,& cũ ſequuntur ibi idem Alex.Iaſ.& Thomas Parpal. ex quibus Alex.cõſtanter aſſerit caſum hunc nõ eſſe dubium,& aliis quoq; iuribus probari, videlicet in l.ij.cum gl.ff.de pact.dotalib.cum ſimil.Et idem quoq; voluit Soci.ſibi contrarius,qui Alex.in quodã conſ.nõ deſignato tamen illius numero,allegauit,conſi.liij.viſo inſtrumento donationis,col.4.verſi.ad hoc motiuũ, lib.4. { & Carol.Rui.cõſi.cxxxj.in themate,col.2.ver.& hinc eſt etiam,& rurſus col.8. verſi.præterea per ſuperuenientiam,lib.3. } & Fran.Ripa.cuius illa tertia ratio eſt,hîc in xxij.q.

*Remiſsio quæ ualet inter uirum & uxorem,nõ poteſt dici mera donatio.*

239 ¶Vndecimo quæro quid ſi maritus è diuerſo id lucrum dotis quod facit ex pacto vel ſtatuto,remittit vxori, an natis ei poſtea liberis ea remiſsio reuocetur ex hac l. Dic breuiter non reuocari, tum quia hæc remiſsio nõ poteſt dici mera donatio,cũ valeat inter virum & vxorẽ, vt diximus ex ſententia Alex.Barb.Soci.& Deci.num.ab hinc 8.inci.at cõfeſtim,& præterea voluit Imo.in l. ij.col.item ij.ff.de donat.Tum quia id lucrũ nondum eſt quæſitum & radicatũ,ſed tantùm quærendum poſt mortem vxoris , ſi ei maritus ſit ſuperſtes.Ideoque nec in eo locus eſt noſtræ l. ex iam dictis ſupra in viij.q.verſic.180.inci.ſed hoc tamen.Quod ſi iam eſſet quæſitũ, vxore ſcilicet mortua,& maritus eo iure hæredibus cederet,nõ video quin tũc locum habeat noſtra l.ex dictis in d.viij.q.Nec tamen prætermittendũ,eius quod diximus, valere hanc remiſsionẽ inter virũ & vxorem,contrariũ voluiſſe gl.in l.ſi liberis,per tex.ibi.ff.de pact.dot.quã ſequi videtur Bal.ibi. & apertiùs Pau.Caſtr.conſi.lix.pro pleniori,col.j.verſic.ſecundo videndum,lib.j.Sed vt dicam quod ſentio,is tex.nihil mihi huc pertinere videtur, cum de huiuſmodi pacto nuncupatim nõ loquatur,nec ſi loqueretur,concluderet id pactum generaliter non valere,ſed ita demum tantùm,cùm dolo mulieris eſſet extortum,vt patet ex verbis,per diſsimulationem,&c.

*Donatio quæ fit ab extraneo ad dotandam puellam, an reuocetur ſuſceptis liberis.*

240 ¶Duodecimo iſta dotis mentio me ſubmonet,vt quæramus vtrum donatio quæ fit ab extraneo ad dotandam puellã,vel fauore matrimonij,reuocetur ſuſceptis liberis ex hac leg.Et certè Alex. in hoc priuatim ac peculiare conſ.edidit,ſcilicet cõſi.71.conſideratis his,lib.4.vbi expreſsè tenet quòd reuocatur,quia hæc dotis datio facta ab extraneo dicitur eſſe mera liberalitas,donatio,& titulus lucratiuus,quantũ ad ipſam puellam pertinet,per l.ſi fraudator,quæ eſt vlt.§.ſi à ſocero,& ibi Bar.ff.quæ in frau.cred.& l.j.§.accedit.C.de rei vxo.actio.& l.ex morte,in fi.C.de pact.cõuen. & l.Mæuia.§.j.iuncta gl.vlti.& ibi doct.ff.ſol.mat.& l.vlt.in prin.& ibi Bar.Bal.& Saly.C.de iure

dot.Cui adde & tex.in l.cùm plures.§.pe.& ibi gl.ff.de admi.tut.& Bar.& Io.Plat.in l.j.C.de impo.lucra.deſcri.lib.x.& Bar.& Pau.Caſt.in l.j.vterq; in fi.C.de inof.dotib.& Old.cõſi.151. ſi quis verba donationis,& cõſi.245.quidam paterfa.col.2.verſi.ſecũda ratio.Bal.in ſua marga.in verbo, dos,col.2.verſi.dos data filiæ,vbi dicit ſing.ad hoc d.§.ſi à ſocero.& in rub.extra de procu.col.2. vbi ex hoc dicit quòd procurator ſine ſpeciali mãdato non poteſt dare dotẽ filiæ domini, cùm donare nõ poſsit.Ioã.de cane mortuo,inter cõſi.ipſius Bal.conſ.371.viſo tenore,circa med.lib.4. & ipſum Bal.in l.vlt.C.de dot.promiſ. { & Corn.cõſi.50.col.5.verſi.ideò quatenus,lib.1.& Steph. Bertr.qui alios citat,conſi.138.thema conſultationis,col.5.verſi.fateor autem.lib.4. }

241 ¶Cui inquam,adde & alia duo.Primum,quia huiuſmodi dotis datio ab extraneo facta, ſi excedit quingentos aureos,æquè requirit inſinuationem, ac alia quæuis donatio ſimplex ac gratuita, vt voluit gl.j.in d.l.vlt.C.de iur.dot.quam ſic intelligit & ſequitur Ioã.Ana.in c.cum tu, col.pe. verſi.quarto quæritur,ext.de vſur.Sed tu ſuper hoc vide tex.Bart. Bal.& alios in ea ipſa l.vlti.& Ambro.à vina, in quodam conſil.incip.pridem contractum fuit.& Phil.Dec.conſi.ccccxiiij.viſo eleganti conſilio,in ij.dubio.

242 *An quis ex donatione mera & ſimplici poßit conueniri.*

¶Secundum,quoniam ſicuti quis ex donatione mera & ſimplici non poteſt conueniri, niſi inquantum facere poteſt.l.inter eos.§.is quoque,& l.cũ ex cauſa,& l.Neſennius.§. vlt.ff.de re iudi. & §.item præterea,verſi.ſed & ſi quis,Inſti.de actio.ita nec ex huiuſmodi donatione,quam facit extraneus ob dotẽ.l. ſi extraneus,& l.pen.ff.de iur.dot.iũcto d.§.itẽ præterea,verſi.itẽ ſi de dote. Quod ideo fit,vt dicunt Io.Fab.& Iaſ.in d.verſi.ſed & ſi quis, quoniã ea donatio mera eſt & liberalis,cùm cauſa illius nihil omnino reſpiciat fauorem aut vtilitatem donantis,ſed tantùm eius cui donatur,iuxta ea quæ late diximus ſuprà in hac eadem glo.verſic.145.incip.ſed hæc primùm intelliges procedere.

243 *Dos ſi repetatur conſtante matrimonio, eſt contra ius commune.*

¶Hanc autem Alex.ſententiam,vt ad eum tandem redeamus,refert & ſequitur Thomas Parpa. in rep.d.l.ij.in prin.col.11.verſi.in eadem gl.ibi,item fallit ſi extraneus.ff.ſol.mat.Quamuis,vt ipſe dicit,multa inconuenientia inde veniãt,videlicet quòd dos repetitur cõſtante matrimonio,contra ius commune.Item quòd matrimoniũ erit ſine dote. Poſtremò quòd fit reuocatio cõtra fauorem publicũ.Adde & tu ad Parpa.in præiudiciũ mariti,reſpectu cuius dos ipſa eſt titulus onerosus,vt patet ex iis quæ diximus in præcedẽti gl.& qui ideo veriſimiliter illã vxorẽ ſine ea dote non duxiſſet.Et propterea poſſet dici,quòd licet reuocetur huiuſmodi datio dotis in præiudiciũ ipſius mulieris,cuius reſpectu dos ipſa eſt mera,vt diximus,donatio,& titulus lucratiuus: nõ tamen in præiudicium mariti,cuius reſpectu dos cõtrà onus eſt, niſi dicas imputandum eſſe viro, qui debuit cogitare dotẽ hanc eſſe reuocabilem natiuitate liberorũ donantis.Sed in alia donatione,quã extraneus facit ſpóſo fauore matrimonij,eſſe locũ huic l.expreſsè cõſuluit Alex. ſecutus Iaſ.conſi.171.viſo inſtrumẽto dotis,col.2.verſi.nec prædictis,& iterum col.5. verſi.hinc eſt quòd quando extraneus,lib.4.Steph.Bertr.nulla tamen Alex.mentione facta,conſi.76.viſo inſtrumento,ad fi.l.ij.iterúmque conſi.257.ſiue donatio,eo.lib.2.& rurſus conſi. 383.viſo caſu,eod.lib.2.De quo & nos diximus ſuprà in præfatione,nu.72.ſecundò intellige.

244 *Donatio facta à patre cauſa dotis nõ reuocatur per natiuitatem ſequentiũ liberorum.*

¶Nec abs re ſuprà locuti ſumus in prin.huius quæſt.de huiuſmodi donatione facta ab extraneo: nam ſi fieret à patre cauſa dotis,certè talis donatio non reuocaretur per natiuitatẽ ſequentiũ liberorum,tum quia nõ eſt mera aut ſimplex donatio, ſed ob cauſam,vt probatur in l.cũ multæ. C.de dona.ante nup.& ibi gl.in verbo antiqui iuris, & Bald.col.2.Et hinc patet quòd non valet ſimplex donatio inter patrem & filiamfa.l.donationes.C.de don.inter vir.& vxor.cũ ſi.valet tamen cauſa dotis.l.Pomponius Philadelphus.ff.fami.herciſ.Et quòd habemus diuerſos titulos,de inof.doti.Ex quo & diuerſitas vtriuſque in potẽtia & effectu ſatis apparet,per l.ſi idẽ,& ibi Bart. & Bal.C.de codic.Nec valet ſimplex donatio ſine inſinuatione.l.ſancimus.C.de don.valet tamẽ cauſa dotis.l.vlti.in prin.& ibi Bar.Bal.& alij.C.de iure dot.& l.vlt.C.de dona.ante nupt.Ex quibus & aliis quibuſdam rationibus Iaſo.d.conſi.171. nuper allegato aſſeueranter reſpondit huiuſmodi donationem factã à patre filiæ cauſa dotis,non reuocari ex hac l.& ante eum Soci.cuius & ipſe meminit,conſi.147.viſa facti contingentia,col.vlt.lib.1. Et idem de donatione propter nuptias facta à patre filiofa.aut emancipato,tenuit Imo.in c.vlt.col.3.verſi.tertiò caſu,extr.de dona. Sed & idem in ea donatione propter nuptias facta ab extraneo,apertè ſentit Steph. Bertr.d.cõſi. 383.lib.1. { Sed huic contradicunt quæ diximus de dote data ab extraneo,neque enim hæc donatio ob nuptias plus habet fauoris quàm dos. }

245 *Donatio facta cauſa mortis,an reuocetur per ſuſceptionem liberorum.*

¶XIII.vtrùm etiã donatio cauſa mortis reuocabitur per ſuſceptionem liberorũ?Videtur quòd non.nam cùm iſta l.ſit exorbitans,vt ſuprà latè docuimus in verbo,libertis, poſt prin.eſt ſtrictè & propriè intelligenda.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat.cum ſi. Ea autẽ de donatione ſimpliciter loquitur.Ideo de ea tãtùm intelligenda eſt,quæ propriè donatio eſt,vt diximus etiã ſuprà in prin. huius gl.Sed donatio cauſa mortis nõ eſt propria ac vera donatio.l.j.ff.de dona.& l.ſenatus.§.ſed mortis.ff.de don.cau.mor.Ideo nec aliàs cõprehenditur ſub permiſsione,quæ fit alicui,vt poſsit donare.l.filiusfa.verſ.ſed enim,& ibi no.Ang.ff.de dona.Ex quo etiã Bar.ibi,& ante eũ Iac. Aret. negãt cõprehendi ſub ſtatuto loquente ſimpliciter de donat.quod & voluit ipſe Bar.in d.l.j.in fi. eo.tit.& Bal.in authen.eo decurſum,ante fi.C.de dona.ante nup.& cõſi.168.inci.iſta conſtitutio, lib.4. { vbi dicit quòd ſtatutum requirens quandam ſolennitatẽ in donatione minoris,nõ habet

locum



locum in donatione cauſa mortis, } & Corn.conſi.cvij.videtur in hac cõſultatione,lib.4.& Iaſo. & Phil.Dec.in l.ſi tibi pecuniam,vterq; in ij.no.ff.ſi cer.pet.cum ſi. quæ tibi collegimus in tract. de legib.connubia.in gl.iij.in iiij.q. { Ex quo item Bal.in c.quia G.ad fi.extra de iudi.dicit, quòd ſi ſtatuto prohibeatur donari forenſi,poterit tamen ei donari cauſa mortis,quod dicit bene notandum,quia ſæpe ex facto cõtingit,& id dicit ſing.licèt dubitet Iaſon in l.ij.col.pen.verſi.noua. ff.de leg.j.& expreſsim hanc l.non habere locum in huiuſmodi donatione cauſa mortis, reſpondit Caro.Ruin.conſi.lxij.ex duobus,col.vlt.nu.12.lib.ij. }

246 ¶Verùm Pau.Caſt.conſi.ccccxxxiiij.reſpondeo per ordinem,in v.dubio,lib.j.expreſsim cõſuluit hanc l.& in donatione cauſa mortis obtinere. Nam cũ loquatur,inquit, ſimpliciter de donatione,& ſine dubio habeat locũ in donatione ſimplici,& inter viuos , multò magis & in donatione cauſa mortis , quæ minori nititur firmitate.Et hoc dicit voluiſſe Bar.in l.filio præterito,col. 4.verſi.præterea certũ eſt quòd donatio.ff.de iniuſt.teſta.vbi nihil dicit de donatione cauſa mortis,ſed de legatis,de quibus poſtea dicemus in ſequen.quæſt.Sed hoc idẽ in hac donatione cauſa mortis voluit & cõſuluit Corn.nulla tamen Pau.mentione facta,cõſi.ccliij.videtur in hac conſultatione,col.3.verſ.vt in ſimili videmus,lib.4.motus quidem præter illam rationẽ,aliis duabus. Primum enim,quia eſt eadem vtriuſque ratio,& loquitur lex noſtra generaliter.ff.de lega.præſtã. & l.ſi pluribus.ff.de leg.ij.& c.quia circa,de priuil. lib.6. Item quia valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates.l.ſeruum filij.§.qui chirographum.ff.de lega.j.& l. ſi ex legati cauſa. ff.de verb.oblig.& l.vlt.C.de lega.

*Hæc lex ex Pau.Caſt.ſententia habet locũ in donatione cauſa mortis.*

247 ¶Tu autem ad Pau.& Corn.potes addere tex.optimum in l.alienatum.§.donationis.ff.de verbo. ſigni.vbi ita ad verbum ſcribitur,donationis verbum ſimpliciter loquendo omnem donationẽ comprehendiſſe videtur,ſiue mortis cauſa,ſiue nõ mortis cauſa fuerit, quem tex.dicit no.Signo. conſi.clxxj.cuius exordium eſt,Ser Antonius quondam, col.3.verſi.item quod fortius.Idque eſt quod voluit Bal. { poſt Iaco.Ardi. } in c.j.in prin.col.4.verſi.quæro ſi vaſſallo,tit.de prohi.feud. ali.per Fed.quòd ſtatutum prohibens mulieres donare, comprehendit etiam donationem cauſa mortis.Nam licèt cõceſſa ſimpliciter donatione,non cẽſeatur conceſſa donatio cauſa mortis,per d.l.filiusfa.ideoque vaſſallus cui permiſſum eſt donare,non id poſsit facere cauſa mortis , tamen prohibita ecõtrario donatione,includitur cauſa mortis donatio:quia à quo remouetur genus, & quælibet eius ſpecies remota eſſe intelligitur,per d.l.filiusfa.§. pari autem ratione. quod dicit eſſe notandum,& ſequitur Car.Alex.ibi,& Franc.Aret.in l.qui in poteſtate,poſt princ.ff.de teſta. { & Barb.conſi.23.clemẽtiſsimũ,col.j.lib.4.vbi id dicit ſing.} & Bertha.qui id dicit ſin. in tract.Gabe. in iij.parte viij.partis prin.in xij.q. { & Fran.Ripa in l.ij.col.4.num.10.in fi.ff. de leg.j. } Ex quo etiam ſequitur,quòd l.noſtra loquens ſimpliciter de donatione,habeat locum in donatione cauſa mortis,cùm tendat ad ipſius donationis non permiſsionem,ſed potiùs deſtructionem.

*Donationis uerbũ ſimpliciter loquẽdo omnem donationem comprehendit.*

*A quo remouetur genus, & quælibet eius ſpecies remota eſſe intelligitur.*

248 ¶Confirmatur item ex eo,quòd licèt l.ſi quis argẽtum.C.de dona.diſponens, vt ex nudo pacto donationis oriatur actio,& ita exorbitans à iure communi,vt aſſerunt Ray.Bald.& Ang.in l.iuriſgentium.§.ſed cùm nulla.ff.de pact.& Bar.in l.ſi tibi decem millia,in prin.ff.eo.tit.& ſuprà alibi diximus ver.152.inci.ſicut etiam videmus.Et ea tantùm loquatur de donatione ſimpliciter,ſicuti hæc l.noſtra.Tamẽ trahitur ad donationẽ cauſa mortis,vt voluit gl.in l.cùm pater.§.Mæuio, tum in verbo donabat,tum quoq; in verbo,reuocaretur,& ibi etiã Bar.Bal.& alij.ff. de leg.ij.quã Bal.ipſe & multi ex iis quos ſtatim citabimus,dixere vnicã & ſing.Sed eſt alia in l.ij.in fi.magnæ gloſ.in illis verbis,& ſit inualida iure veteri. { & ibi Bal.} C.de iur.dot.Et alia quoque,ſi ſolerter expendatur,in §.j.in glo.j.Inſti.de dona.prout etiam annot.ibi Io.Plat.in ij.no.qui id ſequitur & Ang.Aret.col.j.Et alia itẽ in l.vt hæredibus,& ibi etiã Bal.ff.de leg.ij.& voluerunt etiam Dy.qui illam primam dicit ſing.& Ang.in l.qui in poteſtate.ff.de teſta.& Cy.in l.j.col.j.& ibi quoq; Bal. poſt prin.& iterum verſi.item hæc l.C.de dona.cau.mort.& idem Cy.in l.vlt.ante fi.C.eo.Bar.& alij in l.j.ff.eod.Bald.in l.cùm hi,in princ. { in vtraque lect. } col.ij.ff.de tranſ.& in l.ij.& ibi etiam Ang.qui illam dicit ſing.Imo.Alex.col.ij.Franc.Aret.col.j. { Iaſ.col.ij. } ff.de leg.j. & idem Bal.in l.j.in ij.lect.col.3.ff.de leg.ij.& { idem Bal. } in l.ſi quidem,in fi.C.de actio.oblig. { & in l.ſi donatione.C.de contrahen.empt. } & in authen.ex teſtamẽto,col.3.C.de colla.& in l.ſeniũ, circa medium.C.qui teſt.face.poſ.& in l.j.§.ſin autẽ aliquid ſub conditione, { & ibi quoque Sal.vterque,} in fi.C.de cadu.tol.vbi & illam primam gl.ipſe Bal.dicit ſing.& in l.executorẽ, col.ij.verſi.modò vidi dubitari.C.de execu.rei iudi.& in l.cùm virum,col.j.verſi.ex hoc.C.de fideicom.vbi etiam dicit illam gl.ſing.& in l.ſi mortis.C.ad leg.Falci.& in §.aliæ,& ibi etiam Ioã.Fab.Inſti.de don.& in c.j.ad fi.extra de confirma.vti.vel inuti.vbi negat illam { priorem } gl.eſſe alibi,& in c.ex parte decani,col.ij.verſicu.& no.quòd mandatum,extr.de reſcrip.vbi & eam dicit vnicam cum ſuo tex.& in c.cùm veniſſet,col.j.de teſti.vbi item illam dicit ſing.& in c.cùm contingat,col.6.verſi. nunc ſequitur,de iureiur.& in tracta.de pact.col. xij.verſi.item quæro cum gl.dicat,& in ſua margari.in verbo,donatio,col.j.& iterum vlti.& conſi.294.quæritur vtrũ vſurarius,poſt prin.lib.ij.& Aluiſius Peru.inter cõſi.ipſius Bal.cõſi.248.an cæcus poſsit,col.j.lib.v.Collect.in c.paſtoralis,col. ij.verſi.& pro euidẽtia,extr.de dona.Io.Fab.Ang.& Saly.in d.l.ſi quis argentũ.§.vlti.& idẽ Ang. in l.licèt inter priuatos,col.ij.& ibi quoque Fulg.Alex. { Fran.Aret. } & Alciat.in prin.C.de pact. & idem Ang.in repe.l.ſi certis annis,col.ij.eo.tit.& in l.cùm ex cauſa,& ibi etiam Alex.qui eam l.

legit cum l.tempus.ff.de re iudi.vbi Ange.dicit eam gl.ſing.& idem Ang.in l.in ædibus.§.j.& ibi quoque Imo.ff.de dona.& ipſe Ange.in diſput.incip.Aitenſis miles.& conſi.clxxxiij.ex themate prædicto,col.iij.verſi.item non valet.quod quidem conſi.iterum ingeſtũ eſt in conſi.Petr.Anch. conſi.cciij.quo etiã dicit dictam glo.ſing.& ipſe item Ang.conſil.ccclxxxiij.non oportet,col.j.vbi etiam aſſerit illam gl.eſſe vnicam, { Petr.Anc.conſi.lxxvj.per modum,col.ij.verſi.ſed ad hoc dubium. } Fulg.conſi.clj.viſo exemplo.col.vlt.verſi.tertiam autem, { & conſi.ccxvij.viſo exemplo, col.vlt.} Panor.conſi.xl.factum in effectu ſic proponitur,col.ij.lib.ij.Pau.Caſt.conſi.lxxv.notandum eſt quòd præfatum ſtatutum,ad fi.lib.ij.Rom.ſing.cccccxxv.ſed quæro tu ſcis. Aegid.Belmer.cõſi.xxxix.factum eſt tale,dominus Humbertus,col.4.verſi.nec mirum, { Petr.Ferra.in tit. for.libel.quo agi.pro dona.in gl.j.col.3.verſi.amplius quæritur. } Alex.in l. iuriſgentium.§. quinimo,col.pen.& ibi latè & doctè Fortu.Gartia.chart.vlti.ff. de pact.& ipſe Alex. in l.qui Romæ.§. Flauius,col.vlti.ff.de verb.obl.& conſi.cxiij.perſpectis,col.2.lib.6. { Ang.Aret.in §.in perſonam, col.4.verſi.& prædicta procedunt,{ & ibi etiã Iaſ.col.10.verſi.an autem,Inſtit.de actio. } & idem Iaſ.in l.ſi quis cum debitore,in fi.ff.de iureiur. { Corn.in l.ij.col.2.verſi.item in donatione.ff. de leg.j.vbi hanc dicit communiorem opi. } Corn.conſi.xcij.in hac cauſa,ad fi.lib.j.& conſi.cxxix. videtur prima facie,col.j.lib.ij.& conſi.cvij.videtur in hac conſultatione,poſt prin. {& iterũ col. 3.verſi.nec etiam ibi dictis, } lib.iiij.vbi & illam gl.dicit ſing.& cõſi.ccxxxvij.viſo themate,col.1. eo.lib.iiij. { Barb.qui hoc latè diſputat in rub.ext.de dona.col.2.verſi.ſecundò quæro. } Soci.cõſi. cxij.multùm abunde,col.4.verſic.ſuccedit nunc tertia,lib.j.quod repetitum eſt conſi.clxxij.lib.ij. & idem Soci.conſil.ccxxxv.viſa contingentia,col.3.verſi.nec primo obſtat,lib.ij. & conſil.cxxv. non inſiſtẽdo,col.2.lib.iij.Phil.Dec.in rub.C.de pact.ad fi. {& in l.ſemper qui non prohibet,col. 1.ff.de reg.iur.& ibi Steph.Bertran.conſi.clvj.ex themate,nu.11.lib.iiij.& lib.j. } & Anto.Rubeus conſi.xciij.viſo themate,paulò ante fin.

249 *De eadem re.*
¶Quibus accedo,etiam ſi diuerſum cenſuerunt Signo.cõſi.clxxj.Ser Anto.col.6.& Imo.ſibi contrarius,qui tamen Signo.nullam mentionem facit in d.l.cùm ex cauſa. & Rom.ſibi item contrarius,in l.j.& in l.ſi mortis.ff.de don.cau.mor.& ſubobſcurè Io.Ana.in ca.quia in omnibus,col.13. verſi.tertiò quærit,extr.de vſur.& Ang.Are.ſibi quoque contrarius in d.§.j.Inſtit.de don.& Soc. ſibi etiam contrarius , in d.l.ij. { verſic.ex qua concluſione. } col.2.ff.de leg.j.& clanculum ante hos gl.in l.j.in verbo,actio,ad fi.C.de dona.cau.mor.

250 *L.cũ auus.ff. de cõd.& demõ.habet locũ in donatione cauſa mortis, quamuis ſit exorbitãs.*
¶Denique huc ſpectat,quòd l.cùm auus.ff.de cõdi.& demon.& ſimiles, ex quarum intimis præcordiis eruta eſt hæc l.noſtra,ſuprà in præfatione,vt diximus,habent locum in donatione cauſa mortis,ex ſententia gl.Cy.Bal.& aliorum in l.j.C.de don.inter vir.& vxo.Imo.qui illam gl. dicit ſing.in l.ſi cui.ff.de don.cau.mor.& recentiorum in l.cùm acutiſsimi.C.de fideic.& in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſtit.& ſubſtit.& Soc.in repe.d.l.cùm auus,col.57.in fin.viij.q.vbi & hoc probat & lege,& ratione,vt ibi videre poteris.Et tamen ſatis conſtat eas leges eſſe exorbitantes, vt hanc noſtram l.ex ſententia Imo.& ipſius Soc.in d.cùm auus,& latè diximus in verbo, libertis,nu.26.incip.ex his planè.

251 *Hæc l. etiam ſi ſit exorbitans, non impedit tamen quin trahatur ad donationẽ cauſa mortis.*
¶Ex quibus ſatis,vt opinor,euidenter apparet non obſtare quod in princ.huius quæſt.pro contraria parte adductum eſt,hanc l.eſſe exorbitantem,quia hoc nõ impedit,quin trahatur ad donationem cauſa mortis,ſicut & d.l.ſi quis argentum , præſertim cum ſit eadem vtriuſque ratio, vt dicit Corn.Imò maior eſt in donatione cauſa mortis,quod aſtruit Pau.Sitq; hæc l.fauorabilis , vt ſæpius ſuprà diximus,veniatq; donatio cauſa mortis appellatione donationis ſimpliciter, ſaltem ſublata & impropria ſignificatione,quod nemo negat.Ideo hæc l.ad eam trahenda eſt , per tex. in authen.vt hi qui obli.ſe hab.perh.res mino.in prin.& ibi gl.& Ang.cum multis concord.à me adductis ſuprà in eadem gl.verſi.clxxviij.incip.ſimiliterque renuntiatio.

252 *Donatio cauſa mortis non habet effectũ uiuo teſtatore.*
¶Sed vt vides,in hoc vertitur cardo huius quæſtionis,an ſit eadem in vtroque ratio,ſi non maior ſit in donatione cauſa mortis.Nam mihi prima ſtatim fronte nõ eadem eſſe videtur, ſed multò maior in donatione ſimplici:nec item verba huius l.videntur poſſe aptari & cõuenire donationi cauſa mortis. Nam quãtum ad verba pertinet ( nihil enim refert vtrùm iſtorum priùs examinemus) nõ eſt incertæ opinionis,donationem cauſa mortis nõ habere effectum viuo teſtatore, ſed eo tantùm mortuo.fit enim cum donãs habere ſe mauult,quàm eum cui donat : magíſque eum cui donat,quàm hæredem ſuum.d.l.j.ff.de donat.cau.mort.Igitur cùm donatio iſta nõ ſortiatur effectum,niſi poſt mortem donantis,quomodo poteſt res donata ad eum reuerti, quam nõdum habere deſiit? vt ſuprà in alio caſu diximus in gl.in verbo,libertis,in vlt.q.verſic.112.incip.his autem Corne.& Alex.& iterum in hac eadem gl.verſi.186.incip.porrò quod ad caſum.

253 *Minor adultus poteſt donare cauſa mortis ſine curatore , uide tamen infra nu.258.*
¶Ratio autem in caſu noſtræ l.multùm eſt diuerſa. Nam donatio ſimplex ſuapte natura eſt irreuocabilis.l.perfecta.C.de dona.cum ſimi.à me ſuprà adductis.Ideoque magnũ infertur præiudicium donãti,& ipſius liberis,niſi hoc l.noſtræ remedio ſubueniatur,natis ipſis liberis.At donatio cauſa mortis liberè poteſt reuocari,& quidem ſola donãtis pœnitentia.l.non omnis,in princ.ff.ſi cer.pet.& l.mortis cauſa donatio etiam,& l.qui mortis,& l.ſenatus.§.mortis cauſa.ff. de don.cau. mor.& l.Seia.ff.de dot.præleg.Ex quo fit,quòd licèt adultus habẽs curatorem nõ poſsit donare aut cõtrahere ſine autoritate curatoris.l.ſi curatorem habens.C.de in integ.reſti.mino.cum ſimil. poteſt tamen liberè donare cauſa mortis incõſulto,inſcioque ipſo curatore,vt voluit Bal.& poſt eum



eum Alex.in d.l.ſi curatorem,& idem Bald.in l.j.in princi.circa med.ff. de tutel.& ratio.diſtra.& conſi.cviij.domina Ioanna,col.pe.verſi.ſextò eſt videndum, lib.iij.& Ioã.Ana.in c.quia in omnibus,col.15.in iiij.q.extr.de vſur. { Iaſ.in l.ij.col.3.verſi.licèt omnis.ff.de leg.ij. } & And.Alcia. { in l.ij.in prin.nu.11.ff.de verb.obli.& } in lib.iij.de verbo.ſigni.in v.principali axiomate.Anto.Rub. conſi.xxvij.difficultas caſus,in fi. { Et facit tex.in l.j.in prin.ff. de tutel.& ratio.diſtrah. vbi dicit, quòd ſicut teſtamenti factio non eſt pupillis conceſſa,ita nec mortis quidem donatio,quaſi dicat hæc à pari procedere,& iis permitti donare cauſa mortis,quibus & teſtari,& ediuerſo. }

254 *Minor liberè teſtari poteſt.*
¶Nam & idem liberè teſtari poteſt.l.ab Aurelio.§.Caius,& ibi gl.in verbo,intra legitimã. {& ibi Bar.in prin. } ff.de libe.lega.& l.ſi frater.C.qui teſtam.face.poſ.& volunt etiam gl.Bar.Ang.Imo. Raph.Co.Alex.& alij.in l.j.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb.& Bal.in l.ea lege,col.4.in ij.q.C.de cõdi. ob cauſ. { & conſil.lxxxiij.an prohibita alienatione,ad fi.lib.ij.& Barb.conſi.xxiij.clementiſsimũ, col.3.lib.iiij.vbi in hoc dicit ſing.tex.in d.§.Caius. } Idque ſiue habeat curatorem,ſiue nõ habeat, ſecundũ { gl.& Bar.in d.§.Caius,& } Bal.in c.in præſentia,col.5.verſi.nota quòd adultus.extr.de proba.per d.gl. { in d.§.Caius } quam ad hoc dicit ſing.& eundem Bal.conſi.ccxxxiij.verba ſtatuti,circa med.lib.ij.vbi dicit illam gl.ad hoc no.Sed & id etiã ſine autoritate ipſius curatoris, vt { illi ſatis innuunt,& apertè aſſerunt Dy.& Albe.in l.cùm pater.§.curatoris.ff.de leg.ij.& idẽ Bal. in l.j.tam in lectu.col.4.verſi.deinde quæro quid de prodigo,quàm in repe.col.8.verſi. duodecimò quæro.C.de ſacroſan.eccle.& in l.ij.C.quando decre.opus nõ eſt,vbi ex hoc dicit quòd adultus in teſtamentis habet iura maioris, } in d.l.j.ff.de tutel.& rati.diſtra.& in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtit.& vtrobique per tex.in d.§.Caius,quem dicit ſing.& Pau.Caſt.conſi.cccxlij. conſiderandũ eſt,col.3.verſ.nec obſt.lib.1. { Et Iaſ.in d.l.ij.col.3.ff.de leg.j. } Imò vero etiã ſi curator ipſe contradicat.d.l.cùm pater.§.curatoris.ff.de leg.ij.& voluerũt Bal.& alij in d.l.ſi frater. { Iaſo. in l.quæ de legato, col.vlti.ff.de leg.j. } Atque etiã circa alienationem rerum immobiliũ citra decretum iudicis,ſecundũ Bal.in l.j.in princ.ff.de reb.eor.& in d.l.ij.C.quand.decre.op.non eſt,& in l.ea lege,col.4.verſi.ſecundò quæro,& ibi Saly.col.pen.verſi.quæro quidam donauit.C.de cõdi. ob cau.& idem Bald.in c.j.col.j.verſi.quid vbi,tit.per quos fiat inueſtit.& } conſil.ccclj.in bonis feudalibus,col.2.verſi.ad euidentiã,lib.j. { & d.cõſi.cviij.domina Ioanna,vbi ſuprà,lib.iij.& cõſil. cccx.ad euidẽtiam,in prin.eo.lib.iij. } & Alex.cõſi.ccxv.ponderatis narratis in themate, col.1.lib. 6.& in d.§.fuit quæſitum,col.4.verſi.ſed iuxta prædicta,& ibi quoq; Iaſon in fi.qui hoc multùm commendat,& dicit mirabile,ſicut etiam dicit in d.l.ſi frater,in fi.& Phil.Dec.in l.vlti.col.2.verſ. & iſta concluſio.C.de pact. { & in c.in præſentia,col.2.in xiiij.no.extra de probatio. } & Hippo. Marſi.ſing.ccccclxv.aliqua ſunt,& ex recent.Alcia.in l.verba contraxerunt.ff.de verb.ſigni.& D. Benedict.in repe.c.Raynutius.in verbo,Adiectæ impuberi,nu.90.ext.de teſta. { Nec ſolùm alienare poteſt in teſtamento res immobiles,ſed etiam iubere,vt alienentur,Bal.in l.prædium, quam legit cum l.illud.C.quando decre.op.non eſt,& Iaſ.in d.l.quæ de legato,vbi ſuprà. }

*Etiam ſi habeat curatorem.*

*Et ſine autoritate illius.*

*Etiam ſi curator contra dicat.*

*Etiam circa alienationem immobiliũ & ſine decreto.*

*Poteſtq; etiã iubere in teſtamento ut alienentur.*

255 *Ad idem.*
¶Ad quæ omnia facit & tex.in l.fundum,quæ eſt iij.§. minor.xxv.annor.ff.de fund.inſtru.& tex. omnium optimus,quem nullus illorũ citat,in §.cùm ergo,Inſtit.quib.ex cau.manu.non licet,qui loquens de maiore xiiij.annis, ſed minore xxv.hæc verba adſcribit,cui totorum ſuorũ bonorum in teſtamento diſpoſitio data eſt.Nempe cùm nulla hinc læſio oriri poteſt , quia poteſt quandocunque , cum voluerit,& ita alio remedio ordinario reuocare. Nam & hanc rationem aſsignant Ang.Imo.Raph.Co.& Alex.in d.§.fuit quæſitum. Ex eoque negant ei competere reſtitutionem in integrum aduerſus huiuſmodi teſtamentum, cùm via ordinaria ſibi conſulere poſsit , ſcilicet reuocando. { quod & repetit Phil.Dec.cõſi.cclxxix.placet mihi,col.1.& iterum ij.& ante eos voluit Bar.in l.verba contraxerunt.ff.de verb.ſignifi. }

*Nec in id competit reſtitutio in integrũ.*

256 *Donatio cauſa mortis ſola pœnitẽtia reuocatur.*
¶ Quæ ratio magis obtinet in donatione cauſa mortis , quæ liberiùs faciliúſque reuocari poteſt, quàm teſtamentum.Nam ea ſola pœnitentia reuocatur,vt diximus: non etiam teſtamentum,niſi fiat aliud teſtamentum æquè ſolenne,per tex.optimum in §.ex eo ſolo, Inſtit.ex quib.cauſ.teſta. infir.& voluit Fede.Senen.aut alius quiſquis eſt,inter conſi.illius conſi.clxv.gloſæ referuntur in dubium.& Bar.in l.de iure.ff.de leg.iij.Igitur cum ſit etiam in libero arbitrio donantis cauſa mortis,poſt natos liberos donationem reuocare, & id quidem iure communi & ordinario : certè videtur non competere hoc remedium extraordinarium & exorbitans ab ipſo iure communi.l.j.§. ait prætor.ff.de dol.mal.cum iis quæ latè diximus ſuprà in verbo,libertis,in vlti.q.verſi.114.inci. ſuperioribus quoque rationibus.

257 *Donatio cauſa mortis reuocari poteſt etiã non ſuſceptis liberis.*
¶Et id quidem eò magis,quòd ſi pater ſuſceptis liberis non reuocat hãc donationem cauſa mortis, quod liberè poteſt facere etiã non ſuſceptis:nõ obſcurè oſtẽdit eo ſe ſemper animo fuiſſe,vel ab initio donationis,vt donaturus fuiſſet,etiam ſi de liberis cogitaſſet,argum.tex.no.in l.iij.C.de inoffi.teſta.Nã & aliàs ſæpe ex ſequentibus colligitur,qualis animus in præcedẽtibus fuerit.l.ſed Iulianus.§.proinde, {ibi,intelligẽdumq; ab initio ſic accepiſſe.} ff.ad Maced.& l.poſt contractũ,& ibi Bar.& cæteri.ff.de dona.& l.ſi ſeruus plurium.§.vlti. { & ibi Floria, & Iaſ.} ff.de leg.j. {& l.ſi vxori.§.vlt.& ibi no.ff.de leg.iij.& l.ſed ſi maritus.§.vlt.ff.qui & à quib.& l.quædã.ff.de reb.dub.} & l.ſi concubinam.§.ſi res amotas.ff.rer.amot.& l.cùm quis,circa fi.C.de natu.libr.& l.venter, in fi.ff.de priuil.credi. { & §.pauonum,ibi,reuertendi autem,Inſti.de rer.diuiſi.& } c.officij, de elect. & cap.peruenit,& ibi gloſ.xviij. diſt.& c.cùm per bellicam. xxxiiij.q.ij.cum ſi.& hoc argumento

vſus eſt { Bar.in l.cætera.§.vlt.ff.de leg.j.Rapha.Co.conſi.v.nauta quidam,col.vlt.Petr.Anc. cōſi. 251.ex his quæ ſuperiùs,col.1. } Pau.Caſtren. { conſi.331.in cauſa Sylueſtri, col.2.verſic.ſed ex eo quòd dictus,lib.1.& rurſus conſi.343.quia ex allegationibus,in fi.eo.lib.1.& } in d.conſi.434.col. 1.verſi.præterea dico,lib.1. { vbi loquitur nō quidem de iſto caſu,ſed de alio ad hanc l.noſtram pertinente,& conſil.73.in cauſa mota per dominam Dorotheam,in fi.lib.2.& cōſil.256.videtur manifeſtè,col.1.verſi.& quia poſt,eo.lib.2.& cōſi.398.in cauſa vertente in curia,col.vlt.eo.lib.2. } Sufficit autem ſi ab initio donationis animus fuerit donandi, etiā cogitanti de liberis,vt ceſſet l. noſtra,quicquid poſtea contingat,vt no.Bar.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de lega.ij.& alibi diximus,& dicemus poſteà abundantiùs. Quin ſi non præſumens ex eo in præteritū, quod non eſt neceſſe,tamen nunc ſatis conſtare videtur donante nolle reuocari donationem, cùm non reuocet;quod etiam ſufficit,vt nō ſit locus huic l.qui poteſt & expreſsè & tacitè renuntiare ſiue derogare,vt ſatis oſtendimus in prin.& facit quod latè dicemus infrà in gl.ſuſceperit liberos,verſi. 211.incip.ſecundò intelliges procedere,& aliis multis ſequen.

258 ¶Cogita tamē,& vide quid dicā in ſeq.q.& quid etiam dixerim ſuprà in verbo,libertis,in vlti.q. in qua tractauimus an donatio inter virum & vxorem reuocetur ex hac l.& Archi.in c.quicunque , xvij.q.iiij.qui videtur innuere eum tex.huic ſimilem habere locū in donatione inter viuos tantum,quod & expreſsè tenuit in caſu noſtræ l. { Bal.in repe.l.j.col.quæ antepe.præcedit,in iiij. q.C.de ſacro.eccl.& Caro.Ruin.conſi.123.quia agitur,col.3.nu.7.lib.1.& cōſi.62.ex duobus, col. vlt.nu.12.lib.2.& } Steph.Bertr.cōſi.86.Chriſti &c.viſis tribus,col.ij.verſi.ſed vbi teneremus,lib. 2.ea tantùm ratione motus,quòd legata non reuocantur per natiuitatem liberorum,cùm alia ſit ratio donationis de qua loquitur hæc l.quàm legati:nā donatio plus affert præiudicij , vt quæ ſit irreuocabilis: legatū verò poſsit & expreſsè & tacitè reuocari:ideoq; lex voluit prouidere in donatione,quia vbi maius periculum,&c.Et idem eadem ratione dicendum colligit in donatione cauſa mortis,quæ regulariter æquiparatur vltimæ voluntati & legatis,&c.Sed & de hac re differit Anto.Rub.conſi.113.viſo inſtrumento,per totū,ſed ita confusè & obſcurè,vt vix intelligas quid hîc ſibi velit.Cæterū ſuper eo quod ſuprà diximus,quòd minor poteſt libere donare cauſa mortis,vide quæ diximus in tracta.de legib.connubia.in gl.iij.in iij.q. { Sed & ſuper eo quod in prin. huius quæſt.tractatum eſt, an appellatione donationis ſimpliciter veniat donatio cauſa mortis, vide pleniſsimè omnium Barb.in reper.rub.extra de donat.col.2.verſi.& pondera. }

*Legata an reuocentur per natiuitatē liberorum.*

*Minor poteſt libere donare cauſa mortis.*

259 ¶ XIIII.vtrùm hæc lex habeat locū in legatis,verbi gratia,Si filius fuerit in teſtamēto præteritus,irritum eſt teſtamentū,legata tamen rata manēt,per auth.ex cauſa.C.de libe.præte.Quid igitur ſi poſt teſtamentū natus eſt filius teſtatori nihil tale cogitanti , aut etiam tempore teſtamenti habebat filiū,ſed ſibi ignotū, quia fortè neſciebat vxorem abſentē peperiſſe,aut credebat filium mortuū.Parui enim refert,non habeas filium,an habere te ignores:vt latè diximus ſupra in verbo,filios nō habens,verſi.15.incip.ſed & illud in quæſtionem vocatur.Nunquid igitur tunc cōſeruabuntur legata,per d.auth.ex cauſa,an verò irrita manebunt ex hac l.noſtra? In quam rē multa poſſent adduci,quæ diximus in præced.q.quæ tu videbis,ne repetam.Sed & tu præterea videbis omnes hanc rem latiſsime tractantes,tū in d.authē.ex cauſa.tum in l.filio præterito.ff.de iniuſto teſta.ex quibus facilè intelliges rem hāc eſſe admodum obſcuram,fuiſſeque multos qui aſſerunt reuocari,multos qui cōtra negant,multos item qui (vt fieri aſſolet in diuerſis ſententiis ) diſtinctionibus,& alij quidem aliis temperare,& veluti opinionum cōtrouerſias cōponere nituntur, & omnes multis magníſq; rationibus ſubnixos,quas huc adſcribere ſuperſedimus,ne quod in vno ac altero loco abundè ac penè ſuperfluēter tractatū ab aliis cōperimus, huc veluti tranſplantatū inſerere videamur.Erimus igitur nunc contenti ſolam doct. nomenclaturam ſubſcripſiſſe.

*Hæc lex an habeat locum in legatis.*

260 ¶Sunt enim qui ſimpliciter negant d.authen.ex cauſa,habere locum in poſthumis, quin aſſerunt eorum natiuitate reuocari legata.In quibus eſt Accur.in l.ij.C.de poſthu.hære.inſtit.Azo præceptor illius,& Iac.But.prout illos retulerunt doct.in d.authen.ex cauſa,& in d.l.filio præterito. Et hanc quoque ſententiam ſecutus eſt Rayn.Forl.vt retulit Bar.& alij plerique in d.auth.ex cauſa, eandem quoq; ſequitur Oldr.conſi.149.ſuper prima quæſtione,in ij.dubio.Cy.& Ray.in l.j.ff.de teſta.tute.vt retulit Bal.ibi,ſequitur etiam Albe.in l.generaliter.§.ex teſtamēto.ff.de fideicō.liber. & latiſsimè Signo.conſi.24.ſi quæratur nunquid.& rurſum conſil.113.quæſtio eſt an rupto teſtamento,vbi in fi.dicit quòd legens Bononiæ de hoc cōſultus in quadam quæſtione. Neapolitana idem conſuluit cum multis aliis doct.& conſi.item 220.factum ſic præſupponatur quidam ciuis, col.2.vbi & illud idem refert de dicta quæſtione Neapolitana.Bart.in l.in confirmando,in fi.ff.de confirm.tut.& in l.qui filiabus,in fi.prin.ff.de leg.j.& conſi.xiij.ex facto propoſito,col.3. verſi.de tertio autem principali dubio,vbi & hoc dicit tenere Dy.Odof.Mar.Sil.Iac.But.Oldr.& alios,{ & Bal.in l.& poſt litem,in addi.col.pe.verſi.ſuper quæſtione quæ quæritur.ff.de tranſact. } & Card. Flor.conſi.xx.cùm in teſtamentis,in primo dubio.

261 ¶Idque etiam affirmant nonnulli nō leuis quidē autoritatis procedere,ſi in teſtamento fuerit appoſita clauſula codicillaris,nihilo enim ſecius reuocari legata natiuitate poſthumorū.Cuius ſententiæ fuit Albe.Galio.in ſua Margarita,tit.de teſta.verſi.pone quæſtionē de facto. & Spec.vt illū nonnulli allegāt,tit.de inſtrum.editi.§.compendioſè,verſi.pone quidam facit teſtamentum,& ibi quoque Ioan.And.in addi.ipſius,& Car.Flo.d.conſi.20.in ij.dubio,& Soc.conſi.93.teſtamentum

*Legata reuocantur natiuitate filiorū.*

præmiſſum,



præmiſſum,col.3.verſi.ſed tamen his non obſtantibus, lib.4.

262 ¶Contrarium ſimpliciter,videlicet legata non irritari per natiuitatem poſthumorum, ſed cōſeruari ex d.auth.ex cauſa,tenuit Accurſius ſibi cōtrarius in d.l.generaliter.§.ex teſtamento,in verbo,conſtat.ff.de fideic.liber.& in l.ſi pater,in verbo,aut fideicommiſſa,eo.tit.& in l.bona.§. vlt.in verbo,teſtamentum.ff.de capti. & poſtli.reuer.& in d.l.j.ff.de teſta.tut.& in l.iure noſtro.§.vlt.& in l.ſi pater,eo.tit.& in l.ſi quis teſtamento facto.ff.de leg.ij.& in l.j.& ibi etiam Pau.Caſtr.C.de codi.& in l.j.C.de bon.poſſ.contra tab.Pet.Iac.Aret.Iac.Ray.Cy.ſibi etiā contrarius,Fran.Rampo.& Bal.in d.auth.ex cauſa.Nico.Mat.Bal.& Saly.in d.l.j.C.de poſthu.hære.inſtit.Pet.Iac.in ſua practica,tit.de cōdi.ex leg.omnimodo pro legitima portione debita filiæ,col.17. verſi.item poſthumo præterito.Bar.ſecum quoque præter morē pugnans,cōſi.52.in nomine domini Salumben. Ioannelli.Bal.in l. Titia.ff.de inoffi.teſta.vbi tamen dicit quòd prima op.continet æquitatem,& conſi.215.teſtamentum,circa medium,lib.4.vbi dicit de hoc eſſe tex.ſing.no.à Iac.Aret.in d.l.generaliter.§.ex teſtamento.& Ange.conſil.211.ex facto propoſito,col.2.in iij.dubi.Imol.in d.l.filio præterito.Raph.Fulg.conſi.69.punctus talis eſt,Marianus,in fi.Corn. { conſi.158. pro deciſione, col.5.verſi.præterea lex,lib.2.& } conſi.234.placent mihi,col.2.verſi.circa ſecundam,lib.2. & cōſi. 225.antequam aggrediar,col.2.lib.3.vbi dicit ſe ſæpe ita reſpondiſſe & tenuiſſe conſulendo & legendo.& hanc op.Iaſ.in d.auth.ex cauſa,col.4.dicit eſſe communem.

*Qui contrarium tenuerint.*

263 ¶Sed hæc opi.ita à multis ſcinditur, vt eam cum priori concordent,vt videlicet poſthumus non reuocet legata,ſecundum poſteriorem op.ſi is fuerit ſcienter præteritus,quia teſtator de eo cogitabat,& nihilominus illum præteriit.Secus ſi poſthumus ipſe,aut etiā iam natus ( vt nūc vtrunque cōiungamus ) ignorāter fuerit præteritus,quia teſtator nō cogitabat de poſthumo,aut iā natum filiū ignorabat,vel eum mortuū putabat. Nam tunc,inquiunt,nō locus eſt d.auth.ſed huic noſtræ l.Ita voluerūt Bar.huius diſtinctionis veluti anteſignanus,& poſt eū Ang.Paul.Ca.Guid. Pap.& Ioan.à Monteferrato in d.auth.ex cauſa.Bart.Bald.& Ange.in d.l.filio præterito, Bar.in l. cùm mater.ff.de inof.teſt.& in l.j.in vj.q.ff.de iure codi.& in l.in cōfirmādo,in fi.ff.de cōfir.tut.& in l.tale pactū.§.vlt.in fi. { per illum tex.} & ibi Ang.& Pau.Caſt.ff.de pact. & idem Bar.in repe. l.j.in ij.q.v.q.prin.C. de ſacroſ.eccle.vbi & hoc quoque dicit procedere in relictis ad pias cauſas, & conſi.146.viſo prædicto puncto,& conſil.204.Cechus condidit teſtamentum,& conſil.220. omne illud,& conſi.235.Lapus fecit teſtamentū Benedict.Plūbi.in d.l.generaliter.§.ex teſtamēto. ff.de fideicom.liber.Bal.& Ang.in l.Titius,in prin. { & ibi Frā.Arc.} ff.de lib.& poſth.& ipſe Bal. in d.l.j.ff.de teſta.tut. { & in l.ſi totas.C.de inoffi.don.& in l.ij.§.ſi quid ex te.ff.de cōdi. inde.} & conſi.239.quia vltimus paſſus,col.1.lib.3.& conſi.424.præſuppoſito quòd dictus teſtator, libr.4. Ang.hîc,& in d.l.j.C.de bon.poſ.cont.tab.& in l.militis codicillis.§.in ſupremis. { & iterum in l. qui iure. } ff.de milit.teſt.& in §.ſiue igitur,col.4.verſ.dici poteſt,in auth.vt cū de app.cog.& cōſi. 76.poſita pro cōſtanti,col.vlt.verſ.ſecundò de ſecundo.& conſi.108.iſta quæſtio,in ij.dub. Petr. Anch.& legēdo & cōſulendo,vt retulit Imo.in d.l.filio præterito.Nam & ita eum cōperi tenuiſſe in c.ſi pater,in vij.no.de teſta.lib.6.Card.Flo.conſi.20.cum teſtamentis,col.j.verſi.quò ad primum.& Rom.conſi.122.circa id quod effectualiter,col.2.verſi.quo ad ſecundum,Ioā.Ana.conſi. 28.viſis & ponderatis,col.2.& ibi etiam Bol.in addi.col.4.verſi.de prima præteritione.Alex.conſ. 41.viſo tenore,col.pen.lib.1.& cōſi.47.abunde per celeberrimos,col.2.verſi.quo ad quintū,lib.2. vbi dicit quòd periculoſum eſſet tenere contrariū.Barb.in rep.l.cùm acutiſsimi,col.3.verſic.nihilominus credo.C.de fideic. { & in repe.rub.C.qui admit.col.21.verſi.xviij.adduco,} & in repe.c. Raynaldus,col.6.verſi.non obſtat cum dominus,ext.de teſta. { & conſil.60.illud afferam,col.2. verſi.& ex iſtis,lib.2. } Fran.Aret.cōſi.24.quatuor dubia,col.1.verſi.pro iſta cōcluſione, { & cōſi. omniū vlt.vbi & ita dicit cōſuluiſſe Bapti.Sanſauer.& hanc eſſe communem opi.& Steph. Bert. conſi.x.viſo teſtamento,per totū,lib.4. } Soc.d.conſi.93.quo loco ſuprà citauimus,lib.4. { Caro. Rui.qui & hanc dicit æquiorē,conſi.ij.q.col.1.lib.3.vbi hanc rem latè tractat, & conſi.6.quod eſt eo.initio etiam col.1.eo.lib.3. } & Alcia.lib.1.de verb.ſigni.char.vlt.& D.Guid. Benedict.in rep.c. Raynutius.in verbo,in eodem teſtamento relinquens,nu.232.extra de teſtam.Et ita quoq; videtur voluiſſe Sign.in illis conſ.ſuprà in prima parte allegatis,ſi ſolerter legantur.Et hanc opi.dicit eſſe ſeruandam in practica Corn.in d.auth.ex cauſa , col.x.Et pro ea facit text.in l.idem eſt,quæ eſt iij.ff.de condi.inde.

*Poſthumus an reuocet legata.*

264 ¶Et hanc quoque ſententiā probat vetus opinio.Nam apud Plautū antiquum Poetā Comicum in Pœnulo,cùm Iachon Pœnus falſo exiſtimans,ſed nō iniuſtis rationibus adductus, filiū ſuum vnicū,cui in ea fabula Agoraſtocli nomen eſt, naufragio aut aliter periiſſe , patrueli ſuo bona ſua reliquiſſet,compertumque poſtea fuiſſet filium illum teſtatoris viuere,Milphio tanquam arbiter quidam honorarius hanc confeſtim ſententiam illi patrueli apertè pronuntiauit;

*Confirmatio præcedētium.*

*Paterna oportet reddi filio bona,*
*Aequum eſt habere hunc,bona,quæ poſſedit pater.*

Cui patruelis aſſentiens atque acquieſcens,ita protinus reſpondit,

*Haud poſtulo aliter,reſtituentur omnia.*
*Suam rem ſibi ſaluam ſiſtam.*

{ A quo nec latum quidem vnguem diſsidet quod ſcribit Valerius Maximus , libr.7.capit.item

vij.cuius

vij.cuius tit.eſt de teſtamentis,quæ reſciſſa ſunt.Militantis ait,cuiuſdam pater cùm de morte filij
falſum è caſtris nuntiũ accepiſſet,aliis hæredibus ſcriptis deceſsit: peractis deinde ſtipendiis ado-
leſcens domum petit,errore patris,impudentia amicorum domum ſibi clauſam reperit. Itaq; de-
poſitis armis coactus eſt in foro togatam ingredi militiam, cum improbiſsimis hæredibus de pa-
ternis bonis apud centumuiros contendit,omnibúſque non ſolùm conſiliis, ſed etiam ſententiis
ſuperior diſceſsit. }

*Poſthumus ſi inſciẽter fuerit præteritus, irrita ſunt legata.*

265 ¶Idque dicũt multi ita procedere,vt ſi ignorãter fuerit iam natus aut poſthumus præteritus, ir-
rita ſunt legata,etiam ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris, ita enim voluit Bar.& huius quoque
op.princeps in d.auth.ex cauſa,col.vlt.& ibi Iac.col.pen.& Pau.Pichus,& idẽ Bart.in d.l.j.in vj.q.
& ibi etiam Ang.ff.de iure codi.& idem Bar.in l.pen.eo.tit.& in omnibus conſi.ſupra allega.præ-
terquam in primo,vbi nihil de huiuſmodi clauſula dicit.Bald.& Angel.in d.l.ſi Titius.ff.de lib.&
poſth.& in d.l.filio præterito.ff.de iniuſt.teſt.Bal.ſubobſcurè in l.qui filiabus,in prin.ff. de leg.j.&
apertiùs in d.l.ſi totas.C.de inoffi.don.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe,ſicuti verè cõſuluit,in illis duo-
bus conſ.ſuprà proximè citatis,& præterea cõſi.clvj.clauſula codicillaris, col.1.lib.2.& conſi.469.
proponitur quòd dominus Antonius,ad fi.lib.5.Ang.in { d.l.qui iure. } ff.de teſta.mili.& in l.j.ff.
de iure codic.& in l.j.per glo.ibi relatam ad tex.C.de codic.vbi id dicit ſing.& menti figendum,
& ita determinatum fuiſſe per collegium Peruſinum,& d.conſi.lxxvj.col.vlt.verſi.de tertio veri-
tas eſt.& etiam conſi.51.ex facto propoſito,col.3.& conſi.cxxxvj.in quæſtione vertente,col.vlt.&
d.conſil.ccx.col.2.in iiij.dubio,& conſi.ccclxiiij.viſa facti narratione,col.3.Card.Flor.d.conſi.xx.
col.1.verſi.quò ad ſecundum,Pau.Caſt.in l.ſicut certi,poſt prin.C.de teſta.mil.& conſi.cc.clarum
eſt teſtamentum,in ij.dubio,lib.1.vbi hoc dicit æquiſsimum.Alex.d.conſi.xlj.col.vlti.lib.1.Corn.
conſi.ccxliij.videtur in hac conſultatione,ad fi.lib.iiij.Fran.Aret.d.conſi.xxiiij.vbi hãc dicit eſſe
communem.& rurſum latè conſ.omnium nouiſsimo,in primo dubio.Socy.d.conſi.xciij.lib.4. &
Barba.qui etiam aſſerit eſſe communem,conſi.lx.illud afferam,col.3.& ſeq.lib.2.& Iaſ.in d.l.j.col.
vlti.C.de bono.poſſ.contra tab.& Steph.Bertr.conſi.clxx.proponitur in facto, nu.5.& ſeq.lib.1.&
conſi.cxcv.ponitur in facto,nu.4.eo.lib.1.& D.Guil.Benedi.in repet.cap.Raynutius,in glo.in eo-
dem teſtamento relinquens,le j.nu.247.& nouiſsimè Anto.Rub.conſi.cxij. viſo teſtamẽto mihi
exhibito,& iterum cõſil.cxxvj.præſens caſus,col.1.& ij.Et hanc op.dicit æquam, licèt non ſequa-
tur,Bal.in l.vlti.C.de codicil.

*Codicillaris clauſula ceſſat cum ceſſat uoluntas teſtatoris.*

266 ¶Et hanc op.confirmat quod ſcribit Bal.in conſ.cccxix.quidã Nicolaus,col.vlt.lib.5.quòd clau-
ſula codicillaris ceſſat cum ceſſat voluntas teſtatoris.De quo & per Phil. Dec.in l.precibus,col.x.
verſi.vlterius tamẽ. C.de impub.& ali.ſubſt.& cõſi.ccv.in cauſa iſtorũ nobiliũ,in fi.& conſi.248.
viſa petitione,col.vlti. { & conſi. 187.in ciuitate Placentiæ,col.3. } & conſi.291. viſis & diligen-
ter conſideratis,col.2.& alibi ſæpe.Nam & ea clauſula non tendit niſi ad conſeruandam volun-
tatem teſtatoris,vt dicit Bal.in l.vlti.col.4.verſi.nunc aliqua.C.de codicil.

*Qui contrarium tenuerint.*

267 ¶Sunt & qui contrarium tam in primo quàm in ſecundo aſſerunt videlicet ( vt primum primo
loco expediamus ) conſeruari legata,etiam ſi poſthumus aut iam natus fuerit ignorãter præteri-
tus,videlicet glo.in l.ſi vxorem prægnantem,iuncto tex.in verbo,ignoranter.ff.de manu.teſta.&
Fran.Rampo.in d.auth.ex cauſa,& in repe.d.l.filio præterito,prout ibi illum retulit Imo.qui idẽ
tenet.& Bal.ſibi contrarius,in l.ſi cum vel in vtero.C.de teſt.mil.& idem Bal.qui hoc dicit præ-
ſertim procedere in legatis modicis,& relictis pro anima vel pro cõiunctis,in d.auth.ex cauſa,&
ibi etiã Saly.Fulg.& Cor.qui dicit hanc eſſe veriorẽ de rigore iuris, ſicuti etiam dicit & latè eam
cõprobat cõſi.cxcv.in hac cõſultatione,per totum,lib.1.& conſi.168.pro deciſione.col.9.lib.2.&
conſi.244.videtur prima facie dicendum,col.4.verſi.nec ob aliud,& ſeq.eo.lib.2.& conſi.cl.pri-
ma facie, col.2.verſicu.ſed hoc non habet obſtare,lib.3.& conſi.cxciiij.videtur in præſenti,col.3.
verſi.& licèt magnum,eo.lib.3.& d.conſi.ccxxv.antequam aggrediar,col.4.verſic.& quia præte-
ritio,cum multis ſequen.eo.lib.3 in quibus locis tamen dicit quòd non auderet firmare,propter
autoritatem Bar.& ſequacium.& rurſum ipſe Bal.in repe.d.l.j.col.antepen.verſi.aduertatis.C. de
ſacroſ.eccl.& Steph.Bertr.conſi.ccxxv.ponitur in facto,col.2.verſi.ſed quicquid ſit, lib.2.& Ioã.
Igne.in d.authen.ex cauſa,char.xix.verſi.tertio inuenio.Et pro hac ſententia bene facit tex.in l.
cùm mater.ff.de inoffi.teſta. quæ ex diametro contraria eſt d.l.idem eſt.ff.de condi.inde.quod à
paucis expenſum eſt: nec video quo pacto ea antinomia tolli poſsit , nam vtrobique pater falsò
putabat filium,quem præteribat,obiiſſe:& ita re tantùm,& non conſilio,vt noſtri dicunt,præter-
ibat.Et tamen in vna lege præſtari non debent legata,in altera debent.Soluat igitur Apollo.

*Lucumonis Demarathi Corinthi filii hiſtoria.*

268 ¶Et hanc partem obſeruaſſe Hetruſcos illos Italorũ antiquiſsimos, iuríſque & diuini & humani
peritiſsimos,planè conſtat ex eo quod ſcribit Liuius lib.1.ab vrbe condi.Lucumo,inquit,Dema-
rathi Corinthi filius erat,qui ob ſeditiones domo profugus,cũ Tarquiniis fortè cõſediſſet,vxore
ibi ducta,duos filios genuit.nomina his Lucumo atq; Aruns fuerũt.Lucumo ſuperfuit patri bo-
norum omniũ hæres.Aruns priuſquam pater moritur,vxore grauida relicta , nec diu manet ſu-
perſtes filio pater:qui cùm ignorans nurũ ventrem ferre, immemor in teſtãdo nepotis deceſsiſ-
ſet,puero poſt aui mortem in nullam ſortem bonorũ nato,ob inopiam Egeno inditum nomen.
Hæc Liuius.In quibus vides Lucumonẽ,cùm ignoraret nurũ prægnantem eſſe ex filio Arunte,
alteri filio omnia reliquiſſe,idq; ratum firmumq; manſiſſe,nec aliquid nepoti ex filio ignorantiã
aui



aui profuiſſe.Eademque ferme tradit Dionyſius Alicarnaſſeus lib.origi.Romanorum tertio.

*Qui teneant ob clauſulam codicillarem cõfirmari legata.*

269 ¶Qui item contrarium dicunt de clauſula codicillari, videlicet quòd ob eam confirmãtur legata,
etiam ſi ignoranter fuerit poſthumus præteritus,ij ſunt Dyn.Iac.Aret.& omnes penè ſcriptores
ante Bar.vt ipſe refert,in d.l.j.in v.q.ff.de iure codi.Oldr.d.conſi.cxlix.in iij.q.& iterũ conſi.161.
thema tale eſt,Titius filium,in vlt.dubio,Ray.& Bal.ſibi contrarius,in l.ex ea.§.vlti.ff.de teſtam.
Spec.titu.de inſtru.edi.§.compendioſè,verſi.item vide Bar.ſubobſcurè conſi.vj.viſo teſtamento,
col.2.Bal.Raph.Co.& Alex.in addi.Bar.in d.l.j.ff.de iure codi.Bal.in l.pen.eo.tit.& in d. authen.
ex cauſa, col.4.& ibi etiam Saly.& Fulg.qui & hanc op.dicit æquam. Alex. { ſibi contrarius,qui
eam dicit eſſe cõmunem, } & Ioan.à monte Sperello.ibi.Idem Bal.in l.vlt.col.pen.verſi.ſed quæ-
rò nunquid iſta clauſula,& ibi quoque Salyc.C.de codic.& ipſe Bald.in l.ſi ita fuerit.ff.de leg. iij.
{ & in l.generaliter.§.ex teſtamento.ff.de fideicom.liber.& in d.l.& poſt litem, in addit.col.pen.
verſicu.ſuper ſecunda quæſtione.ff.de tranſact. } & conſil.cccxcj.factum tale eſt,quidam nomine
Colla.in fi.eo.lib.3.Saly.in d.l.j.ad fi.& ibi etiam Pau.Caſt.ſibi item contrarius.C.de poſth.hære.
inſtit.Ang.ſibi etiam contrarius.d.conſi.cviij.col.vlt.Imo.in d.l.filio præterito,col.9.& in l.qui fi-
liabus,in prin.vbi & hoc dicit ſenſiſſe Bar.ibi.ff.de leg.j.Pau.Caſt.conſi.xv.incipiendo à ſecun-
do,col.2.lib.2.& conſi.cclxxj.quanquam multa ſcripta fuerint,col.vlt.eod.lib.2.Rapha. Co.in l.ſi
quis cùm nullum,in prin.ff.de iur.codic.Ro.d.cõſi.cxxij.Alex. { conſi.xxvj.circa primũ dubium,
col.3.verſi.vel poteſt reſponderi,lib.1.& } conſi.xxxviij.in cauſa mota per Ang.col.2.verſi.& con
ſtat de iure,lib.1.vbi hanc dicit eſſe cõmunem opi.& cõſi.cxxiij.diſcuſsis hæſitationibus,col.pen.
verſi.vel etiam dato,eo.lib.1.vbi dicit hanc eſſe veram & communẽ op.& conſil.clij.circa primã
dubitationem,col.4.verſi.tertio poteſt reſponderi,lib.2.quod errore impreſſorum iterum repeti-
tum eſt conſi.ciij.lib.3.& iterum conſil.50.lib.6.vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam,idem
Alex.conſi.xxx.ponderatis his,col.1.& ij.lib.3.& cõſi.ſeq.eiuſdem prin.col.1.& Corn.ſibi contra-
rius conſi.cxcv.in hac conſultatione, col.pen.verſic.& idcirco,& ſeq.lib.1.& conſi.cxviij.videtur
primo aſpectu,col.pen.verſi.& licèt Bar.lib.2.vbi & hoc dicit tenuiſſe Panor.in duobus cõſi.quæ
reperire non potui,nec credo fuiſſe impreſſa,niſi ſint ex iis quæ ex Paul.Caſtr. ſuprà citauimus,
vtpote quorum ſimilia ſunt initia,quod magis credo.& idem Corne.d.conſil.clviij.col.antepen.
verſi.& idcirco.eo.lib.2.& d.conſi.ccliiij.col.5.& ſeq.eo.quoque lib.2.& conſi.cxxxiij. in hac con-
ſultatione,col.3.verſi.ideo inſtitutio,lib.3.& Bened.Capra,conſi.cvj.punctus cum prout in facto,
ante fi.& iterũ cõſi.cxv.Ieſu Chriſti nomine repetito cũ prout,col.2.Ang.Are.qui ita dicit ſæpius
conſuluiſſe,in §.j.poſt medium,Inſt.de codic.Barba.ſibi etiam contrarius , conſi.vj.vbi Chriſtus
non eſt,in ij.dubio,per totum,lib.2.& Iaſon ſibi etiam contrarius,in d.l.qui filiabus,col.vlti.ff.de
leg.j.Ludo.Bolo.conſi.lxxiij.Antonius Pergamenſis,col.vlt. { Caro.Ruin.conſi.xix.circa præſen
tem,col.3.verſi.ſed præmiſsis,eod.libr.3.Phil.Dec.latè conſi.ccccxc.viſis & circumſpectis,col.1.&
ſeq. } & Steph.Bertr.ſibi item cõtrarius,conſi.cxxx.Chriſti &c.viſo caſu,nu.1.lib.1.& Fran.Ripa
hîc in xxj.quæſtio.

*De eadem re.*

270 ¶Sed circa hanc poſtremam op.debes intelligere , multos ex iis quos proximè citauimus,dixiſſe
ſimpliciter clauſulam codicillarem operari , vt debeantur legata etiam ſi poſthumi fuerint igno-
ranter præteriti: ſed & multos ex iis nõ ita ſimpliciter locutos fuiſſe,ſed nuncupatim intelligen-
tes in clauſula codicillari,quæ ad futurũ quoque tempus refertur,nedum ad præſens , his ſcilicet
verbis,ſi non valet,aut valebit &c.Nam ita,inquiunt,teſtator videtur cogitaſſe de futura ruptura
teſtamenti,& voluiſſe ſibi aduerſus cauſas rumpentes aut rupturas prouidere.Et ideo ſaltem im-
plicitè & in genere cogitauit de poſthumis,quod ſatis eſt,argu.l.placet,& l.ideoque.ff. de libe.&
poſthu.& l.qui iure.ff.de teſta.mili.

*Legata modica an reuocentur,ſi teſtator cogitaſſet de poſthumis.*

271 ¶Nec deſunt qui iterum diſtingunt , an legata ſunt modica, quæ etiam veriſimiliter legaſſet te-
ſtator,ſi cogitaſſet de poſthumis:& ea non reuocãtur,ſed conſeruãtur ex d.auth.ex cauſa,alioqui
reuocãtur,& ita videtur voluiſſe Bal.in d.l.Titius,in prin.ff.de libe.& poſth.Ang.in d.§.ſiue igi-
tur.col.4.verſi.finaliter dici poteſt,in auth.vt cum de appel.cog.Fran.Aret.in d.l.Titius,col.vlti.
& conſi.xcj.viſo legato facto,col.4.verſic.modò cum præterito,& d.conſil.vlti.in primo dubio.
Barba.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.xlv.verſi.pone,teſtator.C.de fideicom.Soci.d.conſi.xciij.teſta
mentum præmiſſum,col.8.verſi.ex quibus omnibus, lib.4.cum aliis cõcord.ſuprà in verbo om-
nia vel partem aliquam bonorum,verſi.vj.inci.ſed illud in dubium,& iterum verſi.xxv.incip. &
in ſimili. {Et cum his conuenit quod tradit Ang.generaliter,conſi.51.Simon notarius,col.3.verſi.
ſolum igitur , quòd per huiuſmodi clauſulam conſeruantur legata , præterito etiam ignoranter
poſthumo , aut iam nato,quem teſtator putabat mortuum , ſi veriſimiliter teſtator legaſſet,ſi de
poſthumo cogitaſſet,aut ſciuiſſet filium viuere,per l.pen.ff.de iure codic. }

*Diſtinctio inter legata & fideicommiſſa particularia & uniuerſalia.*

272 ¶Sunt & qui diſtingunt inter legata & fideicommiſſa particularia,& vniuerſalia , vt ſcilicet in le-
gatis & fideicõmiſsis particularibus clauſula codicillaris operetur conſeruationẽ legatorum,non
etiam in fideicõmiſsis vniuerſalibus.Et ita voluit Iac.Bel in ſua diſput.cuius principiũ eſt,quæri-
tur,pater vel mater condidit teſtamentũ.Quam quidem diſputationem poſuit poſt l.iij.C.de lib.
præte.Priorem tamen caſum intelligit procedere,quando teſtator ſciuit poſthumum natum , &
potuit mutare teſtamentum. Aliàs enim etiam clauſula codicillaris nihil operaretur etiam circa
legata & fideicommiſſa particularia, & cum ſimpliciter refert & ſequitur Alex.d.conſi,cclij.col.2.
& ſeq.

& ſeq.lib.2.quem & tu in hoc vide d.conſi.cxlij.circa primam dubitationem,col.3.verſic.& hoc primò,lib.2.Quin Bal.ipſe in d.l.ſi cùm vel in vtero,paulò ante fi.C.de teſta.mili.ſimpliciter dicit legata particularia deberi etiam filio ignorãter præterito,nõ fideicommiſſa vniuerſalia, nulla clauſulæ codicillaris mentione facta.

*Qui teneant legata reuocari ex præteritione ſcienter facta.*

273 ¶Quid? quod nonnulli à cæteris omnibus penè ex diametro diſtantes tenent reuocari legata ex præteritione ſcienter facta,nõ etiam cùm fit ignoranter tãquam illic ſit maior iniuria, maior impietas,maior dementia in teſtatore. In quam ſententiã dicitur cõſuluiſſe Signo.& concilium Mediolanenſe,vt retulerũt Bal.& Imo.in d.l.filio præterito,& idem quoque voluiſſe Iac.Aret.& Oldr.retulit Corn.d.conſi.clviij.col.9.lib.2.Et in hanc quoque ſententiam pedibus vadunt, qui aſſerunt huiuſmodi clauſulam codicillarem nihil operari in præteritione iam nati, ſed tãtùm in præteritione poſthumi.Cuiuſmodi op.fuit Oldr.in d.l.Titia,vt illum retulit Bal.ibi.ff.de inof.teſtam.& idem Oldr.& Iac.Aret.in d.l.generaliter.§.ex teſtamento.ff.de fideicom.liber.prout illos citat Soci.dicto conſi.xciij.col.2.lib.4.Et qui item ſcribunt hanc clauſulam nihil etiam operari, cùm teſtamentum deficit vitio aut culpa teſtatoris, vt quia præteriuit vel exhæredauit. Secus ſi alio quopiam vitio extrinſeco,videlicet ob defectũ ſolennitatis. In qua ſentẽtia fuit gl.& omnes penè antiquiores doct.in dicta auth.ex cauſa,& Guil.Cu.in l.vlt.C.de codic. Cy.in l.ex ea.§.ex his.ff.de teſta.& Bal.conſi.ccclxxxvj.factum ſuper quo,lib.1.& dicto conſi.cccxcj.in vltimo dubio,lib.3.vbi hanc dicit eſſe communem opi.& conſi.ccccxxxj.inci.gl.in auth.eo.lib.3.& in d.l.j.ff.de iure codi.vbi ita dicit antiquos doct.communiter tenere,& in d.l.ex ea.§.ex his.ff.de teſta.vbi dicit ſæpe hãc partem cõſulendo tenuiſſe.Adeò Bal.fuit leui maleque conſtante ingenio, iudicioque,vt ex tot ac diuerſis contrariiſque opinionibus nulla ferè ſit,quam nõ alicubi ſequatur. Quod vix excuſari poteſt, cùm non hîc tantùm, ſed aliàs ſæpe ſit varius,ac contrarius.Nam id aliquando cõtigiſſe,vt nonnũquam Accur.& Bart.excuſari quodammodo poteſt: cùm Papinianus verè iuris aſylum, ac legalis doctrinæ Theſaurus ab Aelio Spartiano in Seuero Imperatore appellatus,aliquãdo etiam in re eadem in contrarias declinauit ſentẽtias, ſi credimus Iuſtiniano in l.vlt.verſic.ſed cùm in ſecundam.C.de furt. { Et cùm Bal.vbique tam varius fuerit,auſus eſt tamen cõſtanter profiteri non eſſe ſui moris variare,in conſi.cxix.factum proponitur,col.2.verſ.ſed ſi vnũ,lib.3.Adeò in ſuis quiſq; vitiis cæcutit. } Sed vt redeamus, tu ſuper illa poſtrema ſententia vide doct.hãc rem latè tractantes in d.auth.ex cauſa,ſuper gl.vlti. { Et præterea ſuper hac tota quæſtione,Bal.in l.Domitius.§.ex his.ff.de teſta.& in l.cùm mater.ff.de inoffi.teſta.

*Filius adoptiuus ſuccedit patri adoptiuo cum filiis legitimis poſtea ſuſceptis.*

274 ¶Quæro xv.vtrùm adoptio reuocetur, ſi adoptanti poſt adoptionem naſcantur liberi naturales & legitimi? In qua re non eſt opus fruſtra tempus in longas diſputationes trahere. Nam ea dubitationem non recipit:quandoquidem habemus tex.apertiſsimum in l.ſi te parens.C. de ſuis & legit.quòd filius adoptiuus ſuccedit patri adoptiuo cum filiis naturalib.& legitimis poſtea ſuſceptis. Ex quo nemo nõ poteſt intelligere non reuocari adoptionem natiuitate filiorum naturalium,etiam quantum ad vim ſuccedendi.

*Legitimatio filii naturalis an reuocetur per natiuitatem legitimorũ liberorũ.*

275 ¶Quæro xvj.vtrùm reuocetur legitimatio filij naturalis,quam qui purius loquuntur,naturalium reſtitutionem vocant,natis poſt eam legitimationem liberis legitimis & naturalibus.Quæ res in legitimatione,quam facit matrimonium ſubſequens,minimè dubia eſt,vt dicit Bal.in l.cùm quis.C.de natura.liberis.Nam ibi tex.eſt expreſſus,quòd filij ita legitimati ſuccedunt cum poſtea natis,ſicuti etiam cauetur in l.diui,eo.tit. Et hoc quoque pro indubitato aſſerit Bar.& poſt eũ plerique omnes in l.ex facto,in princ.ff.de vulg.& pup.per tex.in d.l.cùm quis.& in §.j.in authen.quib.mod.natura.effician.legiti.

*Baldi ea de re opinio.*

276 ¶Quanquam Bal.ipſe in l.eam quam,col.8.verſi.denuo dubitatur.C.de fideicom.dicit intereſſe, vtrùm poſtea nati ſint ex eadem matre, ex qua & legitimati antè fuerant ſuſcepti, an ex alia: vt priori caſu legitimatio rata maneat,altero irrita.Quam diſtinctionem tamen reiicit Raph. Fulg. conſil. lxv.cuius caput eſt,Titius coniugem non habens,& Anto.Roſel.in tractatu legitimationis,in fi.ij.lib.& ferè omnes indiſtinctè de hac re loquentes.Licèt Franc.Aret.in d.l.ex facto, dicat illam eſſe multum æquam, quia leges multum fauent ei qui matrimonium cõtrahit cum ea, quam iam illicitè compreſſerat.

*De eadem re.*

277 ¶Cæterùm quantum ad alias legitimationes pertinet,res eſt admodum difficilis, & quæ illuſtriũ doct.ingenia variè torſerit.Nam & dubiã & obſcurã eam dicit Bal. cui nihil aliàs propè dubium eſt,in d.l.cùm quis.C.de natu.libe.& Raph.in d.l.ex facto.ff.de vulg.& pup.vbi ob rei difficultatem non auſus eſt ſuum iudicium interponere. & ſimiliter Barba. qui & ipſe ſibi omnia aperta, clara,& dilucida facit aut fingit,primùm quidem conſi.ix.exordio,illud in medium referã,col.4.verſi.vnde eſt inter docẽtes,lib.4.& iterum conſi.xlix.incip.clementiſsimum Deum,col.4.verſi.facit etiam ad hoc,eo.lib.4.Quin & eam veluti in medio relinquit Soc.conſi.ccxij.prima conſultatione,col.4.verſi.omitto illam,lib.2.

*Subſtitutio exemplaris expirat ſuſceptis poſtea liberis.*

278 ¶Verùm Dy.in d.l.ex facto,tenet ſimpliciter reuocari,tum per illũ tex.in quo ſubſtitutio exemplaris expirat liberis poſtea ſuſceptis,tũ per tex.in hac l.noſtra.Nam vt hoc illi addas, legitimatio dicitur donatio ſiue donum patris & principis,in auth.item ſine legitimis.C.de natur.libe.& in §.ſi verò is qui ſolummodo,in authen.quibus mod.natur.effic.ſui.& voluit Bald.in l.2. ad fin. C. ſi quid in fraud.patro.& in l.prima colum.j.C.de iure aur.annul.& in l.ſeruis, poſt medium.





C.de lega.{& in l.nam ita diuus,col.j.ff.de adopti.} & conſi.lvj.an pater,poſt princip.lib.ij.& iterum conſi.cxxix.factum proponitur,colum.ij.verſic.circa tertium,eo.lib.ij.& conſi.lvj. incipio a ſecundo,colum.ij.lib.iiij.& conſi.cij.eſt conſiderandum,col.ij.verſic.item legitimatio, eod.lib.iiij. Ideoque ſicut donatio reuocatur ob ingratitudinem.l.vltim.C.eod.titu.& ita legitimatio, vt dicit Bald.in c.j.§.filij,titu.ſi de feud.fuer.contr.inter do.& agn.& dicam pleniùs paulò pòſt,verſi.cclxxxvij.incip.quinta ratio.

*De eadem re.*

279 ¶Idem autem cum Dyn.in d.l.ex facto,voluerunt Guil.Cu.Alber.& Pau.Caſt.in l.tale pactum.§.vlti.ff.de pactis,per text.ibi,de quo ſuprà in præfatione diximus.dicuntq; ita ipſum Dyn.conſuluiſſe.idem quoque voluit ipſe Guil.in l.j.C.de natu.liber.& Oldra.conſil.ccxlvij. factum tale eſt,in primo dubio,vbi præter hanc l.allegat etiam l.cùm Papinianus.C.de fideicom. & l.generaliter.§.vlt.C.de inſti.& ſubſtit.& ſimilia quædam iura,de quibus etiam diximus in prin. noſtræ l. & præterea quoque cap.dilecti.& c.ſuggeſtum,de deci. vbi noua cauſa ſuperueniens tollit priuilegium.& {Guid.Suza.in l.humilem.C.de inceſt.nupt.} Bald.in d.l.ij.ad fin.C. ſi in fraud.patr. dum ſimpliciter citat Dyn.vbi ſuprà,& in c.innotuit,col.iij.verſi.ſed nunquid legitimatio, extra de elect.dum vtrobique ſe remittit ad Dyn.in d.l.ex facto. Sed & idem apertè tenet Angel.in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.iiij.verſiç. facit quod pulchrè.C.de fideicom.vbi ita dicit conſuluiſſe Florentiæ.& D. Guil.Bene.in repe.c. Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelpham,num.188.extra de teſtam.

*Qui negent legitimatos ſuccedere, ſi poſtea naſcantur liberi legitimi.*

280 ¶Et his ſubſcribere videntur,qui ſimpliciter negãt legitimatos ſuccedere,ſi poſt legitimationem naſcantur liberi naturales & legitimi. In quibus eſt Guid.Suza.in d.l.j.C.de natur.liber.per hanc l.noſtram,vt retulit Ioan.And.qui & in eam ſententiam non obſcurè videtur inclinare,in addit. Spec.tit.de ſucceſ.ab inte.§.j.verſic.ſed ex facto. Et idem quoque palam voluerunt Paul.Caſt. & Philip.Corne.in d.l.ſi te parens.C.de ſuis & legi.& rurſus idem Pau.Caſt.conſi.xxij.cuius principium eſt,viſis omnibus quæ narrantur,colum.ij.lib.ij.

*Qui aſſerant legitimatos ſuccedere cũ filiis legitimis.*

281 ¶Sunt tamen maiori numero qui contrà negant reuocari legitimationem natiuitate liberorum, ideoq; legitimatos ipſos ſuccedere cum filiis legitimis poſtea natis aſſerunt:cuius ſententiæ fuerunt Rayn.Cy.& Saly.hîc.Rayn.Bal.ſibi vbiq; contrarius,Ang.item ſibi diuerſus,Imol.Alex. & Iaſ.qui hanc dicit eſſe communem & veriorem,& in puncto iuris,& in practica, in d.l.ex facto. Spec.d.tit.de ſucceſ.ab inteſt.vbi ſuprà,& ſeq.quoque verſi.vbi & ipſe Ioan.And. qui alterius factionis eſt,dicit ita tenuiſſe Goffr.& Alber.Gali.in ſua marg.tit.de natis ex damnato coitu. And. Iſer.in c.naturales,& ibi quoq; Iaco.Alua.& Card.Alex.col.ij.tit.ſi de feu.fuer.contr.inter domi.& agn.{Alber.in rub.C.de nat.liber.col.ij.verſi.quod autem nati,& in l.licèt,verſi. item quæritur, eo.tit.} Bald.& Ang.qui dicit ita vidiſſe ſe ſæpius obſeruari,& Raph.in d.l.ſi te parens.C. de ſuis & legitim. Idem Bald.in d.l.eam quam,col.viij.verſic. denuo dubitatur.C.de fideicom. & conſi.cccvj.caſus quæſtionis,{circa medium,} verſi.{ſecundum motiuum.lib.ij.} & in ſua marg.in verbo,legitimatio,col.ij.verſi.legitimatio iam facta.Collect.in c.vlti.col.pen.verſi. quid ſi quis legitimauit,extra de donatio.Ang.in d.l.cùm quis.C.de natur.liber.Anto.in d.c.per venerabilem,col.xxxiij.& ibi etiam Panor.col.antepen.verſi.ſed alia quæſtio,& Card.Alex.ibi,in d.§. quòd autẽ, char.xxvij.verſi.quæro.xiij.principaliter,& iterum char.ſeq.verſic.quæro.xvj.Petr.Ancha.in d.c. ſuggeſtum,de deci.& ibi quoque Panor.col.ij.verſic.vltimò ſcias,qui licèt ponat caſum in legitimato per matrimonium, tamen videtur intelligere in omni legitimato, tum per rationem qua mouetur quæ omni legitimato conuenit,tum per doctores quos citat, qui etiam generaliter loquuntur. Idem Pet.Anch.in c.ij.de conceſsi.præb.lib.vj.Anto.Roſel.in ſuo tractatu legitimationis,in vlt.q.lib.ij.vbi hanc dicit eſſe humaniorem partem.Raph.Fulg.in d.conſi.lxv.in primo dubio.Rom.d.conſi.cxciiij.in vlti.dubio,vbi dicit ſing.hoc procedere,etiã ſi in priuilegio legitimandi conceſſo Comiti Palatino eſſent illa verba,ſine legitima prole,quia ea debẽt intelligi de prole exiſtente tempore legitimationis,non de ea quæ poſtea naſcitur.Bened.Capr.conſi.clvij. fuit diſpenſatum,col.pen.verſic.nec obſtat quod & tertiò. Alex.conſi.cxxxviij.oportunè conſideratis, col.j.verſi.quinimo dato,lib.j.& conſi.clxxxvij.videretur prima conſideratione,col.v.verſi.item reſpõdeo quod legitimatio,lib.v.Fran.Aret.in l.humanitatis,col,ij.C.de impub.& ali.ſubſt.Fran. Curt.ſenior conſi.cvj.clarus vir,col.x.verſicu.quartò comprobantur omnia,& conſi.lxxiiij.ſuper memorata,col.xv.verſi.corroborantur præmiſſa.Phil.Dec.qui & hanc dicit cõmunem eſſe opin. conſi.cclviij.in caſu domini Franc.col.vlt.& conſi.xxxvij.viſo puncto,col.pen.verſi.quartò non obſtant,& conſi.dlxxvj.pro reſolutione,col.ij.verſi.& primò clarum eſt. Et in hanc quoq; inclinare videtur Barb.conſi.xlix.clementiſsimũ Deum,col.iiij.verſi.facit etiam ad hoc lib.iiij.{ Et his fauet lex illa è ſcholis declamatorũ deprompta. Nothus ante legitimũ natus,legitimus filius ſit; poſt legitimum natus,tantùm ciuis:cuius meminit Quintilianus lib.iij. Inſtitutio.Orat.cap.viij.}

*Legitimatio cùm perfecta fuerit non debet irritari.*

282 ¶Horum rationes multæ ſunt,ſed quas ego in octo concludam,caſq; pro virili confirmabo. Prima. Nam cùm legitimatio perfecta fuerit,non debet irritari,l.ſi vt proponis.C.de confir.tut.& l. ſancimus.C.de admi.tut, Nam & quæ viriliter conſtituta ſunt,durant,licet poſtea contigerit caſus,à quo initiũ capere non potuerunt.l.pluribus.§.& ſi placeat,& ibi Bart.& alij.ff.de verb.oblig & l.in ambiguis.§.non eſt nouum.ff.de reg.iur.& cap.factum legitimè,eo.tit.lib.vj.& ibi concor.. & hoc maximè in priuilegiis,cuiuſmodi eſt legitimatio,c.decet,eo.tit.lib.vj. & ibi etiam concord.

Legitimatio autem cùm primum facta eſt,ſtatim ſortitur effectum, quia facit naturalem legitimum,tanquam ſi ab initio eſſet natus legitimus.§.reliqui,in authent.quibus mod.natu.effici.ſui. Ergo ex ſuperuenienti caſu reuocari non debet,vt etiam optimè probat text.in §.tribus, eod.tit. & in §.ſancitum,in authen.quib.mod. natur.effici. legi. vbi licèt per matrimonium ſequens filij naturales legitimantur ob filios in ipſo matrimonio procreatos:tamen ſi filij in eo geniti, poſtea moriantur,non tamen reuocatur legitimatio,quæ iam ſortita eſt effectum. Et ex hoc,inquiunt, tollitur fundamentum,quod ex d.l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.ſubſti.depromunt aduerſarij,quia ibi exemplaris ſubſtitutio fit in fauorem filij furioſi, cui alter ſubſtitutus fuerat. Quanquam & ad eam l.poteſt aliter reſponderi,videlicet quòd illa ſubſtitutio fit in fauorem filij, cui ſubſtitutum eſt. Ideo ne in eius damnum vertatur,ſuſceptis filiis reuocatur. Legitimatio autem fit omnino in fauorem legitimati,& in damnum legitimorum. Ideo caſus eſt longè diuerſus.

*283 Legitimatio iam quæſita filiis,nõ debet tolli facto patris matrimonium contrahentis.*

283 ¶Secunda ratio hæc eſt. Nam legitimatio iam quæſita filiis,non debet tolli facto patris matrimonium poſtea cõtrahentis,ac alios filios procreantis, nullo legitimatorum accedente conſenſu aut facto,per l. Stichum.§.vlti.ff.de noua.& l. id quod noſtrum eſt.ff.de reg.iur. & ibi concord. Nec etiam debet gratia illa,vt vocant noſtri,natiuitatis, ſuperueniens in perſonam liberorum poſtea natorum ex ſequenti matrimonio, tollere vel impedire ius legitimationis ante quæſitum. cap. quanuis,& cap.ſi propter,de reſcript.lib.vj.

*284 Legitimatio non reuocatur per ſuſceptionem liberorũ, ne quis uideatur haberi pro parte temporis legitimus.*

284 ¶Tertia ratio. Si legitimatio reuocaretur per ſuſceptionem liberorum, ſequeretur quòd quis pro parte temporis haberetur pro legitimo,videlicet ante natos liberos legitimos:& pro reliquo tempore,id eſt,poſt natos liberos haberetur pro illegitimo, contra l.ſi tibi.ff.de adopt. vbi moribus noſtris non conuenit filium temporalem habere.& l.ideoque.ff.de manu.teſt.vbi non poteſt dari libertas ad tempus. Nec poteſt quis eſſe partim legitimus,partim illegitimus. cap. per venerabilem,verſic.præterea etiam extr.qui fil.ſunt legi. Et dicit glo.in c.cùm inhibitio,in verbo,ſi ambo parentes,ext.de cland.deſpon.id quidem monſtrum eſſet,ſicuti vt quis partim ſit liber,partim ſeruus,per l.ſi duobus.ff.de ſtatulib. Ita enim erranter allegat,ſed eſt in l.duobus.ff.de liber. cauſ. cui concinit & l.ſi pariter,in fi.eo.tit.& l.vlti.C.de com.manu.{& l.iudicatæ,in princ. & ibi glo.ff. de except.rei iudi.& l.l.vlt.& ibi quoque glo.C.de commu.ſeru.manu.} Et eam glo.ſequitur Pau. Caſtr.conſi.cc.viſa ſupraſcripta.col.ij.verſi.præterea notandum eſt,lib.ij.vbi ex ea dicit quòd legitimatio non poteſt fieri niſi generaliter,& quò ad omnia. Et hoc generaliter dicimus,quòd quid non poteſt diuerſo iure cenſeri.l.cum qui ædes.ff.de vſuca.& l.j.verſicu.nec ratio patitur.ff.de re. permut.& l.pater.§.ſi ſeruus.ff.de caſtr.pecul.{& l.Titiæ.ff.de condit.& demonſt.} & c. cognoſcimus,in fi.xij.q.ij.& c.cùm in tua,ext.de deci.& c.quia circa,in fin. extrà de priuileg. & cler.ij. de elect.cum ſi.nec multò magis duplici iure contrario.l.ius noſtrum.ff.de reg.iu.& l.j.§.j.C. de lat. liber.tol.Cuius ar.dicit Bal.in l.ſenium,in pen.q.& ibi etiam Paul.Caſtr. & Rom.C.qui teſta. fac. poſſ.quòd pater non poteſt emancipare filium,quantum ad vnum actum tantũ.& ſequitur Imo. in l.ſi is qui pro emptore,col.xj.in ij.q.prin.Bart.& ibi etiam Rom.col.vij.ff.de vſuca.Idem Imo. in l.tam his.§.j.ff.de don.cauſ.mor.& in l.j.§.in filij,& ibi Raph.Co.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in vtraque lect.licèt Bart.ibi dubitet.ff.ad Trebel.Pau.Caſt.in l.qui in poteſtate.ff.de teſt.Ang.Aret.in §. præterea,col.vlti.Inſtit.quib.mod.ius patri.pot.ſolui.Alex.conſi.vlti.perlectis verbis, lib.v.Philip. Franc.in rub.de teſta.lib.vj.col.xxiiij.verſi.quarrò quæritur.Barb.conſi.omnium primo incip. ex ſacris,col.xxxj.verſi.faciat ſimile,lib.j.& conſi.ij.ſapienter,col.pen.verſi.& adduco ſimile, lib.ij. & in tracta.de præſtan.Card.in j.q.j.q.princ.col.pen.verſi.& licèt iſta doctrina.& D.Bened.in repe. cap.Raynutius,in verbo,matrem inſuper Cleram,num.27.extrà de teſta.& Cepola.conſi.cauſarum ciuilium.lxvj. Titius procurauit,col.x.verſi.præterea etiam hoc probatur,vbi & ex hoc dicit quòd quis non poteſt pro parte eſſe legitimatus,pro parte autem non.

*285 Adoptio non reuocatur ob filios poſtea ſuſceptos.*

285 ¶Quarta ratio,nõ reuocatur adoptio ob filios poſtea ſuſceptos,vt diximus in præced.q.ideo nec legitimatio,cùm filius adoptiuus & legitimatus comparentur,per not.in l.cum in adoptiuis.§.ſed ne articulum,in gloſ.in verbo,tantum modo,& ibi Bal.& alij.C.de adop.& per glo.in l.j. ad fi. in verbo,parentum.ff.ad municip.& in l.filios,in glo.j.in fi.& ibi Bart.etiam in fi.C.de muni.& origi.lib.x.& per Bart.in l.Gallus.§.nunc de lege,in pen.q.ff.de lib.& poſth.Signo.conſi.xxxix.quæritur nunquid.col.ij.verſi.his ita poſitis.& iterum conſi.ccxviij.quidam dictus Ioannellus,col.vlt. Bal.in l.j.col.ij.C.de iure aur.annul.per l.iubemus.C.de natu.liber.& idem Bal.in c. cæterùm,col. pen.verſ.item legitimatis,ext.de iud.& in c.cùm dilectus,in fin.ext.de ordi.cogni.& in addi.Spec. tit.de ſucceſ.ab inteſt.§.j.verſi.quid de legitimatis.& in ſua marga.in verbo,legitimatio,verſi.ij.& cij.conſiderandum ad fin.lib.iiij.& Salyc.inter conſi.ipſius conſi.xvij.ſuper legitimatione,col.iij. verſi.ſextò induco,& verſi.ſeq.lib.iiij.& Rom.conſi.cxciiij.in propoſita concluſione,in iiij.dubio. & Franc.Curt.ſenior conſi.xiij.ſtatuto Ianuæ.& Iaſ.in l.cum filiofam.col.antepen.verſicu. tertiò quærit.ff.de leg.j.& Philip.Dec.conſi.cl.dubitatur principaliter,col.ij.verſi.ſed tamen prædictis.

*286 Plus uirium habet legitimatio quàm adoptio.*

286 ¶Imò verò plus habet virium legitimatio,quàm adoptio,vt eſt tex.in §.tribus,verſi.noſtri enim patris,in authen.quibus mod.natu.effici.ſui. Quod & hinc probatur,quòd in legitimatione concurrit vtrunque ius ac vinculum,naturæ ſcilicet,& legis,vt eſt text.in §.ſi quis igitur, ante fin. in auth.quib.mod.nat.effi.ſui.& no.Io.And.in addi.Spec.tit.de ſucceſ.ab inte.ad fi.In adoptione autem alterũ tantùm ius ineſt,videlicet legis,non etiã naturæ.Ex quo planũ fit,fortiorem eſſe legitimationem



mationem quàm adoptionem,arg.authen.ceſſante,& auth.poſt fratres autem.C.de leg.hæred. & authen.itaque.C.commu.de ſucceſ.& ſpecialiùs in d.l.cùm in adoptiuis, in princ. vbi fit mentio de eo in quem concurrunt naturalia & ciuilia iura. Ex quo not.Bald.concurſum rationis ciuilis & naturalis plurimũ operari,ideoq; duo vincula vno eſſe fortiora.Quod & intelligens idem Bal. in l.neque abſens.ff.de adopt.fauorabiliorem dicit eſſe legitimationem,quàm adoptionem : cum hæc ſit agnatio datiua,illa autem inhæreat naturali agnationi. Et idem Bald.in l. ſi te parens. C. de ſuis & legi.quod plus eſt legitimatum eſſe,quàm adoptiuum,quia legitimatus habet naturalia primordia. Et idem voluit Petr.Anch.conſi.ccxxv.videtur prima facie dicendum, col.iij. & iterum conſi.ccxc.in ſucceſsione,col.vlt.{& Anto.in c.per venerabilem,col.xv.verſic.ſecundò quia filius,extrà qui fil.ſunt legi.} & Raph.Fulgo.conſi.lxv. Titius coniugem,col.ij.verſicu. ad ſecundum.& Panor.conſi.lxxxvj.in quæſtione quæ vertitur,col.j.verſi.& facit ad materiam,lib.j.Alex. conſi.ij.viſis codicillis,col.viij.verſi.non obſtat.ij.arg.lib.j.vbi & hoc allegat l.legem.C.de nat.libe. Barb.conſi.lxviij.omnipotentem immenſum,col.vlt.lib.iiij.Socin.conſi.ccxxv. quæſtio præſentis conſultationis,col.iiij.verſi.præterea filius,lib.ij.vbi etiam de hoc dicit eſſe text.in d.§.adoptionis, in authen.quib.mod.natur.effi.ſui.Iaſon in d.l.Gallus.§.nunc de lege,col.vlti.& in l. ſi is qui pro emptore,col.liij.verſic.tertiò principaliter.ff.de vſuca.vbi etiam ad hoc allegat text.in d.§.tribus, in authent.quibus mod.natur.effic.ſui.& idem Iaſon in l.adoptiuum,quam legit cum §.vlt.l.ij.ff. de in ius vocan.& in rubr.ff.de liber.& poſthu.col.ij.verſi.confirmo.& conſi.xl.abſolui aliàs,col. iij.verſic.non obſt.etiam dum,lib.iij.& Ludo.Bolo.in addi. Matheſi.in tracta. de ſucceſſ. ab inte. char.vij.col.iiij.in addit.incip.hæc concluſio,& in addi.conſi.Io.Ana.conſi.xxvij.longa profectò. Philip.Dec.conſi.ccclxvj.pro declaratione,col.iij.verſi.non obſt.quod ſuprà.Et hoc confirmatur, quia filius adoptiuus non excludit filias ex ſtatuto repellente fœminas exiſtentibus maſculis, vt voluit Ioan.Ana.conſi.xxvij.viſo caſu mihi propoſito,cum concord.quos videbis in glo.ſuſceperit liberos,verſi.xj.incip.nec etiam ſtatutum. Et tamen filius legitimatus eas excludit,vt plenè dicemus in eadem gloſ.ſuſceperit liberos,num.80.incip. hinc quoque fit. de quo tamen vide quæ dicam {in illa eadem glo.num.88.& quanuis multi.}

287 ¶Quinta ratio,Libertas ſemel collata liberto,ampliùs auferri aut reuocari non poteſt.l. Papinianus.§.vlti.cum l.ſeq.ff.de inoffi.teſta.& l.ſicut.C.de liber.cauſ.& §.cauſas,Inſtit.quib.mod.manu. lice.cum ſimil. Ergo nec legitimatio,quoniam libertus & legitimatus æquiparantur.§.j. in auth. vt liber.de cæte.& §.ſi quis ergo non habens,iuncto §.liceat,in authen.quib.mod.nat.effi.legi.Legitimatio enim eſt veluti quædam ſpecies libertatis,vt dicit Bald.in l.poſt mortem. §. neque adoptare.ff.de adop.in ij.lect. Propterea etiam idem Bald.in c.ſi filij nati,in fi.tit.ſi de feud.fuer.cont. inte.do.& agn.dicit quòd quemadmodum propter ingratitudinem poteſt libertus reduci in priſtinam ſeruitutem.in l.ij.C.de libert.& eorum liber.ita filius legitimatus in priſtinã naturalitatem ſequitur & commendat Rom.ſing.ccxxiiij.vltimò quæritur.& id aureum dicit Fran.Cremon.no. xix.tu ſcis quòd ex omnibus cauſis.& ſing.Iaſon in d.l.ex facto,col.v.verſi. tertiò pro opinione. & in l.ex hoc iure,in ſecundo effectu obligationis antidoralis.ff.de iuſt.& iure.& in l.dedi.§.idem erit,col.vlti.ff.de cond.ob cauſ.& Philip.Dec.in l.vlt.col.vj.verſi.ext.glo.C.de pactis.& Catel. in memor.incip.ingratitudo filij,& in alio incip.legitimatio reuocari poteſt.& Ferdin.Loaz.in repe. §.diui.l.filiusfam.char.xx.col.j.verſic.iſtam communem opin.ff.de leg.j.& D.Guil.Bene.in repe.c. Raynutius,in verbo,in eodem teſtamento relinquens,le ij.poſt princ. ext.de teſta. Quibus adde quod pulchrè conſuluit Raph.Co.aut quiſquis alius eſt,inter conſi.illius,conſi.lxxxvij.ſtante dicto ſtatuto,col.j.circa medium,& iterum col.iij.poſt princi.quòd ita libertas & legitimatio æquiparantur,quòd ſi ex ſtatuto non requiritur inſinuatio inſtrumenti manumiſsionis,ita nec legitimationis,quia vtraque ſunt paria,paribusq; initiis orta ac producta,vt ipſe eleganter declarat.

*Libertas ſemel collata liberto, amplius reuocari non poteſt.*

288 ¶Sexta ratio,Legitimatio hoc caſu non poteſt reuocari,niſi ex præſumpta voluntate patris, quæ eſt huius l.noſtræ ratio & fundamentum,vt latè ſuprà diximus:voluntas autem & affectio conſiderantur inſpecto iure naturali,& non ciuili.l. hos accuſare. §. in omnibus.ff.de accuſa. Ergo ad omnes filios par præſumitur affectio,quia natura non facit differentiam inter legitimos & naturales.d.§.ſi quis verò non habens,in authen.quibus mod.natu.effici. legi. & §.ſi quis ergo filios, in auth.quibus mod.natu.effici.ſui.& bene etiam facit l.adoptiuus.§ ſeruiles,verſi.vnde nec vulgò.ff.de ritu nupt.per quam dicit Petr.Ancha.conſi.ccxxv.videtur prima facie,col.pen.quòd proles naturalis habetur pro legitima quò ad naturale fœdus.& Bald.in cap.quæ in eccleſiarum, col. vltim.extra de conſtit.dicit,quòd filius illegitimus communis eſt amor & natura,per d.§.in omnibus.& idem Bald.in l.j.col.v.verſi.expedita eſt.C.vnde vi.aſſerit,quòd quis ſicut poteſt ſe defendere,ita & filium ſiue legitimum ſiue illegitimum,quia natura communis eſt,per d.§.in omnibus,nec poteſt,inquit,conſtitutio naturam immutare.nec coarctare naturales ſtimulos.l. amciſsimos.§.Lucius.ff.de excuſat.tutor.& facit l.ij.& iij.ff.de liber.cauſa,hæc Bald. Et idem econuerſo, vt ſcilicet filius poſsit defendere patrem naturalem vt ſeipſum,tenet idem Bald.in l.cùm acutiſsimi,col.ij.verſicu.quæro quid ſi per ſtatutum.C.de fideicom.per d.§.in omnibus. Dicitq; eadem ratione eum qui occidit patrem aut filium naturalem, puniri vt parricidam : quod & ipſum aſſerit ipſe Bald.Bart.& recentiores in l.parentes.ff.de in ius vocan. vbi & ipſe Bald. dicit ſingul. text.in d.§.in omnibus,& rurſus idem Bald.in l.ius ciuile, columm.ij.verſicu. & illa faciunt.ff.de

*Voluntas & affectio conſiderantur inſpecto iure naturali & non ciuili.*

iuſtit.& iure.& in l.cùm acutiſsimi,colum.ij.verſicu. quæro quid ſi per ſtatutum.C.de fideicommiſſar.& in l.quiſquis,colum.ij.verſicu.præterea de ſpurio.C.ad legem Iulia.maieſt.& in c.naturales,col.vltim.verſicu.quæro vtrum pater,titu.ſi de feud.fuer.controuerſ. {& conſil.ccccl vij. ad euidentiam,col.ij.verſic.præterea ſicut patri,lib.v.vbi & eadem ratione dicit non licere alimenta denegare filiis naturalibus.} & Imol.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,& ibi recent.ff.ad ſenatuſcon. Trebel.& in l.Lucius.§.vlti.ff.de legat.ij.

*289 Filius naturalis non poteſt vocare patrē in ius ſine uenia.*

289 ¶Et bene facit {text.in l.vxorem.§.codicillis.in fi.ff.de legat.iij.vbi pietas quæ propriè eſt parentum & filiorum,dicitur quoque de illis naturalibus tantùm &}text.in d.l.parentes.vbi nec filius quidem naturalis poteſt vocare patrem in ius ſine venia,quia,vt ibi dicitur,vna omnibus ſeruanda reuerentia. Ex hocque dicunt Guil.Cu.Bald.& Angel. & propè omnes nihil intereſſe inter filium mere naturalem & legitimum in his quæ meram naturam tangunt, {cuiuſmodi eſt reuerentia & affectus naturalis.} Et quod denique voluit idem Bald.in l.j.colum.xiiij. verſicul. pone filius.C.de confeſſ.quòd ſicut pater legitimus & naturalis poteſt reuocare confeſsionem criminis à filio factam,& probare contrarium,per multa iura quæ illic allegat,ita & pater merè naturalis,cùm natura ſit communis,per d.§.in omnibus. Et facit etiam quod ſcribit idem Bald.conſi. cclxvij.ad euidentiam præmitto,col.iij.verſi.præterea ſicut patri,lib.iij.Ne interim prætermittam ſæpe accidiſſe vt naturales filios & illegitimos parentes impenſius ament quàm legitimos,vt ſcribit Plutarch.in Parallel.cap.xlij.& ſeq.

*290 Legitimatus per reſcriptū nihil differt à legitimato per matrimonium.*

290 ¶Septima ratio. Si filij non reuocant legitimationem factam per matrimonium,quod nemo negat,vt diximus,non debent etiam alias legitimationes reuocare,cum legitimatus per reſcriptum, nihil differat à legitimato per matrimonium,vt dicit Bart.in d.l.ex facto,per text.in §.illud. in fi. in authen.quibus mod.natu.effici.legi. Et quod plus eſt,nihil differunt legitimati,ſiue per reſcriptum,ſiue per oblationem curiæ,à legitimis,per text.in §.ſit igitur licentia,in auth. quibus mod. natu.effici.legi.& §.quoniam.in authen.quib.mod.natu.effi.ſui.

*291 Legitimatio non reuocatur niſi ex tacita conditione intellecta in legitimatione.*

291 ¶Octaua eademque poſtrema ratio hæc eſt. Nam ſi legitimatio reuocaretur ex hac l.ob natiuitatem legitimorum,id fieret ex tacita conditione intellecta in ipſa legitimatione , videlicet,ſi pater poſt eam non ſuſciperet liberos,vt latiſsimè,& multorum illuſtrium doct.autoritate diximus ſuprà in præf.noſtræ l.verſicu.vj.incipien.hinc dicunt plerique omnes. Legitimatio autem cùm ſit actus legitimus,non poteſt recipere conditionem. l. actus legitimi.ff.de reg.iur. & cap. actus, eod.titu.lib.vj.& vtrobique concord.

*292 Donatio perfecta reuocatur per natiuitatem libe, donantis.*

292 ¶Sed aduerte lector optime,quoniam hæ rationes nō tanti ſunt ponderis nec tam vrgent,quàm prima fronte videntur,ſi paulò acutiùs ac penitiùs inſpiciantur.Nam quantum ad primam pertinet,videmus donationem omnibus numeris perfectam & abſolutam , nihilominus natiuitate liberorum donantis reuocari,vt hîc dicitur,& in l.tale pactum.§.vlti.ff.de pact. vt hinc poſsis facilè ac manifeſtè intelligere,perfectionem actus nihil obeſſe , quò minùs noſtra l. locum habeat, nec iura è diuerſo in illa prima ratione allegata obtinere in hoc caſu. Nam etiam eſt admodum diſsimilis ratio:primùm enim hîc fit reuocatio ex præſumpta voluntate eius qui actum facit:nec in illis iuribus dicitur contrarium,ſed illud tantùm,quòd non fit reuocatio actus perfecti ex inhabilitate & impotentia ſuperueniente præter voluntatem diſponentis: vt qui volet ea iura cum l.noſtra concordare,ita poſsit dicere,actum perfectum non reuocari ex ſuperuenienti caſu præter voluntatem diſponentis , per illa iura , ſed bene ex præſumpta illius voluntate , per hanc l. Quam differentiam,ſiue diſtinctionem malis appellare,ſubtiliter vt aliàs ſemper expendit & declarat Franci.Aretin.in d.l.ex facto,colum.v.& in d.l.humanitatis.C.de impub.& ali.ſubſtitu. & Socin.conſil.ccxxvj.quæſtio præſentis conſultationis,colum.penul.verſi. ſed iſta reſponſio,lib.ij. Licèt ſibi adſcribere videatur Iaſon,qui eam poſuit veluti à ſe compertam,vt qui nullam Aretin. mentionem faciat,in d.l.ex facto.

*293 Legitimatio facta ſub conditione,reuocatur per liberos legitimè ſuſceptos.*

293 ¶Item factum legitimè non reuocatur eo caſu, quo cenſetur factum:ſed legitimatio quæ cenſetur facta ſub conditione,ſi pater non ſuſciperet legitimos filios,non cenſetur facta quò ad effectum ſuccedendi eo caſu,quo naſcerentur filij legitimi:ſicut fideicommiſſum datum ſimpliciter à filio vel nepote,non videtur datum, ſi filius vel nepos habeant liberos.l.cùm acutiſsimi. C. de fideicom.cum ſi. Igitur cùm hoc caſu cenſetur facta, non tractatur de reuocatione actus perfecti,ex quo deficit conditio.

*294 Si ex hac l.excludantur extranei, in quo excludentur filij naturales?*

294 ¶Quòd ſi dicatur,quòd in hac l.& in d.l.cum acutiſsimi,excluduntur extranei,quod non eſt in hoc caſu,in quo excluderentur filij,licèt naturales,vt reſpondet Imol.& alij quidam recentiores, in d.l.ex facto. Id certè eſt contra tex.in d.l.cum auus.ff.de cond.& demon.vbi excluditur etiam filius teſtatoris ſubſtitutus per ſubauditam conditionem,ſi alter filius decederet ſine liberis,vt expendit Raph.Co.ibi & Bal.qui dicit no.in d.l.cū acutiſsimi,col.j.verſ.quæro ſi pater,& ibi quoq; Saly.& Pau.Caſt.{& Barb.} in repe.col.xxvj.verſ.nihilominus ſubtiliſsimus,& ſeq.vbi illum tex. dicit ad hoc ſing.& etiam Ang.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,& ibi Alex.col.v.verſi.in eandē glo. ibi,ex deſcendentibus.ff.ad Trebel.Imo.& Rom.in l.ſi cui.ff.de don.cauſ.mor.& idem Ro.conſi. ccclxx.in propoſita conſultatione,col.j.Pau.Caſt.in l.filiusfa.§.cum quis.ff.de leg.j.in lect.Bononienſi.& in l.cum quidam,col.ij.verſ.vltimò quæritur.C.de impub.& ali.ſubſt.& conſ.xiiij.ſi cōtingat dictam dominam Liſam,col.j.lib.j.& conſ.cxcviij.ſuper primo quæſito,col.j.lib.ij.& conſi.

cccix.



cccix.caſus iſte frequenter contingit,col.ij.verſic.nec ob.l.cum auus,eo.lib.ij.& Alexand.in l.generaliter.§.cum autem,& ibi etiam Ioan.de monte Sperel.& Corne.col.j.& Iaſon col.item j.verſicu.vltra tres extentiones.C.de inſtit.& ſubſti.& idem Alex.conſi.v.circa primum dubium, col. ij.verſic.& illud eſſet verum,lib.iij.& conſil.xxxviij.perſpectis his quæ in themate,col.vlti. lib.vj. & Fran.Aret.conſi.clvj.diligenter viſis,colum.v.verſi.ex his infertur.& Corne.{conſi.lxxxiij.videtur in hac conſultatione,col.ij.lib.j.vbi in hoc dicit ſing.d.l.cùm auus.&} conſi.cclxxvj.viſo ſupraſcripto themate,col.v.verſi.& iuuantur præmiſſa,lib.iij.{& conſi.xlij.videtur prima facie, col. j.lib.iiij.} & Barb.qui illum text.ad hoc dicit valde ſing.in repe.cap.Raynaldus,col.xxiij.verſicu. præterea adduxi rationem,extra de teſta.& conſi.lxj.ſcribitur ſapientiæ ſeptimo,col.iiij.verſi.nec videtur illud,lib.j.& conſi.lxiij.præclarè ſcribitur,lib.ij.vbi illum text.ad hoc dicit ſing.& conſil. lxxxv.quod eſt eiuſdem initij,col.penul.verſi.capio primum,lib.iiij.& Franc.Curt.ſenior conſil. xlv.ſtatuto ſeu conſuetudine,col.viij.verſi.quia diſpoſitio.& iterum conſi.xliij.antiquiſsima, col. xij.verſi.non ob.ſecunda obiectio.& latè Socin.in d.l.cùm auus,col.xvij.verſic.primum correlarium.ff.de condit.& demonſt.& conſi.clxxxij.licèt filia,col.ij.verſi.confirmatur & ſecundò,lib.ij. & conſi.vj.in præſenti conſultatione,col.j.verſic.ſecundo,lib.iij. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem,& Iaſon conſi.cxlj.Chriſtophorus,col.iij.verſi.ad idem & fortiùs, & iterum verſicu. quarto in fauorem,lib.ij.& conſi.ſeq.venerabilis,col.viij.verſic.nonò in fauorem,eo.lib.ij.{Philip. Dec.conſi.cccccl xviij.domina Daria,col.vlt.verſ.non obſt.quòd neptis.Carol.Ruin.conſi.cxxxj. in themate,col.iij.num.4.lib.iiij.}& Steph.Bertran.conſi.xiij.viſo conſultationis themate,ad fin. lib.iij.& Bart.Chaſſe.conſi.liij.ex facto,col.ij.verſi.primo ſic,& iterum col.v.verſ.duodecimò videtur.& conſi.lxvij.nobilis & potens,col.v.verſi.& primò ad primum.{& Lud.Gozad. conſil.iiij. prima facie,col.iiij.num.15.} Et ad hoc allegant Imol.& Rom.in d.l.ſi cui, & alij nonnulli gloſſ. quam dicunt ſingul.in l.j.C.de donat.cauſ.mort.quæ nihil de hac re loquitur.

*Iura magis fauent extraneis quàm filiis naturalibus quoad ſucceſsionem.*

295 ¶Sed tu tamen interim vide quæ dixi ſuprà in verbo,libertis,nume.176.incip. & ſicut hæc l. vbi videbis alios diuerſum tenentes. Sed hæc opin.verior eſt,& text.claro comprobatur,vt diximus. Sed & illud quoque quod ſuprà diximus in prin.præced.verſi.eſt contra iura, quæ magis fauent extraneis,quàm filiis naturalibus quantum ad ſuccedendum patribus naturalibus,quia extraneus adoptari poteſt in filium,& ita ſuccedit,vt toto tit.de adopt. filius autem naturalis adoptari non poteſt,vt ſuccedat.l.legem.C.de nat.liber.& §.& nos non latuit,in auth.quib.mod.natur.effi. leg. & §.generaliter,in authen.quib.mod.natu.effi.ſui.Itaque ſi ſubintelligitur conditio ad excludendum extraneum,debet magis ſubintelligi ad excludendum naturalem.

*Filius legitimatus quomodo habeat ius in hæreditate paterna.*

296 ¶Nec videntur valere reſponſiones,quæ in loco dantur ad d.l.ex facto, quia quantum ad primā, licèt ante mortem filij furioſi,cui ſubſtitutio facta eſt,& cuius ideo ipſa ſubſtitutio cenſebatur,teſtamentum,nondum fuiſſet ſortita effectum ante mortem ipſius:tamen poteſtas reuocandi non erat penes ipſum,ſed penes patrem ſubſtituentem. Igitur poſt mortem patris fuit quæſitum ius irreuocabile ſubſtituto, licèt conditionale , ſi furioſus præmoreretur in furore. Nam & in l. nec fratris.C.de don.dicitur quòd quādo filius donat cauſa mortis conſentiente patre rem ipſius patris,attenditur quò ad confirmationem donationis mors patris,& non filij,quia ipſe eſt qui reuocare poteſt. Similiter ergo hîc videtur ius quæſitum filio legitimato in vita patris: habet enim in hæreditate paterna ius in ſpe,per text.in l.nec ei.§.vlti.ff.de adop.& not.per Bart.in l.is poteſt.ff. de acquir.hæred. Igitur ſicut ſuperuenientia,vt ita cum noſtris loquar,liberorum excludit vnum caſum,ita & alterum. In refellenda autem ſecunda reſponſione diutius non immorabor, quando & iis qui eam partem ſequuntur,pro qua eſt adducta , non placeat,Alex.dico in d.l.ex facto. & Franc.Aret.in d.l.humanitatis.

*Conditione tacita deficiēte, deficiunt & cæteri actus.*

297 ¶Non obſtat etiam ſecunda ratio, qua dictum eſt legitimationem iam perfectam & conſummatam non eſſe reuocandam ob factum ipſius patris naturalis poſtea matrimonium contrahentis, & ex eo liberos procreantis. Nam ſi ea ratio eſſet alicuius momenti,idem dici poſſet de donatione etiam perfecta,ſcilicet eam non poſſe reuocari facto donantis poſtea filios procreantis: quod ex diametro eſt contra caſum l.noſtræ. Idque fit ob conditionem tacitam & ſubintellectam,qua deficiente deficiunt & cæteri actus.

*Legitimari poteſt quis quò ad quædā tantum.*

298 ¶Tertia quoque ratio non magis vrget,quoniā ab initio quis legitimari poteſt quò ad quædam tantum.§.filium.& §.ſeq.in auth.quib.mod.nat.effi.legi.vbi etiam dicitur quòd legitimatus per oblationem curiæ,quò ad quædam habetur pro illegitimo,ſicuti ibi not.Ang.& c.innotuit,extra de elect.& per Hoſtien.Anto.& alios,in c.per venerabilem,extra qui fil.ſunt legi.Bart.in l. quæſitum.ff.de acquir.hæred.in lect.anti.Rom.in l.qui ſuperſtitis,eod.tit.& in l.pactum.C. de collat. Franc.Cre.not.xvj.incip.pater poteſt,cum aliis multis concord.congeſtis ab Alex.Iaſ. & Philip. Deci.in d.l.pactum.& eod.Alex.conſi.xxv.circa primum dubium,col.iij.verſic.accedit ad prædictorum confirmationem,lib.j.& conſi.xxx.iuxta ea quæ aliàs, lib.iij.& Fran.Curt.ſeniore conſi. xvj.clarus vir,colum.iij.& iterum conſi.lxxiiij. ſuper memorata, col.vij. & ipſo Iaſ. in l.j.col.xij. verſic.pro hac eadem parte.C.de iur.emphy. Apud quos etiam reperies legitimationem ita fieri poſſe,vt legitimatus vel non,ſuccedat omnino,vel ſuccedat in certa re tantùm:quod huc maximè pertinet.ſed de hoc poſtea etiam dicemus verſi.cccxix.incip. Ideoque.

299 ¶Sicuti etiam emancipatio,de qua & in ea iij.ratione locuti ſumus, poteſt fieri quo ad quædam

*Emancipatio poteſt fieri quo ad quædã tantum.*

tantùm,ex ſententia Oldra.conſi.xxvj.cuius caput eſt,pater conſenſit filiæ.& Ioan.And.illius diſcipuli,qui ne latum quidem digitum ab eo ferme diſcedit, quanuis rariſsimè eum memoret, in addi.Specul.tit.de inſtru.edit.§.porrò,verſic.quid ſi filiafamiliâs & Franc.Aret.qui multum commendat dubitans tamen,in l.placet.ff.de acquir.hæred.& in l.qui in poteſtate,col.vlti.ff. de teſti. Cep.caut.cxiij.incip.filiusfa.verſic.dixi in præſenti.& iterum caut.cxlvij.hoc exordio, eſt magna quæſtio,verſic.de iure communi.& Georg.Nat.in repe.c.ij.colum.ij.verſi.quartò facit,de pactis, lib.vj.Et dicit Imol.qui contrariam ſententiam ſequitur,in l.j.§.in filij.ff.ad Treb.vidiſſe ſe conſilia excellentium doct.ita tenentiũ,& eſt optimus text.in l.ſi ab eo,vbi no.Ang.C.de legi.hære. Et hæc ſententia haud dubiè obtinet,cùm id fit ex legis diſpoſitione,quæ poteſt facere,vt quis ſit in patris poteſtate,vel ſit legitimatus quantum ad aliquid tantùm,vt apertè probatur ex iuribus in præcedenti verſic.allegatis,& voluit etiam Barb.qui alterius eſt ſententiæ,ita tamen vtranque concordans,in tract.de præſt.Card.in j.q.j.quæſt.princ.colum.penul.vbi & alia iura allegat.Hoc autem de quo tractamus,vt ſcilicet quis ſit pro parte temporis tantùm legitimus,faceret l.noſtra legitimationem reuocans.

*Adoptio non reuocatur per natiuitatẽ liberorum naturalium.*

300 ¶Quarta ratio de adoptione ex eo facilè refellitur,quod diximus ſuprà in reſponſione primę rationis,quia magis fauemus extraneo adoptato,quantum ad ſucceſsionem patris adoptiui,quàm naturalibus ipſius liberis,qui adoptari non poſſunt vt ſuccedant,vt ibi diximus, & probauimus. Propterea nihil eſt quod mirari debeamus,ſi adoptio non reuocetur per natiuitatem liberorum naturalium & legitimorum,legitimatio autem reuocetur.

*Libertas auferri non poteſt ſine iuſta cauſa.*

301 ¶Quinta item ratio non concludit:tum quia quod dictum eſt,libertatem auferri non poſſe, intelligitur ſine iuſta cauſa,vt cauetur in multis ex illis ipſis iuribus ibi allegatis. Hæc autem cauſa reuocandi legitimationem,admodum iuſta eſt & legitima,per hanc l. & ſimilia iura. Tum quoque quia libertas eſt multo fauorabilior,quàm legitimatio. Illa enim inter pias cauſas,quibus nihil fauorabilius eſt,annumeratur.l.j.§.vlt.ibi,ad hanc rationem pietatis,& ibi Bald.C.de commu. ſeruo.manu.& in l.contra voluntatem,ibi,iura pietatis.C.de teſta.manu.& voluit Bart.in l. ſi cui annuum,poſt princ.ff.de annu.legat.cum aliis multis concor.à me latè congeſtis in noſtris commentariis conſuetudinum,tit.xvj.§.j.in glo.vlti.paulò ante fin. Imò & cæterarum omnium piarum cauſarum fauorabiliſsima,vt plenè dicemus infra in xvij.quæſtio.quæ hanc ſequitur.Legitimatio autem non pia cauſa eſt. Item libertas non impeditur propter exiſtentiam liberorum legitimorum & naturaliũ,vt videre licet in d.l.Papinianus.§.vlti,& l.ſeq.ff.de inoffi.teſta. Legitimatio autem impeditur.§.illud,in authen.quib.mod.natur.effi.ſui.Ex quibus apertè conficitur,non ſemper,nec in omnibus pares eſſe libertatem & legitimationem , nec rectè ab illa ad hanc argumentum duci. An autem reuocetur libertas ob natiuitatem liberorum ex hac l.dicam in d.ſeq.q. vbi & alia quædam huc pertinentia dicemus.

*Matrimonium frænum libidinibus paßim & ſine delectu uagãtibus appoſuit.*

302 ¶Sexta ratio,quæ aſtruit eundem parentũ affectum & amorem in naturales, qui eſt in legitimos, poſſet habere locum,ſi natura ipſa manſiſſet in illa ſua prima libertate variæ libidinis,nec fuiſſet quibuſdam vinculis,{limitibus,cancellis}coercita ab ipſamet natura progredientibus,id eſt matrimonio,quod frænum libidinibus paſsim ac ſine delectu vagantibus appoſuit,{& iniecit.} Nam poſtea quàm ius gentium ac ciuile diſpoſuit,ne ſuccederet filius ancillæ cum filio vxoris, Gene. xxj.cap.& ad Galatas iiij.& repetitur in c.dicat aliquis.xxxij.q.iiij. vt interim omittam quæ Romanorum legibus in eam rem conſtituta ſunt.C.de natur.liber.per totum.certè affectio paterna cenſetur iis iuribus velle ſe conformare , vt etiam anteponat legitimos ſimul & naturales merè naturalibus,per not.per Bart.in l.hæredes mei.§.cum ita,col.j.verſi.& aduerte quòd requiritur.ff. ad Trebel.cum concord.ibi adductis per Alex. & recentiores, & quos multos tibi colligemus in verbo,ſuſceperit liberos,verſic.cj.incip.ſed illud hîc quæro.

*Cogitare quiſque id præſumitur, quod lex diſponit.*

303 ¶Ex quibus vnum hoc adſcripſerim huic loco accommodatiſsimum,quod dicit Bald.in l.precibus.col.antepenult.verſi.procedo vlteriùs.C.de impub.& ali.ſubſtit.quòd quis præſumitur cogitare id quod lex diſponit,arg.l.ſi duo.ff.de acquir.hære. Et hinc videmus in caſu noſtræ l.cuius ratio eſt illa præſumpta voluntas donantis,qui ſi cogitaſſet de liberis,non donaſſet , ideo cenſetur donaſſe,ſi liberos poſtea non ſuſciperet,quòd ea non procedit in filiis naturalibus poſtea natis,vt dicemus in d.glo.ſuſceperit liberos,verſi.lvj.incip.ſed & quod naturales : tanquam ſcilicet non cenſeatur illos voluiſſe reuocare,etiam ſi de illis cogitaſſet,quod nõ ob aliud eſt,quàm quòd lex eos hîc non conſiderat,propterea nec pater conſideraſſe,nec eorum rationem habuiſſe cenſendus eſt. nec enim etiam aliàs in dubio quis intellexiſſe videtur de filiis naturalibus.l.vlti.ff.de iure dot.quia nec lex quoque de illis in dubio intelligitur.l.generaliter.§.cùm autem,in fin.C.de inſtit.& ſubſtit.quæ loquitur in caſu non admodum noſtræ l.diſsimili.

*Legitimatio quæ fit per matrimonium eſt cæteris multo fauorabilior & efficacior.*

304 ¶Septima ratio non valet,quia multò maior eſt ratio,cur legitimatio quæ fit ex matrimonio,nõ reuocetur per filios poſtea ſuſceptos,quàm quæ fit aliis modis,quoniã præſumitur quòd propter affectionem filiorum naturalium natorum ante matrimonium pater ducat matrem ipſorum, vt dicit tex.in glo.& l.cum quis,& in l.nuper.C.de nat.libe.& in §.vlt.in auth.quib.mod.nat.effi.legi.& in §.tribus,in auth.quib.mod.natu.effi.ſui. Et huiuſmodi legitimatio per matrimonium eſt multò cæteris fauorabilior,& efficacior:pluſq; roboris habet & ponderis,vt patet ex multis,quæ latè congeſsimus in noſtro tractatu de iure primigeniorum, q.xxxiiij. Et ſi res ita habeat, vt in quibuſd



quibuſdam nihil differant cæteri legitimati à legitimato per matrimonium , imò nec à legitimo quidem,vt dictum eſt in ea ſeptima ratione:hoc certè tantiſper obtinet , dum durat legitimatio, vel eo tantùm caſu quo cenſetur fuiſſe facta.At hîc aut reſoluitur ipſa legitimatio, aut in hũc caſum non cenſetur fuiſſe facta,per l.noſtram.

305 ¶Denique octaua eadémque poſtrema ratio nihil facit , quoniam legitimationem poſſe fieri ſub conditione,præſertim ea conditione,quæ hîc ſubintelligitur,videlicet ſi pater legitimos & filios naturales non ſuſceperit,non incertæ eſt opinionis:nam id expreſsè conſuluit & eleganter probauit Raph.Co.conſ.xcviij.ſuppoſito tenore,cui ſubſcripſit Pau.Caſtr.ibi multáq; vterq; in eam ſententiam allegant,vt cuique videre licet.& idẽ Pau.in rubr.C.de iure aur.annul.ante fi.& Phil. Dec.in l.ſi ſuper,in ij.not.C.de tranſactio.Quibus & illud adducere potes,actus legitimos , conditiones intrinſecas & legales,cuiuſmodi iſta eſt,recipere,vt dicit Bal.in l.ſi quis à certo,verſ.opponitur quòd acceptilatio.ff.de cond.ob cauſ.& in l.iij.ff.de leg.iij.& in l.cùm iudex.C.de ſenten. & Rom.conſ.cccc j.vt declarationem,col.ij.cum concord.allegatis ab Alex.in l. à diuo Pio. §. in venditione,col.v.verſ.quarta ſolutio.ff.de re iudicata.

*Legitimatio quæ fit ſub cõditione nõ eſt incertæ opinionis.*

306 ¶Hæc ſunt quæ pro vtraque parte aut iam adducta ſunt, aut adduci poſſunt. Verùm antequam vlteriùs progrediamur,noſtrumq; iudicium interponamus,illud ſciẽdum eſt,eos quos ſuprà pro poſteriori opini.citauimus,diuerſimodè locutos fuiſſe. Nõnullos enim ſimpliciter dixiſſe legitimatos ſuccedere patri,etiam ſi ei nati fuerint filij legitimi poſt legitimationem. Alios item ſimpliciter legitimationem non reuocari , nulla diſtinctione facta, fuerítne legitimatio facta per matrimonium,an per reſcriptum,an per oblationem curiæ.Alios verò diſcrimen feciſſe inter eam quę fit per reſcriptum,& eam quæ fit per oblationem(de alia quæ fit per matrimonium , taceo , quia iam ſuprà de ea diximus in prin.huius quæſtionis.)Illam enim quæ ex reſcripto eſt , negant reuocari,ſicuti nec eam quæ eſt ex matrimonio,cùm parem vim habeant,per d.§.illud,in fi.in auth. quibus mod.nat.effi.ſui.& in §.ſi quis ergo,in authen.quibus modis natu. effi. legi. Iſtam autem quæ fit oblatione curiæ,reuocari voluit Bar.qui tamen dubitanter loquitur,in d.l.ex facto , & ibi quoque Ang. quod & videtur voluiſſe Roma.d.conſ.cxciiij.& Dec. d. conſ.cccvij. quos ideo hîc autores laudauimus,quia vix alios reperias.

*Legitimatio ex reſcripto non reuocatur.*

307 ¶At ſolus omnium,niſi nos fallat memoria,Pau.Caſt. in d.l.ex facto,contrà omnino aſſerit legitimationem per reſcriptum reuocari.illa enim fieri non poteſt extantibus filiis legitimis & naturalibus,ſi id principi diſsimuletur.d.§.ſi quis verò non habens,in auth.quibus mod.nat.effi.legi. & d.§.illud,nuper alleg.& ſuprà alibi diximus,& paulo poſt quoq; dicemus.Per oblationem autem fieri poteſt.§.ſi quis igitur fuerit, & §. ſeq.eo.tit. Ex quo patet legitimationem hanc plus habere roboris,præſertim reſpectu filiorum legitimatorum.Et ideo ſicut nati illam impediunt, ne fiat:ita factam faciliùs reuocant.Huic autem nihil obſunt,& ita etiam non reuocant. Sed ad hanc rationem quidam reſpondent faciliùs impediri faciendum,quàm factum reuocari.l.patre furioſo.ff.de iis qui ſunt ſui vel alien.iur.Nam & ex Ouidij ſententia lib.v.de triſtibus,{eleg.vij.}

*Turpiùs eiicitur,quàm non admittitur hoſpes.*

Quæ nuncupatim autoris nomine ſuppreſſo citatur in cap.quemadmodum,extra de iureiur.

*Legitimatio ex reſcripto, ex Baldi ſententia , fieri non poteſt ex tantibus liberis legitimis.*

*Autoris ea de re opinio.*

308 ¶Quocunque me verto lector candidiſsime,eſt cælum vndique,& vndique pontus, nec ſatis video in tanto támq; turbulẽto fluctu opinionum,ne ventorum dicam,dextrorſúmne,an ſiniſtrorſum nauis ducenda ſit , quò in portum ſatis tutum conferre nos poſsimus. Si tamen in dubiis ſententia libera cuique eſt,ego in hac re ita dicendum puto. Quòd ſi pater & princeps legitimãs cogitarint de filiis ipſius patris legitimis,non reuocatur legitimatio per liberorum ſuſceptionem, ſuccedítque legitimatus cum poſtea natis.Et hoc membrum , vt appellamus , minimè dubium eſt , per ea quæ ſuprà in princip.huius l.diximus, in verſic.63. incipiente,ex quo fit quòd ſi donans cogitaret.& multis ſeq.

*Naturales quando per reſcriptũ poſſint legitimari.*

309 ¶Si verò non cogitauerint,id quod veriſimilius eſt,niſi pater ita rem ipſam narrauerit, vt poſsit conſtare,ipſum poſſe ducere vxorem,& procreare liberos:tunc certè non ſuccedunt ita legitimati cum legitimis natis ante vel poſt donationem,per iura & rationes ſuprà poſt princ. huius quæſtio.allegatas,atque etiam per tex.in §.ſi quis ergo,circa medium,in auth.quibus modis natu. effici.legiti.& in §.illud,ibi,quid enim ſi ad ſacerdotium,in auth.quibus mod. natu.effi.ſui. Quibus ſatis videtur,quòd tum demum poſſunt legitimari naturales per reſcriptum,quando ille qui petit eorum legitimationem,eſt deſtitutus omni ſpe procreandorum liberorum. Si ergo Imperator legitimans hæc ignorauerit,redditur reſcriptum ſubreptitium,quia ſi fuiſſet expreſſum, veriſimiliter princeps non conceſsiſſet,cùm id expreſsè prohibeatur de iure communi,præſertim in aliorum præiudicium,arg.l.2.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loc.pub.

*Legitimatio facta per reſcriptũ principis ignorãtis extare legitimos liberos, an ualeat.*

310 ¶Sed fac ita non eſſe à iure conſtitutum,ſed illud tantùm,quod nuper diximus,non valere legitimationem factam per reſcriptum principis ignorantis liberos legitimos iam extare , vt præter Pau.Caſtr.in d.l.ex facto,ſuprà à nobis citatum,voluit Ioan.And.in addit.Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt.§.j.verſ.item ſcias.Iacob.Bel.in §.& quoniam,in auth.quibus mod.natur.effici.ſui. Saly. in auth.item ſi quis.C.de natur.liber.Petr.Anch.conſ.ccxlj.ex tenore priuilegij,col.j.Ant.in cap. per venerabilem,col.xiij.verſi.credo tamen quòd non valeret,& ibi etiam Iacob.Zochi.col.x. &

Panorm.col.vj.verſ.his præmiſsis,ibi,per hoc etiam dico,extra qui filij ſunt legi.& idem Anton. conſ.ij.repetito conſ.xlix.viſis literis,poſt princ.& Raph.Co.conſ.cxvj.Innocentius,col.2.Rom. conſ.cxciiij.in propoſita concluſione,in ij.dubio.Mart.Laud.in ſua diſputatione,incip.Augerius Seio,in qua poſuit tractatum legitimationis.Pau.Caſt.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,col.penult. verſ.ſed aduerte,& ibi etiam Franc.Aret.col.antepe.verſ.ſed quæritur pro pleniori.ff.de liber. & poſth.& idem Pau.conſ.clxxx.ſuper eo quod primo loco quæritur,quis ſuccedat,col.2.& 3. lib.j. & conſ.xxij.viſis omnibus quæ narrantur,in prin.lib.2.& conſ.xxxiiij. ſuper primo dubio videtur,col.2.verſ.ſecundò principaliter,eo.lib.2.& conſ.ccccxxix.præſuppoſito,col.2.eo.li.2.& Alex. conſ.xxv.circa primum dubium,col.3.verſ.fortificantur,lib.j.& conſ.lxvj.conſideratis,his col.pe. verſ.ad idem adduco,eo.lib.j.{& conſ.lx.viſa legitimatione,col.pe.verſ.tertia ratio,li.ij.}& Franc. Aret.conſ.clxvj.eodémque pen.magnifici & excelſi domini,col.vlt.& Barb.conſ.ix. illud in medium referam.col.iiij.verſ.vnde eſt inter docentes , lib.iiij.& conſ. xlix. clementiſsimum Deum, col.j.& ſeq.eo.lib.iiij.& Nico.Peru.in tract.ſucceſ.ab inte. char.viij.col.j. verſ.ſed nunquid requiratur. Corn.conſ.xxxiiij.in hac quidem,col.j.verſ.& quod legitimatio,lib.j.{& latè conſ.xciij.primo aſpectu.col.3.verſ.primò & principaliter,& multis ſeq.lib.2.}Fran.Curt.ſenior conſ.xix. viſo priuilegio,in 3.dubio.vbi adducit alios concord.& iterum conſ.xxxv.ſtatuto,ſeu in capitulis, col. ix.verſ.& ideo exprimere,& ſeq.Cui adde Cepolam conſi.cauſarum ciuilium. lxvj. eodemq; vlt. tunc procreauit,col.pen.verſ.circa ſeptimum.& Card.Alex.qui etiam adfert concor.in d.c.per venerabilem.§.quod autem,col.xv.verſ.& licèt non requiratur. & Phil. Dec. conſ. lij. viſo eleganti conſilio,in fi.& conſ.lxxxv.cuius ſuperſcriptio incipit,de gradibus,col.pen.verſ. tertiò quæritur. & conſ.cclxxxviij.quæritur in effectu,col.2.verſ.ſecundò non obſtat,& conſ.cccvij. viſo pũcto, col.2.verſ.vnde non obſtat.& col.iij.verſ.ſecundus caſus.& conſ.cccxcij. quæritur an filia legitima,col.iij.verſ.ſed tamen his non obſtantibus.& conſ.ſeq.conſului,col.iij.verſ. & hoc confirmatur.& Steph.Bertr.conſ.cxij.viſis quibuſdam,col.iiij.nu.28.lib.2.

311 *Legitimatio quæ fit conſentiẽte parte eſt ualida.*

¶Nec aliquem reperi qui diuerſum ſentiat,præter Fed.Senen.conſ.lvij.videtur mihi quòd in priuilegio.Bal.conſ.lvj.an pater qui dicit,lib.2.& Iaſ.conſ.cx.contra legitimationem,col.iij.verſ.moueor in primis.lib.iiij.Guido Pap.conſ.clxxvj.pro diffinitione,col.2.verſ.plus dico,vbi dicit quòd cùm patre viuente & conſentiente fit legitimatio,non eſt neceſſe fieri mentionem liberorum.& allegat Bart.in d.§.& quid ſi tantum,col.vlt.Sed is admodum fallitur.nam Bart.non id dicit , ad quod eum allegat,ſed illud tantum,quod cum fit legitimatio patre viuente & conſentiente,non opus eſt citari liberos legitimatos.quod longè diuerſum eſt.

312 *De eadem re.*

¶Igitur vt reaſſumam,ſi id verum eſt,vt non valeat legitimatio facta reſcripto principis ignorãtis liberos legitimos extare,vt certè verum eſt:id ſanè ſatis eſt ad probandum quod aſſerimus,tũ quia ſi ab initio non valet legitimatio,ob exiſtentiam,vt vocamus liberorum, de quibus non eſt facta mentio:conſequens eſt eam reuocari,ſi poſtea ſuſcipiantur liberi , de quibus non fuit cogitatum,argumen.l.in tempus.ff.de hæred.inſtit.& l.eum qui.ff.de iuriſdict.omnium iud.cum ſimilib.aggregatis in { noſtro tractatu conſtituti poſſeſſorij,in iij.parte numero 3. & ſequent.} quibus plenè probatur nihil referre aliquid fieri tempore prohibito, aut idipſum cadere in tempus prohibitum. Tum quod eſt multò efficacius , ſpecialiuſque ad caſum noſtrum pertinet , quia paria ſunt ad præſumendum deeſſe voluntatem excludendorum liberorum,diſponentem ignorare liberos extare,& liberos poſt diſpoſitionem naſci,vt clarè probatur in l.qui iure militari.ff.de teſta. milit.& in l.ſi cum vel in vtero.C.de teſta.mili.& latè diximus ſuprà in verbo,filios non habens, in verſi.15.ſed & illud.Igitur quemadmodum exiſtentia liberorum ignorata impedit,ne taliter legitimati ſuccedant,ita & ſequens natiuitas debet impedire.Quòd ſi quis dicat eam l.qui iure militari,& ſimilia iura loqui,quando diſpoſitio non eſt perfecta , quia adhuc viuebat teſtator : huic confeſtim reſponderi poteſt quod ſuprà diximus in reſponſione primæ rationis , perfectionem actus in hoc caſu non conſiderari per hanc l.

313 *Principis reſcriptum ita debet interpretari, ut nõ lædat ius commune.*

¶Ad hæc gratioſum reſcriptum principis ita debet interpretari , vt minùs lædat ius commune, quàm fieri poteſt,modò poſsit aliquid operari,vt probatur in d.l.ex facto,& in cap. paſtoralis,in princip.extrà de apellationib.cum ſimilib.Satis eſt ergo quòd princeps qui concedit gratiam illi de quo ſpes eſt quòd poſsit procreare liberos,videatur eam conceſsiſſe contra ius , quod prohibet iſto caſu reſcriptum concedi,vt ſuprà diximus. Sed vt minùs lædatur ius commune , ita debet intelligi reſcriptum , vt videatur facta conceſsio in caſu minùs præiudiciali, ſcilicet cùm filij non naſcentur.

314 *Ceſſante cauſa priuilegii ceſſat priuilegium.*

¶Præterea præſumpta cauſa huius priuilegij,ſcilicet legitimationis, eſt defectus , ſiue carentia , vt noſtri loquuntur,liberorum legitimorum & naturalium,vt ſatis conſtat ex iis quæ diximus. Ergo illorum ſuperuentus illam reuocat : nam ceſſante cauſa priuilegij , ceſſat priuilegium. l. cura. §.deficientium.ff.de iure immunit.& l. Titia Seio.§.vſuras,& ibi gloſſ.& Bartol.ff.de legat.ſecundo,cum aliis multis ſimilibus,à me late collectis in eo tractatu,cui titulum fecimus,ceſſante cauſa ceſſat effectus.

315 *De eadem re.*

¶Denique ne tu lector optime exiſtimes hanc quam diximus diſtinctionem , nunc primùm me excogitaſſe,ne ſomniaſſe dicam, ita expreſsè ſecundum eam conſuluit Bald. à nullo eorum qui eam



eam rem tractarunt,quos viderim,memoratus conſ.cccvj.cuius eſt exordium , caſus huius quæſtionis talis eſt,A.coniugatus,col.2.in 2.dubio,lib.item ij. vbi tamen nihil allegat , ſola ſua ipſius autoritate contentus,vt ſæpe aliàs.Et idem tamen voluerunt Pau.Caſt.& Franc.Aret. in d. l.ex facto,ante fi.& rurſum idem Pau.& Corn.in d.l.ſi te parens.C.de ſuis & legitimis.

316 *Legitimatio nõ reuocatur quantum ad ſtatutum perſonæ.*

¶Sed hoc ita intellige , vt tunc reuocetur legitimatio,cùm non fuit cogitatum de liberis,ad eum tantùm finem,vt non ſuccedat legitimatus cum liberis, vt etiam diximus. Neque enim reuocabitur quantum ad ſtatum perſonæ , quæ admittatur ad honores & magiſtratus, & alia naturalibus interdicta , cùm hoc non tendat in præiudicium legitimorum,& ideo ceſſent omnes rationes quas ſuprà adduximus,quæ tantùm reſpiciunt commodum & incommodum liberorum. Et ita expreſsè voluit Pau.Caſt.in d.l.ex facto.& iterum conſ. xxij.hoc capite,viſis omnibus , col.2. lib.2.& Iaſon in l.tale pactum.§.vlt.col.2.verſ.item per iſtum tex.ff.de pactis.{& Bened.in repet. c,Raynutius,in verbo.& vxorem nomine Adelaſiam,num.189.de teſta.Nam & in ſimili, ſi quis filius naturalis fuerit legitimatus,nulla facta mentione aliorum filiorum legitimorum,tametſi dicitur huiuſmodi legitimatio non valere,vt latè diximus ſuprà,nume.310.tamen & id intelligitur, vt faciat præiudicium filiis legitimis.nam in cæteris valet legitimatio, vt expreſsè dicit Cardina. Florent.c. per venerabilem,col.xiij.verſ. ego dico, & ibi quoque Cardin.Alexand.in §.quod autem,colum.xiij.verſic.reuertor nunc, extrà qui filij ſunt legit.& Carol. Ruin.conſil.lxxxviij.quia Matthæus,col. iij.verſ. quia igitur , lib.iij.} Et ita quoque ſenſiſſe videntur ij qui ſimpliciter negant huiuſmodi legitimatos ſuccedere cum legitimis poſtea natis,nulla facta mentione de reuocatione ipſius legitimationis.

317 *Effectus ſuccedẽdi licet tollatur, remanet tamen legitimatio integra & perfecta.*

¶Nec id quidem abſurdum videri debet , cùm effectus ſuccedendi ſit ſeparatus atque diſtinctus ab iſta legitimatione perſonæ.Quod hinc videre licet,quòd licèt tollatur effectus ſuccedendi,remanet tamen legitimatio integra & perfecta,vt conſuluit Soci.conſ.ccxlvj.eleganter & ſubtiliter, col.iij.verſ.ſecundò prima legitimatio,lib.2.quod & repetitur inter conſ.Franciſc.Curt.ſenioris, conſ.xviij.eiuſdem initij:& ipſe etiam Curt.conſ.lxxiiij.ſuper memorata , col.xvij. verſ.ſecundò reſpondemus.& Philip.Dec.in l. ſolet, col.ij.verſi.& vlterius. ff.de iuriſdict.omn.iudi. & in l. pactum,col.v.verſ.& vlteriùs conſiderandum eſt.C.de collat.& conſil. cclviij.in caſu domini Franciſci,colum.vlt.verſ.non obſtat quòd ſucceſsio,& conſ.264. reuocantur in dubium,col.iij.verſic. ſecundò alia ratione,& conſilio ccclxvj.pro declaratione.col.ij.verſ. quartò concludunt. Nam & ius ipſum ſuccedendi à filiatione diſcretum eſt,& ſeparatum,vt not.Bart.in l.is poteſt.col.2.verſ. eſt & aliud,& ibi poſt eum Pau.Caſt.Franc.Aretin.Iaſon & alij.ff.de acquir.hæred. & idem Paul. Caſt.conſ.ccciiij.primum dubium de quo quæritur,col.iiij.paulò ante fi.{j.dubij.lib.j.Alex. conſ. iiij.ponderatis,col.vlt.lib.j.& Franc.Curt.ſenior conſ.lxxiiij.ſuper memorata,col.ij.& Carol.Rui. conſ.lxxxvj.attenta,col.2.num.v.lib.3.& conſi.ſeq.col.iiij.num.6.eo.lib.iij.

318 *Agnatio per renuntiationẽ non tollitur à radice , licet tollatur à ſucceſsione.*

¶Quod & hinc}patet,quòd filius poteſt renuntiare ſucceſsioni patris viuentis.c.quanuis,de pactis.lib.vj.& tamen non deſinit eſſe filius.Ex quo etiã dicit Bald.in auth.in ſucceſsione,circa medium,in verſ.vltimò quæritur.C.de ſuis & legi.quòd renuntiatione agnatio non tollitur à radice,licèt tollatur à ſucceſsione,per l.ius agnationis.ff.de pactis.Sicuti etiam ius cognationis ab ipſa cognatione eſt ſeiunctum,vt ex eo patet,quòd ius ipſum cognationis tolli poteſt,vt not.gloſſ.in §.quod autem,Inſtit.de cap.dimin.{Bald.in l.ius naturale,in priori lectio.col.vlt.ff.de iuſtit.& iure.}& Ro.conſ.lxxxij.quò ad id de quo quæritur,non autem ipſa cognatio.l.iura ſanguinis. ff. de reg.iur.& l.abdicatio,cum gl.C.de patr.po.& no.in d.l.ius agnationis.ff.de pactis.

319 *Legitimatio ea lege fieri poteſt,ut legitimatus non ſuccedat ſimpliciter.*

¶Ideóque legitimatio ea lege nuncupatim fieri poteſt , vt legitimatus non ſuccedat ſimpliciter, vel non ſuccedat æqualiter cum cæteris filiis legitimis,vt voluit Ioan.And.in addit.Specul.tit.de ſucceſsio.ab inteſta.§.j.verſ.ſed ex facto quæritur,& Angel. { & Paul. Caſtr.qui hanc appellat diſpenſationem.}in l.ſi ab eo,per illum tex.C.de legi.hæred.Ant.in c.per venerabilem,col.iij.& iterum xxx.verſ.ſed eſt dubium an pater,& ibi Iaco.Zochi.col.iiij.extr.qui filij ſunt legit.Pau.Caſt. qui ita dicit ſe & Raynu.Forl.conſuluiſſe,in d.l.pactum,col.2.verſi.& eadem ratione quæritur,& ibi etiam Alex.col.item 2.verſ.facit etiam,& Corn.col.penul.verſic.ſextò limita,& Philip.Dec.C. de collat.& idem Raynu.& Paul.Caſtrenſ.in l.ſolet.ff.de iuriſd.omni.iudic.Roma.& Franc.Aret. in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæred.Cepola conſi.cauſarum ciuilium lxj,orta iam diu,colum.vlt. Alex.in l.j.§.in filij.ff.ad Trebel.& conſ.xxv.circa primum dubium,lib.j.& conſ.xxx.iuxta ea quę aliàs,lib.iiij.& conſi.omnium poſtremo,lib.v.& Soci.d.conſ.ccxlvj.in princ.& Fran.Curt. ſenior. d.conſil.lxxiiij.colum.vij.verſic.circa quem paſſum,& Franc.Crem.no.xvj.incip.pater poteſt legitimare.{& Iaſon conſil.clxij.in cauſa contradictionis , colum.j.lib.j. & Philip. Dec. conſ.cclvij. quæritur an legitimatus,in princ.& Stephan.Bertrand. conſi. clxix. exiſtimo,numero 7. lib.2.& Geor.Nat.in repetitio.c.quanuis,col.2.verſi.fallit ſecundò,de pactis,lib.vj.

320 *Legitimatio quando reaſſumat effectũ ſuccedendi.*

¶Nec illud prætereundum putauimus,quod præterea ſing.dicit Paul.Caſtrenſ.d.conſi.xxij.lib.2. quòd ſi legitimus poſt legitimationem natus poſtea moriatur viuente patre , legitimatio reaſſumit effectum ſuccedendi ac ſi talis filius natus non fuiſſet,arg.l.poſthumus,in princ.ff.de inoffi. teſtament.Si enim tunc reconualeſcit teſtamentum,quod eius natiuitate fuerat omnino ruptum, vt ibi dicitur ; fortiùs legitimatio,quæ non rupta eſt , ſed tantùm perdidit effectum ſuccedendi cum

cum legitimo, ne illi fieret præiudicium, illum effectum recuperare debet ceſſante ea cauſa. Imò fortiùs dicit ipſe Pau.quòd ſi is filius legitimus moriatur poſt mortem patris,antequam ſucceſſerit, aut tranſmiſerit ad alium, etiam tum recuperat legitimatus huiuſmodi effectum ſuccedendi, arg.l.2.§.ſed ſi ſint.ff.ad Tertul.Licèt ſecus ſit in teſtamento,per l.ſi filius in poteſtate.ff. de libe. & poſth.Hæc Pau.{Et facit quod idem ipſe tradit, conſi.xxxiiij. ſuper primo dubio videtur dicendum quòd legitimatio,col.2.verſ.ſecundò principaliter,lib.2.}Sed tu vide hîc quæ dicam infra,in glo.{in verbo,ſuſceperit liberos,num.225.}incip.tertiò intelliges quod diximus.

*Quæ procedunt in legitimato per reſcriptum, eadem procedũt in legitimato per oblationẽ curiæ.*

321 ¶Hęc quæ diximus de legitimato per reſcriptum,arbitror & in legitimato per oblationem curiæ procedere, ſiue quis ſeipſum obtulerit, ſiue à patre oblatus fuerit. Nam primo caſu non poteſt quis ſeipſum offerre vt legitimetur,exiſtentibus legitimis.§.ſi quis igitur fuerit, & §. ſequent.in authen.quibus modis naturales efficiantur legitimi. Et ideo locum habent omnes rationes quas ſuprà attulimus in legitimatione per reſcriptum.Legitimatio autem quæ fit per oblationem patris,licèt in hoc cæteras vincat, quòd poteſt fieri exiſtentibus legitimis, vt cauetur iiſdem iuribus: tamen non hinc propterea ſequitur, quòd ea non reuocetur ob liberos poſtea ſuſceptos, quatenus cedit in eorum præiudicium. nam videmus in caſu l.noſtræ, quod licèt pater habens liberos donare poſsit:tamen ſi quis non habens donet,reuocatur donatio ſuſceptis poſtea liberis ob præſumptionem & veriſimilem mentem donãtis.Ita quoque cum hîc veriſimile ſit patrẽ carentem liberis legitimis hanc oblationem feciſſe,qua legitimaret filium naturalem, quoniam legitimis careret,vt ſuprà diximus in legitimatione per reſcriptum:certè qua ratione alię reuocantur quò ad ſucceſsionem per ſuperuentum legitimorum,eadem & hæc quoque.Et ita nuncupatim tenet Franc.Aret.in d.l.ex facto,col.vj.verſic.circa tertium.ff.de vulg.& pupil.motus hàc ratione,quòd licèt pater habens filios legitimos, poſsit tamen per oblationem curiæ legitimare filios naturales:tamen ſi ignoret ſe legitimos habere, non videtur illis voluiſſe præiudicatum iri, ſicut diximus in exhæredatione,in l.Tit.in princ.& quod ibi not.Bart.ff.de liber.& poſth. Et ſimiliter in prouiſione quam facit teſtator filiis,in l.ſi quis ita.§. pen.ff.de teſt. tutel. & quod not. Bart.in l.qui filiab.ff.de lega.j.Ergo nec naſcituris quoque cenſetur velle præiudicium fieri, per d.l.qui iure militari.ff.de teſt.mil.

*Declaratio præcedentiũ.*

322 ¶Attende lector,vis vt is totius rei ſummam breuiter contrahã,quæ ſcilicet ſuprà tam longis verborum ambagibus compræhendi intelligimus,quò & tu facilius omnia intelligas?Hæc ſanè ſumma omnium eſt.Legitimatio quæ fit per ſequens matrimonium,nullo modo reuocatur per liberos poſtea natos,ſiue quantum ad effectum ſuccedendi,ſiue quantum ad alios.Sed nec aliæ legimationes,quæ videlicet fiunt aut per reſcriptum,aut per oblationem curiæ,reuocantur natiuitate liberorum legitimorum, quantum ad ſtatutum perſonæ, quin ita legitimati admittantur ad honores & cætera naturalib.interdicta:verùm reuocantur quantum ad effectum ſuccedendi,niſi princeps & pater cogitarint de liberis naſcituris. Tamen ſi filij poſtea nati moriantur viuente adhuc patre,aut etiam eo mortuo antequam ſucceſſerint, aut ad alios tranſmiſerint, legitimati hunc effectum veluti poſtliminio quodam recuperant.

*Libertas data ſeruis vtrum reuocetur ob natiuitatem liberorum.*

323 ¶Quæro xvij.vtrùm reuocetur libertas ſeruis data ob natiuitatem liberorũ ex hac l. Et primùm quidem videtur reuocari,cùm non minùs ſerui noſtri dicantur eſſe in bonis noſtris, quàm cæteræ facultates noſtræ,vt probatur in l.rem in bonis.ff.de acquir.rer.domin.& in l.poſſeſsionum. C.com.vtriuſ.iudic.& quod voluit Bal.in l.liberi libertæq;, col.vlt.verſ. quæro an vaſſalli. C. de oper.liber.Cuius autoritate Iaſon conſ.ccvij.verba inſtrumenti,col.iiij.verſ.tertiò bene facit, lib. 2. dicit libertos eſſe in bonis noſtris. Nam & appellatione rerum noſtrarum ſerui continentur.l. omnia.§.cum ita.{& ibi Bal.Imol.& Pau.Caſt.}ff.de lega.2.& l.vlt.in fi.C.de verb. ſignificat. vbi etiam probatur ſeruos eſſe in patrimonio noſtro:quod & probatur in l. vt tantum. §.j.ff.de ſeru. corrupt.Appellatio autem rerum idem continet quod bonorum,niſi bonorum latiùs pateat, per tex.in l.vlt.ff.de vſufruct.legat.{Et ne dubites,eſt tex.expreſſus id probans quod diximus appellatione bonorum noſtrorum ſeruos quoque contineri,in l.Paulus.§.vlt.ff.de pigno. quem in id expendit Hippol.Marſi.in l.j.§.ſi ſeruus,in j.not.& iterum in §.in cauſa etiam,in j.not.ff.de quæſtion.}Nec tantùm ſerui,ſed & eorum libertates,poſteaquam manumiſsi ſunt, cenſentur eſſe ex bonis & rebus noſtris,l.verbis legis.ff.de verbor.ſignific.Quin non ſolùm ſerui ipſi veniunt appellatione rerum noſtrarum,ſed & cæteri homines noſtri, quos vocamus, ſcilicet nobis aliqua ratione ſubditi,veluti vaſſalli,& alij id genus,vt aſſerit Barb.conſi.xxvj.ſapienter ſcripſit, col.iiij. verſ.ſed ſi quis opponat,lib.2.per not.per And.Baru.& Bart.{ adde & Ioan. Plat.} in l.ſenatorũ. C.de dignit.lib.xij.& voluerunt etiam nuncupatim Guil.Cu.Cyn.& Bald.in vtraque lectu.quos ille non citat,in l.j.ff.de ſtat.homi.& ipſe Bald.in{d.l.omnia.§.cum ita,per illum tex.}ff.de legat. 2.& Alciat.in l.rei,quæ eſt v.in glo.j.& iterum in l.ſequen.in verbo,rei.ff.de verb.ſignific.& bene facit tex.in l.talem.§.vlt.& ibi Bart.Bal.& alij.ff.de hæred.inſtit.& in c.autoritate,ibi,aut ſuorum hominum liberorum.de priuil.lib.vj.

*Serui appellatione quinam compræhendantur.*

324 ¶Quanquam{tex.eſt qui videtur probare appellatione rei non venire perſonam, in l.ſerui electione.§.j.ibi,cùm res aut perſona legatur,& ibi Iaſ.colum.2.verſ.ſecundò pondera. ff. de legat.j. & glo.in l.in hoc,in verbo,non valere.ff. famil. herciſ.dicit libertos non eſſe de bonis.&} Bald.

ipſe in



ipſe in c.j.col.j. verſic. pone arbiter,extra de arbitr.aſſerit libertates diuidi non poſſe, quia non ſunt in bonis noſtris patrimonialibus,per l.quædam mulier.ff.famil.herciſ.Et dicit idem Bal. in l.qui filios.C.quæ res pign. obligar. poſſ. filios noſtros cæteroſque homines liberos non eſſe in bonis noſtris.{quod bene probat tex.in l.j.ff.de rei vendi.& in l.j.& ibi Fran.Ripa.in vj.not.ff.de interdict.& in l.j.& ij.C.de patr.qui fili.diſtrah.}Sed quicquid ſit de libertis,& aliis liberis,conſtat ex ſupradictis ſeruos contineri appellatione rerum ac bonorum noſtrorum.De bonis autem loquitur lex noſtra.Igitur obtinet in rebus huiuſmodi.

*Libertates quare diuidi non poßint.*

*Libertas cõcernit perſonas & non res.*

*Filii legitimi impediunt legitimationem.*

325 ¶Verùm Sali.hîc ad fi.apertè ſentit non reuocari,hac ratione motus,quia libertas concernit perſonas,& non res,ſicuti legitimatio,quæ non reuocatur,vt etiam diximus pleniſsimè in præced. quæſt.Quam rationem & tu ita confirma.Nam libertas eſt fauorabilior, quàm ipſa legitimatio, etiam in his quæ reſpiciunt liberos legitimos:quoniam filij legitimi impediunt legitimationem. §.illud,in auth.quibus modis natur.effic.ſui.Non etiam libertatem,l.Papinianus.§.vlt.& l.ſeq.ff. de inoffi.teſt.& pleniùs diximus ſuprà in eadem glo.verſic.301.incip. quinta item ratio. Si ergo non reuocatur legitimatio,multò minùs libertas fauorabilior filiatione,quę eſt noſtræ l.vnicum fundamentum,vt ſuprà ſæpius diximus.Id quod etiam ex multis manifeſtum fit.Nam primum tempus certæ ætatis ſemper & ſine defectu facit diem fauore libertatis.l.ſi ita ſcriptum.ff.de manu.teſta.At fauore filiationis non facit,niſi duo interueniant.l.ſi cui legetur. §. hoc autem. ff.de legat.j.& l.Seius Saturninus.ff.ad Trebel.In qua quidem illud etiam tempus videtur appoſitum fauore ſolius filij,per l.in fideicommiſsi.§. cum Pollidius.ff.de vſur.& l.ſi ita legatum.§.Pegaſus. ff.de legat.ij.

*Piæ cauſæ magis fauetur quàm filiationi.*

326 ¶Deinde magis fauetur piæ cauſæ quàm filiationi, excepta legitima, per authent.ſi qua mulier, vbi not.Bald.Saly.& recentiores. C.de ſacroſan. eccleſ. cum aliis multis concord. collectis ſuprà in verbo,libertis,verſi.lxxxiij.incip.& hæc poſterior ſententia.& hæc eſt communis opinio, licèt aliqui negent. Quam & ſuper ea quę inibi diximus, ita probamus.Nam teſtamentum nutu factũ ad pias cauſas valet,vt voluit glo.ord.in c. cum tibi, & ibi omnes doct. extra de teſta. Bald. in l. j. col.ij.in lect.& iterum in repetit.col.antep.ſuper quinto,& ibi etiam Fran.Aret.col.vlt.C.de ſacroſ. eccle.cum multis concor.à nobis latè congeſtis in {tractatu priuileg.piæ cauſæ,in viij.priuileg.} Et tamen non valet huiuſmodi teſtamentum inter liberos factum,ſecundum Bald. Ang. Fulg. Paul. Caſtr.& alios recentiores in l.iubemus.C.de teſtam.cum aliis concor.eo.in loco à nobis adductis.

*Pactum de futura ſucceßione ualet fauore piæ cauſæ.*

327 ¶Item licet pactum de futura ſucceſsione non valeat fauore filiorum.l.vlt. C.de pactis.valet tamẽ fauore piæ cauſæ,ſecundum Bald.ibi,col.pen.verſi.venio ad ſecundam quæſtio.& Alex.& Ant.ab Alexand.in l.pactum quod dotali.C.de collat.& eundem Alex.in l.pactum,col.ij.verſi.tertiò fallit. C.de pactis.& conſil. clij. in cauſa & lite,colum.3. verſicu.ſubdo etiam, cum aliis quoque multis concord.à me adductis vbi ſupra in xcviij. priuilegio piæ cauſæ. vbi tamen videbis quid de hac re ſit dicendum.

*Dominium transfertur in piam cauſam ex ſolo titulo ſine traditione.*

328 ¶Præterea videmus dominium transferri in piam cauſam ex ſolo titulo ſine traditione.l.vlt.& ibi omnes doct.latè.C.de ſacroſ.eccle.& l.j.& ibi glo.& doct.C.de donat.quæ ſub modo.Tamen non tranſit in filium.l.ij.C.ſi quis alteri vel ſibi.& l.ſiue emancipati.C.de don.Ex quibus planè conficitur, quod ſuperiùs aſſumpſimus,piam ſcilicet cauſam eſſe fauorabiliorem filiatione.

*Libertas eſt fauorabilior alia quauis pia cauſa.*

329 ¶Libertas autem eſt pia cauſa.l.j.§.vlt.ibi,ad hanc rationem pietatis,& ibi Bal.C.de com.ſer.manu. cum aliis ſi.à me latè congregatis in ea ipſa glo.vlt.ante fin.Nec ſolùm quidem pia cauſa,ſed etiam fauorabilior alia quauis cauſa pia. Quod hinc etiam apertè videmus quòd legata ad pias cauſas non minuunt legitimam filiorum.d.auth.ſi qua mulier,ibi,legitima nulli diminuta, & ibi quoque docto.& id nuncupatim reſpondit Alex.conſi.xviij.non minuitur legitima, in princip. lib. iiij. Et tamen legata libertatum non ſolùm minuunt,ſed & prorſus tollunt & extingunt legitimam ipſam. l.Papinianus.§.quarta autem,& ibi Raph.Fulgo.in iij.nota. & Pau.Caſt. qui dicit illum textum in hoc mirandum.ff.de inoffi.teſta.& ita etiam illum tex.expendit ipſe Paulus conſ.ccccxvij. iſta domina ſancta,col.ij.lib.j.& conſ.ccccl.viſa dicta facti narratione,in fi.li.ij.vbi ex eo dicit non per omnia par eſſe teſtamẽtum inter liberos,& teſtamentũ ad piam cauſam. Iaſ. in locis quæ ſtatim ſubiiciam,& præterea in l.quidam exiſtimauerunt,col.iiij.ff.ſi cert.pet.& in l.ſi vnus,col.ij.verſ. tu conſidera fortius.C.de teſta.& Ioan.Neuiza.inter conſ.feudalia Alber.Bruni.conſ.xij. patres comederunt,col.antep.verſi.tertiò quia agitur.& ante omnes glo.in §.j.verſic.non licebit, in verbo, relinquat,in auth.de trien.& ſemiſ.

*Legata libertatum nõ minuunt legitimam.*

330 ¶Verum eſt tamen,ne id omittam,quod gl.& communiter docto.in d.§.quarta,dicunt, quòd hodie legata libertatum non minuunt legitimã,per text.in §.prohibemus,in d.auth.de trien.& ſemiſ. quamuis ille §.non loquatur de libertate.& gloſſ.ibi etiam aliter tenet. Et ſi de ea loqueretur, non minùs tamen probaretur per d.§.quarta,libertatem eſſe fauorabiliorem quauis alia pia cauſa, licèt in eo caſu eſſet correctus per d. §. prohibemus. Neque enim correcta lege cenſetur correcta ratio legis,quin ex ea argumentum poſsit aſſumi ex gloſſ. ord. in c.nouit,in verbo,quicunque,extr.de iudic.cum ſimil.Sed & illud quod diximus,ſatis probat tex.in l.primo gradu.ff. quæ in frau. cred. vbi legatum hæreditatis valet,ſi non ſit factum in fraudem, etiam ſi hæreditas non ſit ſoluendo, quamuis aliud ſit in legato alimentorum,vt ibi dicitur,licèt haud dubiè ſit pium, per tex.in l.Mela.ff.de alim.& cib.leg.& glo.in l.ſi cui annuum.ff.de annu.leg. cum multis ſimil. à me collectis in

noſtris

noſtris commentariis {conſuetudinum Pictauienſium,} tit.xvj.§.j.in gloſſ.vlt.ante fin.Et ita illum tex.in d.l.primo gradu,ad hoc annotauit Benedict.Plum,in l.Antonius,ad fi.ff.de fideicom.libe.& Barb.qui ex hoc nuncupatim infert quod diximus, libertatem eſſe cæteris legatis fauorabiliorem.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te,col.antepe.ff.de verb.oblig.vbi & ad hoc citat Ang.in repet.l.eam quam,col.v.verſi. addit.& quantum.C.de fideicom. vbi videtur aſſerere libertatem magis eſſe piam cauſam,quàm quaſuis alias.{Quod & hinc patet,quòd libertas concedi poteſt abſenti, etiam ſine nuntio,vel epiſtola.l.j.§.ſed & ſi quis,& ibi not.Bal.C.de Latina lib.toll.& Fran.Aret. in l.vtrùm,col.2.ff.de verb.oblig.Et tamen abſenti donatio piæ cauſæ fieri non poteſt,ſecundum gl.in l.illud,in verbo,alia cauſa,in fi.& ibi Guil.Cu.Bart.Bal.& Pau.Caſt.C.de ſacroſ.eccl.& Ioan. And.in addit.Spec.tit.de inſtru.editio.§.nunc aliqua,verſ.ſed an pauperes,cum aliis concor.à me collectis in d.tractatu priuilegiorum piæ cauſæ,in xciiij.priuilegio.Vide tamen Carol.Ruin.conſ. iij.de pluribus,col.pen.num.22.lib.ij.vbi tenet piam cauſam eſſe fauorabiliorem libertate.}

*Confirmatio precedẽtium.*

331 ¶Igitur vt concludamus,ſi pia cauſa eſt fauorabilior filiatione,& alia quauis pia cauſa,conſequẽs eſt libertatem eſſe fauorabiliorem filiatione. Id quod ſentit (ne autoritate etiam careamus) licèt obſcurè,Bart.in d.l.ſi cui legetur.§.quod autem,& ibi apertè Iaſ.in fi.ff.de legat.j. & rurſus idem Iaſ.in l.ſi fundum.§.Stichum,col.j.in fi.eo.tit.& Philip.Dec.in l.quoties dubia.ff.de reg.iuris. Vt non immeritò dicatur antiquos legumlatores multa etiam contra communes regulas fauore libertatis ſtatuiſſe.§.vlt.Inſtit.de dona.& l.generaliter.§.ſi quis ſeruo.ff.de fideicom.libert.libertásq; omnibus rebus eſt fauorabilior.l.libertas omnibus.ff.de reg.iuris , & ita quidem omnibus rebus, vt etiam vitæ anteponatur,vt probatur ex l.vlt.C.de patria poteſtate , vbi patribus quibus olim ius erat vitæ ac necis in liberos,libertatem tamen eis eripere non licebat,tantum inquit ea l.libertati à maioribus impenſum eſt.Nam & Diogenes Cynicus aliquãdo interrogatus quid omnium rerum eſſet in vita optimum , { παῤῥησία } inquit,id eſt, libertas. {vt vertit} Ambroſius interpres Laertij, {& Eraſmus in Apophthegmatis. Quod tamen non placet Franciſco Robertellio,quòd παῤῥησία non ſimpliciter libertatem ſignificet,ſed libertatem loquendi.Sed ei reſpondet,docetq; optimè verſum fuiſſe Nannius Alcmarianus Miſcellaneorum lib.viij.} Cæterùm Buris & Spartis Lacedæmonij apud Plutarchum in Apophthegmatis,tam ingens eſſe bonum libertatis dicebãt, vt nemo ſanæ mentis cum regno Perſarum commutaret. Tullius autem Philippica ij. Seruitus, ait,poſtremum malorum omnium,non modò bello,ſed morte etiam repellendum.Idemque ſæpius cenſet mortem ſeruitute potiorem,vt Philippica 3.x.& xj.Et Salluſtius in Catilinam,ex ſententia C.Manlij,libertatem,inquit,nemo bonus, niſi cum anima ſimul amittit. Ex quo Vlpianus in l.intercidit,in fi.ff.de condit.& demonſt.ſeruitus,inquit,morti aſsimilatur.quod & repetit in l. ſeruitutem.ff.de reg.iur.Iuſtinianus autem in §.ſi vero decretum.in auth.de nupt.ſcribit ſeruitutem non procul à morte differre.Valens quoque Imperator in codice Theodoſiano,l.j.C.de parentib.qui filios ſuos diſtraxe.Cui,inquit,non ingenuo mori ſatius eſt,quàm iugum ſeruile perferre?At Apollonius Thyaneus apud Philoſtratum lib.7.Pro libertate,inquit, mori leges iubent. Id quod etiam bruta animalia intelligunt.Nam Aelianus lib.v.animalium,tradit de Onocentauro,quòd ſi capiatur,non ferens ſeruitutem,libertatis deſiderio ab omni cibo abhorret,& fame ſibi mortem conſciſcit.quod & à Pythagora narratum eſſe Crates teſtatus eſt. Vnde & iuriſconſulti dicunt infinitam eſſe libertatis æſtimationem.l.non eſt ſingulis.§.infinita.ff.de reg. iur. & alibi libertatem rem eſſe inæſtimabilem.l.libertas,eo.tit.cum concord.ibi adductis.& alibi ſcribitur libertatis æſtimationem ad infinitum extendi.l.procurator.§.vlt.ff.rem ratam habe.Cæterùm Pindarus Iſthmiorum Ode viij.pronuntiat beatos homines , qui libertate fruuntur. Ex quibus omnibus illud relinquitur,quòd filiatio ſuperueniens non tollit libertatem iam conceſſam. { ad quod facit tex.optimus,} in l.alieno.§.j.ff.de fideicom.lib.{iunctis iis quæ diximus ſuprà in verbo,filios non habens,num.5.& ſeq.Et faciunt quoque} quæ diximus in præced.q.in quinta ratione , & in reſponſione illius.Et quod alibi dicemus,libertatem difficillimè reuocari,infrà in verbo, reuertatur.verſi.265.incip.parum abfuit.{& quod ſuprà tractauimus in verbo,libertis,vtrum hæc lex habeat locum in rebus donatis piæ cauſæ.}

*Parentibus olim erat ius vitæ necisq; in liberos.*

*Mors ſeruitute potior.*

*Filiatio ſuperueniens non tollit libertatem cõceſſam.*

*Hæc lex utrũ habeat locum in publicatione bonorum facta à patre nondum ſuſceptis liberis.*

332 ¶Quæro xviij.vtrùm hæc l.habeat locum in publicatione bonorum facta à patre nondum ſuſceptis liberis,ſi poſtea ſuſcipiat?De qua re nuncupatim loquens Bart.in l.j.ff.de bonis damnato.conſtanter aſſerit eam reuocari per hanc l.noſtram.quem expreſsim ſecutus eſt Franciſc.Curt.ſenior conſ.omnium primo,prima fronte videtur,col.iij.etiam per hanc legem.Quod vt intelligas,ſcire debes liberos delinquentium impedire integram bonorũ publicationem,d.l.j.& iterum l.vlt.ff.de bonis damnat.& l.vlt.C.eod.tit.quod primus ſanxit Hadrianus Imperator,vt retulit Aelius Spartianus in vita illius. Si ergo quiſpiam non habens liberos delinquat , ob ídque omnia bona ſua publicet,natis poſtea liberis reuocatur publicatio,eatenus quidem,quatenus impediuiſſent , ſi tẽpore publicationis extitiſſent.Sed non video quid ea res ad hanc l.pertineat , quæ in præſumpta voluntate donantis omnino fundatur , niſi etiam dicas hunc qui delinquit , veriſimiliter non id perpetraturum fuiſſe,ſi cogitaſſet de liberis futuris:quæ res an conſideranda ſit,videant cæteri.

*Filii quare nonnunquam puniantur ex delictis parentum.*

333 ¶Quanquam illud ſcio,inter pleraſque cauſas,quæ reddi ſolent,cur nonnunquam filij puniantur ex delictis parentum , illam quoque adſcribi , vt parentes qui filiis magis quàm ſibi ipſis ſæpius metuunt,





metuunt,iuxta l.iſti quidem.§.vlti.ff.quod metus cauſa , deterreantur à ſceleribus, quorum pœnam in ſuos ipſorum liberos irrogari non ignorant. Nam & hãc rationem huic rei inter cæteras aſsignant Zenze.in extrauag.Ioan.22.incip.dierum,in verbo,quomodolibet.& ſubobſcurè Pan. in c.vergentis,in vlti.not.extra de hæred. Id quod longo ante interuallo elegantiſsimè,vt cætera omnia,ſcripſit Tullius in quadam ad Brutum epiſtola. Nec verò,ait,me fugit,quàm ſit acerbum, parentum ſcelera,filiorum pœnis lui. Sed hoc præclarè legibus comparatum eſt,vt charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet. De quo & nos latè diximus in noſtris commentariis conſuetudinum Picta.tit.xiij.§.ij. Sed quod ad caſum l.noſtræ pertinet,Bal.in d.l.vlt.C. de bon.proſcript.tradit ex eo text.in verbo, relicti , quòd concepti poſt condemnationem non potiuntur priuilegio illius l.id eſt,non impediunt integram bonorum publicationem,ſed ij tantùm qui iam nati ſunt,aut certè concepti:quod omnino illius Bart.ac Curt.ſententiæ aduerſatur.

*Hæc lex an obtineat locũ in iis quæ quis ludo amiſit.*

334 ¶Quæro xix.Vtrùm etiã l.noſtra obtineat in iis quæ quis ludo amiſit , tanta quidem æſtimatione,vt veriſimiliter tanti non luſiſſet,ſi liberos habuiſſet,aut ſe habiturum cogitaſſet. Tanquam ſcilicet id quæſitum eſſe ex cauſa lucratiua cenſeatur. Nam ſi ex cauſa oneroſa,haud dubiè locus non eſſet l.noſtræ,vt plenè diximus ſuprà in verſi.cxxxix.incip.quintò etiam ſequitur.Igitur ſuper hoc,vtrum videlicet cenſeatur cauſa lucratiua,an oneroſa,vide Bal.in l.j.ad fin.verſic. extrà quæro,& ibi Alex.& Barb.in addit.C.ſi in fraud.patro.& eundem Bald.in rub.C.de condict.ob turp.cauſ.in ij.q.quæ quidem rubr.vulgò legitur eodem tenore & ſine interuallo cum l.vlti.titu. præced.& eundem quoque Bal.in auth.ex teſtamento,col.iiij.in x.cap.ibi,quid dices de vſuris.C. de collatio.Imo.in l.ſi quis cum ſciret.ff.de vſuca.pro empt.{Rom.in l. quòd ſeruus.ff.de acquir. poſſeſ.} Ang.Arèt.in tract.malefic.in verbo,Metidore,de mali.dadi.col.v.verſicu. quæro an vincens.Barbar.conſi.lxv.illud in medium referam,col.j.lib.iij.Pariſ.Puteum in tractatu de ludo,col. xvj.verſic.an quæſitum per ludum.Sebaſt.Conſtant.in tractatu eiuſdem tit.char.vj.Iaſ. in l.ſi arrogator,col.ix.verſic.ſecundò principaliter not.ff.de adopt. {& in §.item ſi quis,num.28.& ſeq. Inſtitu.de actio.} Philip.Dec.in l.in eo quod vel is,col.ij.verſi.ſimiliter acquiſitum.ff.de regu.iur. Paul.à monte Pico,in repet.l.poſt contractum,col.j.& iterum col.ix.ff.de don.& Ioan.Monteſe. in repeti.l.frater à fratre,in xxxiiij.q.ff.de condict.indeb.Fabia.Gioch.in repet.auth. nouiſsima,in xxiij.q.princ.col.ij.verſic.ſed nunquid perditum.C.de inoffi.teſta.& Franc.Ripam in c.ſæpe,col. xvj.verſic.nonò dubitatur,extra de reſtitu.ſpol. Et in multis ex dictis locis etiam comperies, an amiſſa à patre in luſu,reuocentur à filio ob ſuam legitimam, quæ res huc proxime accedit. Sed & tu vide quæ diximus ſupra verſi.cxxviij.incip.cæterũ ſuperiora confirmant. Illud autem certum eſt,ludentem,ea quæ ludo amiſit,cenſeri alienaſſe,vt pulchrè tradit gl.in l.iij.§. miles qui in bello.ff.de re milit.quam pro not.ſequitur Bald.in ſua Margar.in verbo,ludus, verſic.iij. dicitque eam facere ad ea quæ not.in l.quoties.C.de fideicommiſſ.

*Hæc lex an obtineat locũ in conceſſione feudi.*

335 ¶Quæro xx.Vtrùm & hæc l.procedat in conceſsione feudi?Quod quidem videtur,cùm feudum ſit quædam donatio,nempe quod dicitur beneficium,vt patet in c.j.§.j.tit.de feud.cogn. & in c.j. in princ.& per totum tit.non ſemel,in tit.quib.mod.feud.amit.& in aliis locis infinitis feudorum. Ideo & Bald.in rubr.C.de condict.ex lege,col.vlti. dicit,quòd feudum magis accedit beneficio, quàm contractui. Et alibi idem Bal.in c.vlt.extra de aucto.& vſu pal.dicit quòd feudum retinet nomen beneficij,etiam ſi pretio concedatur,licet propriè non ſit feudum,id quod pecunia redimitur,quia honore & amore debet concedi.c.j.tit.de feud.dat.in vicem leg.com. Sed & dicitur beneuola actio,in c.j.§.in primis.tit.in quibus cauſ.feud.amit. ad differentiam ſcilicet cæterorum contractuum oneroſorum,& datorum,reſpectiuorum,vt noſtri appellant,quæ ſcilicet fiunt reſpectu & contemplatione cuiuſpiam rei.de quibus in l.cùm te.C.de pact.inter empt.& vendi. Nam hanc huius appellationis rationem ponit Card.Alex.poſt antiquiores,in præludiis feudorũ,col.v. verſic.item dicitur beneuola.Quia licèt,inquit,feudum videatur datũ reſpectiuè propter ſeruitia quæ debet vaſallus,tamen quia beneficium præſtat ſeruitio,dicitur beneuola conceſsio,per l. Titius puerum.ff.de obſeq.lib.& alia quæ inibi allegat.Propterea & Bald.etiam in procemio feudorum,col.iiij.verſi.pro intellectu,& poſt eum Iaco.Aluar.& alij dicunt quòd feudum poteſt appellari gratia,vt quod plurimum habeat gratiæ.de quo etiam per Mart.Laud.in c.j.col.j.verſic. circa primã partem,tit.qui feud.dar.poſſ.Franc.Aret.in l.continuus.§.ſi ab eo,col.vlti.ff.de verb.oblig. & Alex.in l.ſi mihi & Titio,col.ij.verſi.adde quod idem.ff.eod.& conſi.vij. attentis & ponderatis,col.j.lib.vij.Socin.conſi. clxvij.non inutilis,col.j.lib.ij.& conſil.iiij.ſuper quæſtione, col.iij.lib. iij.conſi.lxvj.viſa donatione.col.ij.& alibi ſæpe in eo.conſi.eo.lib.iij.& aliquid etiã conſi. lxxxvij. viſis inueſtitura,col.viij.verſic.quartò,vt dictum eſt,eo.lib.iij.& conſi.xxij.viſa prædicta facti contingentia,col.ij.verſic.confirmo etiam,lib.iiij.& Franc.Curt.ſeniorem conſi.xlix.memoriæ recolendæ dux,col.xvij.verſic.quia conceſsio feudi,& conſi.50.eiuſdem initij,col.xxix.verſic. quartò corroborantur,in fi.& iterum col.xxxij.verſi.coadiuuantur præmiſſa,& rurſum col.xxxvj.verſi. ſed contrarium,& col.xliij.verſic.quartò reſpondemus,& Iaſ.in repet.l.re coniuncti,char. penul. verſicu.tertia limitatio,ibi,ſed ad hoc potes dicere.ff.de leg.iij.

*Feudum reuocatur ob ingratitudinem.*

336 ¶Ideoq; ſcribitur in c.j.§.prædictis modis,tit.quæ fuit pri.cauſa benefi.amit.quòd ex quibus cauſis ingratitudinis donationes reuocantur,etiam feudum reuocatur : quod quidem intelligitur de meris & liberis,cùm cæteræ quæ ob cauſam fiunt,non reuocẽtur ex illis cauſis ingratitudinis,vt voluit glo.in c.vlt.& ibi doct.C.de reuoc.dona.cum ſimil.à me ſuprà adductis,cum de donatio-

ne ob cauſam locuti ſumus. Quinimo ſunt, qui cenſent faciliùs ac leuiore de cauſa feudum reuocari,quàm ſimplices donationes:nam in hac eſt ſententia Franc.Ripa in interpret.l.vlt.C.hoc tit.de reuoc.donat.in vj.ix.& xj.quæſt.{& ante eum Ioan.Fab.quem tamen is non allegat , in §.ſciendum eſt,poſt medium,Inſtit.de donat.} Ex quo etiam Inno.in c.j.extra de feud.ſcribit feuda concedi de gratia,ideoque ea facilè reuocari.

*Feudum an ſit donatio.*

337 ¶Sed contrarium quoque videtur:nam feudum non eſt donatio,{vt ſcitiſsimè annotant Mart.& Card.Alex.in c.j.in fi.tit.de fra.de no.bene.inueſti.nam id,inquiunt , patet ex diuerſitate verborum,quę denotat diuerſitatem rerum.l.ſi idem.C.de codicil.atque etiam ex diffinitione vtriuſque quæ admodum eſt diuerſa,vt not.in prœmio feudorum.Hincque dicunt l.j.ſi imperia.liber.ſoci.lib.x.quæ loquitur de donatione non eſſe trahendam ad feudum. Et hoc quoque apertè probatur ex eo quod in donatione re euicta non eſt locus euictioni,niſi ea inceperit à promiſsione. l.Ariſto.§.vlt.& ibi glo.Bart.& alij.ff.de donat.cum ſimilib. Secus autem in feudo. nam eo euicto ſemper tenetur dominus,ſiue ſciens,ſiue ignorans rem eſſe alienam,eam in feudum conceſſerit, niſi vaſallus ſciens fuerit,cap.j.tit.de inueſtitu.de re ali.facta.

*Conceſsio facta à principe,videtur potius facta titulo donationis quā feudi.*

338 ¶Igitur vt repetamus,feudum non eſt donatio,} ſed datio ob cauſam,vt etiam dicit Oldr. conſi.clix.ex præſenti themate,col.j.verſi.in contrarium,per l.j.ff.de don.vbi & illud dicit, quòd in dubio conceſsio facta à principe,videtur potiùs facta titulo donationis quàm feudi,vt maior ſit liberalitas propter qualitatem concedentis:vt hinc etiam poſsis intelligere aliud eſſe donationē,aliud conceſsionem feudi. Et illud dictum ſequitur Alb.in rub.C.de don.verſ.item quæro de quæſtione ardua.& Phil.Dec.{in auth.ex teſtamento,col.ij.verſi.ſed certè.C.de collat.& conſi.} xxxij.cuius ſuperſcriptio incipit,an fœmina dicatur,col.ij.& conſi.cclxix.conſultus,col.j.& conſ.ccviij.ad clariorem demonſtrationem,col.ij.verſic.poſtremò aduertendum eſt,& conſil.289.non eſt parui ponderis,col.iij.verſi.ix.& conſi.468.ſuperiori anno,col.iij.& conſi.498.viſo caſu propoſito,col.ij.verſi.& ex his patet.{& Caro.Ruin.conſi.38.quoniam,col.ij.num.4.lib.j.& conſi.ſeq.viſis,col.j.& col.v.verſi.ſola igitur,eo.lib.j.} Cùm igitur feudum non ſit donatio,ſed datio ob cauſam,vt diximus:ideo pro ſeruitio feudali competit condictio ob cauſam,vt aſſerit Bald.in c.j.§.porrò, col.ij.verſi.quæro quo iure,& ibi etiam Card.Alex.in §.item qui domino,col.ij.verſic.extra glo.titu.quæ fuit pri.cau.bene.amit.& idem Bald.in c.ſi cautio,col.ij.verſic.item fallit in feudo,extra de fide inſtru.& eſt text.licèt non alleget,in c.j.tit.de feud.ſine culp.non amit.

*Vaſallus an eximatur à capitulis iuramenti fidelitatis in feudis liberis.*

339 ¶Et dicit Ioan.And.in addit.Spec.in rub.de præſcrip.col.vlt.quòd in feudis quantuncunque franchis,vt ipſe appellat,ſiue liberis nunquā eximitur vaſallus illis capitulis iuramenti fidelitatis. Imò nec valeret,inquit,infeudatio ita facta,vt vaſallus liber eſſet ab omni ſeruitio & onere:nec ſi quid tale fieret,diceretur infeudatio, ſed quædam libera donatio,& ſequitur Pau.Caſt.conſi.cccxj.circa id quod primò quæritur,col.j.lib.j.{& Alex.conſi.xxx.quoniam omne datum, col.vlt.lib.j.} & Card.Alex.in prælud.feud.col.xj.in iij.diuiſione feudorū,& idem propè reſpondit ipſe Pau.Caſt. conſi.clxiiij.in præſenti cauſa,col.vlt.verſi.nec obſt.quòd in feudis,& ſeq.lib.ij.& ante hos omnes Oldra.conſi.ccxxiiij.factum eſt tale,quidam miles,col.j.verſi.huius autem verbi, à quo haud dubiè hoc aſſumpſit Ioan.And.eius diſcipulus,licèt ſubticuerit,vt propè ſemper aliàs {& eum nuncupatim citat & ſequitur Bal.in c.j.in princ.col.vlt.verſi.alia quæſtio,tit. de cap. qui cur vendidit. & Iaſ.qui nec Ioan.And.nec aliorum præterquam Bal.meminit,conſi.lviij.in cauſa mota per ſpectabiles,col.iij.in ij.fundamēto,lib.j.vide tamen Bal.in l.ij.in xvj.q.ff.de rer.diuiſio.vbi dicit quòd ſi dominus liberat vaſallum ab omni ſeruitio,feudum non videtur extinctum,quia vaſallus promeruiſſe,non demeruiſſe præſumitur.l.ſi conuenerit.ff.de pact.& l.quoties.ff.de vſufruct. Igitur inquit remanet feudum,quod ad alia,& redit ad dominum,mortuo vaſallo ſine hærede.}

*Autoris ea de re opinio.*

340 ¶Et ego ſanè huic poſteriori ſententiæ accedo,vt ſcilicet hæc noſtra lex non habeat locū in conceſsione feudali,cùm non ſit mera & libera & ſimplex donatio,in qua tantùm lex noſtra habeat locum,vt diximus,in prin. Et videmus in aliis iuris articulis multum intereſſe inter feudū & donationem. Nam in feudis fœminæ non ſuccedunt.c.j.§.hoc autem notandum.titu.qui feud.dare poſ.cum ſimil. At in donatione,quæ etiam habet ſpeciem quandam conceſsionis feudalis,ſuccedunt,vt per Bal.qui hanc differentiam nuncupatim adſcribit conſi.ccclj.in bonis feudalibus,lib.j.& Ang.conſi.ccxlij.ſuper puncto primo,in fi.Alex.conſi.xxiij.ponderatis his,col.iiij.verſi.nec dicatur quòd fœminæ,& Philip.Dec.dicto conſi.xxxij.{& conſi.lxxx.cuius ſupraſcriptio incipit,dę gradibus,col.iij.verſi.præterea non videtur,& conſi.cxciij.cuius ſupraſcriptio incipit,in ſucceſsione,col.j.} & dicto conſi.ccviij.& rurſum conſi.cccxc.quoniam ex facto,col.iiij.verſi. tertiò in eadem,& latè conſi.ccccxiiij.conſuluit accuratè,fermè per totū. Et in conceſsione feudi,quantuncunque fuerit libera,non requiritur inſinuatio,quæ in donatione requiritur,ſecundum Bal. in c.peruenit,le ij.quod eſt tertium totius tit.in fi.extrà de iureiur. Sed & quòd aliàs multùm interſit inter ſimplicem donationem & conceſsionem feudi,latè differit Socinus dicto conſi. lxvj. lib.iij. Cæterùm quod dictum eſt feudum reuocari ex iiſdem cauſis ingratitudinis, nihil huc pertinet. Nam non propterea ſequitur quòd ex iiſdem aliis cauſis quàm ingratitudinis reuocetur. Quod autem dicit Ripa faciliùs feudum reuocari,intelligitur etiam de cauſis ingratitudinis , vt ipſe loquitur:innititurq; in ea re iureiurando vaſalli, quo obligatur domino ad tutandum illius honorem,c.j.tit.de no.for.fideli. Quæ res nihil ad hanc l.noſtram eiuſq; rationes facit.

*In conceſsione feudi,quantūcunque fuerit libera, non requiritur inſinuatio.*

341 ¶Verùm ſi res ita conceſſa tantæ eſſet æſtimationis reſpectu oneris ſiue ſeruitij , vt veriſimiliter dominus



dominus non ita conceſsiſſet,ſi habuiſſet liberos,aut ſe habiturum cogitaſſet, poſſet dici eſſe locum huic l.in eo quod excederet iuſtam & cōſuetam onerum compenſationem, vt in omni donatione ob cauſam conſuluit Corn.conſi.iiij.dubia ſatis,col.iiij.in fi.lib.ij.Nam in eo exceſſu cauſæ reputatur donatio ſimplex ac mera,ſecūdum eundem Corn.qui in id multa allegat,conſi.xlv.licèt in hoc dubio,col.ij.& vlti.lib.iiij.& latiùs diximus ſupra in eadem gloſ.cùm de donatione ob cauſam diſſeruimus.Cùm autem conceditur feudū pro mercede aut penſione annua,id non propriè feudum eſt,ſecundum Bal.in l.ſi quam,circa medium.C.de ope.liber.& in l.liberti libertæq;, col.vlti.verſi.item not.quòd ſi inſtrumentum.C.eo.tit.{& in c.j.in verbo,libellarium,in fin.tit.de pace Conſtan.} Id quod reputat ſingu.Iaſ.conſi.xlv.factum ſic ſe habet,ſereniſsimus,col.ij.verſi.ſecunda ratio,lib.j.{& ſequitur idem Iaſ.conſi.lvij.in cauſa mota,col.iij.verſic.tertiò principaliter, lib.j.& conſi.lxiij.vidi motiua,col.ij.verſi.ſecundo reſpondeo,eod.lib.j. & conſi.lxxviiij. circa primum,col.iij.verſi.tertiò quod iſta,eo.lib.j.} & idem voluit {Rom.conſi.lxx.viſis themate & quæſtione,col.ij.verſic.rectiùs autem puto.} Iacob.Aluar.in c.in princ.col.vlti. titu. quid ſit inueſtitu. Cepol.cauſarum ciuilium conſi.xxij.conſultus pridie.col.ij. De quo tamen eundem vide conſil. eiuſdem operis xxxvj.quidam habens,col.iij.verſic.item quod dicit.

*In exceſſu cauſæ, reputatur donatio ſimplex & mera.*

342 ¶Quæro xxj.Si quis ſcienter indebitum ſoluerit, ceſſat repetitio ex condictione indebiti.l.j.ff.de condict.indeb.& ibi concord.in glo.Vtrùm verò id reuocetur ex hac l.natis poſtea liberis ei qui illud indebitum ſoluit,cùm non haberet liberos?Quod vtique videtur. Nihil enim omnino intereſt dones,an ſoluas indebitum ſcienter,præter verborum differentiā:rei autem nulla eſt. Nam qui indebitum conſultò ſoluit,donat.{l.j.ff.de condict.indeb.&} l.cuius per errorem.ff.de reg.iur. & l.ſi fundum.§.ſeruus.ff.de vſuc.pro empt.{& l.qui ſe debere.ff.de condict.cauſa data.}& voluit Bal.in l.cum pater.§.Mæuio,col.j.ff.de leg.ij.& Signo.conſi.cxlv.in quæſtione vertente inter Iulianum,col.ij.verſic.aut igitur dicemus,& omnes vbique. Ex quo & huiuſmodi ſolutio inſinuationem requirit,vt alia ſimplex donatio,ſecundum Bart.Ang. & Paul.Caſtr.in l.j.ff.de donat. & Philip.Deci.in d.l.cuius per errorem. Id intelligentes,cùm etiam recipiens ſcit eſſe indebitum, ſicuti ſoluens:nam ſi ignoret,non eſt donatio,cùm non conſentiat, quod in donatione requiritur, quod & voluit Bal.in l.falſus,col.antepen.verſi.quartò quæritur,& ibi Ang.in repet.col.iiij.verſi.ſed contra iſtam.C.de furtis,& idem Ang.in l.diſpenſatorem,circa medium.ff. de ſolutio.{& in l.ſi tibi.ff.ſi certum petatur.} Paul.Caſtr.Alex.col.vj.Iaſ.in ij.not.in l.ſi ego,per illum text.ff.ſi cert.pet.& idem Paul.Alex.& Iaſ.in d.l.j.ff.de condict.indeb. Chriſto. Caſtel.& cæteri recentiores in l.ſi procuratori falſo.ff.de condictione cauſa data,{& Alex.in l.ſi aliquam rem,col.iij.ff.de acquir.poſſ.} & ante omnes glo.in dicto §.ſeruus,in fin.gloſ.vlti.ff.de vſucap.pro empt.& quæ diximus ſuprà in verbo,libertis,verſi.lxviij.incip.nec vlteriùs procedit,& quod in ſimili ſcribit Calc.conſ.xxv.Titius nobilis,colum.vj.verſic.octauò pro iſta parte.de quo tamen vide Philip.Dec. in d.l.ſi ego. Quantum autem ad caſum l.noſtræ pertinet,nemo non videt & ipſius rationem in hoc caſu habere locum,vt in quauis alia donatione.

*Indebitum qui cōſulto ſoluit donare dicitur.*

343 ¶Quæro xxij.Quid ſi quis conſentiat alteri donanti rem ſuam,an habeat locum l.noſtra?Quod non videtur:nam lex noſtra loquitur de donante. Aliud autem eſt donare,aliud donationi conſentire.l.ſi pater.§.vlt.ff.de manu.vind.per quem reſpondit Signo.conſi.cxlv. in quæſtione vertente,col.ij.quòd ſi ex ſtatuto mulier non poſsit vendere ſine aliqua ſolennitate,poterit tamen citra eam ſolennitatem vendenti conſentire. Quod & idem penè voluit Bal.in rubr.C.de pact.in fi.quem ſequitur Picus ibi,& Laur.Calca.conſi.j.viſo conſilio,col.xiiij.& iterum conſi.lxxiiij.quòd dictis filiabus,col.ix.in princ. Sed per eundem tex.dicit idem Bald.in l.vlt.ad fin.C.de ſuis & legitimis,quòd conſenſus præſtitus alienationi,non dicitur alienatio. Et idem Bald.in l.ij.col.antepen.verſi.xix.quæro.C.de reſcind.vend.quòd nō dicitur propriè venditor, qui conſentit venditioni,nec illi competit remedium ex illa l.& ſequitur Anto.Burg.in c.pen.verſic.decimononò dico,extra de emptio.& vend.vterque per tex.quem ipſe Burg.dicit not.in d.l.ſi pater.§.vlti. Cui & tu adde alium tex.in l.aliud.ff.de reg.iur.vbi ita ſcribitur,aliud eſt vendere,aliud vēdenti conſentire,& in l.vlt.C.de pact.& in l.iubemus.§.œconomus.C.de ſacroſan. eccleſ. vbi fit diſcrimen inter contrahentem & conſentientem contractui.& in l.ſi minor,la j.ff.de manu.vindic. Ex qua not.glo.ibi,quòd poteſt quis alij conſentire in eo quod per ſe facere non poterat. Ex eoque no. Bened.Plum.quòd qui non poteſt manumittere,poteſt tamen manumittenti conſentire.

*Inter donare & donationi conſentire differentia.*

344 ¶Propterea & Philip.Dec.conſi.cxxiiij.placet mihi,col.iij.verſi.quintò ſtatutum,interrogatus an ſtatutum prohibens vendere,haberet locū in conſentiente venditioni,reſpondit non habere.Sed & ante eum And.Iſer.in c.j.in prin.& ibi etiam Mart.Laud.col.iij.verſ.ſed quid ſi dedit,& Card. Alex.col.v.verſic.eiuſdem initij,tit.de prohib.feud.alien.per Feder.tradunt quòd ſi princeps interdicat legato ſuo,id eſt,vt loquimur,locum tenenti,alienatione,non ex hoc prohibetur conſentire alienationi,per d.l.aliud. Et hoc etiam ſequitur Iacob.à ſancto Georg.in tractatu feudorum, in verbo,vicariusq; perpetuus,col.ij.verſi.ſed pone dux vel rex.Et optimè facit quod voluit glo. in l.cùm pater.§.libertis,in verbo,alioquin.ff.de leg.ij. quòd licet conlibertis relictum fuit prædium ea lege,ne id alienarent,atque in familia libertorum retinerent,quo caſu is qui non alienauit,cæterorum alienantium partes poteſt petere,non etiam is qui alienauit,vt ibi ſcribitur:ſi quis tamen eorum alterius alienationi conſenſerit,eam quidē partem cui conſenſit,petere non poteſt:

*Statutum prohibens uendere , an habeat locum in conſentiente uenditioni.*

aliàs autem quibus non conſenſit,poteſt:quãuis nullas potuiſſet,ſi ſuam ipſe alienaſſet:tanquàm aliud ſit alienare,aliud conſentire alienationi. Et illam ſequuntur Bart.& Bald.qui eam commendat,& monet notandam.& pro ea allegat Bald.d.l.ſi pater.§.vlti.ff.de manu.vindic.

*Inter legare & legãti conſentire quæ differentia.*

345 ¶Et facit quod ſcribit Ang.in l.j.ad fin.C.commu.de legat.quòd cùm legatum tranſeat in legatarium ipſo iure,modò res legata ſit teſtatoris,non item ſi ſit aliena,etiam hæredis,glo.in l.ſi hæredis ſeruum.ff.de legat.j.& ibi concord.per Bartol.& Iaſ. Ideo vt ſubdit Angel.ſi quis legat rem alienam cum conſenſu domini,non transfertur dominium in legatarium,cùm ſpeciale ſit in legante domino,non etiam in conſentiente:nam & aliud eſt legare,aliud leganti conſentire,per d.l.aliud,& hoc ſingul.dicit Iaſ.in l.j.colum.antepen.verſicu.tertiò requiritur.ff.de legat.j.& not.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,col.vlti.verſic.aduerte etiam,eo.tit.Idque etiam ſi alienaret rem hæredis cum conſenſu ipſius hæredis,vt voluit Barto.in l.cum quis decedens,in princ.per illum text.ff.de legat.iij.Bald.in d.l.j.col.iiij.verſic.quæro teſtator,in v.not.C.commu.de legat.& Iaſ.in d.l.j.vbi ſuprà,de leg.j.& in l.huiuſmodi.§.qui ſeruum,col.ij.verſic.tertius caſus,eod.titu.& in l.ſi hæredis,col.ij.verſic.amplia iſtam regulam.ff.de legat.j.}

*Donare cui non conceditur,nec donãti conſentire permittitur.*

346 ¶Verùm in ea ſum ſententia,vt æquè reuocetur huiuſmodi donatio ex hac l.quantum ad ipſum conſentientem,ac ſi ipſe donauiſſet,per text.in l.cùm quis.ff.de reg.iur.vbi cui donare non conceditur,nec donanti quoque conſentire permittitur,& ibi concord.in glo.quibus adde & text. in l.ij.C.ſi aduerſ.don. Ex quo not.Fran.Aret.nihil intereſſe,dones,an donanti conſentias.Hincq; not.Bald.ibi,quòd qui non poteſt ex ſtatuto vendere ſine aliqua ſolennitate,nec vendenti quoque conſentire poterit. Et ſequitur Salyc.ibi,& Firmia.in tract.de epiſcop. in iij.parte,lib.iiij.col.xxxv.verſic.ſed nunquid prohibitus.& Barb.in c.ſi quis presbyterorum,per illum tex. iuncto c.præcedenti,extra de reb.eccle.non alien.& iterum in c.peruenit.de empt.& vend.& conſi.lj.ſcribit ſapientiæ fons,col.xv.verſi.& facit quod voluit,lib.j.& conſi.xlj.Deum inuocent adiutorem.col.antepen.verſic.ſecundò oſtendo,lib.iij.& Fran.Arc.in d.l.vlt.col.j.& ſeq.& ibi quoque Phil.Deci.col.iiij.C.de pactis,& idem Dec.in d.l.aliud.ff.de regu.iur.& Socin.conſi.ccxxx. viſo teſtamento,col.iij.verſi.poſtremò non omitto,lib.ij.& Fabia.à monte ſancti Sabini,in tract. de empt.& vendi.in 25.q.iij.quæſt.prin.& Alciat.in d.rub.C.de pact.& Alber.Brunus in repertorio ſtatutorum,in verbo,inſinuatio,col.ij.in fin.verſi.ſtatutum dicit quòd donatio,vbi ex hoc dicit,quòd non ſatis eſt inſinuare donationem tanquam factam à donante , ſed oportet inſinuari tanquam factam à conſentiente.

347 ¶Reprehenduntq; multi ex his Iacob.Butr.qui contrarium tenebat,ob id tantùm,quòd licet ius commune prohibens venditionem poſſet trahi ad caſum ſimilem , videlicet ad conſenſum venditionis,per l.non poſſet.ff.de legib.non tamen ius municipale contrariũ iuri communi trahendum eſt ad ſimilia. Ex quo etiam ſatis liquet,quòd ex ſententia ipſius Iacob.Butr.id quod diximus,procederet in l.communi,vt eſt l.noſtra,atque etiam in iure municipali non correctorio iuris communis:quanquam & alij omnes trahunt ad quodcunque ſtatutum. Nam vt dicit Barb. vbi ſuprà,prohibitio non eſt facta à ſtatuto propter ipſam venditionem , quæ in facto conſiſtit: ſed propter iuris effectum,quæ inde oritur,videlicet alienationem quæ ex ea procedit,quæ ratio habet locum & in conſentiente.

*Prohibitio nõ fit à ſtatuto propter uenditionem , ſed propter iuris effectum.*

*Alteri qui cõſentit,ſua iura perdit.*

348 ¶Nam vt hoc illi addas,qui alij conſentit,ſua iura perdit,vt dicit l.cùm quædam.C.de adminiſt. tuto.& bene facit l.nihil.§.j.ff.de lega.j.& not.per Bart.Bald.& alios in l.ſi fundum per fideicommiſſum.ff.de leg.j.& tex.in c.paſtoralis,extrà de donatio.& in c.j.§.præterea,& ibi glo. in verbo, regreſſum,tit.quib.mod.feud.amit.vbi etiam Bald.alia ad id iura allegat,& inter cætera.l. ſicut.§. venditionis.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſoluit.quam dicit ſing.in eo,vt id quoq; procedat,cùm quis conſentit,vt de re ſua teſtetur,quam etiam ad hoc dicit ſing.idem Bal.in l.venditioni, poſt prin.C.de vſuca.pro empt.& in l.quoties ab omnibus,col.ij.verſi.quæro quid ſi quis conſenſerit. C.de fideicõ.& in l.ſi tibi.§.de pign.{col.ij.verſi.quid ſi teſtator.ff.de pact.& in c.j.§.donare, col. ij.verſi.ſed hoc dictum non videtur,tit.quali.olim feud.ali.pot.& conſ.lxxxix.dominus Thomas, col.ij.verſi.ad euidentiam,lib.j.& Iaſ.conſi.xiij.caſus talis eſt ſpectabilis , col.j.lib.j.& conſi.lvij.in cauſa mota per ſpectabiles,col.iij.verſ.quartò & vltimò,eo.lib.j.& conſi.lxxxix.aggrediar,col.iiij. verſic.aggredior nunc ſextum,eo.lib.j.} Et eam quoque ad id citat ipſe Bal.in l.vlt.col.pen.verſi. eſt quintus caſus.C.vnde legit.{& in l.j.col.iiij.verſi.ſed hîc quæro nunquid.C.de ſacroſanct. eccleſi.& in l.cùm alienam.col.ij.verſi.ſed pone quòd teſtator,& ibi quoque Salyc.col.ij.verſic.primum dubium,& Iaſ.col.etiam ij.C.de leg.& in l.ſenium,col.j.C.qui teſtam.face.poſ.Steph.Bert. conſi.cccxxix.ponitur,num.4.lib.j.& conſi.clxxiij.quia difficultas,col.vj.nu.15.lib.iiij.& ante omnes Iaſ.in l.ſi quando.§.& generaliter,col.iij.C.de inoffic.teſta.& in l.cùm proponas, la j.num.7. C.de pact.& in d.l.quoties.C.de fideic.& ante hos omnes Bart.in l.cùm quis decedens,in princ. poſt medium.ff.de leg.iij.} Sed & alius eſt ſimilis text.in d.c.j.in princ.vbi & ipſe Bald.col. pen. ad id expendit,tit.de prohib.feud.alien.per Feder.{Et id quoque voluit,licèt eum text. non alleget,Rom.in l.quæ dotis.ff.ſolu.matr. De quo & tu multa videbis per Iaſ. poſt alios antiquiores in l.ſi fundum per fideicommiſſum,colum.penult.& vlti.ff.de legat.j.

*Qui conſentit alij donati rẽ ipſius conſentientis, donare ipſe uidetur.*

349 ¶Et qui conſentit alij donanti rem } ipſius conſentientis,donare ipſe videtur.l.ſi liqueat , & ibi Bald.in ij.not.C.de inoffi.donat.{vbi ex hoc dicit quòd debet fieri inſinuatio talis donationis,

tanquam



tanquam factæ,non quidem à donante,ſed à conſentiente domino,& ſequitur Fran.Aret.conſi. cxxvij.eximie,col.iij.verſic.ſecundò hoc patet. Et} voluit etiam Bart.per multa iura in l.quæ dotis,col.iij.verſic.iij.pone,& ibi omnes poſt eum.ff.ſol.matr.& in d.l. ſi fundum per fideicommiſſum,in princ.& ibi quoque Rom.& cæteri.ff.de leg.j.& Paul.Caſtr.conſi.cccxix.viſis & examinatis,col.vlt.lib.ij.per l.in ædibus.§.filiusfamiliàs.ff.de don.vbi eſt text.optimus.{& Matthæ.Afflict. in tracta.Protomixeos,col.xviij.verſic.xix.} Et ſemper aliàs qui alienanti conſentit,& ipſe alienare videtur,vt dicit Bald.in c.j.§.illud,verſi.quæro ergo,tit.de prohib.feud.alien.per Fede.& Ang. in lect.Flor.Fulgo.Corn.& Iaſ.in l.quoties.C.de fideicom.

*Qui non poteſt actum per ſe facere, nec poteſt facienti conſentire.*

350 ¶Et ita quidem,vt ipſe id propriè facere cenſeatur,ac ſi ipſe faceret,cùm ſit dominus rei,vt dicit Bald.in l.ſi vt proponis.C.de ſer.pign.dat.manu.per l.ſi fundus.§.ſi neſciente.ff.de pign. ſecus ſi non eſſet dominus,per d.l.ſi pater.§.vlt.ff.de manu.vindic. Quod diſcrimẽ apertè intelligit Bar. in d.l.vlt.col.j.C.de pactis.cùm dicit,quòd qui non poteſt per ſe actum facere,nec poteſt facienti cõſentire,cùm habet plenum ius in re,aliàs ſecus,per illa eadem iura. quod & idem aſſerit ipſe Bartol.conſi.lxx.reuerendiſsime domine,col.j.vbi hoc dicit infallibile.{& Bal.conſi.cxxxiij. quædam mulier,circa medium,lib.j.}

*Eadem ratio donantis , & conſentientis donationi.*

351 ¶Sed & quantum ad caſum l.noſtræ pertinet,eadem eſt ratio donantis, & conſentientis donationi,cùm par ſit præiudicium,vt patet ex iam dictis,& ex l.venditioni.C.de vſucap.pro empt. & l. ij.C.de remiſ.pign.& ibi concor.in gl.& per Cor.conſi.xlj.videtur in hoc,col.pen.lib.iij.& conſi. cxliiij.licèt in hac,col.ij.verſi.his tamen non obſt.eo.lib.iij.Ideoq; eadẽ eſt præſumpta ipſius conſentientis voluntas ac donãtis,vt ſcilicet conſenſurus non fuiſſet,ſi cogitaſſet de liberis,non magis quàm donaturus. Ergo & l.ipſa habet locum,tum per regulam illam generalem , quòd vbi eadem eſt ratio,& idem ius eſt.l.illud,in princ.ff.ad leg.Aqui.cũ ſimil.tum quod ſpecialiter hũc caſum reſpicit,idem iuris eſt in conſentiente actui,& in faciente:vt qui nõ poteſt facere,nec poteſt conſentire,& è diuerſo,cùm eadem eſt vtriuſque ratio,ſecundũ Bart.& Bald.in d.l.vlt.C. de pact.& Phil.Dec.in d.l.aliud.ff.de reg.iur.{& conſi.543.in caſu propoſito,col.j. } De quibus & tu vide quæ diximus in noſtris legibus connubialibus,in glo.iij.in verbo, *contracter*,in xij.quæſt.

*Hæc l.an habeat locum in confeſsione ſacta ſine cauſa in iudicio, & ita efficaci.*

352 ¶Quæro vlterius,Vtrùm hæc lex habeat locũ in confeſsione facta ſine cauſa in iudicio,& ita efficaci,ſecundum glo.in l.j.{in verbo,apud iudices,} in fi.ff.de interrog.actio.{per tex.ibi,& in prin. eius l.& in l.voluit.§.quod ait prætor,eo.tit.quam dicit ſing.Barb.in repe.rub.de fide inſtru. col. v.& pro ea quoque eſt bonus tex.in l.ſicut,& ibi Bal.in iij.eodemq; vlt.not.C.de repud. hæred. Et idem quoque ſentit glo.& doct.in c.vlt.de confeſ.& Cyn.in l.generaliter.C.de non numer. pecun.& Bald.in l.confeſsionibus,col.ij.ff.de interrogat.act.} nam & ea habet vim donationis.l. campanus.ff.de oper.lib.{& l.quidem in iure.ff.de don.} Dicit tamen Bal.in l.illud,col.vlti.verſi. octauò & vltimò.C.de ſacroſan.eccleſ.quòd ea non exigit inſinuationem,quibuſdam rationibus quæ ad hanc l.noſtram nihil pertinent,nam ſi fuit,inquit,facta huiuſmodi confeſsio coram iudice inſinuationis,ſatis videtur eſſe inſinuata.l.quidam in iure.ff.de don.Si coram alio iudice,tunc eſt quædam donatio emergens vel incidens:& ideo iudex cauſæ principalis eſt competens ,per l.quoties.C.de iud.& ſic ſemper ſatis eſt inſinuata. Et cũ refert & ſequitur Anto.Canar.in tract. inſinuationum.q.xlviij.{Et idem quoque,vt ſcilicet in hac confeſsione non requiratur alia inſinuatio,voluit Bart.in d.l.quidam in iure,& Petr.Ferra.tit.for.libel.quo agi. pro donat.in verbo, ſolenniter,col.iij.verſi.rurſum quæritur.}Sed quantũ ad l.noſtrã pertinet,non video quid interſit inter donationem,& confeſsionem donationis cauſa factam,niſi ꝙ illa eſt expreſſa , hæc tacita & præſumpta,in qua quidẽ hæc l.æquè obtinet,ac in expreſſa,vt ſupra latè diximus in vij.q.princi,

*Hæc l. an habeat locum in donatione iuris patronatus facta conſentiente epiſcopo.*

353 ¶Quæro xxiij.an hæc l.etiam procedat in donatione iuris patronatus facta conſentiente epiſcopo,aliter enim non valeret.c.cura,extra de iure patro.& voluere Hoſti.Goffr.Flor.& Panor.in c. illud,eo.tit.Hoſtien.in ſumma,eod.tit.§.qualiter transferatur,verſi.mihi videtur.Archid.in c.piæ mentis.xvj.q.vij.{Feder.Senen.conſi.ccxxv.ſi opinio,col.j.} Panor.in c.præterea,lij.in j.not.ext. de iure patro.{Paul.Caſt.conſi.cxciiij.viſo ſtatuto communis Florentiæ,col.ij.lib.j.} Vtrùm igitur,vt repetam,ſit locus noſtræ l.in huiuſmodi donatione?Super quo dubio nuncupatim conſuluit Philip.Dec.ſi is eſt,conſi.675.incip.conſuluit,vbi negat locum eſſe. Nam de iure,inquit,patronatus idem iudicatur,quod de cauſis ſpiritualibus.c.quanto,de iudic.& cap.de iure,& ibi Pan. col.pen.& d.c.cura,de iure patro.ideo nõ poteſt niſi iudicio eccleſiaſtico diffiniri,d.c.quanto, nec legibus & conſtitutionibus laicorum ſubiicitur,quia à pari procedunt forum laicorum ſortiri,& legibus eorum ſubiici,vt poſt Innoc.not.Anto.in rub.extra de conſuet.verſi.vnam regulam habetis. Et facit vltra Decium,quod tradit Archid.in c.quo iure,viij.diſt.{ & cap.quæ cõtra,in verbo,peregrini.xij.diſt.} & Spec.tit.de conſtit.§.j.verſi.& no.& Calder.in diſput.incip. {quidã Florentinus,& in alia diſput.incip.ſtatuto ciuitatis cauetur.Bart.Bald.& alij in l.j.C.de ſumma trin.} & Raph.Com.conſi.cxxxix.P.laicus,col.ij.& Alex.{conſi.cl.viſo themate,col.j.verſi.quinimo dato,lib.ij.&} conſi.ccix.ponderatis his omnibus,col.j.eo.lib.ij.{& conſi.cclvij.viſo inſtrumento donationis.col.iiij.verſic.tamen eo ipſo,eod.lib.ij.& conſi.xliiij.videretur prima facie,col.iij.lib.v. & conſi.xiij.attentis his,col.pen.lib.vij.& conſi.cxlj.viſo ſtatuto,col.ij.verſic.& ad hoc,eod.lib.vij.& conſi.ccxvij.viſo quodam,col.iij.verſicu.hoc confirmo,eo.lib.vij.Socin.conſi.cclxxj. in præſenti, col.ij.verſi.ex quibus,lib.ij.& conſi.xiiij.capio primum,col.j.lib.iiij.& conſi.xxj. circa præſentem,

in princip.eod.lib.iiij.& conſil.lxxix. ſi eſſemus,colum.ij.verſicu.ſecunda principalis,eod.lib.iiij. Iaſon.conſi.lxxx.viſa facti narratione,colum.j.lib.iij.

354 *De eadem re.*

¶Nec obſtat,vt ſubdit} Deci.vt ad eum redeamus,quòd hæc l.videtur facta in fauorem filiorum principaliter,quo caſu ex communi concluſione leges & iura ciuilia videntur eſſe approbata de iure canonico,vt latè per Panor.poſt alios in c.eccleſia,col.iiij.verſi.tertius caſus,extra de conſtit. vbi dicit quòd quando lex ciuilis eſt generalis & rationabilis,nec contradicit canonibus,ſi eſt fauorabilis,eſt ſeruanda etiã quò ad clericos,& idem Pano.in c.j.in iij.not.ext.de ope.no.nunti.vbi dicit quòd cauſa eccleſiæ debet decidi per ius ciuile,ſi canones deficiant,per illũ tex.& facit etiam text.in c.ſi adiutorium.x.diſt.& quod dicitur,leges per ora principum diuinitus promulgatas. c.vlti.vj.q.iij.& ſanctam eccleſiam legum ſecularium non reſpuere famulatum,quæ æquitatis & iuſtitiæ veſtigia imitantur.cap.ſuper ſpecula,de priuileg. Quia ad hæc reſponderi poteſt,quòd habent locũ in rebus temporalibus & prophanis,in quibus iura ciuilia habent poteſtatem ſtatuendi.ſecus videtur in iure patronatus, quod reputatur ſpirituale,nec poteſt æſtimari.d.c.de iure, & not.Panor.in c.querimonia,de iure patro.vbi & ipſe col.ij.ex hoc aſſerit quòd patronus qui nihil habet in bonis præter ius patronatus,non poteſt cedere id ius creditoribus, quia non recipit æſtimationem,vt dictum eſt:& ſic verba l.non conueniunt,vt not.Bart.in l.iiij.§.prætor ait,in fi. ff.de dam.infect.vbi tradit quòd ſtatutũ loquens de re æſtimabili, non habet locum in re inæſtimabili,& idem Bart.in l.ita autem,in princ.ff.de adminiſtr.tuto.cum multis ſimil.à me latè congeſtis ſuprà in verbo,libertis,nu.2. Ideoq; cum l.noſtra loquatur de bonis quæ æſtimari poſſunt, non debet habere locũ in hoc iure inæſtimabili.{Adde & quòd id ius ſimpliciter non eſt in bonis noſtris,ſecundum Bal.in l.eam quam,ad fi.C.de fideic.& conſi.335.quædam mulier,col.j.lib.j.}

355 *Donatio an reuocetur etiam de iure canonico quemadmodum de iure ciuili.*

¶Sed de hoc admodum dubito,quia non ſolùm de iure ciuili,ſed & canonico quoque reuocatur donatio per natiuitatem liberorum,vt patet ex c.quicunque.xvij.q.iiij. vbi etiam cauetur id procedere in foro conſcientiæ:de quo latè dicam infrà in glo.reuertatur,nu.291. ſecundũ diſcrimen. & ſeq.{Quin & ſi id ius eſſet tantùm de iure ciuili,tamen quantum pertinet ad perſonas laicorum,ſunt ipſi etiam in re eccleſiaſtica ſubditi legibus & ſtatutis laicororum, vt de iure patronatus nuncupatim tradit Pau.Caſt.d.conſi.cxciij.in fi.lib.j. Et id generale eſt in cæteris huiuſmodi rebus vt latè diximus in tract.retractuum,tit.j.§.j.in glo.xiij.in verbo,*l'achepteur*,num.8.incip.ſed vnum non omiſerim.} Nec verum eſt,quòd id ius non ſit in bonis noſtris, cũ pro eo habeamus & actionem,& exceptionem,ideoq; in bonis eſſe dicitur.l.rem in bonis.ff.de acqui.rer.domin.& not.Bart.in l.rem aliquam,col.ij.ff.de pign.act.& in l.cum res.C.ſi res alien. pign.dat.ſit. Ideoq; ſi quis vendat omnia bona ſua,certum eſt & id ius ſub ea vniuerſitate bonorum comprehendi. cap.ex literis,& c.cùm ſeculum,extra de iure patro.& not.in l.in modicis.ff.de contrahen.empt. cum ſimil. In eoque vt in reliqua hæreditate ſuccedimus.d.c.cùm ſeculum.& per omnes in c.ex inſinuatione,eo.tit.de iure patro. Ex quo præter id quod ſupra diximus,poteſt intelligi id eſſe in bonis,quando hæreditas in bonis eſſe dicatur.l.licèt,& ibi Bart.& Bald.C.de pact. {Et quòd ius patronatus veniat appellatione bonorum,expreſsè voluit Pan.in d.c.ex literis,col.vlt.verſi.quid autem ſi dicat,de iure patr.& ante eum non obſcurè Bal.conſi.xxxij.quidam nobilis,col.j.lib.j.

356 *Hæc l.ſolummodo reſpicit ad verisimilẽ & præſumptã donantis voluntatem.*

¶Nec requirit} l.noſtra quòd res de qua agitur,recipiat æſtimationem,ſed tantum reſpicit ad veriſimilem & præſumptam donantis voluntatem,an ſcilicet donaturus fuiſſet,necne, ſi cogitaſſet de liberis,ſiue res ſit æſtimabilis,ſiue non æſtimabilis quantum ad pretium.nam quæcunque res quantum ad affectionem,& voluntatem æſtimari poteſt,vt omnibus perſpicuum eſt. Id autem ſtatui debet à iudice perſpectis & cõſideratis perſonis,cæteriſq; rebus ad rem pertinentibus, iuxta ea quæ latè diximus ſuprà in verbo,omnia vel partem aliquam,& alibi ſæpe. {Et huc pertinet quod ſcribit Bart.in l.iiij.§.toties,quem legit cum §.prætor ait.ff.de dam.infect.quòd ſtante ſtatuto.vt de quolibet contractu ſoluatur gabella vj.denariorum pro libra,id ſtatutum non habet locum in contractu facto ſuper re inæſtimabili,niſi tamen contineret aliquod intereſſe æſtimabile. Et ſequitur Rom.conſi.ccccxxxiiij.in quo quæritur an dicti tres.Quaſi ſcilicet nihil referat ſitne res æſtimabilis,an cuius aliquo modo interſit. Hic autem multum intereſt & donatoris & filiorum eius,ne ius ipſum amittant. Ergò non conſiderandum eſt quod ſit inæſtimabile.

357 *Hæc l. an habeat locum in donatione rei alienæ.*

¶Quæro xxiiij.Vtrum hæc l.habeat locum in donatione rei alienæ,quod non videretur propria donatio,vt dicit glo.in l.ædibus.§.vlt.& ibi Rom.ff.de donat.per tex.ibi,& glo.in §.ſic itaque. Inſtit.de actio.Ex quo etiam videtur,quòd in huiuſmodi donatione non requiritur inſinuatio,quæ tantùm neceſſaria eſt in propriis donationibus,ſecundum not.per Bart.& alios in l.j.ff.de donat. Et quia etiam res aliena ſtatim poteſt euinci,& de iure eſt quid momentaneũ.Ideoq; non poteſt excedere ſummã legitimã,nam nõ videtur adeſſe quod ſtatim aberit.l.magis puto.§.vlt.ff.de reb. eor.cum ſimil.à me adductis infrà in verbo,ſuſceperit liberos,nu.171.facit & quod,& multis ſeq.

358 *Donans an teneatur de euictione.*

¶Tamen Bal.in l.poſt mortem,col.vlt.C.de fideicom.diſtinguit vtrùm donans teneatur de euictione,an non:primo enim caſu indiget ea donatio inſinuatione,quia dari nõ eſt in obligatione: Secundo caſu debet æſtimari nuda poſſeſsio,& ſecundum eam requiretur vel non requiretur inſinuatio.l.ſi mulier.ff.quod met.cau. Conditio autem vſucapiendi nõ æſtimatur,quia procedit cũ iniuria alterius.l.denique.ff.ex quib.cau.maio.Nec obſt.inquit,glo.in d.§.vlt.quæ dicit hãc non eſſe propriam donationẽ,imo eſt quo ad titulum,licèt non quo ad dominiũ.ff.de don.per totum.

Hæc



Hæc ille:quem ſequitur Rom.in d.l.in ædibus.§.vlt.& in l.Modeſtinus,col.iiij.verſic. ſextò quid in donatione.eod.tit.Et hanc quoque diſtinctionem ſeruandam eſſe cenſeo in caſu l. noſtræ,eadem ratione.Et quòd hæc donatio non indigeat inſinuatione,tenet Alex.in addit. Bart. in d.l.in ædibus.§.vlt.per eam glo.quam dicit ſing.

*Hæc l.an habeat locum cùm quis vendit domũ aliquo certo pretio, donatq; quod ea pluris valet.*

359 ¶Quæro xxv.An & hæc l.habeat locum in donatione ita facta,quia ſcilicet quis vendit domum certo aliquo pretio,donatq; quod ea pluris valet.In qua ſpecie conſultus Socin.reſpondit conſil. ccxv.viſa prædicta,col.j.lib.j.repetito conſ.xxij. lib. iiij. locum eſſe huic l. ſuperuenientibus liberis,per multa quæ illic allegat,& ſequitur Alcia.in l.ij.in princ.num.16.ff.de verb.ſignifica.Quod intellige ſi id quod pluris valet quàm pretium,ſit eius valoris, vt locum faciat huic l. ſecundum ea quæ plenè tractaui ſuprà in glo.in verbo, omnia vel partem aliquam,num. 24. incip. ſi eam opin.& ſeq.Nam & tunc huiuſmodi venditio omnino ſimilis eſt ei quæ facta eſt viliori pretio, in qua habet locum hæc l.ſecundum ea quæ diximus ſuprà in princip.huius gloſſ.num.2.& ſeq. Nihilq; intereſt inter illam & hanc, niſi quòd in illa tacitè cenſetur donatum quod pluris eſt : in hac expreſsè.Tu tamen interim vide quæ de huiuſmodi venditionibus ita factis, vt donet venditor quod pluris eſt,ſcripſimus in tractatu Retractuum, tit.j.§.j.glo.xviij. in verbo, *le pris que la choſe aura couſté*, num.11.ſed in hac,cum multis ſequent.

*Hæc l.in quibus non habeat locum.*

360 ¶Poſtremo illud hîc ſcias,non tantum in illis caſibus quos ſuprà adſcripſimus, ſed aliàs ſemper, vbi quis donando aut renuntiando facit quod ſolitum eſt fieri,ceſſat hæc l. noſtra, vt expreſsè voluit Socin.conſ.liij.viſo inſtrumento, col.iij.verſ. ſecundo reſpondetur. In ídque refert quod alibi diximus,filiam quæ dum dotatur,aut matrimonio collocatur, renuntiat ſucceſsioni in fauorem fratrum,vt ſolet fieri,non reuocari hanc renuntiationem ob filios poſtea natos,cum non fecerit,niſi quod aliàs fieri aſſolet in rebus huiuſmodi.Et facit etiam quod ſcribit Paul.Caſt.conſ. xv.incipiendo,col.iiij.verſ.facit etiam multùm,lib.ij.

## ET POSTEA.

*Dictionis, poſtea ſignificatio.*

1 HAEC dictio,poſtea,poſſet videri non neceſſarium habere interuallum,ſed dici etiam de re quæ fit ſimul ac eodem momento & impetu, ex text.l.quoties.§.ſi quis ita. ff.de hæred.inſtit.Ex quo not.Bart.dictionem hanc non impedire diem hæreditatis & libertatis ſimul cedere.Sed & ex eo not.Bal & recentiores ibi,quòd ſi teſtes deponant Seiũ inſultaſſe Caium,poſtea vulneraſſe,intelligitur non ex interuallo,ſed incontinenti, vt ſic inſultus confundatur cum vulnere, & de ſolo vulnere puniatur,iuxta glo.vlt.in l.qui de crimine.C. de accuſa.& eſt text.in l.illud.§.vlt.ff.ad leg. Aquil. Nam & cum id dictum teſtis ſit ambiguum, interpretatur in mitiorem partem,per cap.in præſentia,& ibi glo.extrà de prob. Et idem tenent ipſe Bal.& recentiores in l.diuortio,in princ.ff.ſol.matr.Raph.Co.& Iaſ.in l.fructus.ff.eod.Alex. conſ.cxvj.in cauſa inquiſitionis,lib.iij.& Barb.in l.j.§.qui præſens,col.iiij.ff.de verbo.obliga. & in cle.literas,col.viij.in paruis,verſ.tertiò faciat,de reſcrip.Sed & ipſe Bal.poſt Dyn.in d.§.ſi quis ita, & ibi etiam Imo.& penè omnes ſcribunt,quòd ſi teſtes deponant quòd teſtator inſtituit Seium, poſtea Sempronium,intelligendum eſt incontinenti, ita vt ſint ambo hæredes. Id quod etiam tenent Raynut.Dyn.Bald.Bart.Albe.Ang.Paul.Caſt.& Raph.Co.in d.l.fructus,Cyn.& Albe.in l.j.ff.ſi cer.petat.Alex.in l.diuortio.in princ.col.iiij.ff.ſol.matr.Barb.in d.cle.literas, col.viij.verſic. ſecundò accedat,de reſcript.

*Dictionis mox,varia interpretatio.*

2 ¶Quanquam multi ex illis etiam loquantur in dictione mox,ita videlicet,Seius inſultauit, mox vulnerauit.Siue ita,teſtator inſtituit Seium,mox Sempronium.Sed nihil refert dicas in illis exẽplis,mox aut poſtea,quando hæ dictiones in huiuſmodi locutionibus idem omnino ſignificent, vt probat tex.in l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de interrog.act.vbi in eod.caſu quod per mox prius dixerat, ſtatim per poſtea dicit.& in l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.ff.de mino.vbi ita dicitur, ſi autem minor prius adiit hæreditatem,mox abſtentus eſt.& tex.in l.quod ſi ſeruus.§. ſed & ſi errauit.ff.de in rem verſ.vbi eſt ſimilis tex.& in l.ad peremptorium.ff.de iud.cùm dicitur,vt primò quis petat poſt abſentiam aduerſarij primum edictum,mox alterũ.nam apertè in illis locis mox ſignificari poſtea.Et in l.ij.in prin.ff.ad Velleia.& l.ſi ita fuero,§.j.ff.de noua. vbi ante & mox iũguntur.& in l.æquiſsimum.in princ.ff.de bo.poſſ.ſecun.tab.cum ſimil. & voluit expreſsim Paul. Caſt.in l.j,col.iij.verſ.vltimò not.ff.ſi cert.pet.& Fulg.in l.ſi arrogator.ff.de adopt.& ibi Iaſ.col.3. Nam & dictio deinde,quæ idem ſignificat quod poſtea,vt dicemus infrà nu.9.& iſta dictio mox, idem quoque ſignificant,vt apertè probatur in l.ſi quis filio.§.his autem:ad fi.ff.de iniuſt.teſtam. Quanquam Rom.in d.l.fructus,& poſt eum Franc.Aret.aliter dicunt de dictione mox,quoniam ſcilicet ex ſua propria vi & natura omne interuallum refugiat.Quod fateor,cum pro incontinẽti vel ſtatim ponitur:de quo dicemus infrà in verbo,reuertatur,in xxvij.fal.{quæ eſt in num. 109.} At cùm ordinem ſignificat,vt poſtea & deinde,de qua etiam dictione poſtea dicemus, vtrunque & cum interuallo & ſine interuallo ſignificat,quod videre licet in iuribus ſuprà citatis.

3 ¶Sed vt redeamus,certè ſi tex.in d.§.ſi quis ita,ſupra in princ.aduocatus ſolerter expendatur,diuerſum eius quod inibi ex eo diximus,ex diametro probat,cũ dicit, detracto verbo medio,poſtea, hæc enim ſunt verba illius l.quaſi ſcilicet neceſſe foret eam dictionem detrahi,vt demonſtraretur actus ſimultaneus,vt ita loquar,& non ſeparatus aut interuallatus, vt ſic quoque loquar

*Dictio, poſtea an denotet interuallum.*

cum {Ammiano} Marcellino, aut intercapedinatus, vt vtar verbo Cælij Aureliani: quanquam aliter intelligit Ro. ibi, qui ex eo tex. not. quòd hæc dictio poſita inter ea, de quorũ natura eſt, quòd in eodem tempore concurrant, non inducit temporis interuallum. & ad hoc dicit illum text. eſſe valde not. Sed quòd aliàs ea dictio denotet interuallum, probant & alij multi tex. videlicet in l. in bonæ fidei. C. de pact. vbi ita ſcribitur, in bonæ fidei contractibus ita demum ex pacto actio cõpetit, ſi incontinenti fiat. Nam quod poſtea placuit, id non petitionem, ſed exceptionem parit. Vides enim has dictiones, incontinenti, & poſtea, poni vt diuerſa. Ideoq; gl. ibi interpretatur poſtea, id eſt, ex interuallo. Et tex. in l. qui procuratorem. ff. de procur. vbi confeſtim & poſtea etiam ſcribuntur vt diuerſa, & in l. j. §. ſi rem. ff. depo. & in l. j. §. deinde ait prætor. ff. ne quid in loco publ. cùm dicitur, ſiue ſtatim deterior ſit via, ſiue poſtea, & in §. vlt. Inſtit. de iniur. vbi eſt ſimilis tex. & etiã in §. ſi ad exhibendũ, Inſti. de offi. iudi. Quibus ſimile eſt illud Suetonij in Auguſto, Nec quicquã vltrà aut ſtatim aut poſtea inquiſiuit. Et rurſum {cap. xcv.} Qua fiducia Veletrini & tunc ſtatim, & poſtea ſæpius penè ad exitiũ ſui cum populo Romano belligerauerant. Et in Nerone, Neque tamẽ ſceleris conſcientiã, quãquàm & militũ & ſenatus populiq; gratulationibus cõfirmaretur, aut ſtatim, aut vnquã poſtea ferre potuit. Illudq; Spartiani in Hadriano, Patris patriæ nomen delatũ ſibi, ſtatim, & iterũ poſtea diſtulit. Quibus locis etiã vides ſtatim & poſtea vt diuerſa poni.

*De eadem re.*

4 ¶ Sed vt ad noſtras leges {reuertamur,} hoc quoque probat tex. in l. iuriſgentium. §. quinimo, verſ. idem reſpõſum. ff. de pact. vbi quod primùm ex interuallo dixerat, mox idem poſtea vocat, quaſi idem ſit poſtea, & ex interuallo. Ideo ibi Iaſ. col. iij. verſ. quartò nouiter pondera, not. ex eo text. hanc dictionem poſtea, ſignificare interuallum. & in l. paciſci, ff. eod. tit. cum dicitur, ſiue in ipſo negotio venditionis gerendo cõueniſſet, ſiue poſtea, & in l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad S.C. Maced. vbi ab initio & poſtea ponũtur etiam vt diuerſa. & eſt ſimilis tex. in l. antiquæ, in princ. C. ad S.C. Velleia. & in l. nuper, in princ. C. de natur. lib. & in §. ſi verò decretum, in auth. de nupt. & in §. vlt. verſ. ſed neque. in auth. de hære. & falc. & in §. dedimus, & iterum §. ſi autem mulier, in auth. de æqual. dot. Et probatur etiam in l. ſi quis iniquum. §. illud quoque. ff. quod quiſq; iur. vbi tunc & poſtea ponuntur quoque vt diuerſa. Et eſt ſimilis tex. in l. j. § rectiſsimè. ff. de vi & vi arm. Et etiam tex. in l. non erit. §. ſi neque, & ibi quoq; gl. & Iaſ. in vlt. no. ff. de iureiur. & in d. l. illud. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. vbi poſtea, & vno impetu, pro diuerſis ponuntur, & in l. j. §. idem Labeo. ff. quod vi aut clam, cùm dicitur, Iſq; deſtiterit impræſentiarũ, rurſuſq; poſtea facere cœperit. & in l. apud Celſum. §. in hac exceptione. ff. de doli mali except. cùm ſcribitur, de eo duntaxat excipi oportet, qui admiſſus ſit in ipſo negotio quod geritur, non etiam ſi poſtea interueniſſet. & in l. iij. iuncto §. vlt. l. j. ff. de ſolut. vbi in re præſenti, & poſtea ponuntur vt diuerſa. Ideóque Bal. ibi exponit poſtea, id eſt, ex interuallo, & in l. ij. C. de iuriſdict. om. iudi. vbi tempore contractus, & poſtea, ponuntur vt oppoſita. Et in l. idémque. §. ſi cui mãdauero. ff. mand. cùm dicitur, vel ilico ſtipulata ſit, vel etiam poſtea. Et in l. ex caſtrenſi, in princ. ibi, non ſtatim quidem, ſed poſtea. ff. de caſtren. pecu. Et in l. ij. §. hoc autem, ibi, nemo neque eorum qui in præſenti iuris peritiam habent, nec qui poſtea fuerint. C. de vet. iure enucle. Et in l. qui ædificiũ. ff. de ſeruit. vrba. prædio. cùm dicitur, quæ in pręſentia erũt, & quę poſtea fuerint. Et l. ſeq. cum ſcribitur, quæ nunc ſunt, & quæ poſtea quoq; fuerint. & in l. 2. in prin. C. de quadr. præſcrip. vbi eſt ſimilis tex. & in l. manifeſtiſsimi, verſ. ſed ea, & rurſus verſ. ſin autem neſcius. C. de furt. vbi eo tempore, & poſtea, ponuntur vt diuerſa. & in l. j. C. de calum. & in §. vlt. Inſtit. de nup. cùm dicitur, ſtatim vt nati ſunt, in poteſtate parentis non fiant, poſtea autem redigantur in poteſtatem. & in §. j. verſ. qua de cauſa. Inſtit. de loca. & conduct. vbi etiam ponuntur vt ſeparata. & apud Horatium lib. epiſtolarum ij. epiſtola j. ad Auguſtum:

*An quos & præſens, & poſtea reſpuet ætas.*

Quibus planè conſtat, id quod dicimus, hanc dictionem poſtea, interuallum oſtendere: quod etiã voluit gl. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. quæ etiam interpretatur poſtea, id eſt ex interuallo, & ibi Bal. in ij. not.} & ſimilis glo. in l. cum fundum, in verbo, poſtea. ff. de vi & vi arma. & in l. ſi Titius, in verbo, poſtea, & ibi quoque Bart. ff. de fideiuſſ. & {Alber. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, col. j. in fi. ff. de pact. Ioan. Fab. in l. per retentionem. C. de vſur.} Bald. in l. j. circa medium. ff. de ſolutionib. Card. Flor. in cap. cùm Vintonenſis, extra de elect. {Panor. ſubobſcurè in c. cura, in vlt. not. de iure patro.} Barb. in l. iiij. §. Cato, col. xxj. verſ. & adduco celebrem. ff. de verb. obli. {& in repet. rub. de reb. eccl. non alien. in §. dubio, col. eiuſdem vlt. & in c. vlt. col. 2. de precar. & in c. potuit, col. iij. de loca. & in c. illo vos, col. ij. de pignor.} & conſ. xxv. ſcribitur ſapientiæ ſeptimo, col. 2. lib. j. & conſi. lx. clementiſsimi Dei, col. 4. eo. lib. j. & Alex. conſi. cxlj. viſo teſtamento, col. 2. verſi. confirmo ex illa, lib. ij. & conſi. omnium poſtremo, viſo proceſſu, ante fin. eo. lib. ij. & conſil. xcviij. viſo & conſiderato, col. ij. verſi. & hoc modo, lib. j. Franc. Aret. in d. l. fructus, col. pen. ff. ſolu. matr. vbi videtur ſentire, licèt ſubdubius, hanc eſſe eius propriam ac peculiarem vim ac naturam. Card. Alex. in c. j. col. 2. tit. quid iur. ſi poſt alie. Iaſ. in l. ſi quis ante, col. iiij. verſ. tu pondera dictionẽ poſtea. ff. de acq. poſſ. Phil. Dec. in c. ij. col. vlt. extra de offic. deleg. & in l. certi condictio. §. depoſui, in primo not. ff. ſi cert. pet. & conſi. dcxxxix. viſa conſultatione, col. j. Hiero. Cagno. in l. 2. col. 6. verſ. 4. not. ff. de orig. iur. Ant. Burg. in c. ſi venditori, in princ. extra de empt. & vendit.

*Dictio, poſtea, an paruũ, aut longum interuallum ſignificet.*

5 ¶ Porrò quantum interuallum hac dictione ſignificetur, paruúmne, an longum, non inter omnes conuenit. Alij enim modicum dicunt, ob tex. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter, vbi gl. Petr. & Bart.



& Bart. col. j. {Alber. col. quoque j.} ff. ex quib. cau. maio. {& idem Albe. in l. hæc adiectio, poſt prin. ff. de verb. ſignifi. & Franc. Aret. in l. cùm quidam. §. ſuum, col. 2. ff. de acq. hæred.} quod & probare videtur text. in l. ſi fuerit. §. vlt. ff. de reb. dub. qui in vno gemellorum partu vtitur hac dictione poſtea, inter natiuitatem vtriuſque, cùm dicit: nam ſi poſtea edita eſt, cùm tamen ibi adeo modicũ eſſet interuallum, vt ambigeretur vter prior eſſet editus. & tex. in l. quidam, poſt princ. C. de neceſſ. ſer. hæred. inſtit. quæ hac dictione poſtea, vtitur in re in eodem teſtamento facta. & in l. Lucius. ff. de hæred. inſtit. qui ſimilis eſt, in l. ſi quis, in princ. ff. de leg. j. vbi ita ſcribitur, poſtea eodem teſtamento vel codicillis. Et in l. imperatores. ff. de manu. teſta. quæ non tantùm de re eodem teſtamento facta, ſed de eadẽ ratione vno in teſtamento appoſita, hoc verbo vtitur. & in l. ſi is quẽ. C. de lib. cauſa, in illis verbis, ſed ſi poſtea quàm cognouiſti, de ſententia iudicis appellaſti. Nam illa dictio poſtea, debet intelligi illico, per text. in l. litigatoribus. C. de appel. aut ad ſummum intra eundem aut alterum diem, per textum in l. eos. §. ſi autem, eod. tit. facit & tex. in c. ij. de præſcript. lib. vj. cùm dicitur, poſtea quandocunque, quaſi ſcilicet non fuiſſet intellectum de longo interuallo, ſi dictum ſimpliciter fuiſſet poſtea, ſine illa adiectione, quandocunque. Et glo. in c. ſcriptum eſt, in prin. extra de elect. quæ exponit illum tex. qui dicit poſtea reuocari, ſcilicet ſine interuallo, quã ſequitur & ſing. dicit in ſuo caſu Panor. ibi, col. iiij. verſ. in glo. j.

*Qui aſſerant hac dictione, poſtea, longũ interuallum deſignari.*

6 ¶ Alij autem contra aſſerunt longum interuallum hoc vocabulo deſignari, & in iis Barba. in l. ſi à fure, col. iij. verſ. ſed ego pondero. ff. de verb. oblig. & in c. cùm M. Ferra. col. xxv. extra de conſtit. & in repet. rub. de reb. eccl. non alien. char. xxv. & in c. j. extra quod met. cauſ. & in d. c. in præſentia, extra de probatio. & in c. pen. col. ij. de for. compet. & in c. vlt. extrà de rapto. & Ludo. Bol. cõſ. xxxvij. nobilis quidam, col. vj. verſi. facit pro hoc. & Hiero. Cagno. in d. l. 2. §. poſtea ne diutius, col. 2. verſi. pondera in primis, per illum tex. ff. de orig. iur. Pro quibus faciunt multi alij text. ſuprà in 2. & iij. ab hinc verſi. allegati. & facit etiam tex. in §. j. Inſtit. de S.C. Tertul. vbi ſcribitur Claudium quidem primùm, matri ad ſolatium liberorum amiſſorum legitimam eorum hæreditatem detuliſſe. & confeſtim ſubdit, poſtea autem S.C. Tertul. quod diui Adriani temporibus factum eſt, pleniſsimè, &c. Nam conſtat inter Claudium & Adrianum nouem alios imperatores fuiſſe. Et tex. in l. j. in prin. ff. de mil. teſt. vbi ſcribitur Iulium Cæſarem liberam teſtamenti factionem primùm conceſsiſſe, poſtea vero Titum ampliſsimam indulgentiam in eos contuliſſe. At inter Iulium Cæſarẽ & Titum fuerunt nouem imperatores. Et tex. in l. quo enim. §. Iulianus. ff. rem ratam hab. & in l. j. iuncta glo. in verbo, poſtea. C. ſi rector prouin. & in l. ſancimus. C. de iud. iuncta interpretatione, quam ei dant quos ſtatim citabimus. Nam in ea l. dicitur, quòd ſi contumax poſtea apparuerit, non aliter auditur, quàm prius refuſis expenſis. Quod videtur intellexiſſe gl. j. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. & ibi apertiùs Iacob. Butr. & etiam Iaſon in ea ipſa l. ſancimus, col. iij. in j. limitat. quando non intra modicum tempus comparet. Quod ſi verum eſt, neceſſariò intelligitur illa dictio poſtea poſita in d. l. ſancimus longo poſt interuallo, ſed huius diuerſum voluit Bald. in d. l. & ſi poſt tres, tum in priore lect. col. vij. verſi. quintò opponitur, tum in repet. col. pen. verſic. in ea glo. in fi. & Ang. col. 2. verſ. ſequitur in gl. ibi, & Pau. Caſt. in d. l. ſancimus, in princ. & Barb. in cle. literas, col. viij. in paruis, de reſcrip. Ex quorum ſententia, ſi vera eſt, quod nunc non diffinio, hęc dictio poſtea, intelligitur in d. l. ſancimus, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo.

*Autoris ea de re opinio.*

7 ¶ Ego autem dico ordinem quendam & ſequelam vel loci, vel temporis, vel cuiuſuis rei ad aliam hoc verbo ſuapte natura intelligi, vt etiam Priſcianus tradit lib. xiiij. & è noſtris Alex. conſ. cxlj. viſo teſtamento, col. ij. verſ. confirmo ex illa, lib. 2. Et nunc quidem incontinẽti, & ſine interuallo, nunc ex interuallo aut longo aut modico, ex ſubiectæ rei argumento. Neque enim ſimpliciter certum aliquod tempus demonſtrat, ſed prorſus dubium & ambiguum, ſecundum Dyn. Rayn. Bart. Alber. Raph. Co. Rom. & Iaſ. in d. l. fructus. ff. ſolut. matr. Cyn. in d. l. j. col. vlt. in vj. oppo. ff. ſi cert. pet. Bal. Imol. & alios in d. l. quoties. §. ſi quis ita. ff. de hæredib. inſtit. {Bal. conſi. lxiiij. quidam promiſit, lib. j. Alber. in l. rem quandam, in fi. ff. de dol. mal. dum dicit ex eo text. hanc dictionem non ſemper denotare interuallum. Alex. conſi. ccxxiiij. viſo proceſſu, ad fi. lib. 2. &} conſil. cxvj. in cauſa inquiſitionis formatæ, col. 2. verſ. in dubio, lib. iij. Card. Alex. in c. commiſſum, col. j. in 2. locis, extra de ſponſal. & Mat. Philip. Dec. in d. l. bonæ fidei, col. iij. verſic. quartò not. C. de pactis. & Matthæ. Afflict. in conſtit. Siciliæ incip. quæſtiones iuriſperitorum, in v. not. Et probat tex. in d. cap. 2. in illis verbis, poſtea quandocunque, de præſcript. lib. vj. Ob ídque Rom. Franc. Aret. & Iaſ. in d. l. fructus non approbant quod ſuprà diximus {in princ. huius glo.} de teſtibus deponentibus teſtatorem inſtituiſſe hæredẽ Seium, poſtea Semproniũ. Nam cùm inquiunt, incertũ ſit ob eam dictionẽ poſtea, vtrùm intelligatur incontinẽti, & ſine interuallo, an cũ interuallo, nec valeat quantũ ad ſecundũ, ſi ſit ex interuallo: certè ea probatio tanquã ambigua non concludit, per d. c. in præſentia, de proba. & l. matrem. ff. eo. tit. {& l. non hoc. C. vnde legiti. cum ſimilib.} Dicit tamen Iaſ. quòd durum eſſet recedere ab opi. Bart. & communiori. At quantum ad priorem illum caſum pertinet de inſultu & vulnere, nullus hactenus tenuit contrarium, quia etiam cum dubium ſit ex eo teſtimonio, an incontinẽti aut ex interuallo vulnus ſit illatum, in dubio quod mitius eſt ſequimur, vt iam diximus, & probat tex. in l. præſes, & in l. interpretatione. ff. de feri. Igitur hæc dictio, poſtea, vt repetamus, dubium & ambiguum tempus dicit.

*Dictio antea,*

8 ¶ Sicuti & dictio antea, quæ illi oppoſita eſt, vt planè liquet ex l. commiſſum. C. de adulter. atque

*dictioni poſtea, oppoſita.*

ex illo ipſius Suetonij loco in Domitiano, paulò poſt princ. In primiſque poeticæ tam inſuetum antea ſibi, quàm poſtea ſpretum & abiectum. Ideoq; & ea denotat interuallum incertum, ob idq; arbitrio iudicis ex ſubiecta materia æſtimandum, vt etiam voluit Bart. in l.j.§.diuus Seuerus, in pe. q.& ibi Alex. in addit.ff.de quæſt.& Imol. in l.qui aliena.§.vlt.ff.de acq.hæred.{ Vt & de dictione, ante, dicemus poſtea, num.19.incipiente, de dictione poſt.}

*Deinde dictio quid ſignificet.*

9 ¶Similitérq; dictio deinde, quæ idem ſignificat quod poſt, ſiue poſtea, vt probat tex. in l.2.§. prius, vbi id no. Franc. Aret. col.j.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.& in l.tigni.§.ſi quis cum iudicij.ff. ad exhi.& in l.ſi filiusfa. in princ.ff.de relig.& ſumpt.fune.& in l.ſi ſeruum Stichum.§. nunc videamus. ff. de verb.oblig.& in l.edicto.§.cùm ante.ff.de iure fiſci, & in l.ſi ſeruum.§.vlt.ff.de acquir.hæred.& in l.quibus.§.quidam.ff.de condit.& demonſt.& in l.vlt.C.ad leg.Corn.de falſ.dum dicitur, primitus ei qui ſcripturam obtulerit, deinde ei.&c.& in §.vlt.Inſtit.de lege falcid.cum ſimilib.& glo. in clem.dudum, verſi.ac deinde, in ipſo verbo deinde, de ſepult. Et illud Ciceronis in Piſonem, Qui ſis auſus primùm facere, deinde Torquato grauiſsimo & ſanctiſsimo viro premente confiteri, &c. Et in Philip.xiiij. Nollem primùm reip.cauſa, deinde etiam dignitatis tuæ. Ideo & Signor. conſi.cxv. in quæſtione Petri, col.j. dicit hanc dictionem eſſe ordinis deſignatiuam, & allegat l. 2. §.deinde cùm cenſus, & iterum.§.poſt aliquot deinde annos, & iterum §.deinde Cornelius, verſ. poſt deinde.ff.de origine iur. Et idem dicit Bal. conſi.ccxcv. primo dicam, poſt medium, lib.2. Ex quo etiam poſt deinde nonnunquam coniunguntur. l.2.§.poſt deinde. ff. de orig.iur. vbi Zaſius vir nunquam ſatis laudatus, id intelligens dicit, deinde, abũdare, ſed ornatus cauſa poſitũ eſſe. Et eſt ſimilis tex. in l.vlt.ff.commu.prædio.& in l.Seia.ff.de euictio.& in §.his igitur, ſtatim poſt prin. Inſtit.de iuſti.& iur.& in §.ſi quis agens.Inſtit.de actio.& apud Terentium in Andria: Nunc primum fac iſtæc vt lauet, poſt deinde quod iuſsi ei date bibere. Sed & nonnunquã deinde & poſtea copulãtur: vt in l.non quocunque.§.j.ff.de lega.j.{& l.ſi iure, & l.ſi tibi.ff.de leg.iij.}& in l.filium.§. ſi quis contra.ff.de leg.præſtan.& in l.j.§.ſciendũ.ff.de ſuis & legit. hæred. & in l. & ſeruorum.ff. de ſta.homin.& in l.ſi plures.§.quamuis.ff.de adminiſt.tuto.& in l.ſi quis ita.§.ſi Titio.ff.de adim. lega.& in l.illud, §.ſi idem.ff.ad leg.Aquil.& in l.ſicut.§.ſuperuacaneum.ff.quib.mod.pign.vel hypotheca ſol.& in l.quoties.§.vlt.ff.de noxa.actio.& in l.vlt.ff.de caſtr.pecu.& in l.filiusfamil.§.j.ff. de milit.teſt.& in l.vlt.ff.iudica.ſol.& in l.ſi indebitum.§.j.ff.rem rat.hab.& in l.illud.ff.de peri.& commo.rei vend.{& in l.ſi alius.§.eſt & alia.ff.quod vi aut clam, & in l.ſi cùm teſtamẽto.§.ſi fundum.ff.de excep.rei iudic.& in l.quamdiu inſtitutus.ff.de acquir.hæred.}& in §.j.inſtit.de replica.

10 ¶Ex quibus ſatis conſtat hanc dictionem deinde, quod ſuprà diximus, idem ſignificare quod poſt vel poſtea. Ideóque & illa etiam intelligitur incontinenti, & ſine interuallo, vel etiam cum interuallo. ſicuti & poſt & poſtea. Id enim voluit glo. in d.l. 2.§. prius, in verbo deinde, & ibi clariùs Franc. Aret. col.j.ff.de vulg.& pupil.ſubſtitutio.& Phil. Dec. in l.pacta nouiſsima, col.iij. verſ.ſecunda ſolutio, & ibi quoque Alci. in glo.vlt.col.pen.verſ.tertius caſus.C.de pact. Ideo Tullius in vltima in Verrem actione, vt amoueret dubium, an ſtatim, vel cum interuallo intelligeretur hæc dictio deinde, ei coniunxit eam dictionem ſtatim, cum ita ſcribit, Statim deinde iuſſu Prætoris in crucem eſſe ſublatum.{Glo. autem in l.illud.§.ſi idem.ff.ad leg.Aquiliam, exponit, deinde, ex interuallo, & ibi Flor.not.hanc dictionem denotare interuallum.}

*Hæc lex an procedat cum poſt donationem nati fuerint donanti liberi.*

11 ¶Igitur vt ad caſum l.noſtræ priuatim veniamus, eam cenſeo procedere quandocunque poſt donationem nati fuerint donanti liberi, ſiue incontinenti pòſt, ſi de illis non cogitabat, quia fortè diutius ab vxore prægnante abfuiſſet: ſiue ex interuallo qualicunque, aut longo, aut modico, id eſt, ſine vllo temporis poſt donationem diſcrimine, nempe ex ſubiecto l.noſtræ argumento, cùm ſemper & omni tempore poſt donationem obtineat ipſius l. ratio. Et ita quidem expreſsim per pauca quædam ex iis quæ diximus, voluit Franc. Ripa hîc in xxxix.q. Et id certè non abſimili ratione videre licet in caſu l.j.ff.de capt.& poſtlim. reuer. vbi ita cauetur, Quod ſeruus eius, qui ab hoſtibus captus, poſtea ſtipulatus eſt, hoc habebunt hæredes. Nemo enim, vt opinor, dubitabit illud obtinere, ſiue confeſtim poſt domini captiuitatem, ſiue longo pòſt tempore ſeruus ſtipulatus fuerit, cùm nihil ſit inter vtrunque diſcriminis. Et idem in l.ſi ita fuerit.ff.de leg.3. vbi fit mentio de eo qui poſtea natus erit, ínve familiam venerit, quíve poſtea cognatus fuerit. Et multa alia exempla in noſtris legibus comperies, ex quibus manifeſtè deprehendes hanc dictionem, poſtea, omne ſequens tempus comprehendere, & propinquum, & remotum.

*Dictionum poſt, et poſtea differentia.*

12 ¶Nec me tamen latet, Iaſ. in multis locis, videlicet in l.ſi quis ita promiſerit.§.Seia.col.iiij. in ſexto not.ff.de verb.oblig.& in dicta l.non erit.§.ſi neque.ff.de iureiur.& in d.l.fructus.ff.ſolu.matri. & in l.poſt dotem, col.j.eo.tit.& in d.l.iuriſgentiũ.§.quinimo.ff.de pactis, ſibi feciſſe finxiſſeque differentiam nouam quidem illam, ſed admodum vanam, inter hanc dictionem poſtea, & dictionem poſt: quæ ſi vera eſſet, ſubuerteret omnia quæ diximus. Ea autem eſt, dictionem poſtea, ſuaptè natura denotare interuallum: pòſt autem, minimè, ſed pro confeſtim intelligi. Idq; probat ex dicto §.quinimo, verſi.idem reſponſum, in illis verbis, poſt emptionem ex interuallo. Nam fruſtra, inquit, adiectum fuiſſet ex interuallo, ſi id intellectum fuiſſet. { Quod & idem voluit Ioan. Crotus, nulla Iaſo. mentione facta, in repe. capit.j. in j.nota.de conſtitut.lib.vj. per d.§.quinimo. Quibus} adde & alium tex. in l.mulier.§.ſi hæres, ibi, poſt multum temporis.ff. ad Senatuſconſ. Trebel. E diuerſo autem, vt & hoc illi addas, iuriſconſultus cùm poſtea addit cõfeſtim, in l.peregre, in princ. ff.de



ff.de acquir.poſſ. quaſi ſine ea adiectione intellectum fuiſſet ex interuallo, ex ipſius Iaſo. ſententia. Et ſimile eſt quod dicitur, poſtea ſine mora, in l.ſcire debemus.§.ſi à iure.ff.de verb.obligatio. Et quod Terentius in Eunucho iungit continuo cum poſtea. Hæc enim ſunt verba illius, Hos prius introducam, & quæ volo, ſimul imperabo, poſtea continuò exeo. Sed & Iaſonis ſententiã confirmat, quod voluerunt gloſſ.& Innoc. in c.congregato, vterque in verbo, poſtmodum. extra de elect. interpretantes eam dictionem poſtmodum, antequam diuertant ad alium actũ, ac durante eodem contextu electionis, & quod ſcribit Domi. in cap.frequens, in prin.de reſtit. ſpoliat. lib.6. quòd ſi teſtes dicunt aliquẽ poſſediſſe poſt talem, intelligitur immediatè & ſine interuallo.

*Autoris ea de re ſententia.*

13 ¶Verùm ego (pace Iaſo.& Croti dixerim) nihil omnino video intereſſe inter eas dictiones, poſt, & poſtea, non magis quidem, quàm inter ante, & antea, quantum ad interuallum, de quo tractamus, pertinet. Ideoq; & dictionem poſt, ſicut poſtea, ambiguum etiam interuallum ſignificare, ſecutus Bart.& alios id nuncupatim de dictione poſt aſſerentes in d.l.fructus, & Franc. Aretin. in l. Gallus. in princ.col.v.verſ.in glo.vltima.& ibi etiam Lancello. Galli. in repetitio.col.vij.verſic. itẽ verbum.ff.de liber.& poſthu.&{eundem Areti. in d.l.ſi quis ita promiſerit.§.Seia, in ſecundo notab.ff.de verb.oblig.& in}l.in duobus, in prin.ff.de duobus reis, & Philip. Franc. in cap.j. in primo notab.de conſtit.lib.vj.& ante hos glo. quæ id apertè ſenſit, in dicta clem.literas, in verbo, poſt datam, quam ibi expendit Barb.col.vij.& ſeq.de reſcript.& ex externis ſcriptoribus Aelium Donatum, virum quidem vnum qui vocum verborumq; naturas ac proprietates optimè calluit, hoc quoque nuncupatim confirmantem in Eunucho Terentij. Idemq; de dictione antè, quæ reſpondet dictioni poſt, ſcribit Bald. conſi.clxxix. ad euidentiam eſt præmittendum, lib.2. vbi dicit quòd ſignificat incertum interuallum: quod & dicit Franc. Aret. in dicta l.ij.§.prius, col.j.ff. de vulga.& pupil.ſubſtit. Nam quòd breue aliquando ſignificet, vt hoc illi addam, apertè probat tex. in l.ſi ita fuero.§.cùm pecuniam.ff.de nouatio. Et quod etiam aliquando longum, probat item text. in l.j. ff.de vi bon.rapto.cum ſimilib.

*De eadem re.*

14 ¶Nam & quamuis hæ dictiones antè & poſt ſeſe mutuò veluti reſpiciant, {tanquam relatiua, ſiue reciproca, vt patet ex l.ſi bona.ff.de bonis liber. ibi, poſt venditionem, & ante venditionem. & l.ij.§.in auo, ibi, ante conceptionem, & poſt conceptionem.ff.de decurio.& alibi ſæpe. & planiſsimè apud Tullium, ſi is eſt, lib.iiij.artis Rhetoricæ ad Herennium, quo loco de demonſtratione diſſerit. Id fieri, inquit, poterit, ſi quæ ante, & poſt, & in ipſa re facta erunt, comprehendemus. Hęc ibi.{Et lib. Acade. quæſtio.iiij. Et cùm in hoc mundo ornatus hic ſit tam mirabilis, innumerabilis: ſupra, infra, dextra ſiniſtra: ante, poſt: alios diſsimiles, alios eiuſdem modi mundos eſſe.} Sicuti & antea, & poſtea, ſe quoque viciſsim reſpiciunt, vt ſuprà diximus, & probat etiam tex. in l. ſeruitutes.§.ſi antea.ff.de ſeruitu.vrbano.prædior.& in l.2.§.qui ad munera.ff.de vaca.muner.& in l.quoniam.§.ſi vſus, in fi.ff.de vſufruct.ear.rer.quæ vſu conſu.& in l.2.§.ſed cùm perſpeximus, verſiculo admonuimus.C.de veter.iure enuclean.& in l.2.C.de offi.queſto.& in §.igitur, verſ.in quibus, in prooemio Inſtit.& in cap.nulli, de electio, lib.vj.& illud Tullij ſtatim poſt principium Oratoris ad Brutum, Multi oratores magni & clari fuerunt, & antea fuerant, nec poſtea defecerunt. {Et ad Lentulum lib.j.epiſto. Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea dixit etiam in ſenatu palam. Atque illud} Macrobij lib.3. Satur.cap.vj. Delon neque antea, neque poſtea hoc incommodo vexanam. Tamen ſæpiſsime vnum aliud mutuatur, cum eoq; coniungitur, tanquam nihil inter ea interſit. Videmus enim ante & poſtea copulari, & è diuerſo antea & poſt: vt in eodem §.in auo, & in eadem l.2.§.in filiis, & in l.libertus.§.filium.ff.ad municipa. vbi ita ſcribitur, cum antè militaſſet, vel poſtea, & in l.ex facto.§.ſi quis autem.ff.ad ſenatuſconſultum Trebellia. vbi dicitur, quis ante, & quis poſtea deceſſerit.& in l.epiſtolam.§.j.ff. eodem tit. cuius hæc verba ſunt, vtrúmne poſt mortem ſuam, an antea.& in l.ſancimus.§.cùm autem.C.eo.quoque tit. vbi ita ſcribitur, vel poſt litem conteſtatã, vel antea & in cap.tanta, in princ.extra qui fili.ſunt legit.& in cap. poſt tranſlationem, paulò ante fi.de renuntiatio.& in cap.duo pueri, paulò ante fi.de deſponſa.impube. & in cap.ſi beneficia.de præbend.lib.vj.& in ſexcentis aliis locis, & apud Plinium lib. xxviij. capit. x. foueri, inquit, frigida & antè poſtea iubent.& ipſum Tullium in iij.in Verrem actione, Si habuiſſet iſte edictum, quod ante iſtum, & poſtea omnes habuerunt.{& Terentium in Andria, Nam is poſtquam exceſsit ex ephebis, Soſia, liberius viuendi fuit poteſtas, nam antea Quî ſcire poſſes, &c.}

*Qui affirmẽt dictiones poſt & poſtea eſſe eiuſdem ſignificationis.*

15 ¶Imò & ex multis legibus manifeſtè apparet has dictiones poſt & poſtea eſſe eiuſdem ſignificationis & naturæ, videlicet in l.forma.§.quæ poſt cenſum.ff.de cenſibus. vbi quod primo loco per dictionem poſt dicit, idem ſtatim per poſtea pronuntiat. Quæ poſt, inquit, cenſum editũ nata, aut poſtea quæſita ſunt, &c. & in l.j.in princip.ff.quando de pecul.actio.anna.eſt. vbi etiam poſt & poſtea in eadem ſignificatione ponuntur.& in l.j.§.rectiſsimè.ff.de vi & vi armata, vbi etiã quod per poſtea primo dixerat, ſecundo loco dicit per poſt, & in l.legem.C.de natur.liber. vbi primùm dicit poſtea, quod paulo poſt dicit poſt eandem legem.& in l.j.in princ.ff.de milit.teſta. vbi iuriſconſultus nunc vna vtitur, nunc alia in re eadem aut ſimili: adeoq; vtranque confundit, vt clarè cognoſcas, nihil illum curaſſe vtra vteretur.& in §.ſi ab hoſtibus, verſ.dictum eſt, Inſti.quib. modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur, vbi primùm ſcribitur poſtliminium dici à pòſt & limine, deinde id exponens vtitur dictione poſtea, pro illo poſt, hæc enim ſunt verba illius loci. Dictum eſt autẽ poſtlimi

poſtliminium à limine,& pòſt, vnde eum qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines noſtros poſtea peruenit,poſtliminio reuerſum rectè dicimus. Sed & vt ex eodem loco aliter intelligas nihil intereſſe inter has dictiones poſt & poſtea,ſcias eum locum eſſe exceptum ex Scæuolæ illius antiqui iuriſconſulti ſententia,quam Tullius lib.Topicorum ita adſcripſit,Scæuola autẽ P.filius poſtliminium iunctum putat eſſe verbum,vt ſit in eo & poſt, & limen: vt quæ à nobis alienata ſunt, cùm ad hoſtem peruenerint,& ex ſuo tanquam limine exierint,hinc cum redierint poſt ad idem limen,poſtliminio videantur rediiſſe. Vides enim,vt pro illis verbis Scæuolæ,aut Ciceronis,cum redierint pòſt ad idem limen,Iuſtinianus illa ſubſtituit,& in fines noſtros poſtea peruenit.vt iam non dubites ex horum locorum coniunctione nihil referre,ſiue poſt ſiue poſtea dixeris. Sed eſt & bonus tex.in §.quibus,Inſtit.de hæred.quæ ab inteſtat defer.vbi quod primùm per pòſt dixerat,confeſtim per poſtea dicit. & in aliis infinitis. Nam & nihil omnino diſcriminis eſt inter eas dictiones,niſi quod pòſt præpoſitio eſt,quæ cũ accuſatiuo ſæpius coniungitur,interdũ cum ablatiuo,cum dicitur,longo poſt tempore.Poſtea autem,quod ex poſt conficitur,aduerbiũ eſt,quod nullum caſum requirit:tamen & ipſa dictio pòſt,interdũ quoque aduerbialiter ponitur pro poſtea,vt in l.ſiue libertus.in princip.ff.de iure patr.& alibi ſæpe,& apud Virgilium lib.j.Aeneidos:

*Pòſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.* Et lib.iiij.Georg.
*Atque aliis pòſt commemoranda relinquo.* Et Terentium quoque in Adelphis,
*Pòſt faciet tamen.*

Sicut & antè, quæ præpoſitio eſt,interdum etiam aduerbialiter ponitur pro antea,apud eundem Virgilium in Bucol.

*Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui.*

Et de vtroque in illo Tullij loco ſuprà in ij.ab hinc verſi.citato. Et probatur etiam apud noſtros in l.ſi libertus,§.vlt.ff.co.de iure patronatus,& in l.j.§.emancipatus.ff.de collat.bono.& in l.j.poſt prin.ff.de bonis liber.& de vtroque eſt tex.in l.ſi te parens.C.de ſuis & legit. & in locis infinitis. {& hæc quidem annotata quoque ſunt à Priſciano li.14.non vno in loco. Et ſimiliter antea nõnunquam ponitur pro antè,vt apud Ciceronem in oratione pro Sexto Roſcio Amerino,Cuius antea prædia poſſediſti,quàm ipſum agnoſti. Vides enim ibi antea quàm dici pro antequam.} Idcirco & antiquiores Romani iiſdem notis vtrunque,ſcilicet antè,& antea, ſignificabant , nempe his ANT. vt ſcribit Valerius Probus.vt ex hoc facilè cognoſcas,etiam ſi nihil aliud ſit,veteres illos proprietatis verborum obſeruantiſsimos,nullum omnino diſcrimen inter vtrunque poſuiſſe, ſed paſsim vtroque ſine delectu ac promiſcuè, & prout legentibus libuiſſet, vſos fuiſſe.

*Poſt contractum crimen capitale donationes factæ ualent.*

16 ¶Nec huic noſtræ ſententiæ,quicquam obeſt tex.in d.l.iuriſgentium. §. quinimo. Nam non ob aliud ibi adiectum fuit,poſt venditionẽ ex interuallo,niſi quia dictio poſt, ſicut & dictio poſtea, vtrunque poterat ſignificare,& poſt venditionem confeſtim & ſine interuallo,& poſt venditionem ex interuallo.Ideo ne ſine interuallo intelligeretur,ſubiungit ex interuallo.In qua re vt vnũ tibi aut alterum exemplum ex multis proponamus,in l.poſt contractum.ff. de donat. in qua ita ſcribitur,poſt contractum capitale crimen donationes factæ valent,non magis intelligitur de donationibus factis confeſtim poſt crimen admiſſum, quàm de factis ex interuallo. Imò verò quæ confeſtim crimen ſequuntur,magis obnoxiæ ſunt reuocationi,aut nullitati,quàm quæ lõgo poſt tempore ſunt confectæ,vt ibi no.per Bart.col.3.verſ.quintò præſumitur.{& Alber.poſt Oldr.col. 2.verſ.Oldra.in hoc,}& alios,ibi,& Bal.in l.ſi quis in ij.locis.C.de bo.proſcrip.{& Pau.Caſt.cõſ. 337.primò quæritur poſito quòd de vero,col.iij.verſ.ſextò præſumitur,lib.j.} Sicuti & cùm è diuerſo maleficium confeſtim ſequitur alienationem,vt per Bal.in auth.ſed iam neceſſe,col.j.& ibi etiam Ang.in fi.C.de donat.ante nupt.{& eundem Ang.in l.vlt.col.2.verſi. item ſi donauit ante maleficium.C.de bon.proſcript.cum alijs multis concord.adductis à Philip.Dec.conſ.ccxxxv.in cauſa magnifici,col.ij.verſ.quinto præſumitur.}Similiter in l.j.C.ex delic.defun.vbi ſcribitur,Reo criminis defuncto poſt litis conteſtationẽ ſucceſſores eius teneri,num intelligitur reo confeſtim defuncto lite cõteſtata tantũ,an verò etiã lõgo poſt tẽpore?Et certè nemini dubiũ nihil intereſſe.

*Dictio poſt, ſimpliciter prolata, intelligi poteſt de longi temporis interuallo.*

17 ¶Quid quòd tex.habemus in l.Paulus.§.Caius.ff.de libera.cauſa, & in l.perfecta. C. de donatio. quæ ſub modo.{& in l.latinus,in prin.ff.de lega.2.}& in l.qui quadraginta.§.qui ducenta.ff.ad legem Falcid.his verbis vtentes,poſt aliquantulum temporis,& poſt aliquantum temporis , quæ idem ſignificant,quod ſtatim poſt.Ex quo retorquendo argumentum Iaſon.in cum ipſum,poſſes aſſumere,id verbum pòſt,ſimpliciter prolatum intelligi de longo interuallo.Nam aliàs fruſtra adiectum fuiſſet aliquantulum temporis,ſi intellectum fuiſſet.Quòd ſi quis neget ea verba,poſt aliquantulum temporis,ſignificare ſtatim aut confeſtim poſt,& ita ſine interuallo , legat text.his verbis poſt ſtatim vtentem,in l.petens.C.de pactis.Seu,inquit,anteceſsit pactum,ſeu poſt ſtatim interpoſitum ſit.& in l.is qui.§. Ariſto.ff.quod vi aut clam.vbi dicitur,ſtatim poſt venditionẽ contractam.& in l.j.ff.iudicatum ſolui,ibi,poſt rem iudicatã ſtatim dies cedit. & in l.j.§.dies,ibi , poſt ſententiam dictam ſtatim &c.ff.quando appel.ſit.& in §.an ſeruo , Inſtit.de legat. vbi in duobus locis dicitur,ſtatim poſt factum teſtamentum.& in l.2.§.conſtat,ibi , ſtatimq; poſt ſententiam.ff. de pœnis.{& in l.liberto.§.vlt.in fi.ff.de annuis legatis,cùm dicit,confeſtim poſt mortem patris.& ſimilis tex.}in l.ideóque.ff.de Carbonia.edicto,ibi. Nam ſi confeſtim poſt patris mortem , &c. Et paulopoſt ſubiungitur,Si verò interpoſito tempore,& cætera:vt facilius hinc agnoſcas vim horũ

verbo



verborum.& in l.filium,quæ eſt penul.ibi , confeſtim poſt aditam hæreditatem,ff.de optione legata.}& in l.j.§.exactio autem.C.de rei vxo.actio.in ex ſtipulatu actionẽ transfuſa,cùm dicitur, ſtatim poſt diſſolutum matrimoniũ.& Suetonium in Auguſto. De reddenda publica bis cogitauit,primò poſt oppreſſum ſtatim Antoniũ.Sed & habes tex.in c.cauſam,extra de electione, vbi ſcribitur, continuò vnus poſt alium. & apud Plautũ in Menechmis,Paucis diebus poſt Tarenti emortuus eſt.& Cæſarẽ libr.cõmentariorum de bello Gallico iiij.Paucis pòſt diebus ſeſe daturos dixerũt.Et iterũ lib.vj.paucis pòſt diebus ciuitatẽ recepit.Et paulopoſt , interim paucis pòſt diebus fit ab Vbiis certior.& Tulliũ Philippica j.liberatus cædis periculo paucis pòſt diebus.& iterũ Philippica 10.Caſsius lapſis paucis pòſt diebus, & Saluſtiũ in Catil. Poſt paucos dies Lucius ſenator in ſenatu literas recitauit.& Corneliũ Tacitum lib.xv.Paucos poſt dies vni ex illo cõtaminatorum grege denupſit.vt omittamus illam loquẽdi formulam,qua & noſtri & alij probatiſsimi ſcriptores vtuntur,cũ ſcilicet dicitur paulopoſt,vt in §.vlt.in fi.Inſti.de exhære.libe.& alibi ſæpè. & Plautus in Pſeudolo,Paulopoſt magis ille homo meus eſt.& Tullius in epiſt.ad Octauiũ, poſt etiã paulo tẽporibus ita poſtulãtibus cedã vrbe.Et rurſum,paulo poſt fugatũ illũ hoſtẽ &c.Sicuti & de dictione ante,quæ eandẽ vim(vt diximus)habet,eſt illud ipſius Cęſaris lib.j.Reperiebat etiã Cæſar inquirendo præliũ equeſtre aduerſum paucis ante diebus factũ. Et ſæpius dixerunt paulo ante optimi ſcriptores,& omniũ princeps Tullius ſæpiſsime , ſed in nullo loco apertiùs declarauit propriã vim & ſignificationẽ huius locutionis,quàm in vj.in Verrẽ actione,cùm ſcribit, Nuper homines nobiles eiuſmodi iudices , quid dico nuper? Imò vero modò, ac planè paulo ante vidimus,&c.Ex quibus planè cõficies per arg.Iaſ.in eũ detortũ,dictionẽ pòſt,ſuapte natura non ſtatim intelligi,ſiue cõtinuò,aut intra modicũ tempus.Nã ad quid eæ dictiones adiicerẽtur, ſi ex illius dictionis pòſt,vi ac proprietate intelligerẽtur? ſicuti & è diuerſo in dictione poſtea habemus tex.in l.ait lex.ff.ad leg.Aq.cuius hæc verba ſunt,& poſtea poſt longũ interuallũ mortuus ſit.Nã ſi ar.Iaſ.eſt efficax,hauddubiè dictio illa poſtea ſuapte natura nullum aut modicum interuallum ſignificaſſet ſine illa adiectione poſt longum interuallum,quod ipſe Iaſon non admittit.

*Dictiones poſt & poſtea utrũque & ſine interuallo & ex interuallo ſignificant.*

18 ¶Sed quid in tot ambagibus & inuolucris immoramur,cũ habeamus alios tex.clariùs omni luce probantes id quod aſſerimus,videlicet dictiones poſtea & poſt vtrũque ſignificare,& ſine interuallo,& ex interuallo? De priori quidem in d.l.in duobus,in prin.ff.de duob.reis.vbi poſtea verba,licèt antè prior reſpõderit, poſtea poſterior,continuò ſubiungit & hæc verba,ſi ex interuallo concipiatur.Quaſi ſcilicet illud quod dixerat,poſtea poſterior,poſſet intelligi & ex interuallo, & ſine interuallo,niſi adieciſſet,ſi ex interuallo concipiatur.Id quod annotauit Fran.Are.in prin.ex hoc inferẽs ad id quod ſuprà diximus de teſte deponente per dictionem pòſt,& ita etiam apertè innuens nihil has dictiones differre,vt cum trahat illum tex.de vna loquentem,ad alteram.

*De eadem re.*

19 ¶De dictione poſt,habes & tex.in l.vt iuriſiurãdi.§.iurare,le j.ff.de pen.liber.vbi hæc verba ſcribuntur.Iurare autẽ debet poſt manumiſsionem,vt obligetur:& ſiue ſtatim, ſiue poſt tempus iurauerit,obligatur.Vides enim primùm lector amãtiſsime,vt quod primo loco ſimpliciter dixerat poſt manumiſsionẽ,mox interpretatur,ſiue ſtatim,ſiue poſt interuallũ.deinde vides quòd ſtatim & poſt tempus ponũtur vt diuerſa,ſicuti etiam fit in l.vlt.§.vlti.ff.quod vi aut clam.& in l.ſi quis ita.ff.de manu.teſta.vbi & glo.interpretans tex.qui ita (vt diximus) loquitur, ſcilicet ſiue ſtatim, ſiue poſt tempus,hæc ſcribit,id eſt ſiue in teſtamento,ſiue poſtea ex interuallo.Ex quibus etiam illud intelliges,eam gl.eas dictiones poſt & poſtea cõfundere & miſcere, quantũ ad ſignificationem interualli.Sed & in l.iij.§.Stichus.ff.de ſtatulib. illico & poſt tempus ponũtur quoque vt diuerſa.& in l.generaliter.§.ſi cui legatum.ff.de fideicom.liber.vbi etiam confeſtim & poſt tempus vt diuerſa ponuntur.& in l.ſi patroni.§.qui fideicommiſſariam.ff.ad ſenatuſc.Trebel.vbi eſt ſimilis tex. {ſicuti etiã eſt in l.vlt.§.vlt.ff. quod vi aut clam.} Et in l.obligari.§.tutor.ff.de aucto.tut. vbi in ipſo negotio,& poſt tẽpus,vt varia quoque adſcribũtur.Et eſt ſimilis tex.in §.tutor. Inſti. eo.tit.vbi gl.expreſsim intelligit illud poſt tempus,ſcilicet nõ modicum. Nam aliàs nõ conueniret tex.vt ibi oſtẽditur.& in l.ſi ſeruitus.ff.de ſeruit.vrb.præd.cùm dicitur,ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt tẽpus, &c. Et apud alios quoque probatiſsimos ſcriptores poſt tempus ſignificat cõfecta re,& intempeſtiuè,ſiue nõ ſuo tempore,vt Plautus in Captiuis, Serò poſt tempus venis. & Tullius in oratione pro P. Quintio,Ego pro te nunc hoc cõſulo poſt tẽpus,in aliena re,quod tu in tua re,cùm tempus erat,cõſulere oblitus es.Et apud nos in §.fideiuſſores,Inſtit.de fideic.ita ſcribitur. Plus enim eſt ſtatim aliquid dare,minus eſt poſt tempus dare:ſicuti è diuerſo ante tempus ſignificat etiã nondum tempeſtiuo tempore. Tullius in v.in Verrem actione, Vt in alienam prouinciam mittat literas ante tempus.Et in epiſt.ad Octauium,Decreuit in foro ſtatuam , locũ in Senatu,ſummum honorem ante tempus.& Saluſtius in Iugur.Ante tempus domo digreſſos conturbare rem.Et in l.pecuniam,in fi.ff.ſi cer.pet.vbi ita dicitur, ante tempus petere videor. Et in eadem ſignificatione dicitur ante diem,vt apud Ouidium lib.1.Meta.

*Filius ante diem patrios inquirit in annos.* Et lib.iiij.Faſtorum:
*Et pecus ante diem partus edebat acerbos.* {& in epiſtola Sapphus ad Phaonem:
*Ante diem lachrymas oſſa bibere meas.* Et Statius lib.ij.Syluarum,
*Sic tener ante diem vultu greſſúque ſuperbo*
*Vicerat æquales.*

T

{ Et ante hos Virg.lib.iiij.Aeneid. Et alibi eodem libro:
*Sed cadit ante diem.*
*Sed miſera ante diem.*

Sed vt redeamus,ſunt & alij quoque tex.probantes eam dictionem poſt,interuallum ſignificare.
vt in l.j.in prin.& iterum §.j. rurſumque in l.cum poſt mortem.ff. quan.de pecul.actio anna.eſt.
In quibus manifeſtè apparet eam dictionem ſignificare tempus annale. Et in d.l. poſt dotem.ff.
ſol.mat.vbi poſt dotem datam non poteſt pater ſtipulari eam ſibi reſtitui facto diuortio ſine vo-
luntate filiæ.Quod hauddubiè intelligendum eſt ex interuallo,vt etiã gl.& doct.ibi intelligunt,
quia incõtinenti pater id ſibi inuita filia poſſet ſtipulari.l.quotiens,eo.tit.Id quidem quoque tex.
in l.ij.§.deinde Cornelius.ff.de ori.iur.vbi diuus Auguſtus xvj.prætores conſtituit , pòſt deinde
Claudius duos prætores adiecit.Cũ tamen inter Auguſtũ & Claudiũ fuerint duo imperatores,
Tiberius ſcilicet & Caligula,qui diutius regnarunt.Et tex.in §.vnũ, in authen.de reſti.& ea quæ
par.cũ dicitur,poſt priores nuptias antequã annus expleatur.Quibus verbis apertiſsimè oſtẽdi-
tur omne tẽpus quod intra annũ eſt,cóprehẽdi.Et in c.ab exordio.xxxv.diſt.ſcribitur quòd poſt
diluuiũ lex data fuit per Moyſen.Et tamẽ ſatis conſtat Moyſen ſecutũ fuiſſe diluuiũ multis non
dicam annorũ,ſed ſeculorum curriculis. Ex quo & Domi.ibi not.in iij.not.eam dictionem poſt,
dici etiã de longo interuallo.Et tex.in c.cũ de appellationibus,in fi.de appel.lib.vj.cũ dicitur,ſal-
uis iis quæ ſuper appellationibus poſt ſententiã interpoſitis ſunt ſtatuta.Nã & ea dictio pòſt,illic
compræhendit appellationẽ decima pòſt die interpoſitã,ex aliis iuribus ,ſicuti & ſcitè annotauit
ipſe Domi.in cod.c.§.ſi vero,col.2.ex hoc inferens id quod ſuprà diximus,hanc dictionẽ pòſt ſi-
gnificare actũ,qui fit ex interuallo.Et rurſum tex.in c.non ſolũ,eo.tit.& lib.tũ in prin.c.ibi,inno-
uata poſt appellationẽ.tum in §.illa verò,in illis verbis, quæ poſt appellationẽ interpoſitam ante
diffinitiuã ſententiã innouantur.In quibus locis idem Domi.no. videlicet in priori ad prin.illud
idẽ quod in d.§.ſi verò.Nẽpe quòd hæc dictio denotat actũ qui fit ex interuallo.Et in poſteriori
*Ante & poſt dictiones, ſignificãt actũ & mediatum & immediatum.*
etiam in prin.no.has dictiones ante & poſt, ſignificare actũ & mediatum & immediatũ.Quod &
idem dicit ipſe Domi.in d.c.frequens,in prin.poſt mediũ,& ibi quoque Phil.Franc.in iij. not.de
reſti.ſpol.lib.vj.per d.c.non ſolum.Et idem Domi.in c.j.in prin.de conſti.eo.lib.& in c.ij. in prin.
& ibi ante eum Pet.Anch.de cõfeſ.eod.quoque lib.& idem Domi.in c.poſt ordinem, & ibi quo-
que Card.Alex.vterque in iiij.no.v.diſt.& Imo.in l.cùm quidam.§.ſuum,& ibi etiam Fran.Aret.
col.2.verſi.in gl.ſuper verbo,poſt certum.ff.de acquir.hære.& idem Franc.Aret.in d.l. Gallus,in
prin.col.5.verſi.in gl.vlti.ff.de libe.& poſth.vbi illud nuncupatim dicit hanc dictionem vtrũque
ſignificare,& ex interuallo,& incontinenti.Et rurſum in d.l.ij.§.prius,col.j.ff.de vulg.& pup.vbi
idem dicit de vtraq; dictione ante & poſt.& Card.Alex.in c.ſi quis poſt,in j.not.lj.diſt.& Claud.
Aquenſis in l.non ſolum.§. morte,in j.q.Bart.ſuper materia proteſtationis,& ibi quoque Anto.
Rub.in repe.ff.de ope.no.nun.& Phil.Dec.qui ex hoc conſuluit in pulchro caſu conſi.431. cuius
ſuperſcriptio incipit,verba directa.col.2.verſicu.ſed tamen prædictis.& ante hos Bal.cuius nullus
illorum meminit,in c.cum tu.ad fi.vlti.no.ext.de teſti. dicit quòd actus momẽtaneus nõ recipit
has dictiones ante & poſt.& idem conſi.clxxix.ad euidentiam,libr.2.aſſerit has dictiones ante &
poſt,poſſe intelligi & cũ interuallo,& ſine interuallo. Ideoque ſicut ſtatim & poſtea ponũtur vt
diuerſa,vt ſuprà dictum eſt in princ.ita & ſtatim & poſt,vt in l.ſi voluntas.C. de reſcin.vend.vt
hinc etiam intelligas nihil omnino intereſſe inter poſt & poſtea.Et tradit Barba.in l.j.§.qui præ-
ſens,col.4.ff.de verb.obli.hãc dictionem poſt ex propria natura denotare interuallum,& allegat
quædam loca loquẽtia de dictione poſtea,tanquã ſcilicet ſentiat nihil eſſe diſcriminis inter vtran
que.Sed bene facit tex.in ea l.qua Iaſon innititur,ſcilicet in l.iuriſgentium.§. ſiue autẽ.ff.de pact.
vbi ab initio,& poſt pactum,ponuntur vt diuerſa.

20 ¶Quæ cum ita ſint,idcirco multi dixerũt teſtes deponentes Titiũ poſſediſſe poſt Caium,nõ con
*De eadem re.*
cludere hunc poſt illum illico,& vt noſtri loquuntur,immediatè poſſediſſe,cõtra quàm ſuprà ex
Domi.diximus.Ita enim voluit & ipſe Domi.ſibi palam contrarius,& poſt eum Phil.Franc.in d.
c.j.de cõſt.lib.vj.& idem Domi.in c.vlt.& ibi quoque Card.Alex.vterq; poſt prin.xxiiij.diſt.rur-
ſuſque vterque in c.qui ſemel,in ij.not 50.diſt.& Barb.in prooemio cle.§.hæc ſanè,col.j.& Anto.
Burg.in c.ſi vẽditori,in prin.ext.de empt.& vendi.pro quibus eſt tex.ſuprà à nobis citatus, in c.
cauſam,ext.de elect.ibi,vnus cõtinuò poſt aliũ. Et idẽ ſi teſtis loquatur per dictionẽ ante,ita ſci-
licet,Caiũ poſſediſſe ante Titiũ vt nõ probet immediatã vtriuſq; poſſeſsionẽ,affirmat Domi. in
{ c.Romana.§.cũ autẽ,in ij.no.de appel.lib.vj.vbi nũcupatim dicit poſſe referri ad actus mediatos,
& immediatos,& trahit ad id quod diximus de teſte: & rurſum in c.j.§.licèt,in iij.not. de procu-
rator. } c.habeatur.xviij.diſt.& ipſe item Domi.& Card.Alex.in c.ſi quis etiam,in fi.xxxij.diſt.&
idem Card.in c.ante ſententiã,in prin.ij.q.vj.& Barb.in l.qui ante calendas, col.2.ff.de verb.obli.
Et vtrunque voluit ipſe Domi.& Cardi.in c.j.poſt prin.xxvj.diſt.& Fely.in c.licèt cauſam,col.6.
verſi.itẽ de teſtib.extr.de proba.Et eſt optimus tex.etiã probans dictionem ante,ſignificare actũ
& mediatum & immediatũ,in c.capellanus,vbi Pan.not.in ij.no.ext.de feri. Et facit etiam tex.in
c.ex tua,ibi,qui in proximo ante eos eccleſias tenuerunt,extr.de fili.presbyt.& ſimilis text.in ca.
Michael,eo.titu.& tex.in c.cùm p.ibi,vnus poſt alterum inſtanti viciſsitudine,ext.de accu.Igitur
cùm hæ dictiones poſsint vtrunque ſignificare, conſequens fit probationem quæ de immediata
poſſeſsione



poſſeſsione debet fieri,hìc non concludere tanquam ambiguam,vt ſuprà diximus in ſimili,per c.
in præſentia,de probat.

21 ¶His adde quòd cùm præpoſitio à plerunque idẽ ſignificat quod poſt , vt in l.ij.§.quod ad ma-
*A dictio, interdum poſt ſignificat.*
giſtratus.ff.de origine iuris,cùm dicitur, & veluti ſecundum locũ à regibus obtineat,id eſt , poſt
reges,vt ſcienter exponit Zazius,qui & ad hoc citat illud Plinij lib.28.Equarum virus à coitu in
lychnis accenſum,id eſt poſt coitũ.Cui adde & eundem Pliniũ lib.6.c.vj.Sternuiſſe à coitu,abor-
tiuum eſt. { & lib.25.ca.v.Hoc contingere , ſi à conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo,paulò
poſt,quarto die à balneo coire eas. } & Plautũ in Curculione,Quid anteponis Veneri à iẽtaculo.
& illud Suetonij in Tiberio, A commeatu caſtra repetentes,id eſt,poſt ientaculum,& commea-
tum.Certè etiã eadem dictio poteſt ſignificare & ſtatim poſt,& ex interuallo,vt probat illud eiuſ-
*Vel cum interuallo uel ſine interuallo.*
dem Suetonij in Cæſare:plebs ſtatim à funere ad domũ Bruti & Caſsij cũ facibus tetendit.Nam
ſi ea locutio à funere ſimpliciter ſignificaſſet cõtinuo poſt funus, fruſtra Suetonius ſtatim addi-
diſſet,vt diximus in ſimili de dictione poſt.Quanquã idem Zaſius in eadem l.ij.verſi.initium,in
verbo,à cæde,arbitratus eſt eã dictionẽ habere vim immediati temporis , motus autoritate illius
loci Suetonij,qui diuerſum probare videtur:ſicut & illud eiuſdem in Tiberio:Sed nõ ſtatim pòſt
à funere ad negotiorũ conſuetudinem rediit.Neque tamen inficior eam dictionem cùm tempus
aut locum diuidit,ſignificare immediatũ tempus aut locum,vt ſi dicatur,à die,à fundo Titij, &
ſimilia, vt in l.pater.§.ſexaginta.ff.de adult.quam & ipſe Zaſius citat,cum ſimil.{ Ideoque Fran.
Aret.conſi.lxxj.diligenter & maturè, col.vlti.ſcribit quòd ea verba,à prima hora mortis,ſignifi-
cant immediatè finita prima hora.}

22 ¶Quod autem ſuprà dictũ eſt ex gl. & Inn.in d.c.congregato,de elect.nihil noſtræ ſentẽtiæ con
tradicit,quando nõ negamus has dictiones,poſt,poſtea,poſtmodum,etiã poſſe intelligi cõfeſtim
poſt,& ſine interuallo,ſecundum ſubiectam materiam. Nam & illic ita intelligi debere ſuadebat
tex.in c.cùm poſt petitam,extr.eod.quem allegant gl.& Inn.Sed id tantùm dicimus nõ neceſſa-
riò nec ex natura dictionis eſſe.Quin etiam habemus tex.probantem dictionẽ poſtmodum,qua
*Poſtmodum dictio ſignificat interuallum.*
vtitur d.c.congregato,ſignificare etiam interuallum,in l.ij.C.de cuſt.reor. prout illum intelligũt
Iaco.Bu.& Ang.ibi,& Bar.in l.j.§.diuus Seuerus,in pen.& vlti.quæſtio.ff.de quæſtio.& Barb.qui
hoc nũcupatim adſcribit huic dictioni,in d.l.ſi à fure,col.3.ff.de verb.obli. { & in c.potuit,col.7.
verſicu.& pondera iſtum,extra de locat. } & conſi.liiij.illud adferam,col.pen.lib.j.& conſi.lx.ſa-
pienter ſcripſit,colum.antepenul.eo.lib.j.& conſi.ix.præclarè ſcribitur,colum.iiij.libr.ij.& conſi.
lxxj.eodemque vlti.ſapienter magnus ait,col.x.verſic.ſecundò pondero,eod.lib.ij.vbi & ad hoc
allegat tex.in c.in præſentia,ext.de probat.quem dicit meliorem totius iuris.& conſi.xxv. ſcribi-
tur ſapientiæ ſeptimo,col.3.lib.ij.& eſt bonus tex.in c.j.ad fi.iuncta gl.in verbo,poſtmodum,circa
medium,ext.quod met.cauſ.& in c.ex parte B.ext.de corp.vitia.& in c.j.de iur.cal.lib.vj.cùm di-
citur,poſtmodũ in qualibet parte litis.Et ipſe Bart.in eo.cõſi.ix.lib.ij.ex eo infert etiã dictionem,
pòſt,ſignificare interuallum,& id quidẽ longum , tanquã ſcilicet poſtmodum & poſt ſint eiuſdẽ
ſignificationis.Sed & de dictione poſtmodũ habemus & alios optimos tex.in d.c.nõ ſolùm,ibi,
poſtmodum infra decennium.de appel.lib.vj.& in c.literas,ibi, poſtmodum anni ſpatio reuolu-
to,extra de conceſ.præben.Ex quo Fran.Ripa.in c.cùm M.Ferrar.in xvj.no.dicit etiam hanc di-
ctionem poſtmodum, denotare interuallum magnum vel modicum ſecũdum ſubiectam mate-
*Etiam magnũ & modicum.*
riam.Et tex.optimum in c.accuſatus.§.licèt verò,de hæret.lib.vj.ibi,& poſtmodum voluit corri-
gere dictum ſuũ.Et ibi gl.in verbo,poſtmodum,interpretatur ex interuallo: quam ſequũtur Ioã.
Mo.Archi.Io.And.Domi.& Phil.Fran.& tex.in c.commiſſa,verſi.cæterum,iuncta gl.ibi,quæ in-
terpretatur poſtmodũ,elapſo anno.de elect.lib.vj.Nec omittamus tex.in l.neque.C.de decur.lib.
x.ibi,vel poſtmodũ quoquo tempore,& in c.potuit.extra de loca.cum ſcribitur,niſi celeri ſatisfa-
ctione poſtmodum ſibi conſulere ſtuduiſſet. Nã ſi ea dictio ſuapte natura modicum tempus ſi-
gnificaſſet,fruſtra hæc verba,celeri ſatisfactione adiecisset. { Porrò Terẽtius in Hecyra vtitur hac
dictione poſtmodum , ne quis putet eam barbaram. Neque abs te immeritò eſſe accuſatam poſt
modũ reſciſcat.Cy.autem in d.l.j.in vj.oppo.ff. ſi cer.pet.pares facit has dictiones poſt & poſtea,
aſſeritque vtranque ſignificare tempus dubium.

23 ¶Denique vt hoc caput finiam, ſi plura ſcire cupis de natura & ſignificatione harum dictionum,
*De eadem re.*
poſtea,poſt,ante,vide tex.& no.in l.cum qui ita.§.qui ita ſtipulatur.& in d.l.qui ante calẽdas,vbi
plenè Raph.Co.Rom.& Fran.Aret.ff.de verb.obli.& in l.anniculus.§.ante diẽ,& ibi docto.præ-
ſertim vero Alciat.qui eum locum doctè ac ſcienter interpretatur.ff.de verb.ſigni.& gl.j.in c.an-
teriorum.ij.q.vj.Oldr.conſi.xlix.conſueuit,col.vlt.verſic.quod quandoque ante.Alber.in prooe-
mio ff.in §.illud autem,& ibi etiam Hiero.Cagno.& eundem Alberic.in ſuo vberrimo lexico , in
verbo,poſtea,latè Bar.& alios poſt glo.in l.ij.§.creditum.ff.ſi cer.peta.Bar.Saly.Imol.Franc.Aret.
Alex.& alios recentiores in l.ſi cui legetur.§. hoc autem.ff. de lega.j.& ibi etiam ipſum Franciſc.
Aret.in prin.l. { Bar.in tracta.de inſula,in verbo,quod ſi vno,col.j.verſi.videndum eſt de ante. }
& Bar.& Bal.in l.inſulam.§.fructus.ff.ſolu.matri. { Signo.in repet.l.poſtquam,col.2.verſic. venio
ad oppo.C.de pactis. } Bal.in l.ex his verbis,circa medium.C.quando dies legati cedat,& in l.ij.
C. ne de ſtatu defuncto. { vbi per eum tex.dicit hanc dictionem tempus præteritum perfectum
ſignificare } & in d.c.cùm tu,in vlti.not.de teſti.& d.conſi.clxxix.ad euidentiam,lib.ij. { Salyc.in

l.ſi pacto,col.5.verſi.ad l.nuda.C.de pactis. } Ang.conſi.cclxxv.thema ſuper quo conſiliũ petitur,
col.vlt.verſi.nunc venio ad depoſitionem.& Raph.Co.conſil.xcix.quædam poſſeſsio,in vlt.du-
bio.Pau.Caſt.conſi.cxvij.ſuper primo dubio ſi quæritur.col.2.lib.j.Card.Flo.conſi.cv. conſilium
redditur,col.2.verſic.durat ergo tandiu,& iterum col.pen.verſi.ad quintam.Domi.conſi.cxxj.at-
tenta forma,col.j.Alex.in l.ſi quis eum.§.j.col.j.& ibi etiam Fran.Aret.in j.no.ff.de vulg.& pup.
& in l.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum.ff.de verb.obli.& conſi.cxlj.viſo teſtamento, col.2.verſic.
confirmo ex illa dictione poſtea,lib.& Fran.Aret.in l.ſi ita quis,in ij.not.ff.de vulg.& pup.Barb.
in c.vlt.col.8.de reſcri.& in c.poſt ceſsionem,col.j.de proba.Soci.in l.ſed in illo.§.ſed circa, col.2.
ff.de reb.dub.& Anto.Corſe.in ſuis ſingu.in verbo,poſtea. { Phil.Dec.conſil.ccccxxxj. cuius ſu-
perſcriptio incipit,verba directa,circa medium.& conſi.ccccxciij.viſo puncto,col.2.verſi.prædi-
ctis tamen non obſtant. }

# SVSCEPERIT LIBEROS.

*Suſcipere liberos.*

1 ELeganter dicit,ſuſceperit liberos , pro genuerit.Tullius Philippica iij. Ipſe ex libertini
filia ſuſcepit liberos.Et in oratione ad pontifices pro domo ſua,Habet vxorem, ſuſce-
pit etiam liberos. Et in v.in Verrem actione, Suſceperas enim liberos non ſolùm tibi,
ſed etiam patriæ.Et Virgilius lib.4.Aeneid.

*Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet*
*Ante fugam ſoboles.*

*Imperator ſæpe groſſo modo & impropriè loquitur. Et iuriſconſulti nonnunquam. Verba quædam non proba à iuriſconſultis uſurpata. Certiorare. Meliorare. Certificare. Iuriſcõſultorum ſummus labor circa uerborũ proprietatem.*

{ Corne.Tacit.lib.ij.Ducere vxorem,ſuſcipere liberos,ne clariſsima familia extingueretur.Et vn-
decimo,velut ſuſcipiendorũ liberorũ cauſa conueniſſe.Et apud noſtros iuriſcõſultos ſæpiſsimè,
vt in l.ex facto.§.quæ autem.ff.ad Trebel. } Nam & Conſtantij & Conſtantis tempore,quorum
hæc l.eſt,nondum omnino exciderat nitor atque ornatus Romani ſermonis,ſed paulò poſt non
elegantia ſolùm,verùm & puritas quoque linguæ Latinæ prorſus eſt amiſſa, paſsimq; putida bar
baries recepta,vt videre licet ex multorum recentiorum imperatorũ legibus:quæ anſam præbue
runt Bald.vt diceret in c.j.§.& quia vidimus,col.6.verſi.& interdum,tit.qui feud.dare poſ.quòd
imperator quandoque groſſo modo & impropriè loquitur. quod & poſt eum vſurpauit Barb.in
repe.rub.C.qui admit.col.9.Quod & iuriſcõſulti quoq; nonnunquã faciũt,ſi credimus Accurſio
in l.ſi ita ſtipulatus fuero,ſi Titius,in prin.in verbo,dena.ff.de verb.obli.Quin ſunt & qui conten
dunt verba non admodum proba,nec ſatis recepta,vt inquiunt,à probatis ſcriptoribus , vt cer-
tiorare,meliorare,certificare,certificatio,& alia id genus,à iuriſconſultis ( quorum tamẽ ſummus
circa verborũ proprietatẽ labor eſt,vt ſcribit Fabius lib.5.ad fi.) fuiſſe vſurpata: vt in l.iij.§.ſi hæ-
res.ff.de minor.& in l.ita veniunt.§.petitam.ff.de petit.hæred.& in l.iuſiurandum ad pecunias,in
prin.ff.de iureiur.& in l.ſi vt certo.§.idem denique.ff.commod.& in l.ſi quis in pignore.§.j.ff. de
pig.actio.& in l.quod & lex.§.is qui neſcit.ff.de libe.ho.exhi.& in l.iiij.§.planè.ff.de fideicõ.libe.
& in l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum,in prin.ff.de condi.cauſ.dat.& in l.j.§.eleganter.ff.depoſiti.& in l.
voluit,in prin.ff.de inter.act.& in l.j.§.vlti.in fi.ff.de eo qui pro tut.& in l.ſi fideiuſſor, in prin.&
iterum in §.hoc idem,in duobus locis.ff.mãda.& in l.ſed & reprobari,in prin.de excu.tuto.quan-
quam illud poſtremum,vt reor,ſit magis interpretis cuiuſpiam,quàm iuriſconſulti.Nã ea lex (ni
fallor)Græca erat.& in l.cum tabernã.§.idem quæſiit.ff.de pigno. { niſi & is locus ſit interpretis,
non iuriſcõſulti. } & in l.j.§.vlt.& l.quæro,in iij.locis.ff.de actio.empt.& in l.j.§.quid ergo ſi ſer-
uus.ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſt.& in l.vlt.in prin. { in duobus locis.& iterum in §.quæri. } ff. ſi quis
ord.in bon.poſſ.ſer. { quæ lex eſt Marcelli,ne putes Vlpianũ ſolum hoc vocabulo vſum fuiſſe. }
& in l.hæredes.§.in teſtamentis.ff.de teſta.& in l.æquiſsimum.§.inde quæſitũ.ff. de vſufr.in quo
loco meliorare ſcribitur.& in l.j.§.ſed ego quæro.ff.quod iuſſu.& in l.j.§.vlti.ff.de eo qui pro tut.
nego.geſsit. { Et verbo quoq; meliorandi vſus eſt imperator in l.ſicut.C.de euictio.& in l.ſi quis
authoritate.quæ eſt pen.C.de omni agro deſer.lib.xj.& in l.nemo,quæ eſt vlt.C.de fund.rei pri-
ua.eo.lib.xj.} Sed & medietatis vocabulũ vſurpauit Paulus in l.antiqui.ff.ſi pars hære.peta.Quã-
uis Tullius ea voce vti auſus nõ ſit,vt ipſe aſſerit in libello de mũdo.Ideoq; excuſari poſſunt ip-
ſorũ inriſconſultorũ interpretes,vt ſcribit Catellianus Cotta,vir tamẽ minimè barbarus, & Go-
meſius qui illũ nõ memorat,in §.ſic itaq;,col.8.Inſti.de act. ſi & ipſi barbarè ac groſſo modo lo-
quuntur,quia permiſſum eſt eis ita loqui,vt lex vel imperator loquitur,ſiue propriè, ſiue impro-
priè,vt dicit Bal.in l.j.C.de bon.poſ.vnde liber.Quãdo & Tullius ipſe parens linguæ Latinæ Pli-
nio dictus,in j.lib.de legibus ſeſe excuſat,quòd quoniã in populari ratione omnis ſua verſaretur
oratio,populariter {interdũ} loqui ſibi neceſſe erat. {Idemq; nonnunquã non tã propriis nomi-
nibus,quàm notioribus vtitur,vt tradit Boetius in cõmentariis Topicorũ eiuſdẽ Tulij.}Et Solõ
Athenienſium legiſlator traditur in ſuis legibus pingui Minerua fuiſſe locutus.Ex quo nonnulli
Solœciſmũ dictũ putãt.Plato quoq; ſcripturus de legibus,ita loquitur lib.j.Neq; de his,ait,diſpu
tamus,elegãtiã vel ruditatẽ verborũ obſeruaturi.quaſi ſcilicet in cõſcribẽdis legibus nõ admodũ
elegantiam curaret.Galenus autem omniũ medicorum eloquentiſsimus ſimul & doctiſsimus,lib.
Therapeuticæ j.ſcribit nõ admodum referre,nihilq; ad rei ſcientiã incõmodi afferri,ſi quis ſolœ-
ciſmum committens nominet , modò de quã re nomen pronuntiet,clarè explicet. Cui concinit
tritum



tritum illud prouerbium à Gellio libr.xij.ca.v.memoratum,ἀμαθέστερον εἰπὲ καὶ σαφέστερον, id eſt,
rudiùs ſiue indoctiùs loquere,& apertiùs ſiue clariùs.de quo multa Eraſmus Chiliadis j. centuria
1.ca.xxxix. { Proculus autem noſter in l.inſula,in fi.ff.de acquir.rer.domi.dicit ſe verbis abuti , vt
faciliùs intelligeretur.Et facit l.nec ſeruus.ff.de peculi. } Id quod cùm ſemper aliàs obſeruãdùm
ſit,tum præſertim cùm res ſacras,cuiuſmodi ſunt leges.l.leges ſacratiſsimæ.C.de legib.tractamus.
Nam eæ res ſacræ omnem prorſus elegantiam ornatumque aſpernantur & abiiciunt , vt videre
licet apud Lactantium lib.iij.diuinarum inſtitutionum c.j.& iterum libr.v.c.j.& Euſebium multis
in locis præparationis Euangelicæ.

*Adoptiui filii an reuocent ex hac l.*

2 ¶Sed vt ad l.noſtram ex hoc veluti diuerticulo redeamus,intellige hæc verba,ſuſceperit liberos,
ſcilicet legitimos,ſimul & veros,ſimul & naturales.Neq; enim vel legitimi ſolùm,id eſt,adoptiui,
aut ſpirituales,vel aliàs ficti,vel etiam naturales tantùm reuocant. Vt de primis,id eſt,adoptiuis,
voluit expreſsè Pau.Caſt.in l.ij.in fi.C.ſi in fraud.patron.& conſi.ccccxxxiij.reſpondeo per ordi
nem,col.j.verſi.præterea ſi aliud diceremus,lib.j.& nulla illius mentione facta,Alex.cõſi.xl.ſuper
primo dubio,col.vlt.verſi.nec puto etiam,lib.iiij.& Soci.conſi.ccxxvj.quæſtio præſentis cõſulta-
tionis,col.4.lib.ij.Calca.conſi.xx.iſta quæſtio habet tria dubia,col.3.verſic.vltimo addunt.Iaſon
in l.generaliter.§.cùm autem,col.5.verſi.octauò limita,& ibi Phil.Dec.col.6.verſi.ſeptimo iſta lex.
40 ¶Quod autem poſtea dictū eſt de alimentis huiuſmodi filiis ſpiritualibus præſtandis maior pars eorum quos in id citauimus,ſubdubitanter,vt iam diximus,loquuntur,prout etiam expendit D. Guil.Bened.qui & contrarium ſentire videtur,in repe.d.cap.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,num.767.de teſt.vbi & ipſe negat in eis habere locum authen.res quæ.C.commun.de leg. Negat item eos habere legitimam in bonis patrum ſpiritualium. Ac ne dotandam quidem filiam ſpiritualem,& in vniuerſum omnia iura parentum & liberorum in eis locum non habere,præterquam reuerentiæ,conſtanter affirmat.

*Spiritualis cōiunctio an poſſit contrahi per procuratorem.*

41 ¶Vnum autem non omiſerim in hac tractatione coniunctionis ſpiritualis minimè contemnendum,licèt nihil ad caſum noſtrum pertineat,ſed quoniam eſt in vſu quotidiano,hanc ſcilicet coniunctionem non poſſe contrahi per procuratorem,ex ſententia Archid.Io.And.& Phil.Franc.in c.j.de cog.ſpir.lib.vj.& eundem Archi.in c.ad limina.xxx.q.j.& in c.non plures,de conſe. diſt.iiij. Io.And.in c.poteſt quis,de reg.iur.lib.vj.in Merc.Fed.Senen.conſi.xv.quæſtio talis eſt, ſyndicus. Bart.Ang.Imol.Pau.Caſt.Alex.Franc.Aret.& recentio.in l.Gallus.§.forſitan.ff.de libe.& poſthu. Alb.in rub.C.de procur.& in ſuo repert.tum in verbo,compaternitas,tum in verbo,impedimentum,Bal.in l.ſi quis alumnam.C.de nup.Anto.ſubobſcurè,dū ſe remittit ad Io.And.in c. veniēs, ext.de cog.ſpir. { & in c.per venerabilem,col.xvj.verſi.& per hoc infertur, qui filij ſunt leg. } Ro. ſing.liij.quæro an filiatio. { & Io.Corſeri.in deciſi.tholo.& ibi Aufrer.in addit.illius quæſt.clvij. an cōpaternitas,Fel.in c.ex parte decani,col.v.verſi.amplia ſecundo,de reſcrip. } Catel.Cotta in memor. incip.ſtatuta quòd bannitus. Quanquam contrarium tenuit Bald.ſibi,vt aliàs ſemper contrarius in leg.j.§.ne autem.col.vlti.verſic. quæro ſolet.C.de cad.tol. vbi dicit id de conſuetudine obſeruari.& Card.Flor.qui & id dicit.& Panor.poſt.Martin.Sil.præceptorem Ioan.And.in cap.j. de cog.ſpir.& ibi quoque Card.Alex.qui & hoc dicit conſuetudine obſeruari , ſicuti etiam dicit. Raph.in d.§.forſitan.& Angel.Aret.in §.illud,col.ij.verſic.quæro hîc de quæſtione,Inſtit.de nup. An autem procurator ipſe efficiatur compater,& an id fieri poſſit per nuntium, vide per recentiores in d.§.forſitan,& per omnes in d.c.veniens.

*Ficti liberi nō reuocant ex hac lege. An monaſterium.*

42 ¶Similiter nec aliàs ficti filij reuocant donationem:verbi gratia,monaſterium,quod is qui donauit,ingreditur,vicem liberorum obtinet,vt pleriſque videmus placere,per tex.in §.ſed & hoc præſenti,in auth.de ſanctiſ.epiſ.vnde deprompta eſt authen.niſi rogati.C.ad Trebel.& in d.c.in præſentia,de proba.Et id quidem vſque adeo,vt Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua,verſi.cliiij.ſcripſerit,quòd ſi quis acceperit feudum pro ſe & filiis ſuis,& poſtea ingrediatur monaſterium,feudum tranſit in monaſterium,de quo tamen tu vide Imo.Pano.& recentiores in d.c.in præſentia. { Bal. & Aluarot. in c.j.tit.de milite vaſal.qui ar.bellica depo, } Imò plus voluit glo.in l.ſi ita quis promiſerit.§.ea lege,in verbo,intereſt.ff.de verb.oblig.quòd prohibitus alienare emphyteuſim,poteſt tamen alienare in monaſterium,ipſum in ea re inſtituendo,tanquam in ſuum hæredem , cùm ſit loco ſuorum,per d.§.ſed & hoc præſenti.Et ita vult ea glo.quod etiam in certa re monaſterium habeatur loco filij:quam ad hoc dicit ſing.Bal.in c.cùm in magiſtrū,ext.de elect.& in c.pen.col. j.ext.de præſcrip.& eam quoque ſequitur { ipſe Bal.conſi.cclij.caſus talis eſt,col.ij.lib.iij.& conſ. ccccxxvj.ſuper puncto præmiſſo,col.ij.verſi.in contrarium facit,lib.iiij.ſequitur item & commendat Petr.Anch.conſi.clxv.quæſtio talis eſt,col.j. & conſi. } ccccxx. quidam Ser Antonius, col.iij. verſi.hoc præmiſſo, { & Imo.in c.in præſentia,col.pen.extra de proba. } Sed & eſt monaſterium

*Monaſterium eſt tanquam poſthumus.*

tanquam poſthumus,vt dicit ipſe Bald.in l.filius à patre.§.j.& ibi etiam Imol.ff. de hæredib. inſtituen. Ideoq; reuocat teſtamentum prius factum,vt probat tex.in authen.ſi qua mulier, & ibi glo.Petr.Cyn.Paul.Caſt.& alij recentiores.C.de ſacroſanct.eccle.Bald.conſi.ix.mulier fecit teſtamentum,lib.v.Fed.Senen.conſi.clxv.glo.referunt in dubium.Imo.in l.j.col.vj.ff.de teſta.& in d.

c.in præſentia,& ibi recentiores,qui concor.adſerunt.& Rom.conſi.ccxxxvj.oppoſitionem hanc per totum.Bened.Capra.conſi.cxlvij.in nomine domini,vt cum præſupponitur,cum ſi.quod tamen non ſimpliciter procedit,ſed cum diſtinctionibus per eos in d.locis adſcriptis.

*Monaſterium nõ reuocat donationem factam ante ingreſſum ex hac l.*

43 ¶Tamen indiſcriminatim & ſine vlla diſtinctione monaſteriũ in caſu l.noſtræ nõ reuocat donationem factam ante ingreſſum,vt expreſsè voluit ſolus antiquiorum,quorum nunc meminerim, Alb.Roſa.in hac ipſa l.col.vlt.verſi.itẽ quæro ſi aliquis,vbi tamẽ ad hoc nihil aliud allegat,quàm quòd hæc l.habet locum in veris filiis,non in fictis,& ex recentioribus idem firmat Fran.Are.in l.j.col.vij.ff.de teſta. per tex.in §.illud,iuncta gl.in auth.de monach.Iaſ.in auth.ſi qua mulier,col. vij.verſi. ſi enim teſtator.C.de ſacro.eccl.etiam per tex.in d.§.illud.& nouiſsime Sebaſt.Sap. qui neutrum illorum allegat,in addi.Panor.in c.vlt.col.iij.ext.de prob.& Fran.Rip.hîc in xxxiiij. allegans tantùm Albe.& Fel.in d.c.in præſentia,vbi tamen Fel.de hac re nihil dicit.Fran.Cur.iunior in l.j.col.iij.nu.9.C.de pact.qui & vnum Fely.vbi ſuprà citat. Et idem videtur voluiſſe Bal.poſt Mar.Sil.in auth.niſi rogati,col.vlt.verſi.denuo pone donaui.C.ad ſenatuſcon.Trebel.

*Eiuſdem comprobatio. Fictio non habet locum in contractibus.*

44 ¶Et tu quidem hoc confirma,vltra ea quæ diximus in præcedentibus caſibus. Nam fictio non habet locum in contractibus,in quibus fit ſtricta & propria interpretatio,vt dicit Bal.in l.filium, col.j.verſi.ita not.quòd monaſterium.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& in addi.Spec.vbi ſuprà, in d.verſi.cliij.per hoc reprehendẽs quod ſuprà ex ipſo Spe.diximus,{& Fed.Senen.conſi.clxxiij. ego putarem,vbi ex hoc dicit,quòd in ſtatutis monaſterium non venit appellatione filij,nec hæredis.} Imò.& Alex.in l.j.§.lex Falcidia.ff.ad leg.Falcid.Igitur cum ex hac l.reuocetur donatio per natiuitatem liberorum,propterea quòd cenſeatur hîc tacita appoſita à donante conditio reuocandi,ſi ipſe liberos poſtea ſuſciperet,vt ſuprà latè diximus in præfatio.l.noſtræ,verſi.vj.incip.hinc dicunt plerique omnes.certè ea debet intelligi de veris & naturalibus filiis,non de fictis, ne magis operetur tacita cõditio quàm expreſſa, contra leg.qui ad certũ.ff.locati.& l.filio.de libe.& poſth. cum ſimil. Et id quidem bene facit ad id quod ſuprà diximus de adoptiuis & ſpiritualibus filiis.

*Subſtitutio facta in tempus filiorum intelligitur de ueris filiis non fictis.*

45 ¶Sed & facit quod ſcribit Pau.Caſt.conſi.xxx.ſuper puncto iſto,in prin.lib.j.quòd ſubſtitutio ita facta,ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis,intelligitur de veris filiis,nõ de fictis,ar.d.l.vlt.C.de his qui veni.æta.impe.& l.ſancimus.C.de nup.quod & ſuprà latè diximus. Subditq; illos dici veros,qui naſcuntur ſecundũ naturam,fictos verò qui ſuſcipiuntur ſecundum iuris fictionem:vt hinc plenè intelligas monaſterium eſſe fictum & impropriũ filium,vt etiam expreſsè tenet Bal.in l.cùm acutiſsimi,col.j.verſ.quæro quid ſi pater.C.de fideic.& in l.fideicõmiſſum.ff.de condi.& demon. & conſi.cxxvij.quidam Ser Petrus in ij.dubio,lib.v.& Cep.cauſarũ ciuilium conſi.xxxvj.quidam habens feudum,col.ij.in fi.& Iaſ.in d.l.ſi ita quis promiſerit.col.iiij.verſi.tertiò habes.ff. de verbo. oblig.& apertè intelligunt omnes qui dicunt monaſterium haberi loco filij,quæ verba improprietatem & fictionẽ denotant.l.iuris ciuilis.ff.de condi.& demon.& not.Bart.in l.ſi is qui pro emptore,col.v.& iterum col.xv.ff.de vſuca.& in l.ſi maritus.§.j.ff.de adult.Bal.in prima conſtit.ff.in fin. princip.& conſi.ccclxxxij. cuius initium eſt,verba Dyn.col.ij.lib.j.cum ſi. Et ſi aliter intelligerent aut dicerent, videlicet monaſterium eſſe verum filium,nemo,opinor,tam ſanæ mentis eſt,qui illis crederet.

*Quomodo monaſterium habeatur loco filij.*

46 ¶Imò verò quod habeatur loco filij,procedit in vltimis tantùm voluntatibus,in quibus loquuntur iura ad id allegata,non etiam in contractibus,ſecundum Specu.ſibi contrarium in eodem tit. de loca.§.nunc aliqua,verſi.cxx.quem refert & ſequitur Bal.in d.l.filium definimus.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Salyc.in d.authen.niſi rogati,vbi & hoc dicit tenuiſſe Ricar.& Anto.in d.c.in præſentia,col.vij.de proba.Iaſ.in l.pactum inter hæredem,col.j.verſic.quartò quia in vltimis.ff.de pact.& in l.quæ de legato,col.iij.verſi.nonò in contrarium facit.ff.de lega.j. Non item in ſententiis,quod eleganter reſpondit Angel.conſi.ccxxxv.ex quo dictus Albertus.Sed nec ſemper in vltimis voluntatibus,verùm in caſibus tantùm expreſsis,& ad hunc finem & effectum,vt excludatur qui ſubſtitutus eſt ſub conditione,ſi deceſſerit inſtitutus ſine liberis: in quo tantùm caſu loquuntur text.ſuprà allegati,vt voluit Bald.in d.l.filium definimus,quo loco ſuprà citauimus.& in d.authen.ſi qua mulier,in iij.not.C.de ſacroſanct.eccleſi.& in d.authen.niſi rogati,col.iij.& vj. & Fulgo.qui id eleganter probat,conſi.liij.quoniam ſuperius.& Panormit.in d.c.in præſentia,col.v. verſic.not.ſecundò principaliter,& ibi quoque recentiores.

*Qui teneant monaſterium nullo caſu haberi pro filio.*

47 ¶Sed & ſunt qui conſtanter negant monaſterium vllo caſu haberi pro filio, & in iis Bartol.in d. auth.ſi qua mulier,in duobus locis.& in d.auth.niſi rogati,poſt Ricar.Mal.ibi,& vtrobiq; ferè omnes doct.poſt eum & rurſus idem Bart.in l.ſi ita quis.§.is cui.ff.de leg.ij.& Anto.in d.c.in præſentia,col.xiij.Ro.in l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verb.oblig.& Calc.conſi.vij.quia à me quæſitum eſt,col.xiij.verſi.imò ſecundum veram op.vbi & alios allegat.& iterum conſi.xxj.iſta quæſtio habet tria dubia,col.iiij.verſi.modò non obſtat,atque etiã conſi.lxviij.magiſter Toninus,col. iij.& Barb.qui id latè probat,conſi.xiij.clementiſsimi,col.vij.verſi.præterea facit ad prædicta,lib.j. Nec id,inquiunt,aliquo iure probatur.Nam quod ſcribitur in d.c.in præſentia, non dictum eſt à Papa ſtatuente,ſed à parte allegante,vt ibi etiam omnes penè recentiores annotarunt,& ante eos Ang.conſi.lxxx.hæc quæſtio ſubtilis eſt,col.ij.verſi.confirmatur hoc.Ideoq; ius non facit,vt voluit Io.And.in c.dilecto,col.ij.in verbo, iuramento, & iterum in verbo,quem certũ numerum,& ibi quoque cæteri ſcriptores,extr. de præben. Et quod plus eſt,non ibi dicitur,quòd ſit loco filij, ſed



ſed hæredis,quod eſt multum diuerſum. Id quod etiam expendit Bartol.in d.authen.niſi rogati. Cæterum d.§.ſed hoc præſenti,non id probat,ad quod alij allegant : ſed magis contrarium,dum dicitur,quòd conditio liberorum habetur pro non ſcripta , ſi quis ingrediatur monaſterium. Si enim monaſterium haberetur loco liberorum,conditio haberetur pro impleta.Id quod etiam annotat Bart.conſi.omnium primo,Parmenſis,verſi.quartò.{& Salyc.in authen.ſi qua mulier,col.j. verſic.redeo ad quæſtionem.C.de ſacroſan.eccle.}

*Vtrum monaſteriũ ex alio capite donationem reuocet uſque ad legitimam.*

48 ¶Tamen hîc illud poſtremo notato,quòd licèt monaſteriũ non totum reuocet vi huius l.tamen ex alio capite reuocabit vſque ad legitimã,vt expreſsè & not.conſuluit Bald.non ſemel,primùm ſcilicet conſi.xviij.notiſsimum eſt quod ratione,in iiij.dubio,lib.j.& iterum conſi.ccxv. cuius caput eſt punctus quidam donauit,in fi.lib.v. quem videas cum iis quæ diximus ſuprà in verbo libertis,in ea quæſtione qua tractauimus de donatione facta eccleſiæ. Sed hoc tamen non admittit Franc.Rip.hîc.quæſt.xxxv.vbi citat Bald.in priori illo loco tantum,eiuſq; rationibus reſpondet. Nam Bald.dicit monaſterium tanquam filium reuocare debitum bonorum ſubſidium,& allegat d.authen. ſi qua mulier. Nam non verum eſt,inquit Ripa,quòd monaſterium ſit loco filij. Nec d.authen.procedit in donatione inter viuos facta ante ingreſſum,per d.§.illud, in authen. de monaſt. Sed tu de hoc vide per Saly.& recentiores in d.authen.ſi qua mulier.& Deci.quem ipſe Ripa citat,conſi.xxxj.cuius ſuperſcriptio incipit,quando valeat renuntiatio,col.ij.

*Alumni locũ noſtræ l. non faciunt. Nutrix mater dicitur.*

49 ¶EX his item quæ diximus,ſatis conſtat alumnos , quos ſcilicet nutrices propriis vberibus aut alij educant,poſt donationem alteri factam non facere locum huic legi. Nam licet nutrix ſit veluti altera mater,vt apertè patet ex illis Plauti verſibus in prologo Menechmi,

*Adeò forma ſimili pueri,vt mater ſua*
*Non internoſſe poſſet,quæ mammam dabat:*
*Neque adeo mater ipſa,quæ eos pepererat.*

Cui concinit & illud Virgilij lib.viij.Aeneidos,de lupa loquentis,quæ Remi & Romuli nutrix fuit,

*Illic genus omne futuræ*
*Stirpis ab Aſcanio,pugnatáque in ordine bella*
*Fecerat,& viridi fœtam Mauortis in antro*
*Procubuiſſe lupam,geminóſque hinc vbera circum*
*Ludere pendentes pueros,& lambere matrem* {*Impauidos.*

Quo tamẽ in loco Seruius matrem,inquit,quaſi me matrem, cuius affectum pueris exhibebat.}

*Alumna filia dicitur.*

Et apud Homerum illum naturæ peritiſsimum , Eutimone nutrix Penelopes,ipſam Penelopem filiam appellabat,lib.xviij.Odyſſeæ,

*Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα τέκος κατὰ μοῖραν ἔειπες.*

*Et alumnus filius.*

Et lib.ſeq. Euryclea Vlyſſem,quem & ipſa ſuis vberibus enutrierat,filium quoque vocat,

{*ἦ μάλ' Ὀδυσσεύς ἐσσι φίλον τέκος.* Et paulò pòſt,}
*τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.*

{ Et iterum lib.xxij.eiuſdem operis,

*ναὶ δὴ ταῦτά γε τέκνον ἐμὸν κατὰ μοῖραν ἔειπες.* Iterumq;:
*τοὶ γὰρ ἐγώ τοι τέκνον ἀληθείην καταλέξω.*

Sicuti & Telemachum Vlyſsis ipſius filium lib.ij.eiuſdem operis,

*τίπτε δέ τοι φίλε τέκνον ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα.*

Et iterum lib.ix.eiuſdem operis,

*αἲ γάρ δή ποτε τέκνον ἐπιφροσύνας ἀνέλοιο.*} Quin & lib.xxiij.

ſtatim circa initium eandem Penelopen quoque filiam nuncupat,vtpote vxorem ſui alumni.

*ἔγρεο Πηνελόπεια φίλον τέκος.*

{Et alibi ſæpe in eodem lib. Et his concinens diuus Paul.1.ad Theſſal.2. Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos. Nam & lib.iiij.Eſdræ,cap.1. Nónne ego vos rogaui vt pater filios,& vt mater filias,& vt nutrix paruulos ſuos vt eſſetis mihi in populum?ideo,& cap.ſeq. Paruuli illi vocantur filij ipſius nutricis cum dicitur,nutrix bona nutri filios tuos.}

*Mater pro nutrice.*

50 ¶Vt non immeritò Nonius Marcellus vir ſignificationis verborum ſcientiſsimus , matrem pro nutrice plerunque accipi tradat,{fretus authoritate Plauti,vbi ſuprà.}Ex quo & Alciatus in l.vlt. in verbo,matris.C.de in ius voc.exiſtimat,& alij nonnulli,patrem ac matrem à Græcis πατέρα & μητέρα dici à pa, & ma, quæ ſunt voces infantium,& verbo τηρέω, id eſt,ſeruo, quaſi pueros ipſos ſeruantes,quod eſt commune & nutricum & alumnorum,vt non abs re patres quoque & matres appellari poſsint & debeant. Hincq; negat ipſe Alciatus alumnum poſſe vocare in ius nutricem aut etiam alium educatorem ſine venia. In idque etiã trahit tex.in l.j.ff.de obſeq. à liber. & libert.præ.vbi hæc verba adſcribuntur in §.vlt. Indignus militia iudicandus eſt, qui patrem & matrem,à quibus ſe educatum dixerit,maleficos appellauerit. Nam nomine patris, inquit Alciatus,& matris,etiam educatorem ibi intelligendum eſſe arbitror,ne illa verba , à quibus ſe educatum dixerit,ſuperfluant. Qui tex.quantum ad id faciat,cæteri diiudicent.

*Alumnus an poſſit in ius uocare educatorem ſine uenia.*

*Altorum & altricũ amor in alumnos.*

51 ¶Ego verò ſcio horum altorum altricũmque amorem & affectum nonnunquàm æquare atque etiam vincere naturalium parentum amorem. Quam rem & Papinius lib.ij.Syluarum in Epicædio in Glauciam Melioris,multis verſibus proſecutus eſt,quos non grauabor huc annectere,

V 2

*Fas mihi ſanctorum venia dixiſſe parentum,*
*Tuq́; oro natura ſinas, cui prima per orbem*
*Iura animis ſociare datum: non omnia ſanguis*
*Proximus, aut ſerie generis demiſſa propago*
*Alligat, interiùs noua ſæpe accitaq́; ſerpunt*
*Pignora connexis: natos genuiſſe neceſſe eſt.*
*Hæc legiſſe iuuat, tenero ſic blandus Achilli*
*Semifer Hæmonium vincebat Pelea Chiron.*
*Nec ſenior Peleus natum comitatus in arma*
*Troica, ſed caro Phœnix hærebat alumno.*
*Optabat longè reditus Pallantis ouantis*
*Euander, fidus pugnas ſpectabat Acetes.*
*Cumq́; procul nitidis genitor ceſſaret ab aſtris,*
*Fluctiuagus volucrem comebat Perſea Dyctis.*
*Quid referam altricum victos pietate parentes?*
*Quid te poſt cineres, deceptaq́; funera matris*
*Tutiùs Inoo reptantem pectore Bacche?*
*Iam ſecura parens Tuſcis regnabat in vndis*
*Ilia, portantem laſſabat Romulus Accam.*

Et ſubiungit docens non id tantùm obtinere in animantibus:

*Vidi ego tranſertos alieno in robore ramos* *Altiùs ire ſuis.*

52 ¶ E diuerſo quoque alumnus pro filio à probatiſsimis ſcriptoribus vſurpatur, vt tradit Nonius Marcellus in id referens illud Virgilianum lib. vj. Aeneidos,

***Alumnus pro filio.***

*Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum.*

{Sunt qui legunt, vt illud obiter dicam, omniparentis.} Quo etiam in loco Seruius interpres ſcribit Tityon ipſum ſecundum aliquos filium terræ fuiſſe, ſecundum alios à terra nutritum, ideoq́; Virgilium elegiſſe verbum alumni, quo vtrunque ſignificaret. {Homerus autem à quo Virgilius eum verſum accepit, filium eſſe dicit lib. Odyſſeæ vij.

ἤγον, ἐποψόμενον τίτυον γαιήιον ὑιόν.

Et iterum lib. xj. eiuſdem operis:

καὶ τίτυον εἶδον γαίης ἐρικύδεος ὑιόν.

53 ¶ Sed & ſocio} in noſtris legibus multa ſpecialia fauore nutricum & alumnorũ eſſe ſtatuta. Nam primum minor viginti annis, qui aliàs manumittere ſeruum non poteſt, poteſt tamen nutricem, educatorem, & alumnum, ſicuti & patrem, & matrem, filium, filiámve, fratrem, ſororémve. l. ſi minor, cum iij. ſeq. ff. de manu. vind. & §. eadem lege, verſi. iuſtæ autem. Inſtit. qui manu. non lic. vbi ex hoc not. Ang. Aret. quòd nutrix & alumnus æquiparantur aliis coniunctis ſanguine. Subditq́; alumnum eſſe de familia, per tex. quem dicit ſing. in l. ſancimus. C. de nup. In quo memoria lapſus eſt. nam quanuis in eo. tit. ſint duæ ll. eius initij, neutra tamen earum hoc dicit, credoq́; illum voluiſſe allegare l. ſi quis alumnam, illo eodẽ tit. de qua ſtatim aliquid dicemus. Sed vt redeamus ad alia, nõ omnes mulieres poſſunt ſuſpectos tutores poſtulare, ſed eæ ſolæ quæ pietate neceſsitudinis ductæ ad hoc procedunt, vtputa mater, nutrix, & auia. tex. eſt in l. j. §. conſequens eſt, ff. de ſuſpect. tuto. Et alibi lex facit ſimilem matri alumnum, qui pupillum inſtituit, eiq́; in tutore dando proſpicere voluit. l. Neſennius. §. ſimilis eſt matri. ff. de excuſ. tut. Et educatores poſſunt petere tutores dari. l. ſi minores, quæ eſt ij. {in prin.} ff. qui pet. tut. Et alumni capiunt legata ex teſtamento imperfecto, & minùs ſolenni. l. in teſtamento. ff. de fideicõ. liber. qui tex. nuncupatim loquitur de alumno, licèt glo. & alij trahãt ad alios amicos: de quo plenè diximus ſuprà in verbo, libertis, nu. 103. ſed illud. Et pater non poteſt reniti quin filia nubat filio eius qui eam educauit. l. patrem. C. de nupt. Et non poteſt alumnus cum à quo educatus eſt accuſare. l. iniquum eſt. C. de iis qui accuſa. non poſſ. Et in generali obligatione non veniunt alumni, vt quos non eſt credibile pignori ſpecialiter datos fuiſſe. l. j. C. quæ res pign. oblig. poſſ. {& l. denique. C. de pign. Et qui alumnum ſuum retinet, non minùs tenetur quàm qui & ſuum filium retinet. l. iij. §. ſi eum, in princ. iuncto verſi. proinde. ff. de libe. homi. exhib.} Et facit text. in l. alumnæ. ff. de adi. leg. vbi quiſpiam in ſuo teſtamento alumnam ſuam admodum commendat. {& in l. alio. & l. à filio, in princ. &} in l. Stichus, in princip. ff. de ali. legat. & in l. à filia. §. j. ff. ad S.C. Trebel. & in l. quædam cum filium. ff. de verb. obligat. {& l. Lucius. §. Titius teſtamento. §. Lucius. ff. de leg. ij.} & in l. vxorem. §. Seium. ff. de leg. iij. vbi teſtatrix quædam anteponit alumnum ſuum filio fratris, {& in l. quæſitum. §. prædia, &} in l. qui habebat. §. peto, eod. titu. & in l. his verbis. §. alumno, eod. quoque titu. & in l. qui vxori. §. idem teſtator. ff. de aur. & arg. leg. & in l. pen. §. vlti. ff. de proba. & in l. codicillis. §. Sticho. ff. de annu. leg. & in l. liberto. §. Largius. ff. eod. titu. {& l. Titio centum, in princip. ff. de condict. & demonſt. & l. Seiæ. §. Caio, & l. prædia, in princi. ff. de fund. inſtructo: & l. codicillis. §. j. ff. de vſu, & vſufruct. legat. & l. legem. C. de pact. & l. j. C. de pact. conuen. Nimirum ob hunc tantum amorem & affectum nutricum & alumnorum (licèt & aliæ quoque rationes adferantur) decretis ſummorum pontificum interdictum eſt, ne Chriſtianæ mulieres ſint nutrices infantium

***Specialia fauore nutricũ & alumnorũ.***

***Quæ mulieres poſſint ſuſpectos tutores poſtulare.***

***Decretis ſummorum pontificum interdictum eſt, ne Chriſtianæ mulieres ſint nutrices infantium Iudæorum.***





Iudæorum, cap. Iudæi, le ij. & cap. ad hæc, & cap. etſi Iudæos, extrà de Iudæ. Nec id quidem tantùm in domibus ipſorum Iudæorũ, quod omnes aſtruunt, ſed nec alibi quoque ex ſententia Io. Ana. Maria. Socin. & Fely. in d. c. ad hæc. Nam tex. in d. c. & ſi Iudæos, loquitur generaliter, & deteſtatur Iudæorum familiaritatem, quæ quidem maxima eſt inter nutrices & alumnos & eorum parentes. Licèt in hoc dicto vltimo contrarium tenuerint glo. Ioan. And. Card. Flor. & Panor. in d. c. ad hæc. Ex lege autem Moſaica non licebat coire cũ nutricibus, ſi credimus Ioſepho lib. antiquitat. Iudaica. iij. nec id tamen in ſacris Bibliorum libris cõperi. Et ex his multa quæ in priori editione anni 1535. vſurpauit Franc. Balduinus vir vtique doctiſsimus in ſuis Inſtit. comment. tit. quibus ex cau. manu. non licet, in verbo, nutricem & educatorem. quod ob id tantùm dicere volui, ne quis ea me ab illo ſuffuratũ fuiſſe exiſtimet.} faciunt & multa quæ diximus de amore nutricum & alumnorum, in tract. nobil. {cap. xx. nu. 83. incip. Plutarchus quoque, & ſeq.}

54 ¶ Verùm quia iſti nutritores & nutrices non patres ſunt, aut matres proprij, ac merè naturales, ſed tantùm vicem patrum matrumq́; obtinent: quod & Seruius enarrans illud Vigilianum ſuprà citatum, apertè oſtendit, cùm ſcribit, matrem, quaſi matrem, cuius affectum pueris exhibebat, & eſt optimus tex. in l. ſi quis alumnam. C. de nupt. vbi de alumna loquens, his verbis vtitur, Nec enim homo ſic impius inuenitur, vt quam ab initio loco filiæ habuit, &c. quæ verba improprietatem denotant, & fictionem, non veritatem, vt per Bald. in procemio. ff. in prin. col. vlti. cum ſimi. vnde & nutrices ſunt teſtes idoneæ in cauſis alumnorum, vt apertè ſentit Bart. in l. ſi tutela, poſt prin. C. de in integ. reſtit. & Bald. in l. parentes, col. ij. verſi. quæro igitur vtrùm, & ibi etiam Saly. ſtatim poſt prin. C. de teſtibus dum dicunt, quòd educator quandiu educat quempiã in domo ſua, non eſt teſtis idoneus in cauſa illius, præſertim graui: & ſequitur {Alex. in addit. Bar. in l. in legibus. ff. de teſtib.} Lanfran. in repetit. cap. quoniam contra, in materia teſtium, char. xiij. vbi tractat de teſtimonio parentum in cauſa filiorum, extra de probat. & Alber. Maleta. in tract. teſtium, in prima part. j. partis, col. viij. in paruis, verſic. vlteriùs dubitatur. {& nouiſsimè Vigilius Phryſius in §. pater, in glo. j. in fin. Inſtit. de teſtam. ordinan. Sed plus voluit Salyc. in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. nunquam iſtos eſſe admittendos, vel finita nutricatione, quia ſemper durat affectio, & amicitia intrinſeca, & cordialis, vt ipſe loquitur.} Nec habet in alumno locum SC. Syllanianum. l. j. §. domini appellatione filiusfam. ff. de S.C. Syllan. ideo Bart. & Bald. ibi tradunt quòd licèt libra ſiue cataſtrum patris proſit liberis etiam emancipatis, non tamen alumnis.

***De eadem re.***

***Nutrices ſunt teſtes idoneæ in cauſis alumnorum.***

55 ¶ Et quoniam etiam iſti nihil pertinent ad bonorum ſucceſsionem, neque enim ſibi inuicem ſuccedũt. l. nutritoribus. C. com. de ſucceſ. & ibi Bart. & Bald. & idem Bart. in l. Quintus, aliàs incipit, quo tutelam. ff. de reg. iur. & Bald. in l. cùm in eo, in fin. ff. de pactis, & in l. ſi quis filio. §. eius qui ad. ff. de iniuſt. teſt. Quo in loco tamen Accurſius refert pueros Bononienſes hos ſuos nutritores patres vocare ſolitos. Et eſt etiam bonus tex. in c. tranſmiſſæ, extra qui filij ſunt legiti: ex quo nuncupatim not. Panor. ibi in j. not. quòd non tenetur nutritor eum quem in domo ſua aluit, inſtitüere vt filium. Nec è diuerſo tenetur educatus legitimam educatori relinquere, per text. in l. ſancimus, ibi, omnia quæ habuerint. C. de infant. expo. vbi & hoc nuncupatim not. Bald. Nihil eſt igitur cur dicendum ſit iſtos reuocare donationem ante nutricatum factam.

***Nutrices & alumni ſibi inuicem non ſuccedunt.***

56 ¶ Sed & quòd naturales tantum filij non reuocent donationem ex hac l. cõſuluit expreſsè Oldr. conſi. cclxxviij. licet quantum ad clauſtrales, in tertio dubio, per l. qui libertinus. §. pen. ibi, ex lege autem nati liberi proſunt. ff. de oper. liber. & in l. generaliter. §. cùm autem. ibi, niſi ipſi liberi ſine iuſta ſobole deceſſerint, & ibi not. C. de inſti. & ſubſt. quo in loco Pet. Dy. Cyn. Ray. Forl. Alex. & Corn. & plerique omnes negant eſſe regulariter locum illi l. & l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. & ſimilibus, cum filius inſtitutus hæres relinquit filios naturales tantùm. quod & idem tenet Rayn. Forl. Nicol. Neapo. & Bart. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, & ibi Ang. ad fi. & Raph. Co. ff. ad Treb. & idem Bal. in d. l. cum acutiſsimi, col. ij. verſi. quæro nunquid naturales, & ibi quoque Pau. Caſt. poſt princ. & idem Bal. conſi. cclxij. recolo me conſuluiſſe, col. ij. verſi. & ſi dicatur quòd tacitè, lib. j. {quòd iterũ repetitur} conſi. 456. lib. v. {& idem Bal. conſi. cxlj. punctus talis eſt, quidam reliquit, col. ij. eo. lib. v.} & conſi. cccclxj. punctus talis eſt, quidam reliquit, poſt medium, eo. lib. v. dum allegat d. l. generaliter. & in ſua Margar. in verbo, filius, col. iij. verſic. filius legitimatus. & Salyc. inter conſi. ipſius Bal. conſi. xvij. ſuper legitimatione, col. ij. lib. iiij. {Pet. Ancha. conſi. cccviij. prima facie videri poſſet, col. ij. & conſi. cccxx. primum dubium, col. vlti.} Paul. Caſt. in l. cum auus, non ſemel. ff. de condict. & demon, & Ioan. Ana. conſi. xlvj. circa primum quæſitum, in iij. dubio. Barb. conſi. xxvij. ſcripſit doctiſsimus, col. xix. verſi. præterea facit, lib. j. & Fran. Aret. in l. moribus, in prin. col. pen. ff. de vulga. & pupil. vbi ad hoc ſingu. dicit text. in d. l. generaliter. §. cum autem. {& conſi. clv: periculoſum eſt, col. v. verſi. nec dicat aliquis.} Soc. in repe. l. cum auus, char. xiiij. in vij. q. ff. de condict. & demonſt. Quinetiam Pau. Caſt. & Iaſ. in d. §. cum autẽ, hoc idem aſſerunt procedere, vbicunque aliàs illa conditio liberorum exprimitur à lege, licèt ſecus ſi à teſtatore, vt etiam voluerũt Rayn. Forl. Nicol. Neap. Ang. Imol. & Raph. in d. §. ſi quis rogatus. Bald. & Paul. Caſt. in d. l. cum acutiſsimi. cum aliis concordant. adductis per Corne. in d. §. cum autem. & conſil. j. circa primum, col. pen. verſi. & in ſubſtitutione, lib. iiij. & per recentiores in d. §. ſi quis rogatus. & Phil. Deci. in l. precibus, col. v. verſi. & pro iſta differentia. C. de impu. & aliis ſubſt. & conſi. ccccxiij. viſo eleganti, col. ij. Et ſimiliter donatio inofficioſa non reuocatur à naturalib. liberis tantũ, vt eſt tex.

***Filij tantum naturales non reuocant donationem ex hac l.***

in l.ſi totas,ibi,ex quocunque legitimo matrimonio,vbi hoc not.Salyc.& Ang.C.de inoffi. don.

57 *Nec inofficioſa donatio reuocatur à naturalibus liberis tantum. Illegitimus nō agnaſcitur patri.*

¶Sed vt redeamus ad caſum noſtrum , idem quod Oldra. eius tamen nomine ſuppreſſo , tenet Bald.in c.innotuit,col.iij.verſic.quæritur nunquid iſte,extr.de elect. motus , quia iſte illegitimus non agnaſcitur patri,vt dicit ſingul.not.in l.j.§.j.ff.de bon.poſſ.cont.tabu.& in d.§.cum autem. Idem quoque tenere videtur ipſe Bald.conſi.cxxix.factum proponitur in terminis,col.vlt. verſi. item eſt aduertendum,lib.ij.dum dicit quòd liberi ex legitima vxore procreati reuocant donationem ex hac l.& apertè Paul.Caſt.qui neutrius meminit,conſi.ccccxxxv.ſuper hoc puncto,poſt princ.lib.ij.Alex.qui nullum horum memorat,conſi.xl.ſuper primo dubio,col.pen.verſicu. circa quartum,lib.iiij.vbi tamen non firmat in ſimplicibus naturalibus,ſed audenter aſſeuerat in ſpuriis,& Guid.Pap.ſingu.cccccclxxj.incip.iuxta l.ſi vnquam.Franc.Rip.qui vnum Alex.citat, hîc in xxv.q.vbi loquitur in ſpurio tantum. Et hanc ſententiam ſequitur lex Longobardorum in eam rem nuncupatim lata,in titu.de ſucceſ.l.ſi quis deſperauerit. vbi expreſsè cauetur quòd non niſi legitimi poſt donationem procreati eam reuocant.

58 *Illegitimus nō eſt in poteſtate patris.*

¶Et id quidem hac ratione non modicum confirmatur,quoniam illegitimus non eſt in poteſtate patris.§.vlt.Inſtit.de nupt.{& in §.j.ibi,iuſtis nuptiis,Inſti.de patr.poteſta.& ibi Ang.Aret.in ij. not.& l.item in poteſtate,& l.nam & ciuium.ff.de his qui ſunt ſui,vel alien.iur.& voluit Bald.in l.Gallus.§.quidā rectè,col.iij.verſi.item facit ad aliud.ff.de lib.& poſthu. Ideo nec ei pater dat tutorem.l.naturali.ff.de confir.tutor.} nec ipſe præteritus rumpit teſtamentum, cū nec ei debeatur legitima,vt no.glo.in d.l.j.in prin.in verbo,naturales,& ibi Bar.ff.de bon.poſſeſ.contra ta. {quam facit ſingularem Bald.in l.ſciendum eſt,in fine prior.lectu.ff.de inoffi.teſtam.ſed eſt alia} glo. in d.§.tam autem,in eodem verbo,Inſtit.de inoffic. teſta. Bart.in l.Gallus.§.etiam ſi à parente,col.j. verſi.pro declaratione.ff.de liber.& poſthu.Nicol.Neapo.in l.j.ff.de concub.Bal.in l.j.C.quorum bono.vbi ad hoc dicit ſingu.illam priorem glo.& ipſe Bald.in l.humanitatis,col.vlt.verſic. ſextò principaliter.C.de impub.& ali.ſubſt.& in l.vlt.col.vlt.C.vnde legit.& in l.generaliter.§.cùm autem,poſt princ.ff.de inſtit.& ſubſtit.& in l.defuncto,colum.j.verſic.quæro an filius.C.ſi in fraud. patro. vbi per eam glo.dicit quòd filius naturalis non poteſt reuocare alienata in fraudē: & idem Bald.in l.res iudicatæ,col.vlti.C.de re iud.& in l.vlti.C.de natura.liber.per tex.ibi,{& in d.l.Gallus.§.quidam rectè,col.iij.vbi ſuprà.ff.de liber.& poſthu.vbi eam glo.dicit not. & in l.fratres,vbi eam dicit ſing.} & in d.c.innotuit,col.iij.de elect. & in c.j.col.pen.verſicu.item valeret ſtatutum, de conſtit.vbi & illam glo.dicit elegantem:& in cap.in præſentia,col.v.verſi.ſcias autem,extr.de probat.vbi & illam quoque dicit ſingu.& in addit.Specul.tit.de ſucceſsio.ab inteſt.col.vlti.verſi. an filius baſtardus,& verſic.ſeq.& conſi.xix.factum ſic proponitur,colum.j.lib.iiij.& conſi. cccclxxix.quando pater,in fin.eod.lib.iiij. vbi etiam illam glo.dicit ſingul. ſed eam erranter allegat in l.j.ff.ad Trebel. Verùm ſatis conſtat ex princip.illius,quòd eam voluit allegare. {& conſil.ccccvj. proponitur quòd quidam Antoniolus,col.j.lib.v.Ioan.Fab. in l.ſi qua illuſtris.C. ad ſenatuſcon. Orphit.} & Angel.in §.vltima ſiquidem,colum.ij.verſicu.& prædicta locum habent, in authent. quibus modis natura.effici.ſui.Imol.in l.ex facto,in princ.col.vij.{& ibi Franc.Areti.qui eam glo. dicit ſing.col.ix.}ff.de vulga.& pupil.Rom.conſi.xxxiiij.licèt naturales,vbi de hoc dicit eſſe tex. qui verè eſt ad hoc optimus,in l.humanitatis,ibi,ſi hic ſcilicet naturalis pater voluerit.C.de natu. liber.Paul.Caſtr.in l.ſi qua illuſtris.C.de ſenatuſconſul.Orphi.{Ange.Aret.in §.j.col.iij.verſi. addo etiam.Inſtit.de inoffic.teſtam.Corn.conſi.xciij.primo aſpectu,col.penul.verſic.prout in ſimili,lib.ij.} Alex.qui & eam gl.priorem aſſerit ſing.in l.in pupillari,col.vlt.eo.tit.& iterum conſi.74. viſo proceſſu,ad fin.lib.ij.Fran.Curt.ſenior conſi.xiij.ſtatuto Ianuæ,col.iij.verſi.ſpurius,& conſi. xxxv.ſtatuto,ſeu in capitulis,col.j.Guid.Pap.deciſio.ccccxxvj.ait lex filio,paulò an fin.& iterum deciſio.dcxxxij.eademq; vlti.ſi donatio.Barb.conſi.lviiij.ſapienter dicit Pſalmiſta,col.ij.in ſecundo dubio,lib.ij.& conſi.xlix.clementiſsimum Deum,col.vlt.lib.iiij.Socin.in l.cùm auus , col.vj.& ix.& xxiiij.& alibi ſæpe in ea.l.ff.de condi.& demonſt.Iaſ.in authent. ſi qua mulier,col.antepen. verſic.ſecunda.q.C.de ſacroſanct.eccleſ.vbi & illam glo.dicit ſing.& in l.j.col.iij. & ibi Phil.Deci. col.iiij.C.de bon.poſſ.contr.tab.idem Iaſ.conſi.ccij.magnificus baro,col.vj.verſi.ſic videmus, lib. ij.vbi & illam dicit reputari ſing.Dec.conſi.cclxiiij.reuocatur in dubium,col.ij. D. Guil.Bened.in repet.cap.Raynutius,in verbo,Raynutius de clera.num.37.{& iterum in verbo,ſi abſque liberis, tit.ij.num.114.} de teſtam.vbi & eam glo.dicit ſingu.& Fabia.Giocchi.in repet.authen.nouiſsima, in iij.q.iij.item iiij.princ.C.de inoffic.teſtam. Et eſt etiam bonus text.in l.vlti.C.de natura. liber. quē ad hoc expendit Bal.ibi,& Ang.vbi ſuprà,& Alex.in d.l.in pupillari:ibi enim dicit no.& præterea conſi.cxxxiiij.æterni &c.animaduerſis,col.iiij.verſi.vnde dicit,lib.vj. Ex quo illud conſentaneum eſt,vt nec etiam naturalis filius reuocet donationem,quæ plus habet virium,difficiliusq; reuocatur,quàm teſtamentum,vt voluerunt Bart.Ang.& Paul.Caſtr.in auth.ex cauſa.C.de lib. præteri.& plenè diximus ſuprà in verbo,libertis,verſi.lxvj.incip.hæc ſunt quæ pro poſteriori.

*Filius naturalis non poteſt reuocare alienata in fraudem.*

59 *Filius naturalis non excludit filiam ex ſtatuto repellente fœminas ob maſculos.*

¶Sed nec filius naturalis excludit filiam ex ſtatuto repellēte fœminas ob maſculos,vt voluit Bal. in d.l.cum acutiſsimi,col.ij.verſi.quæro nunquid naturales,& ibi etiam Barb.in repeti.col.xcviij, verſic.quærit hîc Bald.an filij naturales.C.de fideicommiſ.& idem Bald.conſi.xxiiij. ſtatuto ciuitatis,lib.j.& Socin.in l.hæredes mei.§.cùm ita,col.penul.C.ad ſenatuſcon.Trebel. & multis etiam rationibus confirmat Georg.Nat.in repeti.cap. quamuis, in j.quæſt.ij.quæſtio.princ.de pactis,lib. vj.&





vj.& Alber.Bru.in tract.ſtatutorum excludentium fœminas,in iij.quæſtio.xij. artic.

*An §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. habeat locum in filio naturali.*

60 ¶Nec in huiuſmodi filio habet locum §.ex imperfecto.l.hac conſultiſsima.C.de teſtam. ſecundū quem valet teſtamentum factum inter liberos coram duobus tantum teſtibus , aut aliàs imperfectum ratione ſolennitatis,vt voluerunt Bald.Ang.& Iaſ.ibi,ex quibus ipſe Ang. dicit id reſpondiſſe{Franc.Tygri,& alios} doct.Peruſinos,cùm quæſtio ex facto incidiſſet.& rurſum idem Bal. & Imol.in l.qui teſtamento.§.mulier.ff.eod.ipſe Bal.Saly.& Paul.Caſt.in l.vlt. C.famil.erciſcun. idē Bal.in d.l.humanitatis.C.de nat.libe.{& in l.parentes,poſt mediū,verſi.ſed quid dicemus.ff.de in ius vocan.& in l.ſi qua illuſtris,circa medium,verſi.quæro habeo filium.C.ad ſenatuſc. Orphit.} Ang.in l.filio præterito,col.j.verſi.ſecundò,quòd ille,& ibi etiam Imol.char.antep.ff.de iniuſt.teſta.& idem Imo.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,char.vlt.ff.ad S.C.Trebellia.{ Phil.Dec. conſ.dcx. viſo themate,col.ij.verſi.circa primum,& Franc.Curt.ſenior,conſ.lxxiiij.ſuper memorata,nume. clv.De quo tamen latè per Alexan.ibi, & Franc.Aret.in d.l.qui teſtamento. §.j. Nam alij tenuerunt contrarium,vt per Rom.conſ.clxxix.ampliſsime doctor,col.v.verſi.ſecundò reſpondeo dictum eorum,& recentiores doc.{poſt Ioan.Fab.}in d.§.ex imperfecto. & D. Guil. Bened. in d.c. Raynutius,in verbo,teſtamentum,le j.num. 93.

*Filius naturalis non prodeſt patri ad conſequenda priuilegia ac munera , quæ dantur ob liberos.*

61 ¶Neque prodeſt filius(id quod haud dubiè verum eſt) naturalis patri ad conſequenda priuilegia ac munera,quæ dantur ob liberos.l.2.§.j.& ibi glo.& Bald.ff.de excuſa. tuto. Nec etiam tenetur pater dotare filiam naturalem.l.vxorem.§.pater naturalis,& ibi Bart.ff. de legat.iij. & voluit idem Bart.in l.ſi quis à liberis.§.vtrùm.ff.de libe.agno.& in l.j.col.iij.& ibi etiam Imo.& Rom. qui illū §.dicunt ſing.Alex.tum col.iiij.verſi.pater enim,tum col.vj.verſi.& ſubdit hîc,& Fran. Aret.col. v.verſi.ſuper ſecundo,& alij recentiores.ff.ſol.mat.Bald.in l.vlt.col.2.verſi.ſed nunquid pater.C. de dot.promiſ.& in auth.res quæ,col.j.C.commu.de lega.& in l.qui liberos.ff.de ritu nupt.& in l. neque mater. C.de iure doti.vbi tamen intelligit,niſi filia eſſet admodum inops,& in c. ſuper literis,col.2.verſi.item pone exemplum,extr.de reſcrip.& conſ.cclxvij.ad euidentiā præmitto quod concubinarius,col.2.verſ.item ſurgit,lib.j.quod repetitum eſt in conſi.cccclvij.lib.v. Ang. conſi. ccix.pro deciſione,in princ.Ang.Aret.in §.fuerat,col.xvj.verſ.vlterius quæro,Inſtit.de acti.Fran. Cur.iunior conſi.x.viſa ac diligenter conſiderata,col.pen.

*Autoris opinio de filio naturali in caſu huius l.*

62 ¶Et id puto verum eſſe in caſu l.noſtræ,vt ſcilicet filius naturalis non reuocet donationem ex ea, quando & de legitimato maximum ſit dubium,vt mox ſubiiciemus,licèt Franc.Ripa,hîc in 289. q.nixus ſit contrariam ſententiam tueri in ſimplicibus naturalibus,quibus autem rationibus,alio rum ſit iudicium:nec quempiam tamen maiorum in ſuam,neque in aliam ſententiam citauit. Sed hæc noſtra tamen temperanda multis forte videbitur,vt ſcilicet procedat in filiis naturalibus reſpectu patris, non etiam matris,cui etiam cum legitimis ſuccedunt,ſecundum diſtinctionem d.l. ſi qua illuſtris.Idq; etiam de iure canonico,vt ſatis innuit glo.in c.niſi cum pridem,in verbo,māzeres,ext.de renun.& expreſsiùs Hoſt.in c.lator,ext.qui fil.ſunt legi.& Pan.in c.tanta,col.3.verſi. quidam ſunt filij ſpurij,eo.tit.& in c.cùm haberet,ante fi.de eo qui dux.in mat.quā pol.per adult. de quo tamen per Fortu.Gar.in trac.de vltimo fine iuris,char.vij.col.j. verſ. octauò principaliter. Nec tantùm matri,ſed auiæ paternæ,& aliis coniunctis per lineam maternam.l. Modeſtinus, & l. hac parte.& l.ſpurius.ff.vnd.cog.{& voluit Ioa.Fab.poſt Dyn.in d.l.ſi qua illuſtris,poſt princ. & Alber.in l.parentes,ad fi.ff.de in ius vocan.} & latè per Bened.Cap.conſi.cviij. cùm vt præſupponitur,col.2.verſi.ſunt & quintò.{Et è diuerſo quoque mater his ſuccedit.l.hac parte , & l.ſi ſpurius.ff.vnde cogna.& Saly.in auth.defuncto.paulò ante fi.C.ad Senatuſconſ.Tertul.} Poſſuntque de inofficioſo ipſius matris teſtamento dicere.l.ſi ſuſpecta.§.de inofficioſo.ff. de inofficioſo teſta. & voluit glo.{in §.tam autem,in verbo,naturales,& ibi Ang.Aret.Inſtit. eod.} in d.l. ſi qua illuſtris,in verbo cum legitimis,in prin.{& ibi Ioan.Fab.& Salyc.qui id dicunt tenendum cordi , &} Bald.in additio.Spec.tit.de ſucceſsio.ab inteſt.col.vlt.verſ.ſed an baſtardus.

*Naturalis matri, auiæ maternæ,& aliis coniūctis per lineam maternam , ſuccedit cum legitimis. Adeò ut poſſit de inofficioſo ipſius matris teſtamento dicere.*

63 ¶In eiſq; habet locum dictus §.ex imperfecto,in teſtamento matris,ſecundum Raph.ibi,& Alex. col.pen.verſ.& hoc videtur procedere.Corn.col.j.in fi.verſi.forte tamen opinio.& Iaſ.col.j. verſi. ſecundò limita.in eo ipſo §.Bald.in d.l.ſi qua illuſtris,col.2.verſ.quæro habeo filium.C. ad ſenatuſcon.Orphi.& in d.l.vlt.C.famil.ercif.& Bened.in d.c.Raynutius,vbi ſupra in fin.cum princip. ſeq.numeri.{& ante hos Spec.tit.de inſtru.edi.§.compendioſè,verſi.quid ſi mulier , & ibi quoque Bald.in additio.Teneturque mater & auus maternus eos alere & è diuerſo,etiam de iure ciuili.l. ſi quis à liberis.§.idem in liberis.ff.de liber.agnoſcen.Geritq; mater eorum tutelam,vt legitimorū. l.vlt.C.quando mulier tut.offi.& ſi nolit,tenetur illis petere tutores.l. vlt. C. qui pet.tuto. Et illis poteſt ſubſtituere exēplariter.D.Bened.in repetitio.c.Raynutius,in verbo, ſi abſque liberis,lib.2. nu.12.Habentq;}& in eis locum leges aliàs odioſæ reſpectu matris. l. lege Iulia.§. hoc capite. ff.de ritu nupt.cùm dicitur,tamen iuſtum patrem intelligendum Octauenus ait : matrem etiam ſi vulgo conceperit.{Et ſi mulier acceperit emphyteuſim pro ſe & ſuis filiis,admittitur filius eius naturalis,niſi ea eſſet illuſtris,ſecundum d.l.ſi qua illuſtris , ita voluit Imol.in c.in præſentia , col.ij. verſ.quid autem ſi aliquis,extra de probat.}Tu autem ex materia dictæ l.ſi qua illuſtris , facilè intelliges,quid & hîc dicendum ſit.Quod autem Ripa.in xxvij. quæſtio. huius legis tractat de alimentis ſpurio præſtandis,nihil ad hanc legem pertinet , & nos de hoc abunde diximus in commentariis noſtrarum conſuetudinum,tit.xix.§.item xix:in gl.iij.

*Mater tenetur alere filios naturales, & è diuerſo.*

*Et admittuntur in emphyteuſim, ſi mulier acceperit pro ſe,& ſuis filiis.*

64 *Vtrũ ſi filius natalibus reſtituatur, ex hoc reuocetur donatio ante legitimationẽ facta.*

¶Sed in dubium vocatur, nec id quidem intempeſtiuè, vtrùm ſi filius naturalis natus ante vel poſt donationem, natalibus reſtituatur, id eſt, vt noſtri loquuntur, legitimetur, ex hoc reuocetur donatio ante legitimationem facta? Videtur quòd non, quia legitimatio non poteſt fieri in præiudicium eorum, quibus eſt ius antè quæſitum, vt pleniſsimè not. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſth. & optimè probatur in cap. quamuis, de reſcri. lib. vj. vbi reſtitutio, cuiuſmodi legitimationem eſſe dicunt, non ei obeſt, cui ius eſt iam quæſitum. Ex quo fit, vt & ipſa non retrotrahatur in alterius præiudicium, per tex. apertum in §. liceat, ibi, & ſuos de cætero. & iterum ibi, & hoc facto exinde filios, & ibi Ang. not. in auth. quibus modis natu. effi. legi. cum multis ſimil. quæ latè congeſsimus in noſtro tractatu primogenituræ, in xxxiiij. q. In qua plenè docui naturalem filium legitimatum non præferri in iure primogenituræ naturali & legitimato nato quidem poſt illum, ſed ante legitimationem. Et id quidem optimo iure. Nam fictio non habet locum cùm alterius iactura & præiudicio, vt hinc videre licet, quòd licèt actio de dote, quæ non competit conſtante matrimonio, facto autem diuortio competit, redintegrato matrimonio non competit. l. ſi mulier diuerterit. ff. ſolu. matr. nempe quia fingitur non diuertiſſe. l. plerunque. ff. de ritu nupt. Tamen hoc tantùm procedit, quando dos debetur, vel reſtituẽda eſt ſoli mulieri, vel ei ſimul & patri, non etiam ſi extraneo. l. ſtipulatio de dote. ff. de iure doti. & l. inſulam. §. vlt. ff. ſolu. matr. Quoniam videlicet in illius tertij præiudicium non procedit illa fictio. Et hinc quoque conſequens fit, vt legitimatus pro legitimo habeatur quãtùm ad ipſum & legitimantẽ, non etiã quantùm ad tertiũ. §. filiũ verò, in auth. quib. modis nat. effi. ſui. Nec enim poteſt quis legitimari per voluntariam iuriſdictionem, niſi citatis iis quorum intereſt. l. vlt. cum ibi no. per Iac. Aret. ff. de nat. reſtitu.

*Fictio non habet locum cũ alterius iactura, & præiudicio.*

65 ¶Quòd ſi quiſpiam dicat, quòd cùm fit legitimatio viuente & conſentiente patre, non requiritur citatio agnatorum & conſanguineorum, vt voluerunt Ioan. And. Ant. Cald. Card. Panorm. & alij in c. per venerabilem, ext. qui fil. ſunt leg. Bart. quem communiter ſequuntur omnes, in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Bal. in l. nã ita diuus. ff. de adopt. & conſi. lvj. an pater qui fecit, li. j. & inter ipſius cõſ. Sal. cõſi. 17. ſuper legitimatione Michaelis, li. 4. & Io. Lig. & Io. Rampo. conſi. ſeq. col. iij. verſ. ſurgit tertius punctus. Fed. Senen. conſ. lvij. videtur mihi quòd in priuilegio. & idem Bal. conſi. ccclxj. verba Bartholi. in prin. lib. v. cum multis concord. quos videre poteris in noſtris conſuetudinibus, tit. ix. §. xx. in gl. j. in ij. limita. Huic reſponderi poteſt, quòd ratio qua innituntur qui hoc aſſerunt, videtur concludere contrariũ in hoc caſu. Ea enim ipſorum ratio eſt, quia pater diſponendo de rebus ſuis, poteſt præiudicare agnatis. Ideo non mirũ ſi illis non citatis filios poſsit legitimare. At hîc non poteſt qui donauit, præiudicare donatario. Quam declarationem in ſpecie ad illam Io. And. Bart. & ſequacium ſententiam ponunt Imo. & Domi. in c. grãdi, de ſup. neg. præl. lib. vj. Idem Imol. prout à quibuſdam allegatur, licèt non comperi in eius lect. quæ circunferuntur, in c. niſi cùm pridem. §. perſonæ, ext. de renun. Petr. Ancha. conſil. ccccxxvij. circa primum quæſitum. Alex. in d. §. & quid ſi tantùm, col. pen. verſi. nec obſt. quæ hîc not. Barto. ff. de liber. & poſthu. & conſil. lxvij. conſideratis his, col. 4. verſi. iuuatur iſta concluſio, lib. j. & Dec. conſi. lxxxv. cuius ſuperſcriptio incipit, de gradibus ſuccedendi, in fi. 3. dubij. Et optimè facit quod voluit Bald. in d. l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. vlt. C. quib. res iudic. non noc. & Angel. conſil. xvij. comes Brandiſius, cum ſimil.

*Pater diſponẽdo de reb. ſuis poteſt præiudicare agnatis.*

66 *Donationem reſcripti authoritate reſcindi non oportere.*

¶Sed vt ad alias quoque rationes tranſeamus, donationẽ reſcripti authoritate reſcindi non oportet. l. ſi donationem. C. hoc eod. tit. Neque enim valent reſcripta, quæ ius alterius auferunt. l. quoties. C. de preci. imper. offe. & l. inciuile. C. de rei vendica. cum infinitis ſimilib. Ideóque priuilegia debent ſemper aliàs intelligi ſine præiudicio iuris alteri quæſiti. l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à principio. ff. ne quid in loc. publi. & l. nec auus. C. de emancip. libe.

67 *Eiuſdem comprobatio.*

¶Præterea quod iam perfectum eſt, abſolutúmq; ac conſummatum, id certe non debet ex ſuperuenienti quopiam caſu reuocari. l. ſi Gaudentius. C. de contrah. empt. & l. ſi vt proponis. C. de cõfirma. tuto. & l. pluribus. §. & ſi placeat, & ibi Bart. & alij. ff. de verb. oblig. & latiùs diximus ſupra in gl. donatione largitus, verſ. 282. incip. horum rationes multæ ſunt.

68 *De eadem re.*

¶Ad hæc ſi aliter diceremus, eſſet in facultate donantis reuocare huiuſmodi donationem, quæ ſuapte natura irreuocabilis eſt, faciendo ſcilicet legitimari filium naturalem: quod eſſe non debet, per id quod in ſimili dicitur de adoptione, in l. fideicommiſſum. ff. de condit. & demonſtr. & ſupra latè diximus in hac eadem glo. verſ. iij. incipien. & id ſanè verum eſt.

69 *Legitimatio non facit denuò naſci.*

¶Denique, aut hic filius erat natus ante donationem, aut poſtea natus eſt. Si primum, non poteſt eſſe locus huic l. quantùm ad illum pertinet, per ea quæ diximus ſuprà in glo. filios non habens. Nec legitimatio ſequens illum denuo naſci facit. nam qui natus eſt, recentari (vt vtar verbo Cn. Matij apud Gellium lib. xv. c. xxv.) id eſt, iterum naſci non poteſt, niſi fortè quadam iuris fictione renaſci diceretur, qui priori labe originis illegitimæ deterſa, veluti natalibus legitimis reſtituitur. ſicuti & apud Cyprianum in ſecunda ad Donatum epiſtola, dicitur etiam renaſci, qui veluti in nouam vitam lauacro vndæ ſalutaris animatus, quod prius fuerat exponens, licet manente corporis compage, hominem animo ac mente mutat. Nam & Ioan. iij. ſcribitur, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, &c. Et de huiuſmodi renatis loquitur text. in c. Deus, ad fin. extrà de pœnitent. & remiſ. & c. maiores, & cap. debitum, extra de Baptiſ. Et iterum natus ſibi videtur, qui exutis maximis ærumnis ac doloribus, maxima ſibi gaudia adſciſcit. cuiuſmodi Egio Plautinus in capti

*Quomodo quis dicatur renatus.*



captiuis, Dij, inquit, immortales, iterum natus videor, ſi vera autumas. Et à mythicis cõfictum eſt Bacchum bis natum fuiſſe: ex quo illud Ouidij lib. v. triſtium ad ipſum Bacchum eleg. iij.

*Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcæ*
*Stamina, bis genito bis cecinere tibi.*

{Et lib. iij. Metamorphoſ.

*Tutáque bis geniti ſunt incunabula Bacchi.*}

& Auſonij in grypho ternarij numeri,

*Qualia bis genito Thebes trieterica Bacchi.*

Quo quidem ſignificabant futurum ſacerdotem ſtatim initiatum oportere renaſci. Nam Platonici Bacchum ipſum ſummum ſacerdotem fuiſſe exiſtimant, in ídque referunt illud Platonis in Phædone,

Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι. Id eſt,

Multi narthecophori, pauci autem Bacchi. {Quanquam Diodorus Siculus lib. iij. aut vt alij numerant, iiij. illam binam Bacchi natiuitatem aliò refert.} Et idem propè de legitimato nuncupatim ſcribit Bald. in l. manumiſsiones, in ij. oppo. ff. de iuſt. & iure, cum dicit ſpiritum legitimatum eſſe legitimum, non quidem factum, ſed natum, id eſt, non de nouo factum, ſed detectum, remota ſcilicet ſpurietatis, vt ipſe appellat, nubecula. {& idem Bald. conſ. ccclxxiiij. verba, col. ij. lib. j. vbi dicit legitimatos quodammodo cenſeri renatos.} Sed non ſatis eſſet ita naſci aut renaſci ciuiliter, quantùm ad hanc legem pertinet, quæ intelligitur de nato naturæ beneficio, non opera legis vel hominis, argu. l. filio. ff. de liber. & poſth. Nam & aliàs verba naturaliter ſunt intelligenda, non ciuiliter. l. vlt. & ibi Bald. & Pau. Caſtr. C. de his qui veni. æta. impe. & latè diximus ſupra in hac eadem gl. verſi. xvij. incip. quin ſi ea appellatio. Si autem poſt donationem natus eſt, vt alterum mẽbrũ ſumamus, certè ea natiuitas nõ legitima non reuocat, vt diximus ſupra eo. verſ. lvj. incip. ſed & quòd naturales, & ſeq. Nec ſequẽs legitimatio auferret ius iã alteri quæſitũ, vt nuper diximus.

*Verba naturaliter ſunt intelligenda, nõ ciuiliter.*

*Qui teneant donationem non reuocari per legitimationem naturalium.*

136 ¶Rurſus idem Soci.in ea ipſa l.cum auus,char.viij.col.2. verſi.ex quibus infertur vna alia cõcluſio,poſtquam retulit Alber.qui diſtinxerat inter conditionem expreſſam & tacitam ſiue præſumptam , vt ſcilicet primo caſu non ſit neceſſe vt poſitus in conditione ſuccedat,in ſecundo ſecus: tandem dicit putare ſe ita concludendum, quòd aut talis conditio , licet non ſit ſcripta , fingatur vel ſubintelligatur à lege ex coniectura,pietate ac mente teſtatoris,quaſi ſi cogitaſſet,appoſuiſſet: & tunc neceſſe eſt vt ſint hæredes,vt ſubſtitutus excludatur,aliàs non militaret ratio pietatis ſiue coniecturæ,vel alia,de qua in d.l.generaliter.§.cùm autem,per quam lex debeat hanc præſumptionem inducere:nec æquitas,per quam debeat fingere.d.l.j.§.ſi vir,& ibi no.Aut præſumitur à lege quòd fuerit dicta,ſed omiſſa à tabellione ſeu alio ſcribente,prout dicit Bart.in d.§.ſi quis rogatus , & tunc quia habetur ac ſi fuiſſet ſcripta,vt ſuprà dictum eſt. nec ideo differt ab expreſſa, ſuccedit diſpoſitio d.§.cùm quis,ſcilicet quòd etiam non hæredes excludunt.

*Idẽ diſputat, & perſequitur.*

137 ¶Sed & idem Soci.in repe.d.l.centurio,col.7.verſi.poſſet tamen dubitari.ff.de vulg.& pup.ita etiã de hac re loquitur. Si defertur alicui ſucceſsio ſub conditione tacita vel expreſſa,ſi alia perſona non extiterit:& is excluditur ob id ſolùm, quòd ſupereſt illa perſona poſita in cõditione,& non ob id,quòd ea perſona habeat potentius ius in ſucceſsione,& tunc ſola ſuperexiſtentia excludit, licèt perſona quæ poteſt ſuccedere,non ſuccedat. Et ita procedit text.in d.l.filiusfa.§. cum quis. Aliquando & ſecundò quis excluditur per exiſtentiam perſonæ etiam poſitæ in cõditione,quia illa perſona habet potentius ius in ſuccedendo:& tunc excluditur,ſi illa perſona ſupereſt & ſuccedat.& ita poteſt intelligi tex.in l.pen.cum ibi no.per Nicol.Mat.Bal.& alios.C.de impub.& ali. ſubſtit.Ad quod trahit quod ſuprà diximus ex Bar.in d.l.j.§.pen.ff.de bon.poſſ.cont.tab. quòd ſtante ſtatuto quòd extantibus maſculis filia non ſuccedat,quia maſculi poſiti ſunt in cõditione ad excluſionem fœminarum,tanquàm habentes ius potentius in ſucceſsione:ideo ſi non ſuccedant,non excluduntur fœminæ.Ex quibus,inquit Soci.videtur inferri,quòd cũ in terminis d.l. cum acutiſsimi,intelligatur conditio ſi ſine liberis,quaſi ex coniecturata mente filij habeant ius potentius. Ita demum ſuperexiſtentia filiorum videtur facere fideicommiſſum deficere , ſi liberi ſuccedunt:aliàs non.quod dicit ſignandum & notandum.

*Autoris ſentẽtia de filia, utrum reuocet donationẽ præcedentem.*

138 ¶Ex quibus planè cognoſcis Soci.virum ingenioſiſsimum in hoc caſu admodum nutaſſe,vt qui nunc vnam ſententiam,nunc contrariam ſecutus ſit:nunc item quadam diſtinctione, nunc alia rem ipſam componere conatus ſit. Mihi verò,vt rem breuiter definiam , potior ſemper viſa fuit prior ſententia in caſu legis noſtræ,vt ſcilicet filia quæ nõ ſuccedit, nõ reuocet donationẽ præcedentem,ſecũdum ea quæ ſtatim dicam. Nam ratio huius legis eſt illa veriſimilis & præſumpta donantis voluntas,qui ſi cogitaſſet de liberis,veriſimiliter nõ donaſſet,aut ea lege donaſſet, ſi liberos nõ ſuſciperet.quæ ratio hîc ceſſat.Nã ſi cogitaſſet de filia ſibi nõ ſucceſſura,proindeq; nihil habitura ex ea re quã donat,nõ à donatione abſtinuiſſet. { Præſertim cùm nudũ nomen filij noceat donatario,vt in ſimili dicitur in l.ij.§.ſed ſi ſine.ff.ad ſenatuſcon.Tert.} Niſi diceres imò filiã aliquid fuiſſe habiturã,vtpote cùm dos illius quam debet habere nõ obſtante excluſione ſtatuti, fuiſſet auctior atque locupletior ſine ea donatione. Idcirco & ego arbitror nõ integram quidem donationem hoc caſu reuocari,ſed quatenus tantùm dos filiæ ob huiuſmodi donationẽ minuta

*Quo pacto filia reuocet donationem, & quatenus.*

eſt:vt quod iuris eſt de toto ad totum,idem ſit de parte ad partem.d.l.quæ de tota.ff.de rei vend. cum ſimil.Nã & in ſimili Albertus Brunus in tractat.ſtatutorum excludentium fœminas à ſucceſsionibus,in vj.q.ix.ar.aſſerit huiuſmodi fœminas poſſe dicere donationem patris inofficioſam in eo quod ad dotem quæ eis debetur, pertinet:nihil tamen ad id allegans,quàm quòd in ea eſt creditrix. Cæterùm ſi cõtingat hanc filiã ſuccedere nõ obſtante ſtatuto,videlicet maſculis repudiantib.aut aliâs,tunc facit locum huic l. Nam ſi pater cogitaſſet de filia ſibi ita ſucceſſura, veriſimiliter illi non antepoſuiſſet donatarium.Et ideo manemus in ratione noſtræ l.

*Filia in dote eſt creditrix.*

*Vtrum filius exciſo uentre editus, reuocabit donationem quam mater fecit.*

139 ¶Quæro item quid ſi poſtquam mulier donauerit,ea cùm moreretur, exciſo vẽtre filium edidit, nunquid is reuocabit donationem ? Id quod multis fortè videbitur abſurdum quærere, tãquam minimè ambiguum,ob tex.in l.j.§. { ſed & ſi matris. } ff.ad ſenatuſc.Tertul. vbi ſi matris exſecto ventre filius editus ſit , is ad legitimam hæreditatem admittitur. { & in l.j. §. ſi qua prægnans.ff. vnde cog.vbi ipſe parens in ea conditione eſt, vt matris ſuæ bonorum poſſeſsionẽ accipere poſſit, } & in l.quod dicitur.ff.de lib.& poſth.vbi ita ſcribitur,quod dicitur filium natũ rumpere teſtamentum,natum accipe,& ſi exſecto ventre editus ſit. { & ibi id no.Imo.qui eam l.legit cum l. commodiſsimè,& l.poſthumus,poſt prin.ff.de inof.teſta.vbi qui exſecto ventre extractus quæri poteſt,cum ſi.Et quia etiam aliàs non refert,quis naſcatur,an exſecto ventre extrahatur.l.ſi ego. §.ex omnibus.ff.de public.in rem actio.

140 ¶Sed id } tamen ambiguum facit tex.in l.anniculus amittitur.§.vlti.ff.de verb.ſign.cuius hæc verba ſunt: Falſum eſt eam peperiſſe,cui mortuæ filius exſectus eſt.quem valde annotarunt { glo.in l.etiam ea mulier.ff.eo.tit.& } Ang.Pau.Caſt.Alex.Fran.Aret.& Iaſ.in d.l.quod dicitur.ff. de lib. & poſth.Ex eoque dicunt propè omnes legatum factum mulieri,ſi pepererit liberos,nõ obtinere

*Legatum mulieri in tẽpus liberorum relictũ, non obtinet ſecto matris utero. Nec propriè dicitur poſthumus.*

ſecto matris vtero. Idemque generaliter & in omni conditione ſi pepererit aut ediderit liberos, voluit Bal.in l.Arethuſa,in fi.ff.de ſtat.homi.& Ang.conſi.lj.Simon notarius,col.3. & nouiſsimè Carolus Ruinus in repeti.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,colum.24. verſic. octauò & vltimò quæro.ff.de liber.& poſthu.Ideo & glo.in l.poſthumus,in verb.poſſe quæri, & ibi poſt eam Ange.ff. de inoffic.teſtamen.negant eum propriè dici poſthumum, qui ita editur.Ex quo etiam D.Guil. Benedict.in repetitio.capit.Raynutius,in verbo,& ſoboles quam geſtabat in vtero.num.18.extra de teſtamen.negat hunc comprehendi in ſtatuto loquente de poſthumo. Quin & text.eſt negans eum eſſe natum,qui ita editus eſt, in l.ſi ego.§.partus, verſiculo ex omnibus.ff. de public.in rem actio.

*Autoris hac de re opinio. Conceſsio emphyteuſis facta pro ſe, & liberis, comprehẽdit exſecto uentre editos.*

141 ¶Ego tamen in diuerſa ſum ſentẽtia.nam haud dubiè is natus eſſe dicitur, qui ita exſecto matris vtero editus eſt,vt eſt tex.apertiſsimus in d.l.quod dicitur,vbi etiam ( quod iam diximus ) æquè ob id rumpit teſtamentũ,ac aliter natus.quod vltimum etiam probat tex.in d.l.poſthumus, nuper allegata:& ita quidem natus dicitur,vt nihil ab aliter nato differat,vt dicit Bal.cõſil.cxxviij. ad intelligẽtiam,paulò ante fi.lib.1.Ideoq; ſi quis acquireret emphyteuſim pro ſe,& liberis ex ſe naſcituris,veniũt liberi exſecto ventre editi,ex ſentẽtia Iac.Ardiz.in ſua ſumma, quem ſequitur Bal.qui ita dicit cõſuluiſſe in ciuitate Lucana,in l.vlt.col.pe.verſi.vidi dubitari.C.de ſuis & legi. per d.l.quod dicitur.vbi & hoc ſequũtur Paul.Caſt.Alex.& Iaſ.Ex quibus Pau.dicit hoc procedere in omni materia quantũlibet odioſa & reſtringibili,quia propriè is natus dicitur per illũ tex. quod dicit notandũ.Similiter { Albe.in l.j.in fi.C.de poſth.hære.inſti.dicit,eũ dici poſthumũ,qui exſecto ventre natus eſt,per eũ tex.& in d.l.quod dicitur, & l.poſthumus.§. ſimiliq; modo.ff.de inoffi.teſta.& dicit } Ang.dicto conſi.lj.vbi ſuprà, { id procedere in omni diſpoſitione loquente in poſthumo nato,vt ſcilicet habeat } locũ in poſthumo exſecto ventre edito,per d.l.quod dicitur.Plus dicit no.Soci.conſi.cxcvij.circa præmiſſam conſultationem,col.1.lib.ij.quòd cõditio natiuitatis verificatur in eo qui ita editus eſt,per d.l.quod admodum notandum eſt, quia conditio debet adimpleri in forma ſpecifica.per l.Meuius, & l.ſi hæredi.ff.de condi.& demon.Sed & illud dictum Bal.ſequitur Fely.in c.ſicut ex literarum,in fi.extrà de homici.

*Comprobatio ſententiæ autoris. An peperiſſe dicatur, quæ in puerperio deceſsit.*

142 ¶Quæ etiam ſententia noſtra ex eo nõ parum fulcitur,quod conſuluit ipſe Bal.conſi.cxxij.verba teſtamenti ſic dicũt, lib.1.quòd ſi quis inſtituerit ventrem vxoris ſi filium maſculum pepererit,ſi ea mortua filius ventre exciſo detractus ſit,habet locũ inſtitutio,cùm peperiſſe dicatur, quæ in puerperio deceſsit,per dictam l.Arethuſa,& l.ſeq.ff.de ſtatu hominum, & quia par eſt teſtatoris affectio:& aliis rationibus,quas veluti nihil ad hunc locũ pertinentes omitto. Reſpondetque ad edictum §.falſum eſt,quod is procedit in extraneo,non in filio,puta ſi quis reliquerit mulieri cuipiam extraneæ ſi maſculum pepererit.ſecus ſi pater loquatur de filio:cùm ſit par affectus,quocunque modo is edatur.Et dicit ipſe Bal.idẽ ſe antè cõſuluiſſe in illo ipſo caſu,ſicut re vera fecit in dicto cõſi.128.in fi.eo.lib.1.Et alterutrius conſi.meminit,niſi de vtroq; intelligeret idem Bal.in d.l.vlti.col.pen.C.de ſuis & legit.vbi & hoc dicit,quicquid ſit quò ad vocis ſignificationẽ,tamen quò ad rei ſeu realitatis,vt ipſe dicit,effectum cõprehenditur ita extractus ex vtero matris mortuæ.Meminerunt item huius conſi.Saly.Corn.& Alex.qui tamen illud non deſignant,in l.vlt.C. de poſthu.hæred.inſti.vbi & hanc rationem adiiciunt,quam ſatis ſentit Bal.in dicto conſi.128.& quæ huc bene facit,quòd pater per ea verba,ſi maſculum pepererit,nõ videtur præſcripſiſſe modum,quo filius in lucem prodiret,ſed quomodocũque natus ſit, illi conſuluiſſe. vnde habito effectu non curamus de modo.l.mater.C.de inſti.& ſubſt.& quia mẽtem magis ſpectamus, quàm verba l.cùm virum.C.de fideicommiſſ.Et ad d.§.falſum eſt,alio quoque modo reſpondet, vt videlicet procedat,vbi mens diſponentis non repugnat.aliàs ſecus.Sed & hoc ſimpliciter ſequitur Alex.in l.commodiſsimè,ad fi.ff.de libe.& poſth.& in d.l.quod dicitur,vbi & Iaſ. refert & dubitat,aſſerit tamen durum eſſe in practica ab hac opi.recedere,cùm non habeat contradicentem.Et pro ea etiam adducit,& huiuſmodi rationem,quia ſi teſtator fuiſſet interrogatus de iſto caſu,aut de eo cogitaſſet,idem veriſimiliter ſtatuiſſet.ergo habetur pro diſpoſito.l. Titius.§. Lucius.ff. de lib.& poſth.& gl.in l.tale pactum.§.vlt.ff.de pact.cũ infinitis propè concord.à me collectis ſupra in prin.l.verſic.56,incip.inter tam multa.Sequitur item illud Bal.dictum Soci.in l.j.col.14. in viij. limitatione.ff.de vulg.& pup.ſubſti. { Fely.in d.c.ſicut ex literarũ,in fi.de homici.& D.Benedi.in repet.c.Raynutius,in verbo,ſi abſq; liberis,le ij.nu.31.de teſta. } Phil. Dec.in l. ſi quis prægnantẽ. ff.de reg.iur.& in additio,l.poſthumo,col.eiuſdem addit.ij.C.de bon.poſſ.contra tab.& Alcia.in d.§.falſum eſt.& iterum in lib.iij.de verb.ſig.in 4.axiomate.Et idem in ſubſtitutione facta vẽtri,ſi maſculum pepererit,vt videlicet ſubſtitutio habeat locum,ſi venter fuerit extractus,voluit Bal.d. conſi.128.ad fi.lib.1.& Lãcello.Politus in tract.ſubſtitutionum,in materia vulgaris,in vij.q.principali.Et facit deniq; tex.in l.negat.ff.de mort.infe.& in l.j.§.ſi qua prægnans.ff.ad Tertu.in quibus locis partus appellatur,qui prægnanti mortuæ exciſus eſt.& in l.etiam.ff.de verbo.ſigni.vbi ita ſcribitur:Etiam mulier cum moreretur,creditur filium habere,quæ exciſo vtero edere poſsit.

*Habito effectu non curamus de modo. Et mens magis ſpectatur, quàm uerba.*

143 ¶Et id ſanè in caſu legis noſtræ nuncupatim reſpondit, aliud tamen agens,ideoque nihil ad hoc allegans,Steph.Bertr.conſi.86.Chriſti,&c.viſis tribus,col.2.verſic.ſi verò teneremus,ibi, propter natiuitatem filiæ quam poſtea peperit:ſeu quæ ab vtero illius cæſo extracta eſt,lib.1.Quid autem dici poſsit ad tex.in d.l.ſi ego.§.partus.ff.de public.in rem actio.allegato pro contraria parte,non

satis



*Cæſares ſuis parẽtibus, & aliis conſanguineis ſuccedunt ut naturaliter nati.*

ſatis video,vt euites antinomiam. d.l.quod dicitur. Nam in vno loco,hic exſecto ventre editus, natus eſſe dicitur,in altero non natus:niſi eadem dicas quæ de partu diximus.Conſtat autem & hos Cæſares haud dubiè parentibus aliiſque conſanguineis ſuccedere,ſicuti & cæteros naturaliter natos,vt clariſsimè patet ex legibus ſuprà in prin.allegatis:& fatentur omnes qui de ea re loquuntur.Quare autem hos appellem Cæſares,videbis latè in noſtro tractatu primigeniorum, q. xviij.vbi & alia multa de his videbis.

*Qui in utero eſt, habetur pro nato.*

144 ¶Sed & illud quæri poteſt,an continuò quàm vxor donantis,vel quæ ipſamet donauit,gerit infantem in vtero,ſit reuocata donatio, vt proinde ſint reſtituendi fructus ex eo tempore, ſaltem facta declaratione,ſecundũ ea quæ poſtea dicemus in verbo,reuertatur,nu.273.inci.ſed vt reuertamur.An verò ſit expectãda natiuitas?Videtur ſatis eſſe mulierẽ ferre vẽtrem:quia qui in vtero eſt, perinde eſt ac ſi in rebus humanis eſſet.l.qui in vtero,la premiere,atque etiam la ſecunde.ff. de ſtatu.hom.& ibi concord.in gl.cui adde & tex.in l.intelligendus.ff.de verbo. ſigni.vbi intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe,qui in vtero relictus eſt.& in l.illud.§.vlt.& ibi glo.& Bar.ff.de bon.poſſ.cõtra tab.vbi infans qui in vtero eſt,aperit edictum ſcripto hæredi ad cõtratabulandũ, quod etiam voluit ipſe Bar.in l.venter,col.j.ff.de acqui.hære.& Bal.qui hoc dicit no.dignum, in l.ſi pater,in ix.oppo.C.de inſtitu.& ſubſtit. { Iaſon in l.emancipata,in ij.lectu.col.3.C.qui admit. vbi & idem dicit valde notab.Iſque interim obſtat ſequentibus.l.inter.§.quandiu.ff.vnde legit.& in l.j.§.ſi quis proximior.ff.vnde cogna.& l.cùm quidam.§.j.ff.de acquir.hære. Et facit partem iis qui pari gradu ſunt.l.inteſtato.§.vtique.ff.de ſuis & leg.hære. } Nam & is hæres inſtitui poteſt.l. placet.ff.de lib.& poſt.& l.vlt.C.de inſti.& ſubſti.cum ſimilibus.Eique legari poteſt.l.ſi qui quartam.§.ſi quis.& l.qui filiabus,in prin.& §.ſi quis ita.ff.de leg.j. { & l.j.§.ad eos,verſic.ſed & ſi ſeruo.ff.ad leg.Falci. } cum ſimil.Et donari quoque,vt per Guid.Pap.conſi.lx.ad dubia elicita,in iij. dubio.& conſi.clxxvj.pro definitione,in iiij.dubio.Et ei ſtipulari,vt latè etiam diximus in noſtro tractatu primogenituræ,q.vj.nu.31.at ille.Et ventri quoque cõpetit in integrum reſtitutio.l.etiam ei.ff.de minor.quem ad hoc expendit,& negat eſſe alibi Bal.in rubr.extr.de in integr.reſtit.paulò ante fi. { & Fran.Aret.in l.Pantonius,col.6.verſi.vnde omnibus.ff.de acqui.hære. Iſque mittitur in poſſeſsionem,l.cõmuni.§.ſed & ſi.ff.cõmuni diui.& per totum tit.ff.de vent.in poſſeſ.mitten. Et cum eo fit collatio.l.vlt.ff.de colla.bon.Teneturque mater prægnans petere curatorem vẽtri: & ſi non fecerit,æquè punitur ac ſi non petiiſſet tutorem filio iam nato.l.ij.§.ſi mater,& §.quòd ſi cùm prægnans.ff.ad ſenatuſcon.Tertul.& voluit Bart.conſi.xxij.homo Accurſuli,col.vlt.verſic. reſtat modò,& conſi.xxx.in nomine domini amen.Vanutius,verſi.his ergo duobus,& Bal.cõſi. 288.quidam deceſsit,lib.2.& iterum conſi.432.iſte caſus,rariſsimè,eo.lib.ij.rurſumque conſi. 297. viſis,col.2.verſi.venio ad tertium,lib.iij.Iſque legitimatur per matrimonium.l.nuper.C.de natu. libe.Bal.in l.vlti.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur. }

*Facit etiã partem iis qui pari gradu ſunt.*

*Mater prægnans tenetur petere curatorem uentri. Iſq; legitimatur per matrimonium.*

*Venter ante natiuitatẽ non rumpit teſtamentum.*

145 ¶Ego verò arbitror non priùs reuocari donationem,quàm is infans in lucem ſit editus. Nam & aliàs venter ante natiuitatem non rumpit teſtamentum,vt ſatis conſtat ex l.j.ij.& iij.C.de poſth. hære.inſti.& l.poſthumo,cùm dicitur poſthumo nato,vbi id not.Iaſon & Phil.Dec.vterque col. 2.in prĩo.C.de bon.poſſ.cont.tab.& eſt tex.omnium clariſsimus in l.iij.in prin.verſi.ex his apparet.ff.de iniuſt.teſta.cùm dicitur hoc intereſſe inter filios iam natos & poſthumos,quòd illi iniuſtum teſtamẽtum dicunt,hi rumpunt: illi ſemper,hi ſi naſcantur, nec inueniant ſe exhæredatos. & hoc quoque voluit Bal.in d.l.ſi pater,vbi ſuprà,& in auth.ex cauſa,col.2.verſi.quartò præmitte.C.de lib.præte. { & in l.ſi quis.§.ſi ſuo,col.2.in ij.locis,circa medium.ff.de vulg.& pup.& cõſi. cxcv.laudare,col.2.verſi.ſed quicquid ſit,lib.ij. } & Pet.Iac.in tit.de condi.ex l.omnimodo,char. iiij.col.j.verſi.ſi vero per lineã.Pau.Caſt.in l.cùm poſthumus.ff.de libe.& poſth. { Fran.Aret.in l. vẽter,col.3.verſi.nec eſt inconueniẽs.ff.de acq.hære. } & Iaſ.in l.iij.§.purè.in fi.ff.de lib.& poſth. & in l.quod dicitur,in prin.eo.tit.& Steph.Bertr.conſil.367.viſo conſultationis themate,nu.5.& 12.libr.1. Ex quo conſequens fit,nec hos reuocare donationem,cùm teſtamentum facilius reuocetur ac rumpatur quàm donatio,ſecundum Bar.qui hoc vtitur argumento in caſu l.noſtræ, in authen.ex cauſa, col.3.& ibi etiam Ange.& Pau.Caſt.C.de libe.præte.cum multis concord. à me congeſtis,ſuprà in verbo,libertis,verſi.66. hæc ſunt quæ pro poſteriori.

*Nec reuocat donationem.*

*Nec admittitur ad partem hæreditatis. Nec hæres eſſe poteſt. Nec eſt in poteſtate patris.*

146 ¶Ad hæc vterus ad partẽ hæreditatis non admittitur,donec in lucem prodierit.l.antiqui.ff.ſi pars hære.peta.& apertiùs in l.vtrùm,in prin.ff.de reb.dub. { & in l.ſi duobus.§.vlt.ff.de leg.j. } vt qui hæres nondũ ſit.l.ſi hæres.ff.fam.herci.quã ad hoc expendũt Cy.& Bal.in l.ſi nemo,la ij.§.vlt.ff. de teſta.tute. { & facit tex.in d.l.inter.§.quãdiu.C.vnde legit. } Nec hæres eſſe poſsit,donec naſcatur,vt dicit Bal.in l.cũ quidã,col.j.poſt prin.C.de inſti.& ſubſti.& in d.auth. ex cauſa,vbi ſuprà.C.de libe.præte.vbi etiã dicit quòd dominus eſſe nõ poteſt.Nec poteſt dici eſſe in poteſtate patris.l.vlt.ff.de colla.& l.vlt.ff.de aſsigna.libe. { & in §.cùm autẽ,qui eſt vlti.Inſti.de tute.vbi ita ſcribitur,ſi modò in ea cauſa ſint,vt ſi viuis parentibus naſcerentur,ſui hæredes,& in eorũ poteſtate fierẽt.Bal.qui id dicit no.in l.ſi filius.§.j.in fi.ff.de lib.& poſth. } Vnde etiã needũ ſuus eſt, { vt ſatis probat tex.in d.§.cũ autẽ.& } l.j.§.toties,ibi,inter ſuos hæredes futurũ erit.& iterũ §.ſed & ſi incertũ,ibi,ſuus futurus ſit.ff.de vẽtre in poſſ.mit. { & in l.Gallus.§.nũc de lege,ibi,qui cũ naſcerentur,ſui hæredes futuri eſſent,& rurſum ibi,ſuus futurus tũc cùm naſceretur,& iterũ §.vlt.ibi, qui cùm naſcẽtur,ſui erũt.ff.de lib.& poſth.& in l.cùm quidã.§.j.ibi,prægnãs quæ eũ paritura eſt,

*Nec ſuus eſt.*

qui ſuus hæres futurus eſt.ff.de acq.hær. } & in l.poſthumo.ibi,qui ſui futuri eſſent,ſi viuo patre nati eſſent.& ibi Iaſon,& Phil.Dec.C.de colla.& in d.l.iij.C.de poſthu.hære.inſti.cũ dicitur,qui ſi ad lucem fuerit redactus,ſuus hæres poteſt exiſtere.& in d.§.cũ autẽ,Inſti.de tute.& voluit etiã Bal.in d.l.ſi pater,vbi ſuprà.& in l.cùm poſthumus.ff.de lib.& poſth.& Iaſon & Phil.in d.l.poſthumo,vterq; in j.not.C. de bon.poſſ.cõtra tab. { In quo apertè errat Alex.qui contrariũ tenuit, ſcilicet vterũ ſuum eſſe,in l.ſi filius,in prin.col.6.verſi.fallit in poſthumo.ff.de vulg.& pup. } Et ſecundum hæc intelligi debet tex.qui poſſet videri contrarius,in §.poſthumi, Inſti.de hære. quæ ab inteſt.defer. { Nec huic debetur legitima.Bal.in d.l.ſi pater,& conſi.xxxix.teſtator,col.2.lib.1. per tex.in l.vlt.de aſsigna.libe.Et quæ ſcribuntur à Fran.Aret.in l.is poteſt,col. 5.verſi.nec obſtat ſecundum eum.ff.de acq.hær.Et facit tex.in l.ſi ventri,in prin.ff.de priuil.credit.vbi priuilegium datũ pupillis & cæteris huiuſmodi vt prætereantur cæteris creditoribus in bonis tutoris vel curatoris,non habet locum,cùm vẽtri datus eſt curator,niſi is in lucem edatur.vide omnino Iaſon. in l.cùm filiusfamiliàs.§.in hac ſtipulatione,col.2.verſi.ſed aduerte.ff.de verb.oblig.}

*Nec huic debetur legitima.*

147 ¶ Quin etiam is infans nondum pupillus dici poteſt , dum in vtero eſt.l. non eſt pupillus.ff. de verb.ſign.Ideoque non ei fit mora:vt per eum tex.dicit Bal.in l.ſi voluntate,in fi.C.de fideicom. liber.nec illi tutor datur,d.l.j.§.ſi auus quaſi.ff.de eo qui pro tutor.& d.l.ſi nemo, la ij.§.vlti.ff.de teſtam.tutel.vbi ex hoc dicit Bal.poſt Cyn.quòd is cui id munus eſt traditum,non poteſt facere pacem cum interfectoribus patris huius poſthumi,cum nondum ſit tutor,& ſequitur Iaſon in l. pactum curatoris,ante fi.C.de pact.Sed nec is quidem vterus homo eſt , ſed tantùm homo fieri ſperatur.l. cùm inter.C.de fideicom.libe.vbi & id no.Bal.infertque ex eo non comprehendi vterum in repræſaliis ( quas vocant ) conceſsis aduerſus hominem alicuius nationis,gentis aut ciuitatis,id eſt ( vt id tranſeunter dicam) in eo iure prehenſionis,quod veteres clarigationem vocabant,ſi credimus Alciato id aſſerenti,tum in epiſtola liminari.C.ad lectores,tũ in l. prouinciales. ff.de verb.ſigni.poſt Hermolaum quidem Barbarum. Quanquam aliud mihi fuiſſe videtur clarigatio , ex Tito Liuio,libro octauo,ab vrbe condi.quo loco de pœna Veliternorum qui toties rebellaſſent,diſſerit.& Plinio libr.xxij.ca.ij.in fi.vbi ipſe Hermolaus id etiam aſſerit quod diximus: quem videas,& præterea { Seruium interpretantem illud Virgil.lib.ix.Aeneid. *Principium pugnæ.* Illudque x.eiuſdem operis poſt prin.

*Vterus nõ eſt pupillus.*
*Ei mora non fit.*
*Nec ei datur tutor.*
*Nec is homo eſt.*
*Clarigatio.*

*Tum res rapuiſſe licebit.*

Alexandrum ab Alexandro,lib.Genialium dierum v.cap.iij. & Petrum Crinitum lib.de honeſta diſciplina,vij.c.iiij. { Et beatum Rhena.in anno.in Tertu.& Valentinianos,& Beroaldum in Veſpaſianum Suetonij,c.7. } & Budæum vnicum noſtræ gentis atque ætatis miraculum , in annotationibus poſterioribus Pandectarũ,in l.aut facta.§.euentus.ff.de pœnis,quo loco etiam id genus prehẽſionis dici apud Græcos Androlepſiã, vel etiam Androlepſum neutro genere tradit authoritate Demoſthenis aduerſus Ariſtocratẽ,& Pollucis:nec ei interim diſplicet, vt latinè pigneratio vocetur,vt vocauit Gregorius Decimus in c.j.de iniuriis,libr.6.vbi ita ſcribitur in principio,& ſi pignerationes quas vulgaris elocutio repræſalias nominat,& cætera quæ ſequuntur. {Et ita quoque vocat ſtatutum Sabaudiæ, cuius ſimile eſt initium in libro ſecũdo ſtatutorum eius gentis, } quam vulgarem locutionem noſtri iuris interpretes ſequi malunt, vſq; adeo barbaries ad ſtomachum ruſticitatis facit,vt dicit Budæus vbi ſupra.Quanquam in d.c.j. vbique legitur pignorationes,ſed nihil omnino refert inter vtrunque, quoniam dicimus Latinè pignero & pignoro , licèt antiquiores frequentiùs pignero dicebãt.Sed & huiuſmodi oppignerationum in ea ſignificatione fit mentio in iure ciuili,ſcilicet in authen. vt non fiant pigno.tam in rubro,quàm in nigro.& in §.quoniam verò contingit,in auth.vt nulli iudic. Quibus in locis Græcæ illæ Iuſtiniani conſtitutiones id genus præhenſionis ἐνεχυρασμὸν vocant.

*Androlepſia.*
*Pigneratio.*
*Pignero.*
*Pignoro.*
*ἐνεχυρασμόν.*

148 ¶Sed vt reuertamur,id quod diximus,vterum nondum eſſe hominem , voluit etiam { Alber.in prima parte ſtatutorum,q.cxxxiij.in multis locis,col.2.verſ.& hoc iudicant,& Signo.conſi.j.ſtatuto ciuitatis , col.2.nu.9.& iterum col.ſeq.nu.12.vbi etiam probat authoritate ſacrarũ literarum, cùm in illis dicitur , conceptus eſt de Spiritu ſacto , natus ex Maria virgine,& homo factus eſt, quaſi ſcilicet nõdum homo fuerit antequã natus eſſet. Et idem quoque voluit } Bal.in d.l.ſi pater,vbi ſuprà. } & in l.quod dicitur.ff.de lib.& poſth.vnde,ait, non comprehenditur ſub ſtatuto loquente de occidente hominem. } & in l.ij.in princ.C.de poſthu.hære.inſtit.Nam licèt,inquit, habeat animam rationalem infuſam , tamen ſola anima non facit hominem ſine corporis perfectione & organizatione, { & idem Bal.conſi.cccxc.tam profundè,ante fi.lib.ij.& Ioan.Ana.in d. c. } ſicut ex literarum,col.2.extra de homici.vbi & illud dicit de repræſaliis. { & Barba.in repeti. l.cùm acutiſsimi,col.53.verſi.quid ſi teſtator dixit,ſi filius meus deceſſerit ſine homine,& iterum verſi.& inquantum ſuperiùs.C.de fideic.& in repe.c.Raynaldus,col.49.verſi.ſecundò limita,de teſtam.vbi dicit ad hoc eſſe valde ſing.tex.in d.l.cùm inter.Sed de hac re eſt tex.omniũ optimus & expreſsiſsimus in l.in lege Falcidia placuit.ff.ad leg.Falc.cuius hæc verba ſunt,quia partus nõdum editus,homo nõ rectè fuiſſe dicitur.Vt tamen nõ omittam Phil.Dec.qui & id quoque voluit conſi.ccccccxxxv.requiſitus,col.j.nu.2.Quibus præter loca ſuprà adducta ſuccinit illud Domini noſtri Ieſu Chriſti apud Ioan.c.vj.Mulier cùm parit,triſtitiã habet:cùm autem peperit,non meminit preſſuræ propter gaudiũ:quia natus eſt homo in mundo,quem locum ad hoc quoque expendit

*De eadem re.*
*Vterus non cõprehẽditur ſub ſtatuto de occidente hominem.*
*Partus nondum editus, homo non eſt.*



expendit Alber.in iij.parte ſtatutorum,q.lix.ſi ſtatuto caueatur,col.2. }

149 ¶Quid? quòd vterus non ſolùm non homo eſt,ſed nec animal quoque, vt dicit gl.in d.l.qui in vtero,la j.ff.de ſtat.hom.per tex.in l.j.§.ſi quis proximior.ff. vnde cog.quem tamen pro contraria ſententia allegat Pet.Iac.tit.de cõdi.ex lege omnimodo, col.4. { Quanquam ſcio Galenũ ſcripſiſſe librum hoc titulo,vtrùm conceptus in vtero ſit animal: in quo idipſum eſſe probat tum authoritate Hippocratis,tũ duobus legum capitibus: primo , quo ei qui abortus cauſa fuerit, pœna infligitur,altero quo adire hæreditatẽ nondũ natis permittitur.Deorum enim inuentũ & donum leges eſſe.nam omnia certis legibus inter deos omnium ille pater diſpoſuit.Et alicubi in eo lib.dicit id iam potẽtia eſſe animal,at tum animal actu fore,cùm in lucem proditum erit.} Verùm ſententiæ gl.ſimpliciter ſubſcribunt Empedocles,Diogenes,Herophilus,& Stoici omnes apud Plutarchum libr.5.de placitis philoſophorum.Sed nec infans in vtero aliud quippiã reputatur,id eſt, vt breuiter dicam , nihil eſt,aut certè pro nihilo habetur niſi naſcatur,inſtar cogitationis animi, quæ & ipſa nulla eſt,id eſt nullius apud homines momenti,niſi ea in lucem proferatur. Ita enim dicit hanc ſimilitudinẽ faciens Bal.per d.l.iij.tum in tractatu ſchiſmatis,col.x. verſi.ampliùs ſciendum. tum in l.j.col.9.verſic.circa ſecundum.C.qui admit.& poſt eum Iaſon in l.quod quis.ff. de condi.indeb.& in l.j.col.2.verſi.gloſ.magna.ff.de condictio.cauſa data,& in l.ſi ita legatum.§.illi ſi volet.ff.de legat.j.de quo & diximus ſuprà in verbo, libertis , verſicu.22.vnum tantùm dixerim. Nam nec hi infantes qui in vtero ſunt,cenſentur eſſe in rerum natura,ſiue in rebus humanis,vt probatur in l.quod in rerum.ff.de lega.j.& in l.vbicunque,in princip.ff.de ventr.in poſſeſſ.mit.& in l.interdum.ff.de verbor.obligatio.& in l.ſed & ſi plures.§.j.ff.de vulga.& pupil.ſubſtitu. & in l. ſi pater.ff.de ſolut. { & in l.ſciendum,ibi,vel in rebus humanis,vel ſaltem concepti fuerant,ff.de ſuis & legiti.& in l.Titius,in fin.eo.tit. } Niſi tamen impropriè:vt probat tex.in l.vel viuo,{ cùm dicitur , quodammodo in rerum natura eſſe exiſtimatur:eod.titu.} & in d.l.qui in vtero,& j.& ij. ff.de ſtat.homi.

*Vterus nõ eſt animal.*
*Et nihil eſt niſi naſcatur.*
*Nec cenſetur eſſe in rerum natura.*
*Niſi impropriè.*

150 ¶Ex quibus fit, vt qui vterum vel animatum exanimarit,non punitur ex ſtatuto puniente homicidam ſiue hominis occiſorem,de quo latè per Albe.poſt antiquiores in d.l.qui in vtero, la j. & in iij.parte ſtatutorum,q.lix.ſi ſtatuto caueatur. {Signo.etiam latè dicto conſi.j. } Iac.But.Ang. & Saly.in l.ſi quis necandi,quæ eſt pen.C.ad leg.Corn.de ſicar.Bal.Pau.Caſtr.& Alex.in l.quod dicitur.ff.de libe.& poſthu.Panor.Ioã.Ana.& Fely.in d.c.ſicut ex literarum,extra de homi.Idem Ana.in c.ſi aliquis,col.j.verſic.& ideo facit eo.titu. { Ang.Aret.in tractatu maleficiorum,in verbo,& ex interuallo, &c. nu.10.quid ſi quis faciat. } Alciat.in d.l.non eſt intelligendus.& iterum in d.l.non eſt pupillus.

*Qui uterum exanimat, nõ punitur ex ſtatuto puniente homicidam.*

151 ¶Hinc quoque fit,vt ſi ex ſtatuto imponatur vectigal pro quolibet animali, nihil ſit ex eo quod in vtero eſt,ſoluendum,vt per Bal.in l.vlti.paulò ante fi.C.de libe.cau.Ange.Alex.& recentiores in d.l.in lege Falcidia placuit.ff.ad leg.Falcid. { Albe.in prima parte ſtatutorum,q.cxxxiij.in multis locis , } & latiſsimè Firmia.in tract.de gabel.in v.q.viij. partis principalis.Ioan.Plate.in §.cùm autem,quem legit cum §.permiſſum eſt,col.j.Inſtit.de tutel. { & Barb.in d.l.cùm acutiſsimi, vbi ſuprà, } & ipſum Alciat.in d.l.non eſt pupillus.

*Vterus nihil ſoluit ex ſtatuto imponente uectigal pro quolibet animali.*

152 ¶Nec ſi decretum ſit certum præmium pro quolibet lupo qui capietur,debetur id præmium pro fœtibus qui exiſtunt in vtero lupæ,ex ſententia { Guil.Cug.Alber. } Bald.& aliorum in d.l.qui in vtero.ff.de ſtat.homi.Bal.in l.vlt.C.de libe.cauſ. { Alber.in d.q.cxxxiij.j.partis ſtatutorum. Signo. d.conſi.j.col.3. verſic.ſextò probat } Imo.& Alex.in d.l.in lege Falcidia placuit,Ioan.Ana.in d.c. ſicut,col.2.& ibi quoque Feli.de homi.& Ange.Aret.in d.§.cùm autem.Inſtit.de tutel.& Alcia.in l.quod dicitur.ff.de verb.ſignifi.

*Nec debetur præmium pro fœtibus qui ſunt in vtero.*

153 ¶Denique nec baptizari debet nec poteſt qui in vtero eſt,vt nõ obſcurè ſentit concilium Neocæſarienſe c.vj.& caput liiij.capitulorum Græcarum ſynodorum à Martino Braccarẽſi epiſcopo collectorum,& apertè ſcribitur in c. qui in maternis, & ibi Archi.de conſecr.diſt.iiij.& voluit gl. in c.ſi ad matris,eadem diſ.Laud.Archi.& Domi.in ca.baptizari.v.diſt. { & Card.Flor.in clem.j. §.ad hæc,poſt prin.de hære.} & è theologis magiſter ille ſentẽtiarum Petrus Lombardus lib. iiij. diſt.vj.& ibi diuus Bonauentura,arg.j.q.j.primæ partis.& Richar.arg.ij.q.j. & cæteri ipſius magiſtri interpretes,& Alexander Ales ille Theologorum ſcholaſticorum princeps in iiij.parte ſummæ,q.xvij.membro ij.& Ang.Claua.in verbo,baptiſmus,in prin.& omnes propè, quos ſtatim in ij.abhinc verſi.citabimus.Nam renaſci,inquiunt,ex D.Auguſtino,quiſpiam nõ poteſt,antequam natus ſit.Nec priùs quod ſpirituale eſt,ſed quod animale,& deinde quod ſpirituale eſt,vt ſcribit diuus Paulus prioris ad Corin.15.Nec denique conferuntur ſacramenta à miniſtris eccleſiæ militantis,niſi iis qui ſuper terram ſunt,vtpote tum primùm ipſi eccleſiæ cognitis, & in foro ipſius conſtitutis.Nam ſcriptum eſt:Quodcunque ligaueritis ſuper terram , &c.& quodcunque ſolueritis ſuper terram,&c.Matthæ.xvj.& iterũ xviij.ca.& repetitur in c.ſolitæ,ad fi.extra de maior.& obed.Hi autem infantes qui in vtero ſunt,nondũ cẽſentur eſſe ſuper terram,vt dicit Henr.Bon. in c.maiores,extra de baptiſ.per d.l.quod in rerum.ff.de leg.j.& in d.l.interdum.ff.de verb.obli.

*Vterus non poteſt baptizari.*
*Vterus nondum eſt ſuper terram.*

154 ¶Cui adde tex.optimum in d.l.iij.C.de poſth.hære.inſtit.probantem eos tum primùm cadere in terram,qui naſcuntur.Hæc enim ſunt verba illius,licèt illico poſtquã in terram cecidit, deceſſerit. Ibi enim in terram cadere,pro naſci ponitur,ſicuti { & Sapientiæ vij.ego natus accepi cõmunem

*Cadere in terra dicitur qui naſcuntur.*

aerem & in ſimiliter factam decidi terram.} & apud Papinium libr.1. Syluarum, in epithalamio Stellæ & Violentillæ:

*Cadere in terram pro naſci.*

*Tellure cadentem*
*Excepi, fouíque ſinu.*

Iterumq́ue lib.5. eiuſdem operis, in Epicedio in filium:

*Tellure cadentem*
*Excepi, & vinctum genitali carmine foui.*

Et Lucanum lib.9.

*Fiducia tanta eſt*
*Sanguinis, in terram paruus cùm decidit infans.*

{ Et huc quoque alludere videtur Claudianus lib.1.in Ruffinum:

*Quem prima meo de matre cadentem*
*Suſcepi gremio.*

*Veterum mos in natiuitate infantium.*

Quod tractum poteſt videri ex more veterum, qui vbi infans natus eſſet, nudum confeſtim in terra ſternebant, Opemq́ue deam, quæ & ipſa terra eſt, authore { Varrone lib.1. de lingua latina. Feſto Pompeio } & Macrobio lib.1.Saturna.ca.x. {& Seruio in x.Aeneidos,} huic officio priuatim deſtinatã inuocabant, vt naſcenti eſſet auxilio. Cuius rei meminit diuus Aug.lib.iiij. de ciui. Dei.ca.xj.cùm dicit, Ipſe opem ferat naſcẽtibus, excipiens eos ſinu terræ, & vocetur Ops. Et paulo poſt, Ipſe leuet de terra, & vocetur dea Leuana. Et Varro in lib.ij.de vita populi Romani cuius hæc verba ſunt apud Noniũ Marcellũ, Natus ſi erat vitalis, ac ſublatus ab obſtetrice, ſtatuebatur in terra, vt auſpicaretur rectus eſſe: ac diis coniugalibus Pilumno ac Picũno in ædibus lectus ſternebatur.

*Pilumnus ac Picumnus dii coniugales,*

Cuius etiam meminit Politia. Miſcellaneorum c.lxxxix. vbi tamen Martianus corruptè loco Marcelli citatur. Ad hũc quoque morem reſpicit Seneca, ſi is eſt, in libello de moribus. Omneis infantes terra nudos excipit. & Plinius { lib.ij.c.lxv. Terra nos, naſcentes excipit. Et iterum} ſtatim ab initio libr.vij. hominem tantum nudum, & in nuda humo natali die abiicit ad vagitus &c. Et ipſe Papinius lib.ij.Syluarum, in Genethliaco Lucani,

*Natum protinus, atque humum per ipſam*
*Primo murmure dulcè vagientem*
*Blando Calliope ſinu recepit.*

Et Suetonius in Auguſto cap.v.ſe eſſe poſſeſſorem ac velut æditũum ſoli quod primum D. Auguſtus naſcens attigiſſet. Et in Nerone c.vj. Natus eſt exoriente ſole penè vt radiis prius quã terra contingeretur. { Et Tertullianus lib.aduerſus Marcionem iiij. Non decem menſium cruciatu deliberatus, non ſubita dolorum concuſsione cum tanti temporis cœno per corporis cloacam effuſus ad terram, nec ſtatim, lucem lachrymis auſpicatus.}

*Maia dea terræ.*
*Ope quæ & terra.*
*Fatua cur ita dicta.*
*Obſtetrices unde dicãtur.*
*Cadere pro naſci græcis ſimiliter.*

Et Macro. qui eo.lib.Saturnaliorum cap.xij. tradit ex Cornelij Labeonis ſententia, Maiam deam terram eſſe, & Mercuriũ illi adiungi in ſacris, quia vox naſcenti homini terræ cõtactu datur, eandemq́ue etiam Opem vacari, quòd ipſius auxilio vita conſtet: & Fatuam à fando, quòd infantes partu æditi non priùs vocem ædunt, quàm attigerint terram. & è noſtris Alciatus antiquitatis diligentiſsimus indagator, ſimul & ſolertiſsimus inuẽtor, in l.hominis.ff.de verb.ſign. vbi tamen non videtur intellexiſſe quæ de Ope eademq; terra dicta ſunt. {Ambroſius autem in epiſtola, ad Syagrium, quæ eſt omnium lxiiij. tradit obſtetrices ita dictas, quòd obſiſtãt, ne fœtus laxatis vteri genitalibus in terram defluat. Nec interim prætermittemus Homerum lib.Iliad.xix. verbo græco cadendi pro naſcendi vſum fuiſſe, quod pauci animaduertunt, ita enim ſcribit,

ἦ μὲν τὸν πάντεσσι περικτιόνεσσιν ἀνάξειν,
ὅς κεν ἐπ' ἤματι τῷδε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικός.

Id eſt, ad verbum,

*Certè quidem hunc omnibus circumuicinis dominatum iri,*
*Qui in die hoc cadet in pedibus mulieris.*

Loquitur autem ibi de Euriſteo & Hercule.}

*Fauor parentum donãtiũ, non etiam filiorum poſtea ſuſceptorum cõſideratur in hac l.*

155 ¶ Et quod diximus vterum non cõſiderari, procedit hauddubiè in caſu l. noſtræ, quæ lata eſt ad fauorem parentum donantiũ, non etiam filiorum poſtea ſuſceptorum, niſi forte in quandã conſequentiam, vt patet ex iis quæ latè diximus in præfatio.num.92.incip.ſed hîc parum attende. & dicemus etiam poſtea in verbo, in eiuſdem donatoris arbitrio.nu.1.2.& 3. Conſtat autẽ eũ qui eſt in vtero, tum demũ pro nato cenſeri, cùm de ipſius iure aut fauore quæritur. Aliis autẽ non prodeſſe antequã naſcatur. d.l.quod diximus.ff.de verb.ſigni. { & d.l.qui in vtero.ff.de ſtatu homi. } cum ſimi. Ac ne ipſi quidem parenti, vt eſt tex.expreſſus in l.ij.§.remittit, verſi.qui autem in ventre eſt, & ibi no.Bal.ff.de excu.tut. { & in l.libertinus.§.poſthumus.ff.de ope.liber.& in l.is cui.ff. quando dies lega.ced.& Fran.Aret.in l.qui filiabus, in princ.col.2.ff.de leg.j. vbi dicit primũ tex. quem ſolum allegat ad hoc eſſe no. } quãuis certum ſit non poſſe prodeſſe patri, quin ſibi etiam in conſequentiam proſit, ex iis quæ latiſsimè diximus ſuprà in illa præfatione.

*Vtrùm infans natus, nõ quidẽ totus reuocet donationẽ ex hac lege.*

156 ¶ Verùm maius dubium eſt, ſi infans natus eſt non quidem totus, ſed fortè caput, & in his locorum muliebriũ anguſtiis extinguitur. Nam & hic videtur rumpere teſtamentum, per text.in d.l. quod dicitur.ff.de libe.& poſthu, qui poſtquam dixit eum qui exſecto ventre editus eſt, rumpere teſtamentũ, hæc verba ſubdit: Quid tamen ſi nõ integrum animal editum ſit, cũ ſpiritu tamen, an adhuc rumpat teſtamentũ? & hîc tamen rumpit. Quin ex noſtrorum ac Theologorũ ſententia poteſt is qui caput tantùm exerit extra vterum, baptizari, quaſi iam natus eſſe cẽſeatur, qui caput omnium



omnium ſenſuum atque virium animi habitaculum natus eſt. Ita enim voluerũt Hoſt.in ſumma titu.de baptiſ.§.quæ ſit eius forma, verſic.licèt autem totus, & ſeq. & iterum verſic.quid ſi mulier. Mathe.Pau.Liazar.& Barba.in clemen.j.verſi.ad hoc, de ſumma trini. Archi.Domi.& Card.Alex. in d.c.baptizari, diſt.v.Henri.Bo.in d.c.maiores, de baptiſ.Lucas Pen.in l.cùm autem, poſt prin.C. de agrico.& cenſi.lib.vj.Albe.& Aret.in l.iij.in prin. { & ibi Fran.Are. } col.antepen.ff.de acquir. hære.Alex.in iiij.parte ſummæ.q.xiij.membro iiij.art.j.& iterum q.xvij.membro iij.Diuus Thomas in iiij.ſen.diſt.vj.ar.j.q.j.Ricar.in eo.lib.diſt.iij.ar.iiij.q.iij.Scotus in eodem libr.diſt.iiij.mẽbro j.q.iij.Pet.Aur.& Pet. Reginaldetus ex Franciſcanis noſtri oppidi Fontenaij theologus præſtantiſſimus. quæſt.v.Aſteſ.in ſumma libr.iiij.titu.de baptizandis. Pelbartus Themeſmarus lib.1. Roſarij.q.j.in verbo, baptiſmus.§.xxxiij.& alij plerique eius notæ Theologi (necdum enim eos pudet pigetq́ue citare, præſertim cùm meliorum deeſt auctoritas) quos in id tibi congeſsi in noſtris cõmentariis conſuetudinum, tit.iij.§.ix.in gl.iiij. vbi affatum capitis dignitatem excellentiamq́ue declaramus, tam ex noſtris legibus, quàm aliis ſcriptoribus, ex quibus hîc multa poteris aſſumere.

157 ¶ Quinimo ſunt & qui tenent ſatis eſſe vnum aliud membrũ quod exierit extra vterum, baptizari: cùm anima ſit tota in toto, & tota in qualibet parte, ex Ariſtotele de anima & ſenſu. Et in his eſt { gl.in c.vulgaris, in verbo, totum, quæ eſt j.de pœnit.diſt.j.& in c.propriè, in verbo, triũ millium, quæ eſt pen.de conſecra.diſtin.iiij. } Bart.in d.l.iij.C.de poſthu.hæred.inſtitu.Ricar.Sco. & Claua. quibus locis nuper citauimus, & alij quos citat Henr.Bo.in d.capitu.maiores. { & præterea Ioan. Corſer.in deciſio. Tholo.poſt eum Anfre. in additio. quæſtio. clvj. item fuit quæſitum quidam P. }

*Etiam ſi unũ aliud mẽbrũ quàm caput, exierit extra uterum.*

158 ¶ Verùm ego in hac ſum ſententia, vt is qui non totus naſcitur, non reuocet donationẽ ex hac l. Neque enim & hic rumpit teſtamentum ſecundum doct.præſertim Barto.Corne.qui id reputat no.& Franc.Aret.in d.l.iij.C. de poſthu.hære.inſtit.Bar.& Ange.in d.l.quod dicitur.ff.de liber.& poſthu.Ange.Aret.in §.poſthumi, ad fin.Inſti.de exhære.liber.& Alcia.in l.qui mortui.ff.de verb. ſigni. vbi & hunc tanquàm non natum neque procreatum ex eo tex. cenſet. Et innituntur omnes d.l.iij. quæ ad hoc eſt optima, tum in illis verbis, ſi viuus perfectè natus eſt. Nã id demũ perfectũ eſſe dicitur, quod omnibus partibus eſt cõſummatum, nec ei omnino aliquid deeſt. l.j.ff.de orig.iur.& ibi concord.in gl.& quæ dicemus infrà in glo.proxima, nu.9. eodemq́ue vlti. Tu item in illis verbis, ſi viuus ad orbem totus proceſſerit. Nam qui totum dicit, nihil omnino excludit. l. Iulianus, in prin.ff.de leg.j. Ex hocq́ue dicit Cor.in d.l.iij. poſt magiſtrum ſuum, quòd is qui non totus exit viuus, non ſuccedit ab inteſtato: quia ius rumpendi teſtamentũ deſcendit ex iure ſuccedendi ab inteſtato. l.maximum vitium, cum ibi no.ff.de libe.præter.

*Autoris hac de re opinio.*

159 ¶ Quod autem de baptiſmo dictum eſt, nihil huc pertinet: quãdo lex Dei non his claudatur cancellis legis humanæ, nulliſq́ue includatur limitibus, nullis terminis cõprehendatur, vti etiam atteſtatur pontifex in cap.j.in princ.de reliq.& veneratio.ſanctorum, lib.vj. Suntq́ue tamen qui huius quod dictum eſt, contrarium opinantur, & in his Guil.Laud.& Cardi.Flor.in dicta cle.j.§.ad hæc, de ſumma trini.& fide cathol. Quin ſunt qui è diuerſo addubitant, poſsítne infans in vtero matris baptiſmo flaminis initiari, Nempe Gerſon Pariſienſis Theologus & Cancellarius in ſermone de natiuitate virginis Mariæ: cuius verba hîc ſubiecimus. Conſtat, inquit, Deum miſericordiam ſaluationis ſuæ non ita legibus cõmunibus traditionis Chriſtianæ, non ita ſacramentis ipſis alligaſſe, quin abſq; præiudicio legis eiuſdẽ poſsit pueros nondum natos extra vterũ, intus ſanctificare gratiæ ſuæ baptiſmo, vel virtute Spirituſſancti. Debẽt igitur mulieres prægnantes, ſimiliter & viri ſui, per ſe & alios diligentiùs preces fundere Deo, & ad ſanctos angelos cuſtodes hominum & puerorũ in vtero: debent & ad cæteros ſanctos ſanctáſque omnes cõfugere, quatenus infans nondum natus, ſi fortè moriturus eſt priuſquã ad baptiſmi fluminis gratiã peruenire valeat, dignetur ipſum dominus Ieſus ſummus pontifex baptiſmo Spirituſſancti præueniẽdo miſericorditer cõſecrare. Quis enim ſcit ſi fortè exaudiet Deus? imò quis nõ deuotiùs ſperare valeat, quòd orationẽ humilium & in ſe ſperantium nequaquã deſpiciat? Proficit hæc conſideratio ad excitationem deuotionis in parẽtibus, proficit ad leuandũ eorum anguſtiam, dum ſine baptiſmo moritur puer: quia nõ omnis inde ſpes ſalutis ablata eſt. Sed neq; abſq; reuelatione datur (fateor) certitudo. Hactenus Gerſon. Nec longè ab eo diſſentit Aſteſ. vbi ſuprà, in fi. Porrò ſecundũ hæc Laud.& Cardin. qui alterius ſunt, vt diximus, ſententiæ, conſulunt, vt quicquid apparet ex puero extra vterũ, imminente periculo mortis baptizetur, propter penetrabilem & occultã operationem ſpirituſſancti: de qua in c.multi, circa medium.j.q.j. Nam & de Hieremia ſcriptum eſt, Antequam de vulua exires, ſanctificaui te. Hiere.j.& de Ioanne, Et Spirituſſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Lucæ j. Qua in re ſubit illud diui Pauli, O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei, quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia ipſius, & inueſtigabiles viæ eius! quis enim cognouit ſenſum domini? aut quis cõſiliarius eius fuit? Quæ hoc in loco nolui prætermittere, tũ vt oſtendã, quod iam diximus, Dei O.M. leges nõ his noſtris alligari. Tũ vt obiter eos poſt Gerſonẽ conſoler, atq; ad orandũ excitẽ, quibus hi partus infelices atq; inauſpicati cõtingũt: ſed ita tamẽ, vt interim caueãt ne delabãtur in errorem Pelagij, qui cẽſebat infantes, etiam ſi nõ baptizentur, habere vitam æternam. Cuius ſententiam planè refellit Auguſtinus epiſtola xxviij.inci. Deum noſtrũ. & iterũ epiſt.cvj.domino, & c.tandẽ aliquãdo. & lib.de anima & eius origine, primo, c.ix.& ſeq.& in lib.

*Solutio contrarii.*
*Vtrùm infans poßit in utero matris baptizari.*
*Infantes nondum nati baptizandi.*
*Pelagii error.*

de natura & gratia.ca.viij.& ſeq.& lib.de Geneſi ad literam.x.c.xv.& ſeq.& Ambroſius in lib.de vocatione omnium gentium,primo c.vij.& iterum lib.ij.ca.viij.Nam quod de Ioan.& Hieremia ſuprà dictum eſt, & quod item de virgine Maria iampridem ſancta eccleſia Catholica aſſerit,id ex ſpeciali priuilegio fuit,non de lege communi.

160 ¶Nec item obſtat dictæ l.quod dicitur.Nam ea non intelligitur de animali quod partim natum eſt,partim non natum,ſed de eo quod nõ integrum eſt omnibus membris,vt quia fortè illi deeſt manus aut pes,aut aliud,quod tamen in monſtrũ non tendit.& ita totum quicquid eſt naſcitur,ſed non integrũ eſt.Ita enim eum tex.intelligunt Bal.Ang.Pau.Caſt.Alex.& Iaſon,vt etiam dicemus poſtea in ſeq.q.nu.209.incip.ſed vt redeamus.Et ſi aliter intelligeretur, pugnaret è diametro cum d.l.iij.C.de poſth.hære.inſtit.Et ex hoc quoque fit,quòd ſi infans viuus natus eſt,aut extractus inciſo aliquo membro,quod fortè impediebat partum naſci,rũpit teſtamentum, etiam ſi ſtatim moriatur,vt tradit Phil.Corn.in d.l.iij.Nam is,inquit,infans perfectus eſſe dicitur, ſicut homo perfectus eſt pede vel manu amputata,cùm ſit animal rationale, & habeat corpus & animam,ex quorum coniunctione homo componitur,vt dicit text.in c.in quadam,extr.de celebr. miſſ.Ideoque totus in orbem viuus prodiit,qui parte abſciſſa prodiit, cùm ea pars non iã ſit pars hominis,quia tota anima remanet in reliquo corpore,ſeparaturq; ab ea parte abſciſſa,ſecundum no.per Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur,in prin.in iij.oppoſit.ff.de verb.obl .& in l.ſi cui.ff. de ſeruit.Et ita reſidet Corn.cum quo conuenit Alcia.in d.l.qui mortui.ff.de verb.obli.Et idem dicas eadem ratione in caſu l.noſtræ,vt ſcilicet is infans qui naſcitur mutilatus aliquo membro, non tamen monſtruoſus,reuocet donationem.

*Extractus inciſo aliquo membro, rum pit teſtamentum.*
*Et perfectus dicitur.*

*Idem reuocat donationem.*

161 ¶Sed hoc rurſum in dubium vocatur,vtrùm filius qui integer totuſque naſcitur,ſed poſtea ante patrẽ moritur,reuocet donationẽ,necne:aut ſi reuocet,an ſaltem donatio vires recuperet ex morte ipſius.Et videtur ꝙ ſic,ex tex.in l.poſthumus præteritus,in princ.ff.de iniuſt.teſta:vbi ſi poſthumus præteritus viuo teſtatore deceſsit,licèt iuris ſcrupuloſitate, nimiaq; ſubtilitate teſtamentum ruptũ videatur,tamen poterit hæres ſcriptus bonorũ poſſeſsionem ſecundũ tabulas accipere,hæreditatemque obtinere.quem tex.dicunt ſing.Alex.& Iaſ.in l.poſthumo,ille in 4.no.hic in ij.C.de bon.poſſ.ſecun.tab.& idem Iaſo.in l.poſthuma.ff.de libe.& poſth.& in l.ſi quis eum.§.j. col.vlti.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.Quod & procedit non ſolùm in primo gradu,ſed & in ſecundo,& ita quoque in ſubſtituto,ſecundũ gl.no.in l.ſi à primo,& ibi Ang.& Imo qui illam reputãt ſing.ff.de lib.& poſth.Ex quo & hîc dici poteſt,quòd licèt natiuitate filij qui viuo patre mortuus eſt,donatio cẽſeatur,reuocata quadam iuris ſubtilitate,vires tamen morte illius reaſſumat, remq; ipſam donatarius obtineat,præſertim cùm plus viriũ & roboris habeat donatio, quàm teſtamentum.l.j.ff.de pact.& l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.j.cum ſimil. Ideoque etiã difficilius retractetur,ſecundum Bar.Ang.& Pau.Caſt.in authen.ex cauſa.C. de libe.præter.cum aliis ſuprà latè collectis in verbo,libertis,verſi.66.incip.hæc ſunt quæ pro poſteriori.aut ſi retractata fuerit,faciliùs reconualeſcat,quàm teſtamentum , cùm actus viuorũ magis ſuſpendi poſsit,quàm morientium.l.vlt.ff.com.prædio.cum ſimil. Et quia etiam cum deceſſerit is filius,perinde habendus,eſt, ac ſi nunquam natus fuiſſet.l.j.in j.reſpon.& §.vlt.& l.ij.& iij.ff.de aſsignan.liber.

*Vtrum filius qui moritur ante patrem, reuocet donationem, & ſi reuocet an reuiuiſcat ex morte ipſius.*

*Difficilius retractatur donatio, quàm teſtamentum.*

162 ¶Et in ſimili videmus quòd dos per diuortiũ reuocata,redintegrátur redintegrato matrimonio.l. poſt diuortium.ff.de iur.dot.Et tutela vires reſumit ceſſante cauſa depoſitionis.l.non ſolũ.§.vlti. ff.de excu.tut.& l.ſi quis ſub conditione.§.ſi tutor.ff.de teſta.tutel.& cùm mulier perdat proprietatem rerũ ei à marito relictarũ,ſi nupſerit viuente filio ex illo marito,tamẽ ſi is filius poſtea moritur ſine filiis,eandẽ recuperat,vt no.in §.quoniã infirmas,in authen.de nupt.& in §.j.in authen. de non elig.& voluit etiam Bal.conſi.cliij.quidam teſtator,col.j.lib.v. {& Ang.conſi.lxxxiij.ſubtiliter & eleganter,col.vlt.} Cui & ſimile eſt quod ſcribitur in l.fœminæ.§.illud.C.de ſecun.nup. quòd mulier quæ iterũ nupſit,& ſucceſsit vni ex filiis prioris matrimonij,tenetur cæteris liberis ex eodem matrimonio relinquere.At ſi ipſi moriantur,id pleno iure obtinebit,poteritque de eo vt libitũ fuerit,diſponere.& ad hoc eũ tex.annotat Bal.ibi,qui & idem voluit in authen.ex teſtamento,col.2.verſi.modò circa iſtã.C.eo.tit.Ang.in §.j.col.3.verſi.reſtat nunc videre,in authen.de non eligen.Salyc.in authen.vxore mortua.C.de ſecun.nup.Pet.Anc.conſi.cclxxviij.præmittam caſus indubitatos,col.j.Nicol.Vbal.in ſuo tract.ſucceſ.ab inte.in ij.parte princ.col.5.verſic.item limita niſi omnes.& Steph.Bertr.conſi.ccxcj.Chriſti,&c.viſo caſu,nu.10.lib.1.& conſi.cxcij.ponitur in facto,in ij.dubio,lib.iij. {Et quod etiam in ſimili dicitur in l.ſi quo.C.ad Senatuſc.Tertu. quòd mulier habens liberos,nubens intra tempora luctus,infamis eſt, nec ei remittitur infamia, niſi ipſis ſuis liberis dimidiam partem omnium bonorum ſuorũ purè donauerit:ſed liberis mortuis,totum ad matrem ex integro reuertitur.}

*Eiuſdem comprobatio in dote, quæ redintegratur.*
*Et tutela.*

*Ex liberis mortuis totũ ad matrem reuertitur.*

163 ¶A quibus non longè abeſt quod pulchrè voluit Bart.in l.ſicut in annos,quã legit primã totius tit.ff.quemad.vſufr.amit.quòd cùm maritus relinquit vxorem dominam & vſufructuariã, extantibus liberis,nõ videtur relicta proprietas,neque etiã vſusfructus,ſed tantùm alimenta, ſecundũ gl.& alios in authen.quod locum.C. ſi ſecun.nup.muli.cũ aliis multis concord.à me collectis in noſtris legibus connubial. { in l.x.nu.5.cæterum apud Græcos }. Certè ſi poſtea moriantur liberi,huiuſmodi relictum alimentorum conuertitur in proprietatem,aut certè vſumfructum,ac ſi ab initio nulli extitiſſent liberi.Quod dictum pro ſing.refert & ſequitur Barthol.Cep.in tract.ſerui.

*Vxor uſufructuaria extantibus liberis.*

lib:1.



lib.1.c.iiij.verſi.col.3.item quid ſi maritus.Sed & idem voluit ipſe Bar. { in l.ſi ita ſcriptum fuerit. ff.de manumiſ.teſta.& in l.Titia.§.vlt.ff.de leg.ij.prout illum allegat & ſequitur Pet.Anch.in c.ſi pater,in iiij.not.de teſta.lib.6.& conſi.clxxxv.quæſtio videtur magis dubia,in prin.& rurſus ipſe Bar.conſi.lvj.Bart.fecit teſtamentum,col.2.in ij.dubio,& inter conſi.Bal.conſi.cxx. Nicolaus,lib. iij.& ipſe Bald.conſi.ccccxxvj.concluſiuè veritas eſt,& conſi.ſeq.mortuo dicto impubere,libr.ij. Ang.cõſi.xcvij.Viuianus,col.vlti.& conſi.cix.in dicto teſtamento,col.2.Alex.cõſi.xlij.viſo proceſſu,in ſi.lib.ij.& Phil.Dec.conſi.cccclxxxv.caſus de quo quæritur,col.4.verſi.ſecundò reſpondetur,quod conſi.iterum repetitur,conſi.cccccxxxvij.niſi quòd prius eſt amplius.}

164 ¶Quod multum huc facit.Nam ſi in hoc caſu Bar.relictum ſibi vires ſumit proprietatis aut vſufructus,quas ab initio non habuit,ob mortem liberorum:certè multò maiori ratione in caſu noſtro donatio iam à principio omnibus viribus ac partibus integra,omnibuſq; modis ac numeris abſoluta & perfecta,debet ob mortem liberorum vires quas ipſa ab initio habuit,recuperare,per l.qui ex liberis.§.teſtamento. { & ibi Bar.} ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.quam ad hoc not.gl.in l.ſi teſtamentũ. { & ibi quoque Bar.& Fran.Aret.ff.de teſta.& idem Bar.in l.j.§.ſi filius.ff.de lega.iij.& Ang.conſi.cviij.iſta quæſtio,col.2.Atque etiam per l.ſi vnus.§.quod & in } ſpecie.ff.de pact. quã ad hoc quoque citat Albe.quo loco eum ſtatim aduocauimus.atque itẽ ex no.per glo.in l. vlt.§. Lucius,in verbo,perfectam. ff.de dona.per tex.ibi, iuncta l.cũ hic ſtatus.§.ſi maritus ea quæ.ff.de dona.inter vir.& vxor.& l.ſi maritus tuus.C.eo.tit.quæ & ex hoc fieri dicit,quòd præterito filio iam nato,ipſo iure nõ valet ab initio teſtamentũ: ideoq; & ſi is filius poſtea decedat viuo patre, non confirmatur. { §.j.Inſti.de exhær.libe.} Verùm præterito poſthumo teſtamentum nihilominus valet ab initio:& licèt natiuitate poſthumi rumpatur, tamen ſi is poſthumus viuo patre decedat,recõualeſcit.per d.l.poſthumus.ff.de iniuſto teſta.Et illã gl.ſequuntur & commẽdant Bart. & alij ibi.& eſt ſimilis gl.in d.l.poſthumus. { & ibi etiam Bal.& alia item } in l.ij.& ibi Cy.Bar.& Albe.C.de poſth.hære.inſti.& in l.ſi hæreditas.§.qui filium,in verbo,cõfirmatum.ff. de teſta.tut. & in l.omnia quæ ex teſtamento.ff.de reg.iur.& in d.§.j.in verbo,non cõſtituat,Inſti.de exhære. libe.& voluit etiam Bal.in l.filio præterito,col.pen.verſ.ſecundò quæro,& ibi Ang.in ſi.ff.de iniuſt.teſt. { idem Bal.ſi à primo.ff.de libe.& poſthu.& conſi.ccij.ſuper his,poſt prin.lib.iiij.} & latè Raph.Co.in repe.l.ſi filius,in j.oppo.ij.no.ff.de libe.& poſth.& Nellus inter conſi.Pau.Caſt.cõſ. ccxiij.ſi dicta domina,lib.1.& facit quod ſcribit Soc.in l.j.§.ſi vir vxori,col.pen.verſi.ſecunda concluſio.ff.de acqui.poſſ.Ex quo etiam Io.And.in addi.Spec.titu.de teſta.§.in primis, in addit.inci. huic quæſtioni,verſi.occurrit,dicit plus nullitatis habere id quod à principio non ſubſiſtit,quàm quod ex poſtfacto deficit,per d.l.poſthumus.ff.de iniuſt.teſta.iuncta l.ſi filius.ff.de libe.& poſthu. Et ea quidem ratio multum congruit donationi quæ ab initio valet,ſed poſtea natiuitate liberorum reuocatur,vt morte eorum debeat confirmari.

*Quàm optima ratione donatio ob mortem liberorũ uires recuperare debeat.*

*Poſthumus præteritus ſi uiuo patre decedat, reconualeſcit teſtamentum.*

165 ¶ { Super eo tamen quod diximus de vxore relicta domina & vſufructuaria , quoniam à multis in hoc diſtinguitur,vide omnino Bar.Bal.Imo.Raph.Co.& Flor.in d.l.Titia.§.vlt.ff.de lega.ij.& eundem Bar.d.conſi.lvj.vbi ſuprà,& conſi.clxxj.Nicolaus,& conſi.ccxliiij. fuit quidam de Aſsiſio,col.vlt.Bened.Plumb.in l.ij.ff.de manu.teſta.Bald.in l.iij.§.quid ergo.ff.de vſu & habit.& in l. & ſi contra tabulas,& ibi Imo.Alex.Franc.Aret.& Iaſ.ff.de vulg.& pup.ſubſt.ipſum Bal.in l.vlti. col.vlt.C.de indic.vidu.tol.Ang.in d.authen.quod locum,& d.conſi.xcvij.& conſi.cix.quidã patronus,col.vlti.& conſi.cccj.factum tale legitur,in iiij.dubi.Pan.conſi.lxxviij.quæſtionis punctus in his terminis,col.vlt.in ij.dubio,lib.ij.Rom.conſi.cccccxvj.in caſu propoſitæ conſultationis, in quo primò quæritur,in j.dubio.Alex.conſi.xl.viſo themate,& conſultatione,in j.dubio,lib.j.Maria.Soc.conſi.lxviij.Ioannes,col.vlt.Fran.Cur.ſenio.conſi.xiiij.nobilis teſtator,per totum,& Iaſo. in l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi paterfamiliâs,in j.not.ff.de leg.j.}

*Qui cõſulendi ſuper præcedẽti dubio.*

166 ¶Et hanc quoque ſententiam confirmat quod in non longè diſsimili caſu dicimus,ceſſante ſcilicet cauſa reuocationis donationis inofficioſæ , ceſſat & ipſa reuocatio,vt dicit Bald.in l.j.col.2. verſi.tertio ſic.C.de inoffi.dona.arg.l.j.§.ſi quis in fraudem.C.ſi quid in fraud.patro.Nam & aliàs generaliter ceſſante cauſa ceſſat effectus eiuſdem:vt ſcribit Ariſtoteles libr.ij.Phyſicorũ, & nuncupatim repetit Romanus pontifex in capi.& ſi Chriſtus,extr.de iureiur.& alibi ſæpe, & noſtris quoque legibus probatur.l.generaliter.C. de epiſc.& cler.cum multis concord.à me congeſtis in { noſtro tractatu,cui titulus eſt,ceſſante cauſa ceſſat effectus.}

*Ceſſante cauſa reuocationis donationis inofficioſæ, ceſſat ipſa reuocatio.*

167 ¶Hæc autem maximè debent procedere,ſi filius poſt donationem natus,ſtatim moriatur , quoniam natus nõ videtur,qui confeſtim mortuus eſt,per tex.quem ita ſummant,vt cum noſtris loquar,Ioan.And.& Panor.in c.nam & ego,extr.de verb.ſign.vbi & gl.ex eo no.non videri fuiſſe, qui parum durauit : & allegat concord.Et hoc planè aſtruit illud Iob capit.x.Fuiſſem quaſi non eſſem,de vtero tranſlatus ad tumulũ. Ideoque etiã gl.in c.j.§.quinetiam, in verbo,non admittantur, titu.epiſc.vel abba.aſſerit,ꝙ in feudo dato alicui,& ſuis liberis maſculis & fœminis,& in quo propterea nõ ſuccedit fœmina,ſi maſculi aliqui extiterint,per tex.ibi,ſi maſculus poſt mortẽ patris illico mortuus eſt,non prohibetur fœmina ſuccedere,tanquã ille nõ videatur extitiſſe.& hoc ſequuntur Iaco.Bel.Rayn.Nico.Neap.Bal.Aluar.Marti.Laud,qui eam dicit ſing.& Car.Alex.ibi. Sed & alia eſt illi ſimilis in c.j.§.vlt.in verbo,omnino extantibus,tit.de ſucceſ.feu.quam etiam ſequuntur Bald.& Aluar.ibi, Qui in priori loco.& poſt eos Cardi.Illud præterea dicunt, eum dici

*Natus non uidetur,qui confeſtim mortuus eſt.*
*Nec uidetur fuiſſe,qui parum durauit.*

illico

*Tempus octo dier. indendo nomini ſtatuebatur in ueteri teſtamēto.*

illico,deceſsiſſe,qui mortuus eſt antequam nomen ſit illi in Baptiſmo inditū,cui rei tempus, inquiunt,octo dierum ſtatuebatur in veteri teſtamento.& allegant Inn. qui tamen hoc nō dicit,in d.c.nam & ego.Sed huc proximè accedit quod ſcribitur Gene.17.& iterum Leuiti.xij.præcepiſſe Dominum, infantem octauo die à natiuitate circuncidi , quo etiam die circunciſus eſt Chriſtus noſter.Luc.ij.Cuius legis rationem reddit Auguſt.in quæſtionibus ex veteri teſtamento.c.xxix.

*Veteres Rom. marib.9. die, fœminis 8. nomina imponebant.*
*Dies luſtrici, ſiue luſtrati.*

168 ¶Nec hinc longè abhorret quòd ſcribunt Plutarchus in Problematis Romanorum,ca.x.& Aurelius Macrobius conuiuiorum Saturnalium lib.1.c.xvj. { & Feſtus Pompeius in verbo,luſtrici,} veteres Romanos maribus nono die,fœminis octauo nomina imponere ſolitos , { eoſq; dies dicit ipſe Pompeius ob id fuiſſe vocatos luſtricos ſiue luſtratos.} addit autem Plutarchus huius rei rationem,quā breuitati ſtudentes prætermiſimus.Ariſtoteles autem lib.de natura animaliū vij.c. poſtremo,ſcribit nato infanti ante diem à natiuitate ſeptimum,nomen non imponi.Sunt & qui ſcribunt Athenis decima die id fieri ſolitum , qua quidem congregatis conſanguineis & amicis peracta re diuina { ſplendidum} parabatur conuiuium,quod vocabant δεκάτην θύσαι.

*Qui teneant fœminas in feudo conceſſo maſculis & fœ. ſuccedere, ſi maſculus illico ſit mortuus*

169 ¶Sed vt ex iſto diuerticulo redeamus in viam,illam gl.in d.§.quinetiam,ſequitur etiam Bal.in l.j. §.in nouiſsimo,col.2.verſi.quæro nunquid infans.C.de cad.tol.& Pau.Caſt.conſi.cxcj.viſis & diligenter examinatis,col.2.lib.ij.& Iaco.à ſancto Georg.in tracta.feud.in verbo,& fœminis,col.2. { Fran.Curt.iunior in j.parte iij.par.prin.col.pen.verſi.27. } & Steph.Bertr.qui & hoc dicit communiter obſeruari,conſi.276.Chriſti,&c.viſo caſu,col.j.lib.1.& Cep.cauſarum ciuilium conſi.50. in cauſa quæ vertitur inter dominam,col.pen.verſi.circa ſecundum. {& Zazius in epitome Feudorum,in viij. parte in ij.parte concluſione ij. }

*Mortuus non cenſetur, qui ſtatim de morte ad uitā reuocatur.*
*Lazarus an debuiſſet bona ſua recuperare.*

170 ¶Et ſicut natus non videtur,qui ſtatim mortuus eſt,ita nec cōtrà mortuus eſſe cenſetur,qui ſtatim ex morte ad vitam reuocatur:id quod planè Chriſti domini noſtri auctoritate probatur, qui Io.xj.cap.aſſerit Lazari infirmitatem non eſſe ad mortē,quamuis ex ea mortuus ſit:quoniā ſcilicet haud multò pòſt ab ea eſſet ſuſcitādus.De qua re Accurſius differens in l.ex his.ff.de legib.tradit ipſum Lazarū debuiſſe bona ſua recuperare, quia nō videbatur mortuus fuiſſe,qui tā citò reſurrexit , per l.iij.ff.de diuor.vbi non videtur vxor à marito diuertiſſe, quæ breui ad eū rediit.& illā gl.ſequuntur Bar.Albe.Bal.& alij ibi.Rom.& Flor.in l.ſeruitutes.§.ſi ſublatū.ff.de ſerui. vrba. prædi.Ang.in l.debitor.C.de ſen.paſ. { idem Ang.} Imol.& Alex.qui addunt concor.in l.ſi marito.ff.ſol.mat.Cui adde gl.ibi ſimilem in l.ſeruus effectus.ff.de act.& obli.& Barthol. Brix.in ſuis quæſtionibus dominicalibus,q.liiij.eſto quòd aliquis ſit reſuſcitatus { Ioā.And.in c. fraternitatis, col.2.in verbo,miraculum,& ibi latè Cardi.Alex.de frig.& malefic.Alber.id latè diſputante poſt alios ibi per eum allegatos,in l.inter ſtipulantem.§.ſacram,col.2.verſi. expeditis oppoſitionibus. ff.de verb.obl.& in l.quod dicitur,poſt Dy.ibi col.vlt.verſi.vltimò colligit.ff.de impen.in re.dota.fact. } & Bal.in l.intercidit,& ibi etiam Pau.Caſt.ff.de condi.& dem.& eundem Bal. { in repe. l.j.col.vlt.verſic.item incidit.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in c.j.col.2.verſi.in gl.no.ergo,de elect.} & Bar.à Scarampis inter conſi.Albe.Bru.conſil.cxij.caſus ſuper quo,col.vlt.& conſi.ſeq.venerabilis domine,poſt prin.In quibus etiam omnibus propè locis comperies,an debuit vxorem ſuā recuperare.de quo & per glo.& Archi.in c.licitè.xxij.q.vij. { Freder.Senen.conſi.xxvj.caſus talis eſt, quidam eſt ingreſſus,col.2.Ro.in rub.ff.ſol.mat.col.4.verſi.an reſuſcitatus , in j.lect.& iterum in ij.col.7.verſi.ſed quid de reſuſcitato.} & Firmia.in tracta.de epiſcopo,in iiij.parte viij.partis principalis,libr.iiij.in iiij. q. De quibus etiam vide Guil.Laud.in extra.ſuſcepto,in verbo,vacantium, { vbi tractat,an reſuſcitatus recuperet beneficium.Bald.conſi.ccxliij.quidam nobilis,col.j.lib.j. & Alber.in l.adeo.ff.de acqui.rer.domi. } Panor.in d.c.fraternitatis.Rom.in rub.ff.ſol.matr.in vtraque lectura.Iac.Zochi in rub.extr.de ſponſal.Franc.Pani.in tract.de offic.& pote.capi.ſed.vac.in vltima parte præludij,col.2.

*Et an uxorem ſuam.*

*Reſuſcitatus an recuperet beneficium.*

*Trāslatio dominii quæ momento durat, non conſideratur.*

171 ¶Facit & quod in ſimili dicimus,non conſiderari tranſlationem dominij,quæ momento durat. l.vlt.§.vlt.in fi.C.de bonis quæ libe.& no.Bar.in l.vlt.ff.de condi.inſti.& Ang.in l.voluntas,ad fi. C.de fideicom.vbi ex hoc dicit,quòd prohibitus alienare extra familiā,poterit tamen alienare ea lege,vt incontinēti debeat reſtitui familiæ:quia non dicitur tunc alienatio fieri extra familiā,quæ momento eſt penes illū duratura, ar.d.l.vlti.§.fi.quā ad hoc dicit no.Id quod ſequitur Iaſon { in l.vlt.col.antepen.verſi.& vltra allegata.C.de iure emphyt.vbi id dicit ſing.& } in l.filiusfa.§.diui, in ij.lect.col.10.verſi.quartò limita,vbi & ad hoc allegat tex.quem dicit no.in l.cogi.§.hi qui ſolidum.ff.ad Treb.ſequitur etiā,ac cōmendat Barb.in l.iiij.§.Cato,col.21.verſ.& adduco.ff.de verb. obli.vbi & idē dicit de vaſallo ita alienante feudum , vt confeſtim ad eum reuertatur,ita per hoc limitans tex.in c.j.titu. quid iuris ſit ſi poſt ali.feud.vaſ.id recupe.vbi de hoc latiſsimè per Card. Alex.qui alios eiuſdem ſententiæ citat.Et de emphyteuta voluere Rom.in l.ſequitur.§.item Labeo.ff.de vſucap.& Anto.in c.potuit,col.j.ext.de locat.& Iaſon in l.iij.col.45.C.de iur. emphy.& Hippo.Marſi.conſi.cxxxvj.conſului proximis diebus,col.3.verſi.confirmantur.

*De eadem re.*

172 ¶Sed tu præter ſupradictos qui negant conſiderari momentaneam tranſlationem, adde ipſum Ange.conſi.xxxiiij.Conſtantinus,col.j.vbi adfert multa ſimilia.& Paul.Caſtren.in l.frater à fratre,col.7.& ibi Iaſon col.2.ff.de condi.indeb.& Barba.in rubr.de reb.eccleſ.non alien. & conſil. xij.ſcribitur apud Prophetam,col.14.verſic.modò teſtator,lib.1.& Soc.conſi.clxxvij.ſupraſcripti, col.3.verſi.ſecundo reſpondetur, libr.ij.Ideo licèt non valeat donatio inter patrem & filiumfami. & inter

*Donatio fieri*



*prohibita, ualet, ſi ita fiat ut illico ad alium transferatur.*

& inter virum & vxorem.l.ij.C.de inof.don.& ff.& C.de dona.inter vir.& vxor.per totum, valet tamen ſi ita fiat,vt apud donatarium non maneat, ſed illico ad alium transferatur.l.ſi conſentiente.C.de dona.ante nupt.& l.profectitia.§.pen.ff.de iure dot.& l.ſi vxor marito,& l.Sulpitius. ff.de donat.inter vir.& vxo.& voluit Bar.poſt Iaco.Aret.in l.ij.§.ſi vero pater, col.j.ff.de dona.& Rom.in l.ſi donatione.C.de collat.

*Quo pacto legatum cēſeatur animo cōpēſandi ei,cui diſpoſitione legis quippiā debetur.*

173 ¶Ad quod etiam bene facit & quod dicitur à noſtris quòd ſi legetur quicquam alicui, cui etiam diſpoſitione legis quippiam debetur,cenſetur id legatum factum animo cōpenſandi.l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſolu.mat.cum multis concord.à me latè congeſtis in noſtris cōſuetudinibus tit. xxvj.§.viij.in prin.id tamen procedit cùm legatum debet manere apud legatariū:ſecus ſi alteri ſit reſtituendum.tūc enim non habet locum compenſatio ſecundum Dy.Bart.Bal.Ang. & Alex.in d.§.ſi pater,Io.Petr.Fran.Aret.Corn.Iaſo.Phil.Dec.& Fran.Pep.in auth.præterea.C. vnde vir & vxor.Bened.Cap.conſi.cxliij.cùm de pluribus.col.2.Ad quā ſententiam allegāt tex. in d.l.cogi.§. hi qui ſolidū.ff.ad Treb.& in l.ſed & ſi mortis.§.itē ſi quis.ff.de leg.præſtan.& in d.l.vlt.§.vlt.C. de bon.quę libe.& in d.l.Sulpitius.ff.de dona.inter vir.& vxo.& in l.vxorem.§. pater naturalis.ff. de leg.iij.Id quod intelligunt omnes doc.in d.authen.præterea,quando reſtitutio fit incontinēti, ita vt is cui fuit legatum,nullum ex eo ſit habiturus cōmodum:ſecus ſi ex interuallo.Nam commodum illius modici temporis imputaretur ſiue compenſaretur, ar.l.in lege falcidia nō habetur. ff.ad leg.falci.& in l.in quantitate.§.magna dubitatio,verſ.in diem,eo.tit.& in l.mulier.§.ſi hæres, verſi.alia cauſa eſt.ff.ad Treb.& no.in l.in fideicommiſſo,eo.titu.& facit tex.à contrario ſenſu in d.l.ſed & ſi mortis.§.item ſi quis,dum ibi dicitur,quòd emolumentum ad eum pertinet. & in d.l. Sulpitius.Sed nullus ad id eſt melior apertiorque tex.quàm in l.generaliter.§.cui legatum.ff.de fideicom.libe.vbi ſi mihi legatum ſit relictum,& id rogatus ſim Titio confeſtim reſtituere,& præterea libertatem ſeruo meo præſtare,non eſſe cogendum me ad libertatis præſtationem:quia nihil pretij nomine videor accepiſſe , cùm id confeſtim alteri cogar reſtituere.Quod ſi fuerim rogatus poſt tempus reſtituere legatum mihi relictum,cogendum me ſeruum manumittere propter medij temporis fructum.

*Dos non computatur inſtituta filia in legitima, quādo non eſt permanſura apud eam.*

174 ¶Facit idem quod tradit Bal.in l.quoniam nouella.C.de inoffic.teſta.quòd licèt cùm pater inſtituit filiā iam dotatam in legitima,debeat intelligi dote computata, per text.ibi,& in l.omnino.§. imputari,eo.tit.hoc tamē procedit,niſi dos ipſa priùs data non ſit permanſura apud filiā,quia pater ſtipulatus eſt eā ſibi reddi,vt hæredibus.& ſequitur Benedi.Cap.vbi ſuprà, quod & ſimiliter intelliges,vt in præcedenti diximus.Facit quoque text.in l.cùm dotē maritus.ff.ad leg.falci.vbi ſi dotem maritus alicui legat vt vxori reſtituat,nō habet locū lex falcidia.Et ex hoc no.Pau.Caſtr. ibi quòd falcidia non detrahitur ab eo cui ita legatum eſt , vt piæ cauſæ reſtituat;quod etiam voluit Bal.in l.auia.§.Titio,per illum tex.ff.de cond.& demon.cum multis concord.à me collectis in nòſtris commentariis priuilegiorum piæ cauſæ.in xxvj.ſpeciali.Facit denique quod ſcribit Bal. in l.hac edictali,in princ.col.2.verſi.nunc ſtatim ſuccedit.C.de ſecund.nupt.quòd licèt vir aut mulier contrahens ſecundas nuptias non poſsit donare ſecundæ vxori plus quàm vni ex filiis primi matrimonij,per text.ibi,poteſt tamen ei donare aut relinquere vltra eum modum, ſi eū grauet de reſtituendo alteri,per d.l.cùm dotem.ff.ad leg.Falc.& d.l.Sulpitius.ff.de dona.inter vir.& vxor.Et eſt etiam bonus tex.à contrario in d.l.hac edictali,in fi.prin. cùm dicitur,omni circumſcriptione, ſi qua per interpoſitam perſonam fuerit excogitata,ceſſante. { & facit itē tex.in l.ſi fidei.ff. de leg. iij.vbi ſcribitur , ſi fidei meæ committatur , vt quod mihi relictum erat , ſuprà quàm capere poſſum,alij reſtituerem,poſſe me id capere conſtat.}

*Quomodo uir aut mulier poßit donare ſecundæ uxori plus quàm uni ex filiis primi matrimonii.*

*An pretium quod momēto durat, conſideretur.*

175 ¶Nec etiam conſideratur,vt ad alia tranſeamus,pretium, quod etiam momento durat temporis. l.pretia.§.vlt.ff.ad leg.falci.vbi & hoc not.Bar.& idem quoq; Bar.in l.ſi ſeruus,la ij.in princ.ff.de condi.furt.& in l.j.col.pen.verſi.item aduerte ad vnum.C.de ſen.quæ pro eo quod inter.Nec ſolutio rei debitæ quæ momento durat.l.qui ſic ſoluit.ff.de ſolu.vbi non dicitur ſoluere, qui poſtquam ſoluit,incōtinenti recuperat.Ita enim eum tex.intelligunt doct.Nec videtur verſum,quod verſum non durat.l.ſi pro parte.§.verſum autem.ff.de in rem verſo. vbi gl.allegat multa ſimilia, quæ videre poteris cum multis ſimil.& concord.latè congeſtis ab Hippo.Marſi.in repe.l.vlti.nu. 155.& multis ſeq.ff.de iuriſd.om.iud. { & in l.ij.in fi.ff.quibus ex cauſ.in poſſeſ.eatur.vbi ita ſcribitur.Hæc verba,neque defenderetur, παραστατικῶς ita ſcripta ſunt,vt neque ſufficiat vnquā defendiſſe,ſi non duret defenſio.& tex.in l.j.§.quod ait prætor niſi.ff.quor.legat.vbi ſatiſdatum accipere debemus,ſi perſeueret ſatiſdatum.}

*Non uidetur uerſum, quod uerſum nō durat.*

*Veniſſe non uidetur, qui ſtatim abit.*
*Nec fuiſſe in loco, qui manet breui tempore.*
*Nec abeſſe, qui ſtatim rediturus eſt.*

176 ¶Quibus adde tex.in c.j.extra de iudi.ex quo not.Pet.Anch.conſi.lxxv.viſo diligenter, col.vlti. quòd non videtur veniſſe,qui ſtatim abit.nā,vt & ipſe ſubdit,fingitur non fuiſſe in loco,qui manet breui tēpore.l.ex facto.ff.de hære.inſti,& l.ſeruis vrbanis.ff.de leg.iij.Quod approbat Fabius Quintilianus,ſi is eſt,declamatio.xvj.Cuius ſententia hæc eſt,eū penè non veniſſe,qui ſtatim reuerſurus eſt. { Quod & voluit Bal.noſter,conſi.ccxcix.proponitur,in prin.lib.ij.per leg.Cæſar.ff. de publi.Sicuti } & è diuerſo nō videtur abeſſe,qui ſtatim rediturus eſt, { vt dicit ipſe Pet. Anch. conſi.xc.conſidero etiā in fi.per d.l.ex facto.Et facit etiam } l.cū antiquitas, ibi, ex breui tēporis interuallo.C.quemadmod.teſta.ordi.vbi & hoc not.Ange.qui etiam ad hoc allegat l.ſi longiùs.§. filius.ff.de iudic.& l.penul.in fi.ff.de vaca.muner.Ex hocque effici tradit quod ſcribit Inno.in c. pruden

prudentiã,extra de offi.dele.quòd ſi cauſa pluribus delegatur cũ clauſula,ſi nõ omnes,&c.& vnus eorũ breui eſt reuerſurus,non poſſunt alij ſine eo procedere,tanquam ipſe non cenſeatur abeſſe.

*Quomodo intelligatur magiſtratus mandare iuriſdictionem cum abeſſe cœperit Delegatio nõ extinguitur ſi ex abſentia redeat, ſtatim tamen reuerſurus.*

177 ¶Sed & ex hoc fit,vt Saly.in l.2.col.antepen.C.de peda.iudic.intelligat tex.in l.j.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſdict.qui magiſtratus concedit alteri ſuam iuriſdictionem,mandare, ſi is abeſſe cœperit,procedere in diutina abſentia, non etiam in breui:tanquam abeſſe non videatur, qui breui redire debet,per d.l.ſi longiùs.& eum ſequitur Phil.Dec.in d.l.j.col.17.verſic.vltimò notandum. Quin ſi magiſtratus abſuturus mandauerit,& poſtea ex abſentia reuertitur,ſtatim tamẽ reuerſurus,non extinguitur delegatio,vt voluit Cy.in d.l.j.in vij.viij.& ix.q.& ibi quoque Albe.nullam illius mentionem faciens,col.7.& Alex.col.19.verſi.in gl.in verbo,proficiſcatur.& Dec.dicta col. 17.in verſi.eiuſdem initij.& Fran.Purp.char.xxj.nu.603.Et ſimile eſt quod ſcribit gl.in c.ſi poſtquam,in verbo mente,de electio.libr.vj.quod in caſu illius cap.non videtur receſsiſſe, qui ſtatim reuerſurus eſt.quam ſequuntur Arch.Io.And.Pet.Anch.Domi.& Phil.Franc. Ex quibus Archi. Domi.& Franc.id no.ad præcepta quæ fiunt à iudicibus,ne quis recedat ex vrbe vel palatio. { & idem quoque voluit Io.Mo.in c.vbi pernotum.col.j.in verbo,pono.de elect.lib.vj.& in c.cupientes.col.12. verſi.ſed quid ſi electus.eo.titu.&c.Et facit quod pulchrè reſpondit Rom.conſi.cclxiij. viſo puncto cæteriſque contentis,excuſandum à falſo teſtem, qui depoſuerat ſe cõtinuè ſtetiſſe in ciuitate Lucana,cùm aliquot menſibus fuiſſet extra eam ciuitatem ob peſtem, quæ in ea erat, ſed ea ceſſante confeſtim rediit.}

*Momentum temporis non curatur.*

178 ¶Et in hoc allegantur præter iura præcedentia,l.ſi quis ita legauerit.ff.de condi.& demonſt.& l. præſens.ff.de procu.& c.ſint tibi,de conſe.diſt.v.Nam & per d.l.ſi quis ita legauerit, dicit Bal.in l.ſi pater.§.vlti.C.de inſtit.& ſubſtit.quòd momentum temporis non curatur. Et quod Hoſt.& Io.And.ſcripſerunt in c.ex parte,extr.de cler.non reſid.intelligentes eum tex.quo eſt cautũ,prælatum non reſidentem,qui vocatus venire noluerit,priuandum eſſe,& alium eligendum,vt ſcilicet non ſufficiat ad euitandam eam pœnã,venire,& ſtatim abire,quia perinde eſt ac ſi nõ veniſſet, per multa ex dictis iuribus. Et ex hoc quoque conſuluit in pulchro caſu idem Ange.conſil. cclxx.ſtatuto ciuitatis,vt ibi omnibus videre eſt in promptu.

*Vocatus ut ueniat ſub pœna,ſi uenit & ſtatim abit,nõ euitat pœnã.*

*Sic iuſſus exire domum ſi exit, ſed poſt ea iterum ingreſſus eſt, incidit in pœnam.*

179 ¶Quibus concinit quod ſcribit Bar.in l.ſicut.§.ſuperuacuũ,col.3.verſi.redeo ad ordinem.ff. quib. mod.pign.vel hypot.ſoluit.quòd ſi iudex alicui præceperit,vt domum exiret ſub certa pœna, & is exiuerit,ſed poſtea iterum ingreſſus eſt,incidit in pœnam:tanquam non videatur exiuiſſe, qui ſtatim rediit.Et quod tradit Bal.in l.j.col.5.verſi.quid de errone.C.de ſerui.fugi.quòd qui fugit è carcere,& pòſt ſtatim reuerſurus eſt,non punitur ex ſtatuto imponente pœnam fugientibus.quẽ ſequitur Steph.Bertr.conſi.lxj.non puto,in fi.lib.ij.& Hipp.Marſi.in l.is qui cum telo, nu.54.C. de ſicar.& in repe.rub.ff.de fideicom.nu.373.& conſi.cxxij.clementiſsimi,& c.in præſenti cauſa, col.j.verſi.& ideo dicimus,lib.ij.Et hoc ſatis confirmat quod ſcribit Bar.in l.quid ſit fugitiuus.§. 1.ff.de ædil.edic.de eo qui primum fugit,tamen citatus comparuit.quem ſequitur Rom.in l.admonendi,col.24.& ibi quoque Fran.Cur.ſenior.col.46.verſi.ſecũdò limitatur.ff.de iureiur.Et quod ab eodem Bal.ſcriptum eſt in l.j.col.3.verſi.ſed quid cuſtos.C.de ædil.act.de eo qui exit è carcere cauſa voti cuiuſpiam implendi,ſtatim reuerſurus,vt aufugiſſe non dicatur,quamuis cuſtos qui id permiſit,teneatur niſi ex conſuetudine excuſetur.Et quod idem tradit in c.j.in prin.col.j.verſ.ſed pone quòd vaſallus,tit.quib.mod.feud.amit.quòd vaſallus qui dominũ reliquit in bello per momentum,& ſtatim rediit,non punitur feudi amiſsione,ſecundum illum tex.

*In dubio non cenſetur curatus à primo morbo,qui ſtatim recidit. Nec medicus qui promiſit curare, mercedem habere debet.*

180 ¶Et quod à noſtris traditum eſt,quòd ſi medicus certa mercede promiſit curare ægrotũ,qui curatus,vt videbatur,in eandem ægritudinem recidit: certè in dubio ſi ſtatim recidit,non cenſetur fuiſſe curatus à primo morbo,arg.d.l.iij.ff.de diuor.& ſimil. Ideo nec eam mercedem habere debet: ſecus ſi longo poſt interuallo.ita enim voluit Pileus in xij.q.& Barthol.Brixi.q.lxxiij.medicus quidam.& Dy.Ricar.Mal.Cy.Marti.Sylli.Ray.Bar.Bal.in vtraq; lect.Alber.Saly.& Pau.Caſt. in l.Martius.ff.de loca.Spec.tit.de ſalar.§.vlt.poſt prin.Io.And.in c.contractus,in ij.q. de regu.iur. lib.vj.in mercu. { Alber.in l.contractus,nu.7.ff.eo.tit.Bal.conſ.cclv.quidam fœnerator, col.2.lib. iij. } Imo.Fran.Aret.& Barb.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.ff.de verb.obli.Pet.Anch.Pan. Barb. & Fely.in c.presbyterum,ext.de homi.Hippo.Marſi.conſi.vij.ſummi cæli,col.2.verſ.cùm ergo in caſu,lib.j.Et quod item tradit Bal.in l.licèt.C.de excep.quòd incontinenti recuperans poſſeſsionem,fingitur nunquam fuiſſe expulſus.

*Ciuitas condemnata ad ſubuerſionem murorũ, quomodo ſententiæ ſatisfaciat.*

181 ¶Huc quoque vergit quod ſcriptum reliquerunt Dy.Cy.Bar.Bal.& Saly. in l.ſeruus, per illũ tex. C.de pœnis,quòd ſi ciuitas fuerit condemnata ad ſubuerſionem murorum, ſi illis dirutis iterum eos ædificet,non eſt ſatisfactum ſententiæ, debent enim manere deſtructi. quod & idem voluit Bar.poſt Dy.in l.ſi quis adulterium.§.j.& ibi quoque Ang.per illum tex.ff. de adul.idem Ang.in l.in munerationibus.ff.de ſol.& in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe,& ibi etiam Imo.ff. de leg.j.& idem quoque Ang.cõſi.xxxiiij.Cõſtantinus,vbi & alia multa ſimilia congerit.Pet.Anch.in c.ex literis, ext.de cõſt.& ibi quoq; Fel.col.8.verſi.ſecũda concluſio,& Phil.Dec.col.4.verſi.tertia concluſio. & idem Pet.Anch.in c.commiſſa,in v.not.de elect.lib.vj.& in c.j.in vj.no.de vſur.eo.lib.vj. & in c.felicis,in vij.no.& ibi etiam Phil.Fran.in prin.col.2.verſi.vltimò no.ibi reparetur, de pœnis,eo. lib.vj.Corn.conſi.vij.rudis & incompoſita,col.vlt.lib.j.& Barb.conſi.xxij.Deum inuocent,col.6. lib.iij.Steph.Bertr.conſi.ccxxxij.addendo eleganter,ad fin.lib.iij.Quanquam Dom.in d.c.felicis, voluit



voluit contrarium. Sed quis illi crederet aduerſus tot taleſq; vtriuſque iuris interpretes?

*Condemnatus ſi rem reſtituerit, & poſtea ad eũ redeat, an poterit peti exequutio ſententiæ contra eum.*

182 ¶Adde & quod tradit Bald.poſt Iaco.Aret.& Oldra.in l.Titio centum,in prin.per illum tex.ff.de cond.& demon.quòd ſi arbiter iuſſerit mihi fundum reſtitui ſub pœna,& aduerſarius reſtituerit, ſed poſtea iterum occupat,cadit in pœnam compromiſsi. Cui germanum eſt quod ſcribunt Iac. Butr.Guil.Cu.Bart.Bald.& Salyc.& Fulg.in l.ſed & ſi poſſeſſori,verſi.proinde.ff.de iureiur.quòd ſi quis condemnatus ex ſententia ad rem reſtituendã,eam ſemel reſtituerit,ſi poſtea res ad eum redeat,poterit contra eum peti executio ſententiæ, tanquam ab ea non ſit liberatus, qui iterum rem recuperauit.& idem voluerunt Cyn.& Bald.ſubobſcurè in l.ſi quis hæredem.C.de inſtit. & ſubſtit.& clarè ipſe Bald.in l.qui licitam,in prin.per illum tex.C.vt lit.peti. & in l. debitori,col.ij. verſi.ſed videamus.C.de pactis.& in c.cùm in cunctis,col.ij.verſi.ſed quid ſi habuit,ext.de elect. & in c.ſignificaſti.poſt princ.extr.de offic.deleg.& in c.quærenti,poſt medium,eo.tit.& in §.ſi facta,col.ij.verſi.extra quæro,titu.ſi de feud.fuer.contr.inter dot.& agn.Angel.in l.permiſceri, quæ eſt penul.§.ſpecies.ff.de acquir.poſſ.Nicol.Neap.& Imol.in d.l.ſi fideiuſſor.§. meminiſſe.ff.de legat.j.& Petr.Anch.in cle.ne Romani,de elect.Nellus inter conſi.Paul.Caſtr.conſi.cciiij.præſuppoſito,col.ij.verſ.tertiò domina,lib.j.& ipſe Pau.conſ.ſeq.ego Pau.& Steph.Bertr.d.cõſ.ccxxxij. addendo eleganter,num.14.vſque ad fin.conſi.lib.iij.& Soc.conſi.cxxxiij.pro facto,col.iij.verſic. tertiò & vltimò,lib.j.quod & repetitur in conſ.clxxiiij.lib.ij.Hippol.Marſi.vbi ſuprà Fab.à monte ſancti Sauini { in tract.de emptio.& venditio.} in xxxvj.q.iij.quæſt.prin.vbi pro hoc dicit eſſe clarum text.in l.ſi quaſi recepturus.ff.de pigno.actio.& in l.inter Caſtellianum.ff.de arbit.& in l. ij.§.dominorum.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.

*De eadem re.*

183 ¶Et licèt multi tenuerunt contrarium,vt paulò pòſt dicemus:tamẽ illud haud dubiè verum eſt, cùm reſtitutione facta,res incontinenti reuertitur ad condemnatũ,vt voluerunt Imo.Paul.Caſt. Rom.Alex.& alij recentiores in d.§.ſpecies.Pau.Rom.Alex.& Iaſ.in d.l.ſed & poſſeſſori.quã Iaſ. legit cum §.ſi petitor.in d.l.nam poſtea.Pau.in d.l.Titio centum,in princ.ff.de condit.& demon. & Franc.Aretin.in d.l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe,col.vlti.ff.de legat.j.Corn.conſi.lix.placet in hac conſultatione,col.j.lib.iij.& Barb.in d.cle.ne Romani,col.cij.in paruis,verſi. nota quòd conſtitutio,vbi ad hoc allegat glo.in c.quoniam,ext.de offic.delegat.& in c.commiſſa,de elect.lib.vj.

*Delegatus ſemel exequutus, poteſt iterum cognoſcere ſi uictus rẽ iterum occupat.*

184 ¶Nec in ordinario tantum iudice id obtinet,ſed & in delegato quoque, qui licèt poſtquam tulit ſententiam,functus ſit officio,præſertim ſi eam ſemel fuerit executus.l.iudex.ff.de re iudi.& in c. in literis,extra de offic.deleg.tamen ſtatim executione facta ſi victus rem iterum occupat,poteſt ipſe iudex delegatus iterum cognoſcere,& ſuam exequi ſententiam,vt voluit gl.in d.c. quærẽti, in verbo,ad integrũ annum,ext.de offi.deleg.quia non videtur,inquit,poſſeſsionẽ adeptus, qui eã ſtatim amiſit.l.nõ videtur.ff.de acq.poſ.& ar.l.ij.§.perueniſſe,& §.illud.ff.de hær.vel act.vend. Et illam gl.ſequuntur Io.And.& Pano.ibi.nam non videtur,vt ipſi dicunt,iudex fuiſſe executus, ex quo incontinenti executio fuit perturbata,ar.c.diuortium,de pœnit.diſtin.j.& d.c.j.de iudic.

*Non uidetur adeptus poſſeſsionem beneficij, qui ſtatim ex ea deturbatur.*

185 ¶Neque interim ſilentio prætermittenda eſt alia glo.huc etiam pertinens,in d.c.cõmiſſa.§. annus autem.in verbo,pacificam,de elect.lib.vj. quod non videtur adeptus fuiſſe pacificam ſacerdotij, aut vt noſtri vocant,beneficij poſſeſsionem,qui ſtatim ex ea fuit deturbatus. Ideoq; non ei currere tempus anni præſtituti ad ordinem presbyteratus,per d.c.nam & ego,de verb.ſignifi. & d.c. diuortium,& d.§.verſum autem.& alia quæ allegat.& eam glo.ibi omnes cõmuniter approbant.

*Huius legis quæ ſit ratio.*

186 ¶Denique hanc ſententiam in caſu noſtræ l. adiuuat legis ipſius ratio, quæ eſt præſumpta mens donantis,qui ſcilicet ſi cogitaſſet de futuris liberis,veriſimiliter non donauiſſet, nec extraneos liberis antepoſuiſſet,vt abunde diximus ſuprà in præfatione l.noſtræ.Quæ quidẽ ratio,ſiue ea præſumptio in hac ſpecie,de qua loquimur,locum non habet.Nam ſi cogitaſſet de liberis ſtatim viuo ipſo donante morituris,non propterea donatione abſtinuiſſet. Ergo nec iſti liberi reuocant.

*Contrarium eius quod ſuprà diſputat.*

187 ¶In diuerſam tamen ſententiam vrget tex.in l.hæredibus,in prin.ff.ad Trebel. vbi fideicommiſſum ita factũ,ſi grauatus viuos liberos non educauerit,deficit procreatis duobus liberis,licèt moriantur ante patrem. Et tex.in l.cùm vxori.C.quando dies legat.ced. vbi cum vxori vſusfructus fundi legatur,& eius proprietas,cùm liberos habuerit,nato filio,ſtatim proprietatis legati dies cedit:nec quicquã obeſt,ſi is decedat. Ideo illum tex.ita ſummant,vt noſtri loquũtur,Bal. & Corn. ſufficit quòd conditio in momento temporis ſit impleta. Et tex.in l.ſi quis hæredem.C.de inſti. & ſubſtit.vbi ſi quis hæres inſtitutus fuerit ſub ea conditione,ſi filia eius nupta fuerit, aut ſimili, ſatis eſt filiam nupſiſſe,etiam ſi matrimonium nõ durauerit, quia fortè filia à marito diuertit. Et ideo omnes propè doc.ibi not.ſatis eſſe conditionem caſualem vel mixtam ſemel fuiſſe impletã, licèt non durauerit. Gloſſa autem ibi generalius not.ſufficere factũ fuiſſe,licèt nõ duret factum. Ex quo Cy.Alber.& Bal.ibi colligunt.quòd ſi ex pacto mulier debet lucrari dotem,ſi liberos ſuſceperit,ſatis eſt liberos eam ſuſcepiſſe,quamuis ij ſtatim ſint demortui. Id quod etiã voluit idem Alber.in ij.parte ſtatutorum.q.cviij.ſtatuto cauetur quòd mortuo marito. Sed & ex eo.tex. not. Bald.in l.precibus,col.ij.in iij.oppo.C.de impub.& aliis ſubſtit.quòd in conditionibus accipimus principium primæ exiſtentiæ,& non curamus ſucceſſum eius.

*Conditio caſualis uel mixta,quomodo impleatur.*

*Cõditio,ſi ſine liberis,quomodo deficiat.*

188 ¶Facit tex.in l.ex facto.§.ſi quis autem ſuſceperit.ff.ad Trebel.vbi ea conditio, ſi deceſſerit ſine liberis,deficit relictis liberis,etiam ſi momento ſuperſtites fuerint patri. & ita dicit per illum text. Bald.in d.c.j.§.quinetiam,verſi.quæro quid ſi maſculus,& ibi etiam Aluar.col.vlt.tit.epi. vel abb.

quod reputat ſing.Iaſ.in d.l.ſi quis hæredem,col.ij.verſ.ad idem ſecundò.C.de inſt.& ſubſt.& in l.inter ſtipulantem.§.ſacram,col.viij.verſi.ex aduerſo.ff.de verb.oblig.& conſi.lj.Aluiſius,col.vlt. lib.iij.vbi id dicit ſing.& conſi.lxvj.nobilis miles,col.vj.verſic.moueor in primis,eo.lib.iij. Sed & idem voluit ipſe Bal.quē Iaſ.non allegat.in auth.ſed & ſi quis,col.ij.verſ.præterea natura cōditionum.C.de ſecun.nupt.& in l.cùm acutiſsimi,col.ij.verſi.ibi,qui ſine filiis.C.de fideic.vbi & ex eo dicit,quòd in caſu d.l.cùm acutiſsimi,ex qua & ſimilibus deprompta eſt l.noſtra, vt diximus ſuprà in prin.præfa.ſatis eſt filium grauatum reliquiſſe liberos,etiam ſi poſtea moriantur,vt faciant ceſſare ſubſtitutionem illius l. Et idem Bald.conſi.lvij.item inſtituo,col.j.lib.ij.& Alex.conſil.139. circa primum dubium,col.ij.verſic.ſed præmiſsis,lib.vj.& Phil.Dec.conſi.cxxxix. viſo puncto in quo,col.vlt.& Cepola cauſarum ciuilium conſi.50.in cauſa quæ vertitur inter dominam,col.pe. verſi.circa ſecundum,vbi & auctoritate illius tex.reſpondit ſingu. infantem extractum ex vtero matris mortuæ,& qui illico decedit,ita ſuccedere ipſi matri ſuæ,vt hæreditatem ad patrem ſuum tranſmittat,excluſis conſanguineis matris. Adde & tex.in l.quidam in teſtamento,in prin.& iterum in l.rogo.ff.de fideicom.liber.vbi libertas data ſub conditione,ſi hæres ſeruū alienauerit,com petit confeſtim quàm alienatus fuerit,etiam ſi hæres eum redemerit,cùm ſemel, vt dicit vtraque l.conditio extiterit.& tex.in l.maritus.ff.de locat.vbi ſufficit domū quam ædificandam quis promiſit,ſemel eſſe ædificatam,licèt poſtea cadat. Et quod not.Bald.in l.ſi paterfam.col.ij.verſicu.ex prædictis.ff.de hæred.inſtit.per eum text. iuncta l. placet.ff.de acquir. hæred. quòd ſufficit quem eſſe momento hæredem,ad excluſionem ſubſtituti vulgaris.

*Infans extractus ex utero matris mortuæ,tranſmittit hæreditatē eius, etiam ſi illico decedat.*

189 ¶Adde inquam pulchtum tex.in l.vlt.C.de indic.vidui.vbi relictum factū mulieri ſub ea conditione,ſi vidua erit,vel viro,ſi ad cælibatū peruenerit,debetur cùm vir erit viduus,aut mulier, etiā ſi in viduitate non perſtiterint. Et ita illum tex.intelligit Bald.ibi,in ij.not.& Pau.Caſt.qui illum dicit ſing.refertq; quòd cùm aliquando ſuper ea re eſſet quæſtio Venetiis, decreuiſſentq; iudices diffinire contrarium,moti ex intentione teſtatoris,quam dicebant huic rei aduerſam videri, viſo eo.tex.quem Paul. ipſe illis allegauit,in admirationem verſi.à propoſito deſtiterunt.Sed & idem per illum tex.voluit Bal.in l.Titius,in prin.ff.de excuſ.tuto.vbi aliud dicit fore ſi ita relictū eſſet, donec vel quouſque vidua fuerit.& conſil.xlij.præmittendū eſt ad euidentiam conditionū, lib.v. & Ang.qui latè eā rem diſtinguit.Imo.Alex.Raph.& recentiores in l.in ſubſtitutione.ff.de vulg. & pup.& idem Ang.etiam diſtinguens,d.conſi.xxxiiij.Conſtantinus,col.ij.& vlt.& Anto.Andarellus inter conſi.Pau.Caſt.conſi.clxxxiiij.ex facto proponitur,lib.ij.& ipſe Paul.conſi.ſeq.ſuprafcriptus.{facit & tex.in l.iij.§.ſed & ſi ſtante.ff.de libe.& poſthu.ex quo not.Bald.ſufficere, vt ſecundum teſtamentum momento valeat,ad hoc vt rumpatur primum teſtamentum.}

*Vtrum relictum ſub conditione, ſi uedua erit, debeatur, etiam ſi in uiduitate non perſtiterit.*

190 ¶Et per quædam ex illis iuribus cōſuluit Oldr.conſi.xxj.thema tale eſt, teſtator habebat fratrem. & iterum conſi.cxlj.thema tale eſt,dominus G.quòd ſubſtitutio facta ſub cōditione, ſi inſtitutus non habuerit liberos,expirat natis liberis,& iiſdem ſtatim mortuis.& idem voluit eadē penè verba adſcribens,licèt nomē illius tacuerit,Io.And.ipſius diſcipulus,in addi.Spec.tit de teſta.§.in pri mis,ad fi.Cy.in d.auth.ſed & ſi quis,in fi.C.de ſecun.nupt.Bal.in l.vlt.col.viij.verſ.xxv.quæritur. C.de hære.inſti.& conſi.lvj.an pater qui fecit legitimari,col.ij.verſi.viſo quodam capitulo,lib.ij.& Rap.Fulg.conſ.xlvj.Andreas de Luca,verſ.nec rurſum prædictis officit.Et Pau.Caſt.in d.l.ex facto.§.ſi quis autē,col.vlt.ff.ad Treb.in lect.Paduana.& in d.l.in ſubſtitutione.ff.de vulg. & pup. & conſi.324.ſuper ſecūdo puncto pro declaratione,col.ij.verſi.idem dicendū eſt,& multo magis, lib.j.& conſ.xcvij.ne impropriis vtamur vocabulis,col.ij.verſ.prima fuit facta,lib.ij.& Pano.conſ. xl.venio ad primum dubium,in ij.dubio.lib.j.Alex.qui nullum horū memorat,conſi.xxxj. ponderatis iis quæ in themate narrantur,col.j.verſ.& quanuis poſt mortē,lib.iij.Iaſ.in d.l.ſi quis hæredem,col.ij.verſi.itē facit regula.C.de inſti.& ſubſt.& d.conſi.lj.Aluiſius,col.pen.verſi.aggredior ſecundum,lib.iij.& d.conſ.lxvj.col.vj.verſi.moueor in primis,eo.lib.iij.& conſ.lxviij.viſo themate,col.viij.verſi.ſecundò reſpondetur,eo.lib.iij.{& Caro.Ruin.conſ.cxxxj.in themate,col.iij.nu.4. lib.iij.& Phil.Dec.conſ.xiij.ſubſtitutio facta,col.ij.verſi.& licèt liberi,& conſ.ccv.in cauſa iſtorum mobiliū,col.pen.verſi.non ob.quòd in ſequentib.& conſi.218.in caſu ad me trāſmiſſo,col.ij.verſ. vlteriùs,& ſeq.& conſ.cclxix.conſultus,col.pen.verſ.venio igitur ad ſecundū.& conſi.ſeq.Dominus Raynaldus,col.j.verſi.& vlteriùs.& conſi.287.in ciuitate,col.j.& ij.& conſ.ccxcj.viſis, col.iij. verſ.venio igitur.& conſi.323.cùm ſit quòd nobilis vir,col.ij.verſ.venio ad ſecundū.& conſi.377. viſis & diligenter conſideratis,col.j.& conſi.384.in caſu propoſito,col.vlt.& conſil.414.viſo eleganti conſi.col.ij.& conſi.427.licèt in caſu,in prin.& col.ij.verſi.& reſpondendo.& Steph.Bertr. conſ.cviij.Chriſti,&c.viſo caſu,lib.j.& conſi.217. Chriſti,&c.cognito caſu,in prin.eo.lib.j.& conſ. ccxxij.ex propoſitis,etiā in prin.eo.lib.iij.& conſi.367.Chriſti,&c.viſo cōſultationis themate,col. ij.verſi.& licèt teſtamentū.lib.j.& conſ.ccc.ſuppoſito,nu.1.lib.iij.De qua re latiſsimè per Iaſ.in d. l.ſi quis hæredem.C.de inſtit.& ſubſt. Et idem in omni alia conuentione aut pacto facto in caſu non exiſtentium liberorum.Nam ſi tempore mortis exiſtant liberi,licèt poſtea moriantur,deficit conditio,quia ſufficit eos ſemel extitiſſe, vt ſcribit Angel. in §.quoniam infirmas,per gloſ. ibi in authent.de nupt.

*Conditio,ſi ſine liberis,expirat natis liberis,& iiſdē ſtatim mortuis.*

191 ¶Hanc quoque partem confirmat quod in multis locis aſſerit Accurſius, obligatum ex contractu vel ſententia ad rem tradendam,ſi eam ſemel tradiderit,eſſe liberatum, nec reuiuiſcere obligationem,

*Obligatus ad*



gationem,etiam ſi ea ad illum denuo reuertatur. Ita enim ſcribit glo.in l.ab emptione,in glo.magna,& ibi Bart.col.ij.ff.de pact.& in l.ſi cum fundum venderes,in verbo,tradat.ff.de contr.empt. & in l.iij.§.vnde vi,in verbo vendicare.ff.de vi & vi armat.& in l.Claudius,in glo.j.poſt mediū, & ibi Bar.ff.qui poti.in pign.hab.& in l.Pomponius.§.ſed & ſi is,in verbo,de rato.in fi.ff.de procur.& authen.ſacramenta,in glo.pen.C.ſi aduer.vend. Quod & idem voluerunt Iaco.Aret.Bart. Imol.Paul.Caſt.Ro.& cæteri recentiores in d.l.permiſceri,quæ eſt pen.§.ſpecies.ff.de acqui.poſſ. Bart.Bald.Ang.Paul.Caſt.Raph.& Alex.in d.l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe.ff.de leg.j. Pet.Iac.tit.de cond.ex leg.quæ pro re dona.comp.col.ij.verſi.item rectè dicitur.Ang.in l. qui reſtituere.ff.de rei vend.& in l.ſed & ſi poſſeſſori,in princ.ff.de iureiur.& d.conſil.xxxiiij. Conſtantinus,col.ij.Petr. Acha.in cle.ne Romani.§.porrò,de elect.Pau.Caſt.in d.l,qui pendentem,per illum tex.ff.de acti. empt.Barb.conſi.xxij.Deum inuocent,col.v.iunctis ſeq.lib.iij.Corn.in l. ſi quis hæredem, col.ij. C.de inſtit.& ſubſt.& Lanfran.in tract.de arbitris,in xlj.q.vlti.partis principalis.{& Iaſ.in §.actionum,num.148.Inſtit.de actio.} Et facit tex.in l.à diuo Pio.§.ſi poſt addictum.ff.de re iudic. & in l.Neſennius.§.fundum.iunctis nota.per doct. maximè Iaſ.in j.not.eod.titu. Nam & generale eſt actionem aut obligationem ſemel extinctam non reuocari,etiam ſi res redierit ad priorem ſtatū. d.l.inter ſtipulantem.§.ſacram,ad prin.ff.de verbor.obligat.l.qui res.§.aream.ff.de ſol.l.Meuius.§. duobus.ff.de legat.ij.c.quæris,de conſec.diſtin.iiij.cum ſimil.{vide Bart.in l.in numerationibus,ad fin.ff.de ſolutio.& conſi.cclxxxj.præcepit arbiter.}

*rem tradendā eſt liberatus, ſi ſemel tradiderit.*

192 ¶Nec minùs ad hanc partem facit,quòd ſi cauſa ſemel ſuum effectū produxerit,ea poſtea ceſſante,non tamen ceſſat effectus.l.vlt.in prin.ff.de ſolu.cum multis ſimil.à me latè cumulatis {in noſtro tractatu,ceſſante cauſa.} in viij.limitatione. Ex quibus vnum tantum repetam,huic loco,quo de liberis natis & poſtea mortuis diſputamus,accommodatiſsimū. Id autem eſt,quòd excuſatio tutelæ ob liberos,non irritatur ſi liberi poſtea moriantur,vt latè voluit Io.And.in c.decet,de reg. iur.lib.vj. in Mercur.per multa iura & rationes.& ita dicit fuiſſe deciſum in publica diſputatio. & conſultum à præſtantiſsimis doc.& id ſequitur Bal.in quibuſdā addi.quas ibi fecit ad ipſum Ioā. And.& Alber.etiam ibi.nam & is regulas iuris canonici commētatus eſt, quo in loco illam Ioan. And.diſputationem ad verbum retulit.& rurſus idem Albe.in l.ij.in prin.ff.de excuſ.tuto.vbi dicit ita ſe ex facto obtinuiſſe,& ibi quoque Bal.ſcilicet in §.non ſolùm,eiuſdem lib.ij.{Imol.conſi. lxxvij.viſis ac ponderatis.} & Mart.Laud.in tract.de fiſco.conclu.cxcviij.habens priuilegium,vbi etiam dicit ita ſe obtinuiſſe.Fulg.conſi.lij.quidam Antonius.col.ij.ante fi.Pau.Caſt.in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ff.ſolu.matr.Io.Ana.conſi.cv.eodemq; vltimo,circa dubium oblatum.& Iaſ.qui ad hoc multa allegat cōtra Alex.qui ibi ſolus omniū tenet contrarium,in l.ſciendum.§.vlt.ff.qui ſatiſd.cog.Phil.Dec.in auth.præterea,ad fi.C.vnde vir & vxo.& in l.vlt.in fi.prin.ff.ſi cert.pet.& in l.omnibus.ff.de reg.iur.& in c cùm ceſſante,de app.vbi hoc reputat not. & conſi.xxiiij.mulier cui propter inopiam,col.j.verſi.quintò accedat.& Hippol.Marſi.in l.etiam,col.j.ff.de quæſtio. Et Ale.ipſe qui eſt in hac ſpecie alterius ſentētiæ,vt diximus,tamē dicit in d.l.ij.§.nō ſolùm,in addi. Nicol.Neap.quòd hāc & iudicando & cōſulendo ſequeretur:ſicuti etiā dicit Soc.in d.l.ſciendū.§. vlt.ff.qui ſatiſ.cog.Et pro ea etiā videtur eſſe tex.apertus & expreſſus in ea pſa l.ij.§.oportet,in illis verbis,neq; rurſus nocēt,qui poſtea moriūtur.quē Alb.hic allegat ad caſum noſtræ quęſtionis.

*An excuſatio tutelæ ob liberos irritetur, ſi liberi poſtea moriātur.*

193 ¶Sed & huc ſpectat quòd à Bald.proditum eſt in l.ſi quis poſthumos.§.j.col.vlti.in princi. & ibi etiam Franc.Aret.col.pen.ff.de liber.& poſthu.quòd ſi ex ſtatuto maſculus expellat fœminam à ſucceſsione,ſufficit maſculum fuiſſe momento temporis,vt fœmina perpetuò maneat excluſa. & idem voluit ipſe Bald.in l.in quibus,col.ij.verſi.ſed hîc occurrit alia quæſtio.C.de ſecun.nupt. & Anto.conſi.xx.nulla mulier.Franc.Aret.{in l.ſi is qui,col.ij.ff.de vulg.& pupilla.&} conſi.50.copioſè & eleganter,col.iij.verſi.vnde videmus.Socin.conſi.cxiiij.præſens conſultatio, col.ij.lib.iiij. Phil.Dec.conſi.cccix.viſo puncto,col.ij.verſic.ſed tamen dictis Iaſon qui hoc dicit ſing.in d.§.ſacram,col.viij.verſi.ſecundò facit.& in l.antepen.col.ij.in prin.C.de inſtit.& ſubſtit.Georg.Nat.in repe.c.quanuis,in xxvj.eademq; poſtrema quæſt.ij.q.princ.de pactis,lib.vj.Stepha.Aufre.in deci. Tholoſa.q.cccclix. item fuit quæſitum in filia dotata.& Catel.Cot.qui & hoc dicit ſingu.in memor.incip.momentum.& iterum memor.ſtatutum quod extantibus maſculis.

*Vtrum maſculum momento fuiſſe ſufficiat, ut fœmina perpetuò excludatur ex ſtatuto.*

194 ¶A quo non longè abſunt qui ſimpliciter dicunt fœminam ob maſculos ſemel excluſam,manere perpetuò excluſam,etiam ſi maſculi moriantur,niſi ſtatutū his verbis vteretur,donec, quouſque,quandiu maſculi vixerint. Ita enim voluit Bart.in l.vlti.ff.ad Tertul.& Bald.in auth.ſed & ſi quis,col.iij.verſi.& per hoc infertur.C.de ſecu.nupt.& in l.ſi Pontionilla,& ibi etiā Corn.C.quādo dies legat.ced.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,& ibi etiam Ang.& Fran. Aret.omnes ad fi. ff.de liber.& poſthu.& in l.ſi auus,& ibi quoque Saly.Pau.Caſt.& Alex.C.de liber.præter.& idē Bal.in l.videamus,in fi.in j.lect.ff.quod met.cauſ.& in d.c.j.§.quinetiam,ad fin.tit.epi vel ab.& in c.j.tit.de fili.nat.ex mat.ad morg.contr.& conſi.cxj.ad conſeruationem,lib.ij.& conſi.ccclxj. cùm ſuperſit,eo.lib.ij.& conſi.ccxv.verba legis municipalis,in j.dubio,lib.iij.& conſi.cclxvij.proponitur quod Manfredinus,col.vlt.lib.v.Ang.conſi.clxxxiiij.ex forma,col.vlt.& omnes penè doct. in d.l.ſi quis poſthumos.§.j.ff.de liber.& poſth.Anto.in c.Raynaldus,per text.ibi,ext.de teſt. Petr. Anch.conſ.ccxx.hæc quæſtio iam vulgaris,in j.dubio.{Imo.conſi.xxvij.viſo quodam inſtrumento,poſt medium.} Raph.Fulg.conſi.xcviij.viſis petitionibus,col.vlt.Pau.Caſt.conſi.clix. punctus

*De eadem re.*

ſtius quæſtionis,col.vlt.lib.ij.& d.conſ.cxcj.viſis & diligenter examinatis,col.ij.& iterum iiij.verſ. & idem eſſet,eo.lib.ij.& conſ.ccxc.viſa ſupraſcripta,col.j.eo.lib.ij.& conſ.ccc.viſo quodã proceſſu,col.ij.eo.lib.ij.Alex.conſ.xx.viſo proceſſu,col.{iiij.verſ.nono & vltimo,& iterũ col.ſeq.} verſ. non ob.ſextum argumentũ,lib.j.& conſ.xxix.quoniã abunde,ante fi.eo.lib.j.& conſi.xliij.conſideratis his,col.ij.verſ.& idem tenet,lib.3.quod repetitur,conſ.liij.lib.vj.Bene.Cap.conſi.39.extant duo inſtrumenta,& conſ.lxxj.punctus,deceſſit quidam.Cor.conſi.404.rem arduã continet,col. x.verſ.accedat ad hanc,lib.iij.& conſ.clx.licèt in hac cõſultatione,col.j.& ij.lib.4.Fran.Are.conſ. cxliij.viſa conſultatione,per totũ.& conſ.clix.viſo puncto,col.pen.verſ.circa ſecundum.Maria.in cle.vt hi qui,ſuper verbo,donec,de æta.& quali.& conſ.v.præſens conſultatio,col.j.verſi. ſecũdo loco præmitto.& Soc.illius filius conſ.lxiij.in cauſa vertente,col.ij.& iij.& v.lib.j.& conſ.xcij.circa primum,col.x.verſ.circa quartam dubitationẽ,eo.lib.j.& conſ.x.conſideratis & bene penſatis, in prin.lib.3.& conſi.33. circa præſentem conſultationẽ,col.ij.eo.lib.3.& conſil.50.viſo teſtamento, col.j.& iterum vlt.eo.lib.3.Vital.Camb.in tract.clauſularum,in rubr.quando filia repellitur à ſucceſ.in prin.Phil.Dec.conſi.87.pro replicatione caſus,in princ.& conſi.231.quod eſt eiuſdem prin. etiam in prin.& conſi.414.viſo eleganti conſi.col.ij.Laur.à Palatiis in tract.ſtatutorum excludentium fœminas,col.iij.verſi.ſed quæritur ſtante hoc ſtatuto.Iaſ.conſ.ccxx.teſtator fecit,col.vj.comprobatur iſta,lib.ij.& conſi.lxvj.nobilis miles,col.viij.verſicu.confirmo & ſecundò,lib.iij.{Carol. Ruin.conſi.clxvij.prima videtur,col.v.num.11.lib.iij.}

195 ¶Et in feudis id quoque obſeruatur,vt cùm fœminæ non ſuccedant extantibus maſculis,ſatis eſt maſculos ſemel extitiſſe,etiam ſi poſtea moriantur,vt fœminæ maneãt perpetuò excluſæ,vt not. And.Iſer.Bald.Aluar.& Card.Alex.in d.c.j.§.quinetiam,per illum tex.titu.epiſc. vel abb. vbi ipſe And.dicit etiam procedere,ſi maſculus momẽto fuerit. {contra id quod ſuprà diximus.} & Calder.conſ.iiij,tit.de feud.Raph.Cu.conſi.xcix.quædam poſſeſsio,in ij.dubio.Raph.Fulg.conſi.viij. dominus Petrus,poſt princ.& iterum conſi.xij.ad id de quo quæritur,in princ.Paul. Caſtr.conſi. xxix.viſa ſupradicta facti narratione cum dubiis,in prin.lib.ij.& d.conſi.cxcj. col.iiij.eo.lib.ij.Iac. Aluar.inter conſi.feudalia.Alber.Brun.conſi.lxv.ſuper caſu feudali.Alexand.conſi.xxix.quoniam abunde,in fi.lib.j.Phil.Dec.conſi.cccxc.quoniam ex facto,col.iij.& Franc.Curt.iunior in tractat. feud.in xxvij.quæſt.iij.partis.Anto.Rub.conſ.lvij.præſupponitur,poſt medium.{Zazius in epitome feudorum,parte viij.in ij.particula,paulò ante fi.} Sed hæc duo qualiter procedant,vide Pau. Caſt.conſi.cxcj.viſis & diligenter examinatis,col.ij.verſi.ex his videtur,lib.ij. { His autem duobus conuenit,quod tradit Bald.in l.videamus,in j.lect. in fin. per illum text. ff. quod met.cauſa, ſufficere filiam fuiſſe ſemel dotatam,vt perpetuò excludatur.}

*Feudum ita concessum ut fœminæ non ſuccedant extantibus maſculis, quomodo accipiatur.*

196 ¶Ad hæc ſi teſtamentum aut etiam legata fuerint tacitè reuocata,vel quia teſtator ſe dedit in arrogationem,vel quia legatam rem ſponte alienauit,certè ſi poſtea factus ſit ſui iuris,vel in ſecundo caſu rem ipſam alienatam redemerit : tamen teſtamentum manet irritum, & legata reuocata, niſi noua teſtatoris voluntas acceſſerit.l.qui ex liberis.§.teſtamento.ff.de bonor.poſſ.ſecund.tab. & l. cùm ſeruus.ff.de adi. legat. quam ad hoc citat & dicit not. Bald.in l. qui poſt teſtamentum, col.j.verſicu.quæro quartò.C.de legat.

*Legatum ſemel reuocatũ an aliquando reuiuiſcat.*

197 ¶Quid plura?cùm tex.habeamus,quos vix poſſemus refellere,rumpi teſtamentũ natiuitate poſthumi præteriti,nec reſtitui ſi illico deceſſerit:ita enim ſcribitur in l.ij.& iij.C.de poſth.hære.inſtit. Idq; etiam procedit ſi filius viuo teſtatore decedat. l.ſi filius qui in poteſtate.ff.de lib. & poſth.& l.qui vxorem.ff.de iniuſt.teſta.& §.j.Inſtit.de exhær.lib.& tradit etiam Caius iuriſconſultus, ſi is eſt,lib.poſteriore Inſtitutionum,eod.tit.de exhære.liber.qui iij.eſt eius lib.poſt prin.Ex quibus planum fit,nec hìc quoq; reſtitui donationem morte liberorum,quorum natiuitate reuocata fuerat.

*Et quid in teſtamento rupto.*

198 ¶Nec huic rei facit aliquod præiudicium.l.poſthumus præteritus.ff.de iniuſt.teſtam. quam ſuprà in princ.huius quæſtio.attulimus. Nam ibi teſtamentum confirmatur æquitate quadam prætoria,quæ quidem æquitas hìc ſcripta non reperitur. Ideo ſtandum eſt regulæ communi,quæ dicit contractum & aliam quamlibet diſpoſitionem ſemel extinctam non reuiuiſcere , ſublata etiam extinctionis cauſa,præſertim cùm fauorabilius ſit teſtamentum , quàm actus inter viuos.l.in teſtamentis,ff.de reg.iur.& cap.cùm dilecti,extr.de donat. Ideoq; & minùs debet trahi æquitas in caſu teſtamenti ſcripta,contra regulas iuris communis ad actum inter viuos,per plenè not.in l. ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matr. Et id quidem maximè,cùm in d.l.poſthumus,non ſimpliciter reconualeſcit teſtamentum,ſed vt ex eo tantùm poſsit peti bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas, vt ibi nuncupatim ſcribitur,& not.docto.& latè Bald.conſi.ccxv.teſtamentum,poſt princ.lib.iiij. {& conſi.ccxxxv.proponitur quòd dictus Antonius,poſt medium,verſic.item quod poſthumus, lib.v.& Angel.conſi.lj.Simon notarius,col.ij.verſi.ſed quia dicta.} & Socin.conſi.lxxvij.viſis teſtamento ſpectabilis,col.iij.verſic.& ſi dicatur poſthumus,lib.iij. Quæ quidem bonorum poſſeſſio non poteſt conuenire donationi,de qua tractamus.

*Solutio contrarij.*

*Contractus, & alia quælibet diſpoſitio ſemel extincta, non reconualeſcit.*

199 ¶Item æquitas illius l.procedit,cùm venientes ab inteſtato ſunt inſtituti,vt ibi not.Bart. & ex ea colligitur,cùm dicitur,ſi bonorum poſſeſsio data fuerit ei qui rem ab inteſtato auferre poſsit. & voluerunt etiã Bart.Ang.& Pau.Caſt.in l.vxoris.C.de poſth.hær.inſtit.& Raph.Fulg.conſi.lxix. punctus talis eſt,Marianus,ante fi.& Alex.in l.ſi pater,col.pen.C.de inſtit.& ſubſtit.& Phil.Dec. in addit.l.poſthumo,col.eiuſdem addit.vlti.C.de bonor.poſſ.contra tab. Imò verò tantùm,cùm filius

*De eadem re.*





filius teſtatoris eſt inſtitutus,ſecundum Bal.conſi.cxxviij.ad intelligentiam,poſt princ.lib.j.quod repetitur conſi.cxiij.proponitur quòd quidam,lib.v. Quæ res hìc non obtinet,vt interim omittam quæ circa intellectum illius l.ſcribit Alciat.lib.Paradoxorum tertio.cap.viij.

200 ¶Quod autem præterea dictum eſt inter rationes prioris partis de ceſſatione cauſæ huius l. ob mortem filij,qui reuocauerat donationem,ſatis ſuperque diluitur ex multis quæ diximus in rationibus poſterioris partis. Nã cùm in caſu noſtræ l.donatio reuocetur ipſo iure,vt plenè poſtea dicemus in verbo,reuertatur,in princ.& ita omnino & integrè effectus ſit conſummatus & perfectus,non ceſſat ceſſante cauſa,vt ſuprà latè diximus.

*An effectus ceſſet,ceſſante cauſa.*

201 ¶Sed & quod poſtea dictum eſt,non ſufficere aliquid factum eſſe,niſi duret factum, non perpetuum eſt,quin multas magnasq; habet & diſtinctiones,& limitationes,vt per {Bart.conſi.clxxxj. præcepit arbiter} Bald.conſi.xlij.præmittendum eſt,lib.v.& latè Angel.& Corn.in d.l.ſi quis hæredem.C.de inſtitu.& ſubſtit.& eundem Ang.d.conſi.xxxiiij.incip.Conſtantinus.& iterũ conſi. clix.Corradus,Petr.Anchar.in c.non poteſt,col.ij.verſicu.iuxta prædicta,de præb.lib.vj.& Corn. conſi.vij.rudis & incompoſita,col.penult.verſi.non obſtat quod dicebatur,lib.j.& Barb.d.conſi. xxij.lib.iij.& hoc quoque ſatis liquet ex multis quæ ſuprà adduximus in hac poſteriori parte.Ex quibus facilè potes intelligere,nihil illud hìc obſtare.

*Factum eſſe non ſufficere, niſi duret factum, quomodo intelligatur.*

202 ¶Denique text.hic noſtræ l. non obſcurè ſentit perpetuò reuocatam eſſe donationem natiuitate liberorum,quicquid poſtea contingat de morte ipſorum,cùm dicit,in arbitrio & ditione manſurum. Nam primùm cùm res redierit in ius & arbitrium donatoris , non poteſt ſine aliquo ipſius facto aut culpa eadem re priuari,per l.id quod noſtrum.ff.de reg.iur. Deinde id etiam apertè demonſtrat verbum illud,manſurum,quod perſeuerantiam denotat,& ſtabilitatem, vt euidentiſsimè probat illud Terentij in Hecyra:

*Verbũ maneo, perſeuerantiam, & ſtabilitatem denotat.*

*Manere affinitatem inter nos volo,ſi vllo modo poteſt.*

præter illud Virgilianum lib.j.Aeneidos,

*Manet alta mente repoſtum*
*Iudicium Paridis.* Et alibi in eod.lib.
*Manent immota tuorum*
*Fata tibi.*

Quo in loco Donatus interpres ſentiens vim huius verbi,ſat erat,inquit,vt diceret, manent tibi fata:ſed vt ſatiaret quod aſſerebat,addidit,immota. Sed & idem in Terentij Eunuchum illud enarrans,Vt maneam ſolus cum ſola,ita interpretatur,remaneam,perſeueremq; in loco.{Sed nullus omnino locus id apertiùs oſtendit,quàm illud Terentij in Hecyra:

*Ego Pamphile eſſe inter nos,ſi fieri poteſt,*
*Affinitatem hanc ſanè perpetuam volo.*

Quam eandem ſententiam paulò pòſt repetit iis verbis,

*Iamdudum dixi,idemq; nunc dico,Lache,*
*Manere affinitatem hanc inter nos volo.*

Vides enim id quod primùm dixerat perpetuã volo,ſtatim iis verbis repetit, Manere volo,quaſi idem omnino ſit,perpetuam eſſe volo,& manere volo.} Vt interim prætermitam text.apud nos id etiam comprobantem in l.aliud eſt capere,in prin.ff.de verb.ſign.vbi dicitur manſurum,quod ita ad nos peruenit vt non reſtitui poſtea debeat,& in l.vlt.in fi.ff.de libe.lega.vbi etiam probatur manere id quod durat.& in l.vlt.C.de Lati.lib.tol.& in c.quia in omnibus,in fi.extr.de vſur. {Et facit tex.in l.Caio.§.vlt.ff.de alimen.legat.cùm dicitur perpetuò maneat,quanquam in diuerſum trahi poſſet,& in l.in laqueum.ff.de acq.rer.domi.vbi deſinere & manere ſunt veluti oppoſita.} Nam eiuſdem ſignifi.eſt verbũ maneat,quo veteres vtebãtur pro manet. Cecilius in probaſtaria apud Non.Marc.de mutatis coniugationib.in vultu eodem in eadem maneat malitia. Igitur non maneret res donata in ditione & arbitrio donantis, ſi morte liberorũ extra ipſius ditionẽ exiret.

203 ¶Et ne poſt tot tantasq; rationes auctoritate etiam careamus , ita expreſsè in hoc caſu,vt videlicet non confirmetur donatio per mortem filij,tenuit Albe.hìc in duobus locis {& in l.j.ff. de aſſignan.liber.dum ſe ad hunc locum remittit} Bart.poſt Martin.Fan.in l.Titia Seio. §. imperator, col.vlti.verſi.quæro pone filij ſunt nati,& ibi etiam Bald.ff.de legat.ij.idem Bartol.conſi.ccxxxv. Lapus fecit teſtamentum.Bald.in l.j.col.vlt.C.de inoffi.dona.& conſil.clxvij. quidam Franciſcus tunc carens liberis,col.j.lib.v.Imol.in cap.vlt.col.vj.verſic.quærit etiam Bart.extra de dona Petr, Ferra.in tit.forma libel.quo agi.pro don.in verbo,irreuocabiliter,col.iiij.verſi.ſed circa hoc quæro.Corne.conſi.clxxvj.in præſenti conſultatione,col.vlt.lib.ij.{& conſi.ccxxxiiij. placet mihi, in princ.lib.ij.vbi id dicit procedere,etiam ſi incontinenti moriatur.} & conſil.iiij. dubia ſatis,col.ij. verſi.per quam rationem,iunctis iis quæ dicit col.vlt.verſi.nec obſtat quòd donatio,lib.iij. Fran. Aret.conſi.xciij.viſo legato,col.iij.verſi.præterea ſi donatio.Socin.conſi.ccxxvj. quæſtio præſentis conſultationis,col.iiij.lib.ij.Iaſ.in d.l.ſi quis hæredem.col.iij.verſic.ad idem facit quintò.C. de inſtitu.& ſubſtit.& in d.l.in ſubſtitutione,col.iij.verſic.ad idem bene facit.ff.de vulga.& pupil.& conſ.lxvj.nobilis miles,col.viij.verſ.confirmo & tertiò,lib.iij.vbi id quoq; dicit procedere,etiam ſi filius illico moriatur.{Carol.Ruin.conſi.lx.de re quidem,col.vj.num.17. lib.iij.} Philip.Deci.in addit.l.poſthumo,colum.eiuſdem addit.ij.C.de bonor.poſſeſ.contra tabu.& Steph. Bertr.conſil.

*Qui teneant donationẽ non cõfirmari per mortem filij.*

lxxxiij.Chriſti,&c.viſis tribus,col.ij.lib.ij.& conſi.cxxxiij.pro faciliori,col.ij.lib.iiij.{Pau.Pariſien. conſi.lxxij.videtur dicendum,col.vlti.num.61.lib.j.}

*Et qui contra riũ aſſeuerēt.*

204 ¶Sunt tamen & qui priorē illam partem ſecuti ſunt,vt videlicet rata maneat donatio,ſi filij poſt eam nati moriantur ante patrem.& in his eſt Phil.Dec.ſibi contrarius,in l.precibus,col.v.verſic. & pro iſta differentia.C.de impub.& ali.ſubſt.id dicens voluiſſe Bal.in d.l.j.C.de inoffic.donat.& Pau.Caſt.in l.ij.in fi.C.de poſthu.hære.inſti.quorum tamen priori contrariũ nuncupatim tenuit, vt diximus in præcedenti verſi.vterque autem aliud vnum quod poſtea dicemus nu.212. ſed & hoc expreſsè quod anſam præbuit Decio eos in hãc partem trahendi.Sed & hanc quoq; partem ſecutus eſt Lanc.Gal.in rep.l.Centurio,char.x.col.iij.verſi.pro reſponſione poteſt dici.ff.de vulg. & pup.ſubſt.vbi nititur reſpondere ad l.hæredibus.ff.ad Treb.ſuprà à nobis citatam, cui potiſsimùm innititur Bar.alterius partis anteſignanus ex Raph.Com.ſentẽtia,ſicuti illic videre poteris. Neque enim diutius immorari ducimus in re ab omnibus ſtatuta ac iudicata.Ideo exploſa hac vnius aut alterius ſentẽtia,frequentiorem ſequimur,quæ negat confirmari donationẽ morte filij.

*Autoris hac de quæſtione opinio.*

*Partus uitalis quis.*

205 ¶Eam tamen multis modis intelliges. Primò,vt procedat,modò fœtus natus poſt donationẽ ſit tempeſtiuus & vitalis,id eſt,vt imperitiores intelligant,natus tempore legitimo,vt ſecũdum naturam poſsit viuere,videlicet ſeptimo menſe,vt medici aſſerunt,& iuriſconſulti eorũ auctoritate, in l.ſeptimo.ff.de ſtatu hominum,aut nono,quod communi hominum huius temporis ſententia eſt frequentiſsimum:aut aliis,de quibus mox dicemus. Quòd ſi naſcatur ante ſeptimũ menſem, vel etiam in octauo,ideoq; vitalis eſſe non poſsit,& Philoſophorum & medicorũ teſtimonio, vt poſtea dicemus,& è noſtris aſſerit Bal.in l.ea quidem,col.iij.verſic. ego verò in iſta materia.C.de accuſa.& conſi.cxxviij.ad intelligentiam, lib.j.& conſi.cxiij.proponitur quod quidam,in fi.lib.v. Is certè non reuocat donationem,quemadmodum nec rumpit teſtamentum,per text. in l.quod certatum eſt,quæ eſt iij.C.de poſth.hær.inſtit.in illis verbis,ſi viuus perfectè natus eſt.Nam perfectè natus non dicitur,qui ita intempeſtiuè atque immaturè natus eſt,vt viuere non poſsit, per d.l.ſeptimo,in verbo,perfectum partum.Et ita de teſtamento voluerunt Pau.Caſt.qui ſe dicit habuiſſe de facto in d.l.iij.quã legit cum ij.& Alex.{& Iaco.à ſancto Georg.}ibi,& Raph.Co.Chriſtopho.Caſtel.Alc.Io.Bapt.à ſancto Seuer.Lancel.Dec.& Iaſ.in l.quod dicitur.ff.de lib.& poſth.& Raph.Fulg.conſi.lxix.punctus talis eſt,Marianus,col.ij.Cepola cauſarum ciuiliũ conſi.50.in cauſa quæ vertitur inter dominam,col.pen.verſ.circa ſecundum.Soc.in l.cùm auus,col.antepe.verſ. ſed quæritur quid ſi grauatus.ff.de cond.& demon.vbi etiam loquitur in caſu illius legis quæ ad noſtram proximè pertinet,& dicit ſe ita cõſuluiſſe:ſicuti fecit conſi.cclxxv.in cauſa fratrum,col. vlti.verſi.poſt abſolutum conſilium,lib.ij.vbi dicit non eſſe ab hac opin. recedendum,licet Ang. tenuerit contrarium,in d.l.quod dicitur,ſicuti etiam tenuit Bal.conſ.cxx.viij.col.ij.lib.j.& d.conſ. cxiij.lib.v.Corn.in d.l.iij.& Steph.Bertr.conſi.ccxvij.Chriſti,&c.cognito caſu,num.5.lib.j.{& Fel. in c.ſicut ex tuarum,ante fi.extra de homic.} Sed & priorem ſententiã tenet Phil.Dec. {ſibi contrarius,} in l.poſthumo,col.iij.verſi.prædicta autem.C.de bonor.poſſ.contra tab.Hippo.Marſi.in l.vlt.nu.160.ff.de iuriſd.om.iud.& ſing.cvj.qui de proximo,paulò ante fi.& conſi.x.caſus dubitationis,col.ix.verſi.& facit optimè,vbi id reputat ſing.& Matth.Afflict.in deciſ.Neap.q.ccxxxvj. Petr.de S.Iuliano,vbi ex hoc dicit quòd ſi mulier à patre dotata decedat relicto filio octimeſtri, & qui ideo ſtatim pòſt moritur,non cenſetur deceſsiſſe cum liberis,nec tali filio ſuccedit pater in dote materna , ſed pater mulieris poteſt repetere dotem , ac ſi nulli ei mulieri liberi nati fuiſſent. Nam ille filius octauo mẽſe natus,pro nõ nato habetur.Et ita dicit fuiſſe deciſum in ſacro Neap. concilio. Idem quoque Alci.alterum noſtri temporis decus,in l.qui mortui.ff.de verb.ſignifi. {& Bauer. & Viglius Phryſius in §.poſthumi,Inſti.de exhære.libe.& nouiſsimè longo tempore poſt meam priorem editionẽ Paul.Pariſ.Card.digniſsimus conſi.lvj.agitur,col.iij.lib.ij.}Et facit quod dicitur à Paulo iuriſconſulto,ſi is eſt,lib.iiij.ſententiarum,tit.de inteſtat.ſucceſsione: Matres tam ingenuæ quàm libertinæ ciues Romanæ,vt ius liberorũ conſecutæ videantur,ter & quater peperiſſe ſufficiet,dummodo viuos & pleni temporis pariant,{Quodq; tradit Bal.in l.cùm proponas, col.vlt.C.de hæred.inſtit.fieri non poſſe per rerum naturam vt abortiuus hæres eſſe poſsit.}

*Octimeſtris partus non uitalis.*

*Abortiuus nõ rumpit teſtamentum.*

*Octauo menſe natus pro non nato.*

*Autoris opinio.*

*Aboriri.*
*Abortare.*
*Abortire.*
*Abortiuus partus quis dicatur.*

206 ¶Et ego ſanè cum priori illa teneo,tum per illum tex.in d.l.quod certatum eſt,tum etiam per alium tex.expreſſum in l.ij.C.de poſthu.hæred.inſti.vbi ad verbum hæc ſcribuntur,vxoris abortu non ſolui teſtamentũ mariti.& eſt ſimilis tex.in §.poſthumi,ibi,abortum fecerit,Inſtit.de hæred. lib.Quid enim eſt,ſi verum dicere volumus,aboriri,id eſt abortiuum facere,ſiue abortare(nam & hoc vtitur Iulius Firmicus lib.vj.Matheſeos,{lib.vij.in vj.loco,}& ante eum Varro lib.rei ruſticæ ij.c.iiij.& iterum xj.) ſiue etiam abortire, quod Columellæ eſt,aliud quàm immaturum atque intempeſtiuum partum,licèt viuum,edere,vt oſtendunt verba Gellij lib.noctiũ Atticarum iij.c.xvj. quæ ad hunc locũ maximè pertinent.Ea ſunt:Memini ego Romæ accuratè hoc atq; ſolicitè quęſitum,negotio non rei tunc paruæ poſtulante,an octauo menſe infans ex vtero viuus editus,ſtatim mortuus,ius trium liberorũ ſuppleuiſſet,cùm abortio quibuſdam nõ partus videretur menſis octaui intempeſtiuus. Quibus cõcinens Feſtus Pompeius,abortũ grauidæ mulieris dici aſſerit intempeſtiuè ortũ.Et iis maiorẽ in modũ cõueniũt quæ Sabinus Hippocratis interpres ſcribit enarrãs illud,vt dicit,eiuſdẽ Hippocratis,ſiue Theſſali vel Herophili,vt Galenus arbitratur in lib. περὶ τροφῆς,id eſt,de nutricatu, ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἐστὶ ὀκτάμηνος γένεσις,id eſt,eſt autẽ,& nõ eſt octimeſtris nati uitas



uitas ſiue partus,vt traducit Theodorus. Quæ cùm pugnantia ſecũ viderentur,ita Sabinus ipſe declarauit, ἐστὶ μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν, οὐκ ἐστὶ δὲ ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα, καὶ ἐστιν οὖν φαντασίᾳ μὲν παραυτίκα ὄντα, δυνάμει δὲ οὐκ ἐστί , id eſt,apparent quidem veluti animalia poſt abortum,ſed nequaquam ſunt,quippe quæ ſtatim vita excedant.Itaq; eſſe quidem tantiſper imaginantur,ſed potentia non ſunt.Vides igitur hìc primum ἔκτρωσιν,id eſt,abortum de eo dici , qui intempeſtiuè,videlicet octauo menſe(de eo enim loquitur)etiam viuus naſcitur. Vides, inquam, eum non eſſe inter liberos,ac ne inter animalia quidem annumerandum qui ita natus eſt, vt qui nihil ſit,cùm mox vita excedat,licèt primùm aliquid eſſe videatur,quia viuus naſcitur. Ex quo illud Hippocr.veluti ænigma quoddam,Eſt,& non eſt octimeſtris partus.Ex noſtris autẽ Raph. Fulg.d.conſ.lxix.apertè declarat eum dici abortiuum,qui intempeſtiuè,nec ſuo tempore , quãuis viuus,natus ſit.{Nam & hinc ficus abortiui dicuntur,qui nunquam matureſcunt,apud Plinium lib.xvj.cap.26.}Ideo dici veriùs fœminam eum partum eieciſſe,quàm peperiſſe,aut edidiſſe.l.ſi ſeruus.§.ſi mulier,& l.Quintus Mutius.ff.ad leg.Aquil.{Et apud Valerium lib.iiij.cap.vj.quod eſt de amore coniugali,quo loco de Iulia Cæſaris filia partum,inquit,quem vtero conceptum habebat, ſubita animi conſternatione,& graui dolore corporis eiicere coacta eſt. Et apud Caium Titum Probum in Epitome,de pronomine Opiſcus,qui in vtero matris geminus conceptus altero abortu eiecto incolumis editus erat.Quibus}adde Plinium facientem huiuſmodi diſcrimen inter eiectum partum,& editum,lib.xj.cap.xxxvij.Cuius eo in loco hæc verba ſunt : Vulua eiecto partu melior,quàm edito.Eiectitia vocatur illa,hæc porcaria.Et paulò pòſt, Aut poſt partum , aut quo eiecerint die.Vt iam non dubites quin in primo illo loco legendum ſit eiecto partu,non enecto, vt in quibuſdam codicibus ſcribitur.Et ita legit Georgius Merula in inuectiua in Galeotum , & in commentariis in Iuuenalem ſatyra,ni fallor,vndecima:atque etiam Domitius Calder.in Papinianum lib.iiij.ſyluarum:quibus accedo,quamuis Cornelius Vitellius in eo lib.quem ſcripſit aduerſus Merulam,contendat legendum,enecto,quoniam idem ſit eiecto, quod edito : quod omnino falſum eſſe ſatis conſtat ex iis quæ ſuprà diximus.

*ἔκτρωσις.*

*Ficus abortiui.*

*Eiicere partum.*

*Diſcrimen inter partum eiectum,& editum.*

207 ¶Porrò quod eiicere partum in illis locis dicitur pro abortiuũ facere,proiicere dicunt ſacræ literæ,Numeri 12.Cicero abigere partum dicit,quod eſt eiuſdem ſignificationis , in Aulo Cluentio Habito.Cuius verba retulit Triphonius noſter in l.Cicero.ff.de pœnis.& in eadem quoq; ſignificatione vſurpauit{Columella lib.rei ruſti.ſexto.cap.22.&}Vlpia.in l.ſi muliere.ff.ad leg.Corne. de ſicar.{Martianus in l.diuus.ff.de extraord..crimin.}& Suetonius abigere conceptum,in Domitiano cap.22.Columella lib.6.cap.27.abigere fœtum.Concilium Anciranum cap.21.excutere exceptum.Niſi quòd hoc ſcilicet abigere,vi & medicamentis fit,illud etiã caſu.Fitq; vtrumq; Gręcorum imitatione,qui ἐκβάλλω dicunt nunc pro eiicio ſimpliciter,idq; frequentiſsimè,nunc pro partum abigo vel eiicio,vt apud Theophraſtũ lib.ix.cap.20.ſtatim poſt princip. & Galen. lib.2.de ſymptomatũ cauſis. Vnde & ἐκβολὰς,abortus,ἐκβόλιμος,eiectus,eiectitius,abortiuus,apud Ariſtotelem lib.tertio de animalibus,cap.4.poſt princ.& ἐκβόλια medicamẽta,quibus partus abiguntur,de quibus ſæpe Dioſcorides.Qua etiam voce Græca in ea ſignificatione vſus eſt Plinius lib. xiiij.cap.xviij.cùm ſcribit,Thaſiam vuam Aegyptus vocat apud ſe prædulcem,quę ſoluit aluum. Eſt contrà in Licia,quæ ſolutam firmat.Aegyptus & ecbolimam habet abortus faciẽtem. De qua re multa Budæus Gallorum decus eximium,tum in ſuis annotationibus prioribus,tum in commentariis Græcæ linguæ.{Cæterum Plinius pro eiicere ſiue abigere dicit egerere , libro ſeptimo, cap.vndecimo.vno abortu duodecim puerperia egeſta.}Porrò diſcrimẽ eſſe inter parere,& abortum facere,ſatis docet l.j.§.vlt.ff.de ventre in poſſ.mittendo.cùm dicit,aut pariat,aut abortum faciat.Nam vt ſcribit Paulus lib.4.Sententiarum titulo octauo,Aborſus & abactus venter partum efficere non videtur.Sed vt redeamus,idem quod Fulg.vbi ſuprà,dicit Soci.in d.l.cùm auus,quo loco ſuprà deſignauimus,citans Galenum in Hippocratem libro tertio aphoriſmorum , c.xiij.& lib.v. c.xxxvij. & iterum cap. 50. & Iulium Firmicum lib.Aſtronomiæ vj.qui tamen nihil in illis locis tradunt,quod huc pertineat.

*Proiicere partum.*
*Abigere partum.*
*Abigere conceptum.*
*Excutere conceptum.*
*ἐκβάλλω.*
*ἐκβόλιμος.*
*ἐκβόλια.*
*Vua ecbolima.*
*Egerere puerperium.*

208 ¶Illud tamen admonere te volui lector amantiſsime,antequam vlteriùs progrediamur , illã Hippocratis ſententiam à Sabino declaratam , non iiſdem illis verbis ſcribi apud Hippocratem , ſed ipſius hæc verba ſunt ex libro ſuprà aduocato, ἐς ἔκπτωσιν σμʹ οὐκ ἐστι, καὶ ἐστι, id eſt, ad exciſionem ſiue elapſum quadraginta & ducenti,non eſt,& eſt.Quæ verba tamen eadem habent ſententiam, niſi quòd ea dilucidiùs Sabinus adſcripſit.Nam quadraginta & ducenti dies faciunt octies triginta,id eſt octo menſes.medici enim conſtituunt menſem ex triginta diebus , vt videre licet apud Galenum lib.de Criſibus ij.c.item ij.& iterum lib.Therapeuticæ x.ſtatim poſt princ.Et id quoque noſtræ leges confirmant.l.ſi maritus præuenerit.§.hæc in maritis,& l.miles.§.ſexaginta.ff.de adulter.& auth.iubemus.C.de iudic.& in §.ſed & hoc,in auth.vt cum de appellat. cog. cum concord. tex.& docto.à me latè congeſtis in noſtris commentariis conſuetudinum Picta.tit.j.§.xij.in gl.2. nec id quidem abs re.nam tot diebus cùm Luna tardiſsimè à coitu ſolis,quod interluniũ dicitur, remoratur,ad ſuas vices redit,curſumq; conficit.Menſes autẽ à Luna dictos Græci aſſerunt,apud quos menſis μὴν,Luna μήνη dicitur:quod etiam è noſtris annotauit Alciatus in l.cum biſſextus,in fi.ff.de verb.ſignifi.{& ex externis Epiphanius lib.hæreſeôn j.to.j.ſect.xvj.}Quod tamen intellige,ne erres,vt ſcilicet menſis conſtet triginta diebus,non tamen prorſus cõpletis. Nam vt ſcribit

*Menſis quot dierum.*

*Menſes à Luna.*
*μήν.*
*μήνη.*

ipſe Galenus in commentariis Præſagiorum Hippoc.lib.iij.cap.iiij.vnuſquiſque menſis minor eſt triginta diebus,maior verò nouem & viginti.Id quod in tranſcurſu dicere voluimus; ne ſi quis Hippocratem eo in loco legeret,vt cum Sabini interpretatione conferret deciperetur.

209 ¶Sed vt redeamus,ex iis quę ſuprà dicta ſunt,poteſt videri malè conſuluiſſe Bal.conſ.ſuprà allegatis,ſcilicet conſ.cxxviij.lib.j.& conſ.cxiij.lib.v.videlicet maſculum octauo menſe natum, & ita non vitalem, vt ipſe fatetur,facere eam conditionem deficere,ſi maſculum pepererit.Nam partus dici non poteſt, qui abortiuus eſt,vt ſuprà oſtendimus,& aſſerit etiam Laurent.Calca.conſil.cv. incip.licèt abundè conſultum ſit,in prin.Quanquam pro Bal.atque etiam pro Angelo, Corneo & Bertran.quos verſi.abhinc quarto ſupra citauimus,facit text.in d.l. quod dicitur.ff. de liber.& poſth.vbi ſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen, teſtamentum rumpit. ea enim ſunt verba illius legis.Sed illic intelligitur non integrum animal,omnibus ſcilicet mēbris, vt quia fortè ei deeſt digitus,aut aliud quippiam,quod tamen in monſtrum aut prodigiū non abit,iuxta tex.in l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu homin.Non autem intelligitur de imperfecto,aut non integro tempore,aliàs pugnaret cum d.l.ij.& d.l.4.C.de poſth.hæred.inſti.de quo nos latiùs diximus ſuprà num.169.nec item obſtat.{An autem abortiui partus in poſtremo illo iudicio generali ſuſcitabuntur,reperies apud Diuum Auguſtinum,in Enchiridio ad Laurentium,cap.lxxxv.}

*Abortiuus partus nō eſt.*

210 ¶Sed hinc non abeundum ducimus,quin primùm lectores doceam, quæ antiqui naturæ ſcriptores de vitali aut minimè vitali partus tempore opinati ſunt,quódue tempus maturum ac tempeſtiuum partui cenſuerunt,tum ad huius loci perfectam cognitionem,tum etiam not.à noſtris in l.Gallus,in prin.ff.de liber.& poſth.Primùm igitur adferemus quæ Plutarchus & Cenſorinus de ea re ex antiquioribus ſcripſerunt.Ille enim lib.v.de dogmatis Philoſophorum,Empedocles, inquit,exiſtimabat,cùm primùm genus hominum è terra enatum eſt,tantum longitudine temporis diem fuiſſe propter ſolis ſegnitiem,quanta nunc decem ſit menſium dies. Procedente deinde tempore,tantum fuiſſe,quanta nunc ſeptem menſium : propterea decimeſtres infantes, ac ſeptimeſtres,natales.Itaque nimirum natura comparante,vno partum adoleſcere die, qua prima poneretur nocte. Timæus non decem menſes,ſed nouem eſſe exiſtimat. Verùm quoniam & ante conceptus menſtrua ſiſterentur,propterea decem exiſtimatos:ſic quoque ſeptimeſtres videri, qui ſeptimeſtres non ſunt, quippe cùm à conceptu quoque vulua nonnunquam menſtruis affluat. ignorari enim & poſt conceptū purgationū numerum. Polybus & Diocles empirici vel octauū menſem agnouere genitalem,etſi languidiorem quodammodo, quoniam permulti ex infirmitate perierint,ferè tamen octimeſtres non pauci in viros euaſerint.Ariſtoteles verò Hippocratéſq; putant,ſi vulua menſibus expleatur ſeptem,tum denique erūpere infantes,vitaléſque naſci:quod ſi erūpant,nec tamen alantur vmbilico languente(id quod accidere ſolet, ſi dolente vulua concrementum partus fiat)tunc infantem tabeſcere.Sin verò nouem menſes in vtero manſerit, tum demum numeris omnibus ſuis conſummatum eſſe.Polybus centū & octoginta duos dies dimidiatúmque natales efficere,quod ſemeſtre tempus eſſe, quanto tempore ſol ab vno ſolſtitio ad alterum perueniat.Septimeſtres verò ideo dici, quandoquidem ſexti menſis dies in ſeptimo implent.Enimuero Mathematici octo omnis genituræ menſes diſſociabiles eſſe aiunt, ſeptem verò fœderabiles.Diſſociata autem diſiunctáque ſigna ſunt,ſi ſtellas, quas οἰκοδεσπότας,id eſt domicilij dominas vocant,maleficas nactæ ſunt.Nam ſi qua harum vitæ viuendíque inſtituti auſpicatū ſit,infortunatos non perennaturóſque portendit.Abiuncta autem ſigna, nullóque mutui conſpectus cōmercio vincta,numero ſunt octo,veluti Aries ad Scorpionē abiūctus,& Taurus ad Sagittarium,Gemini ad Capricornū,ad Aquariū Cancer,ad Piſces Leo.Denique abiuncta virgo ad Arietē.Quare & ſeptimeſtres vitales & decimeſtres eſſe,contrà octimeſtres enecari propter mūdi diſſidentiā.Hæc Plutarchus:cui,antequā Cenſorinū capiamus,illud addā,quod ad Mathematicos pertinet,plurimos ex iis illud quoque addere,Infantibus priuſquā edātur in lucem,planetas prę̨fici,& ita quidē,vt Saturnus primum mēſem ſibi adſciſcat,Iupiter ſecundū,Mars tertiū,Sol quartū,Venus quintū,Mercurius ſextū, Luna ſeptimum:quæ quia partubus præeſſe dicitur,ideóque Lucina dicta,quòd partus ipſos in lucem prodat,idcirco eo menſe ſeptimo partum integrū facit, Subinde autem peractis ſeptē menſibus Saturnus rurſum octauū occupat,qui cùm ſit malignum mortalibus ſydus,meritóque dicatur filiorum deuorator:ideo raró contingit,quin natis eo mēſe immineat interitus,præſertim cum & ipſius frigiditas & ſiccitas multùm vitæ aduerſantur.Nono autē menſe,cùm præualeat ipſe Iupiter benignus ac fauēs humano generi,fœtus omnes abſoluti integríque produntur ad vitam.Et ſiquando decimū mēſem attingūt,tāta eſt Iouis benignitas,vt tueri partū poſsit à Martis malignitate.Quā ſententiā etiā à noſtris adfert Petr.Iacob.tit.de cōdi. ex lege omnimodo pro legitima portione debita filiis,charta 1.& 2.& Domi.Guil.Bened. in repe. cap.Raynutius,in verbo,& ſoboles quā geſtabat in vtero,nu.24.& ſeq.extra de teſta.Quanquam hæc aſtrologorum ſententia minimè placet Ioanni Pico Mirandulæ, qui eam nūcupatim arguit lib.3.aduerſus Aſtrologos,cap.xvij.Nūc autē accedimus ad Cenſorinū,apud quē in li.de die natali ad Cerelium, Hippo Metapontinus à ſeptimo ad decimū mēſem naſci partū poſſe exiſtimauit.Nam ſeptimo partū iam eſſe maturū,eò quòd in omnibus numeris ſeptenarius plurimū poſſit:ſiquidē ſeptimis formētur{dētes}mēſibus,additíſque alteris recti conſiſtere incipiamus,& poſt ſeptimū menſem dētes nobis innaſcuntur,iidéque poſt ſeptimum cadunt annum;decimoquarto autem

*Tempora uitalis, aut minimè uitalis partus ſecūdum antiquos ſcriptores.*

*Infantes decimeſtres, & ſeptimeſtres.*

*Octauus mēſis genitalis.*

*Septimo, & non uitales naſci.*

*Semeſtre tēpus natales efficere.*

*Septimeſtres.*

*Abiuncta ſigna quot.*

*Planetas infantibus præfici.*

*Luna cur Lucina dicta.*

*Octauus mēſis cur partui infortunatus.*

*Nonus uerò fauens.*

*Septenarius numerus plurimum poteſt.*



autem pubeſcere ſoleamus.Sed hanc à ſeptem menſibus incipientem natiuitatem vſque ad decimum perductam,ideóque quòd in aliis omnibus hæc eadem natura eſt, vt ſeptem menſibus anníſve tres aut menſes aut anni ad conſummationem accedant. nam dentes ſeptimo menſe infanti naſci,& maxime decimo perfici menſe:ſeptimo anno primos eorum excidere, decimo vltimos,poſt decimumquartum annum nonnullos, ſed omnes intra ſeptimumdecimum annū pubeſcere.Huic opinioni in parte aliqui repugnant,alij in parte conſentiunt.Nam ſeptimo mēſe parere mulierem poſſe plurimi affirmant,vt Theano Pythagorica, Ariſtoteles Peripateticus, Diocles,Euenus,Straton,Empedocles,Epigenes, multíque præterea. { Et his adſtipulatur Homerus qui lib.xix.Iliadis ſcribit Euriſtheum illum, qui latè regnauit in Græcia, quíque Herculi labores illos iniunxit natum fuiſſe ſeptimo menſe,ſed ita vt eum ἠλιτόμηνον vocet, id eſt,abortiuum, & intempeſtiuè natum,Hæc enim ſunt verba Homeri:

ὁ δ' ἑβδόμ☉ ἑστήκει μάς
ἐκ γ' ἄγαγε πρὸ φόως δὲ ☉ ἠλιτόμηνον ἐόντα.

Sed vt redeamus ad Cenſorinum,Horum} omnium conſenſus Eutiphronem Gnidium non deterret, idipſum intrepidè pernegantem. Contra eum ferme omnes Epicharmum ſecuti, octauo menſe naſci negauerunt.Diocles tamen Cariſtius,& Ariſtoteles Stagirites aliter ſentiunt. Nono autem & decimo menſe,tum Chaldæi plurimi,& idem ſupranominatus Ariſtoteles edi poſſe partum putauerunt.Neque Epigenes Bizantius nono fieri poſſe contendit, nec Hippocrates Cous decimo.Cæterum vndecimo menſe Ariſtoteles ſolus recipit, cæteri vniuerſi improbarunt. Hæc Cenſorinus,qui mox ſubdit rationes Chaldæorum,cur menſe ſeptimo,nono,& decimo tantùm poſſe naſci homines arbitrantur:quas quia ſunt longiuſculæ,omiſimus.Deinde verò ſubiicit Pythagoræ de ea re ſententiam,ex Varrone in lib.cui titulus eſt,Tubero,idq; multis verbis,ſed quę in hoc tendunt,vt oſtēdat generaliter eſſe partus omnino duos,alterum minorem,quem vocant ſeptimeſtrem,qui decimo & ducenteſimo die poſt conceptionem exeat ex vtero:alterum maiorem,decimeſtrē,qui edatur die ducenteſimo ſeptuageſimoquarto.Cui concinens Paulus noſter, ſi is eſt,lib.ſententiarū iiij.c.viij.Septimo,inquit,menſe natus, matri prodeſt. Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere,vt aut ſeptimo pleno,aut decimo mēſe partus maturior videatur.A quo non longius aberrans Laertius in vita ipſius Pythagoræ,tradit eum cenſuiſſe iuxta rationem Harmoniæ intra ſeptem aut nouem aut decem vt plurimum menſes cōſummatum atque perfectum infantem gigni.Ex quibus potes intelligere Pythagoram de ſeptimo mēſe omnibus numeris perfecto,cùm decem & ducenti dies faciant ſeptem mēſes.Quamuis Polybus,quē ſuprà ex Plutarcho aduocauimus,intelligat de ſeptimo menſe incepto ex duobus tantū diebus, & vno dimidiato.Cui concinit Hippocrates in libro περὶ ἑπταμήνου,id eſt,de ſeptimeſtri partu, in principio.Ita enim eum librum incipit Græcè quidem,ſed in hunc ſenſum:Partus quidem ſeptimeſtres centū & octoginta duobus diebus eduntur & fiunt,particula diei addita.Ex quo eſt illud Vlpiani iuriſconſulti in l.inteſtato.§.vlt.ff.de ſuis & legi.hæred.De eo verò qui 182.die natus eſt, Hippocrates ſcripſit,& diuus Pius pontificibus reſcripſit, iuſto tempore videri natum. Ideoq; & ſecundum hanc ſententiam intelligendum eſt quod ſcribit Pau.in l.vij.ff.de ſtatu homi.Septimo menſe naſci perfectum partum,iam receptum eſt propter auctoritatem Hippocratis : & ideo credendum eſt eum qui ex iuſtis nuptiis 7.menſe natus eſt,iuſtum filium eſſe,vbi tamen Accurſius aſſerit naſci perfectum partum 6.menſe & vno die,per dictam l.inteſtato, quæ tamen id non dicit,ſed loquitur de duobus diebus ſupra 6.menſem.Quamuis etiam Hippocr.particulam alterius diei addit,vt diximus,ſubiungítque eius rei rationem,vt apud eum videre eſt. Macrobius autem ab iis diſſentiens,ſed cum Pythagora conſentiens, ita intelligit hac in re menſem 7. vt eum perfectum atque completum velit.Ita enim ſcribit lib. 1. de ſomnio Scipionis : Humano partui frequentiorem vſum 9.menſium certo numerorum modulamine natura conſtituit, ſed ratio ſub aſciti ſenarij numeri multiplicationem procedens,etiam 7.menſes compulit vſurpari, quam breuiter abſolutéque duos eſſe primos omnium numerorum cubos, id eſt,à pari 8. ab impari 27. & eſſe imparem marem,parem fœminam ſuperiùs expreſsimus.Horum vterque ſi per ſenarium numerum multiplicetur,efficiunt dierum numerum,qui 7.menſibus explicantur.Coeant enim numeri,mas ille qui memoratur,& fœmina,octo ſcilicet & 27.pariunt ex ſe 5.& 30.Hęc ſexies multiplicata creant 10.& ducentos, qui numerus dierum menſem 7. claudit. Ita eſt ergo natura fœcundus hic numerus,vt primam humani partus perfectionem,quaſi arbiter quidam maturitatis abſoluat.Hæc ille:cuius tamen non tanta eſt apud me authoritas,quanta Hippocratis, qui vt ipſe Macrobius eod.libr.aſſerit,tam fallere quàm falli neſcit. Porrò & alia quædam ex ipſo Hippocr. poſtea dicemus,ſed primùm adſcribere placuit quæ ſcriptores alij ex antiquioribus prodiderunt. Plinius lib.7.natur.hiſt.cap.v.Cæteris,inquit,animantibus ſtatutum & pariendi & partus gerēdi tempus eſt.Homo toto anno,& incerto gignitur ſpatio.Alius 7.menſe, alius 8. & vſque ad initia 10.vndecimíque.Ante 7.menſem haud vnquam vitalis eſt. Septimo non niſi pridie poſteróve plenilunij die aut interlunio concepti naſcuntur.Tranſlatitium in Aegypto eſt,& octauo gigni. Iam quidem & in Italia tales partus eſſe vitales.Contra priſcorum opiniones variant hæc pluribus modis.Veſtilia C. Herdicij, ac poſtea Pomponij atque Orphiti clariſsimorum ciuium coniunx,ex his quatuor partus enixa,Sempronium 7.menſe genuit, Suillum Ruffum 11. Corbulonem

*ἠλιτόμηνος.*

*Partus duo, maior, & minor.*

*Septimus mēſis quomodo accipiendus.*

*Septem, fœcūdus numerus.*

*Homo incerto gignitur ſpatio.*

nem 7. vtrunque conſulem,& poſtea Ceſoniam Caij principis coniugem octauo. Et paulò poſt, Maſurius author eſt L. Papyrium prætorem ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſsionem contra eum dediſſe, cùm matre partum xiiij. menſibus diceret tuliſſe: quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. Diuus Ambroſius lib. Hexaemeron v.c.x. Omnes, inquit, animantes præſcripta habent pariendi tempora, homo ſolus indiſcreta atque confuſa. Varro autẽ ſcribit matrem illius qui primus dictus eſt Graccus, duodecim menſes filiũ geſtauiſſe: quare quòd legitimum partionis tempus ſupergreſſa ſit, cumq; diutius quàm ſit grauidarum mulierum mos, geſſerit partum, Graccum à geſtando nominarunt. Aulus quoque Gellius lib. iij. noctium Atticarum, cap. xvj. multa & de hac re ſcripſit, eam ſcilicet opinionem pro vera receptam, gigni hominẽ ſeptimo rarenter, nunquam octauo, ſæpe nono, ſæpenumero decimo menſe, eúmque ggnendi ſummum finem, decem menſes non inceptos, ſed exactos. Id Plautum veterem Poetam dcere in Comœdia Ciſtellaria his verbis:

*Partus 14. menſium.*

*Graccus cur ſic dictus.*

*Tum illa quam compreſſerat,*
*Decimo poſt menſe exacto hìc peperit filiam.*

Hoc idem tradit etiam Menander poeta vetuſtior humanarum opinionum vel peritiſsimus, cuius verſus ex fabula Plotio hi ſunt:

γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος. Id eſt,
*Mulier parit decimeſtris.*

Sed Cecilius cùm faceret eodem nomine & eiuſdem argumenti comœdiam, ac pleraque à Menandro ſumeret, in mẽſibus tamen genitalibus nominandis non prętermiſit octauum, quem pręterierat Menander. Cecilij verſus hi ſunt:

*Inſoléτne mulier decimo menſe parere?*
*Pol nono quoque, ſeptimo, atque octauo.*

Eam rem Cecilium non inconſideratè dixiſſe, neque temere à Menandro atque à multorum opinionibus deſciuiſſe, M. Varro vti credamus facit. Nam menſe nonnunquam octauo editum eſſe partum, in lib. xiiij. rerum diuinarum ſcriptum reliquit: quo in libro etiã vndecimo menſe aliquãdo naſci poſſe hominem dicit, eiuſque ſententiæ tam de octauo quàm de vndecimo menſe Ariſtotelem laudat authorem. Tandem autem ſubiunxit Varro antiquos Romanos non recepiſſe huiuſmodi quaſi mõſtroſas raritates, ſed nono menſe, aut decimo, neq; præter hos alias partiones mulieris ſecundum naturam fieri exiſtimaſſe. Et quibuſdam interiectis ſcribit Gellius cõperiſſe ſe vſu veniſſe Romæ, fœminam bonis atque honeſtis moribus, non ambigua pudicitia, in vndecimo menſe poſt mariti mortem peperiſſe: factúmque negotiũ propter rationẽ temporis, quaſi marito mortuo poſtea concepiſſet, quoniam Decemuiri in decimo menſe gigni hominem, non in vndecimo ſcripſiſſent: ſed diuũ Hadrianum cauſa cognita decreuiſſe in vndecimo quoq; mẽſe partũ edi poſſe. id quoque, inquit Gellius, eius rei decretum nos legimus. In quo Hadrianus ita ſtatuere ſe dicit requiſitis veterum philoſophorum & medicorum ſententiis. Subditq; in ſatyra Varronis legiſſe, quæ inſcribitur teſtamentũ, verba hæc, Si quis mihi filius vnus pluréſue in decem mẽſibus gignuntur, ij ſi erunt, ὄνοι λύρας, id eſt, aſini ad lyram, exhęredes ſunto. quòd ſi quis vndecimo menſe κατ' ἀριστοτέλη, id eſt, ſecundũ Ariſtotelem, natus eſto, Accio idem quod Titio ius eſto apud me. Per hoc ſcilicet ſignificans eodem pariq; iure ſibi futurum filium decimo mẽſe natũ, quo eum qui vndecimo. Subnectitq; Gellius: Quòd ſi ita, neq; vltra decimũ menſem fœtura mulierum protolli poteſt, cur Homerus ſcripſit Neptunum dixiſſe puellæ à ſe recẽns compreſſæ:

*Romanorum iudicium de partu.*

*Partus xi. menſium decreto approbatus.*

Χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαά, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ
ἀθανάτων.

Hi autem verſus, vt hoc illi addam, ſcripti ſunt lib. Odiſſeæ vndecimo, quorum ſententia hæc eſt:

*Nunc gaude dilecta, aſt cùm ſe euoluerit annus,*
*Illuſtres (neque enim diuûm cubilia vana)*
*Natos nixa dabis.*

Quod tandem ex Phauorini ſententia interpretatur nõ de anno cõfecto, ſed affecto, id eſt, qui nõ ad finẽ ipſum, ſed proximè finẽ deductus eſt. Nã & Hippocrates, ſiue is eſt Theſſalus, aut Herophilus, in libro περὶ τροφῆς ſuprà citato, cùm & numerum dierum quibus conceptũ in vtero coagulum conformatur, & tempus ipſum partionis nono aut 10. menſe definiſſet, neq; id tamẽ ſemper eadem eſſe fini dixiſſet, ſed aliàs ociùs fieri, aliàs ſeriùs, hiſce ad poſtremum verbis vſus eſt, γίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ πλείω, καὶ ἐλάσσω, κατὰ ὅλον, καὶ κατὰ μέρος, οὐ πολλὸν δὲ πλείω ἢ ἐλάσσω. id eſt, Fiũt autem in his & maiore & minore temporis ſpatio ſecundum totum, & ſecundum partes, nõ multo autem maiore aut minore. Quibus verbis Gellius ſignificari dicit, quod aliquando ociùs fieret, nõ multò tamẽ fieri ocius: neq; quod ſeriùs, multò ſeriùs. Et hæc quidem penè omnia ex Gellio, Sed non omittemus quod idem Hippocrates de eadem re ſcribit in lib. de Carnibus, paulò ante fi. vbi loquens de vi & potentia numeri ſeptenarij in homine, inter cætera, Puer, inquit, ſi menſe ſeptimo in lucẽ edatur, legitimè natus eſt, & viuit, habétque rationem & numerum verè & exactè ad ſeptimanas reſpondentem. menſe autem octauo nullus vnquam vixit: ſed ſi nono menſe & decem diebus naſcatur, & viuit, & verum numerum ad ſeptimanas reſpõdentem habet. Quatuor



tuor enim ſeptimanarũ {denarij, dies ſunt ducenti & octuaginta. In denariũ autem ſeptimanarũ ſeptuaginta dies incurrunt. Habet autem & ſeptimeſtris partus tres denarios ſiue decades ſeptimanarũ, & in vnaquaque decade ſeptuaginta dies. Tres verò ſeptimanarũ decades, ex toto ſunt dies ducẽti ac decẽ.} Idẽ in lib. περὶ ὀκταμήνου, id eſt, de octimeſtri partu, negat octimeſtrem partũ poſſe viuere, nec decimeſtrem quoque, niſi ſeptẽ quadragenariis dierũ naſcatur. Nam prima quadragenaria perfectiſsimus eſt, cùm verò plures accedunt, pereunt. nam qui multa pauculo tẽpore ſumunt, plurimum laborare coguntur, ex quibus mors ſequitur. Et quibuſdam interiectis tradit decimeſtres & vndecimeſtres partus ſeptem quadragenariis edi, ſeptimeſtres autẽ anni dimidio. Ex quibus videtur Hippocrates admittere partũ ad vndecimũ menſem poſſe protendi. Quanquã ipſe in lib. περὶ διαίτης, id eſt, de ratione victus primo, ſcribit {non in temporis æquali ſpatio fœtus exornari, ſed alios citiùs, alios tardiùs, prout ſinguli & ignẽ & alimentũ nacti fuerint: quoſdã quadraginta tribus diebus, alios quatuor menſibus formari. Similiterq; vitales fieri ac gigni, alios citiùs, ſeptimo menſe perfectè, alios tardiùs, perfectè nono menſe in lucẽ prodire.} Sed in lib. περὶ φύσιος παιδίου, id eſt, de natura pueri ſiue fœtus, non admittit partũ vndecimi mẽſis, rationẽ adferẽs, quoniã nutrimentũ, inquit, & augmentũ quod de matre deſcẽdit, puero iã ſatis non eſt, cùm decem menſes tranſierint, partusq; creuit, qui de ſanguine id quod dulciſsimũ eſt, trahit, lactisq; ſimul aliquantũ haurit: quæ cùm minùs ſint quàm opus eſt, partusq; iã plenus eſt & maturus, qui plus nutrimenti quàm adſit, cupit, proptereáq; ſeſe agitat, hymenaſq; & membranas diſrumpit, & in lucem prodit: ideoq; ſi quæ pluſquam decem menſes ſibi geſtaſſe videntur (nam & hoc, inquit, ſæpius audiuimus) falſæ ſunt, eo ſcilicet modo, quem inibi declarat. Et hanc ſententiã ſecutus eſt Vlpianus in d. l. inteſtato. §. vlt. ff. de ſuis & legit. hæred. vbi hæc verba adſcribũtur: Poſt decẽ mẽſes mortis natus non admittetur ad legitimã hæreditatẽ. Secutiq; etiam videntur Gallus Aquilius & Scæuola, cũ hanc inſtitutionis formulã adſcribunt, in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & poſth. Si quis mihi ex filio nepos neptíſque poſt mortẽ meã in decẽ menſibus proximis quibus filius meus morietur, natus natáve erit, hæredes ſunto. & Tullius in Topicis in loco à ſimilitudine ex Curiana cauſa, ſi filius, inquit, natus eſſet in decẽ menſibus. Quæ quidem formula nihil omnino abeſt ab ea quã & ſuprà ex Varrone in Satyra cui titulus, teſtamentũ eſt, attulimus. Et ea ſanè verba idem ſignificant, ac ſi diceretur, ſi intra decẽ menſes natus erit, quibus verbis vtitur l. vlt. in princ. ff. de fideic. liber. & l. vlt. C. de poſth. hæred. inſtit. Nam in & intra eiuſdem ſunt ſignificationis, vt nihil interſit dicas in calendis, an intra calendas, vt videre licet apud Gellium lib. xij. cap. xiij. {& eſt tex. apud nos in l. j. §. quod dicimus. ff. de ſucceſſor. edict. & annotauit è noſtris Ro. conſ. 376. quæſtio eſt nunquid, col. ij. verſ. tertia ratio, vbi & alios adducit, & inter cæteros d. l. Gallus, in princ. intelligens id quod diximus, ea verba, in decẽ menſibus, ſignificare intra decẽ mẽſes.} Sed vt pergamus vlteriùs, imperator Iuſtinianus nuncupatim reiicit à ſucceſsione vndecimeſtrẽ partũ, qui ſcilicet vndecimo poſt mortẽ mariti menſe natus eſt, nec eum legitimũ exiſtimat, impoſsibile ratus tanto tempore mulierem ventrẽ ferre, vt patet in §. vlt. in auth. de reſtit. & ea quæ in vnde. mẽſ. par. vbi Accurſ. hoc ita intelligit, vt ſi ſupra decimũ mẽſem, ſint tamẽ duo dies in vndecimo, ſit partus legitimus, arg. d. l. inteſtato. §. vlt. quæ loquitur de ſex menſibus & duobus diebus: quod & idẽ dicit ipſe Accurſ. in d. l. Gallus. in princ. in verbo, in decẽ menſibus. & illi aſſentitur Marius Salmonius vir planè & iuris & humanitatis doctiſsimus, in poſteriore loco, col. xv. verſ. quas quidẽ viſas. Natura enim quamuis eodem modo ſemper agat, & perfectè quidem agat, tamen plerunque non poteſt, vt dicit ipſe Salmo. ex Ariſtotele. Et his apertè ſuffragatur Hippocrates quẽ ſuprà ex Gellio citauimus. Sed antequam vlteriùs progrediamur, illud te admonitum velim lector candidiſsime, Nam quod, quiſquis is fuit qui primùm Iuſtiniani nouellas conſtitutiones, quas authenticas vulgò vocamus, è Græco (nam eæ Græcè ſcriptæ ſunt) traduxit, ita hũc locum vertit, vndecimo mẽſe perfecto peperit, ita enim legitur in vulgata editione quam habemus, id certè tale eſt in Græca conſtitutione, κατὰ τὸν ἑνδέκατον μῆνα περαιούμενον ἔτεκεν. Quæ Gregorius Haloander ita interpretatus eſt, ſub finem vndecimi menſis peperit. quod ſignificat circa vel paulò ante finem, quãquam dictio ſub, nonnunquam & poſt ſignificat. Ego autem malim vertere ad verbum iuxta vel prope vel circa vndecimum menſem perfectum, ſiue etiam poſt vndecimum menſem perfectum. Nam κατὰ præpoſitio accuſatiuo iuncta, vtraque hæc ſignificat, vt proinde ambiguum ſit in hoc text. vtrum intelligatur poſt menſem, vel prope menſem completum. Nec ij ſoli ſunt qui vltra decimum menſem partum differri negant. Nam & Ouidius lib. primo Faſto, loquens de anno, qui ex inſtituto Romuli erat decem tantùm menſium, hæc ſcribit:

*Vndecim mẽſium partus nullus.*

*In & intra eiuſdem ſunt ſignificationis.*

*Vndecimeſtris partus reiicitur à ſucceſſione.*

*Dictio ſub nõnunquam ſignificat poſt. κατὰ præpoſitio quid ſignificet.*

*Quod ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans,*
*Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.*

Additque quod & ad hunc locum pertinet:

*Per totidem menſes à funere coniugis vxor*
*Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.*

Quibus ſignificatur fœminas maritos mortuos decem menſibus ex lege lugere, & interim viduas manere debere: quod & tradit Plutar. in Antonio, & patet etiam ex l. ſi qua ex fœminis, quæ eſt ij, C. de ſecun. nupt, quo in loco tamen duo menſes additi ſunt, Idq; fiebat, ne, quia, vt dicit Bald. in d. l. 2. puer geſtabatur in vtero decẽ menſibus, ideo oriretur dubitatio circa partum. l. cõſenſu, C. de repud. proindéque, ne inde naſceretur ſobolis confuſio. §. ſi verò altera, ibi, circa ſobolis confuſio

*Tempus lugendi marito ex lege.*

confuſionem rationabilis eſt ſuſpicio.& §.ſic itaque,verſ.& ſi mulier,ibi,propter ſeminis cõfuſionem,in auth.de nupt.Ideo id tempus à morte prioris viri ad ſecundas nuptias ſtatutum eſt.Hæc propè Bald.Cui adde tex.in l.liberorum.§.j.ff.de iis qui not.infa.ibi,prætor enim ad id tempus ſe retulit,quo vir lugeretur,qui ſolet lugeri propter perturbationem ſanguinis.{Sed idem Ouidius, lib.ij.eiuſdem operis:

*Cur lugentur mariti.*

*Luna nouum decies impleuerat cornibus orbem,*
*Quæ fuerat virgo credita,mater erat.* Et alibi eod.lib.
*Luna reſumebat decimo noua cornua motu,*
*Virq́; pater ſubitò nuptáque mater erat.* Et lib.iij.
*Seu quia bis quino fœmina menſe parit.* Et lib.item v.
*Iámque decem menſes & puer ortus erat.*}

*Decimeſtris partus.*

Nec Plautus in loco tantùm à Gellio citato,ſed aliàs ſæpe decimum menſem vtero portãdo præfiniuit.Nam & in Amphitryone ita infit:

*Alter decimo pòſt menſe naſcitur puer,*
*Quàm ſeminatus:alter menſe ſeptimo.*

Tanquam ſcilicet ille decem menſium terminus abſoluti ac perfecti partus ſit omnium longiſſimus,hic ſeptem menſium breuiſsimus.Idémque in ea ipſa fabula:

*Amphi.Grauidam ego illam hìc reliqui,cùm abeo.Soſia.Hei perij miſer.*
*Amphi.Quid tibi eſt?Soſ.Ad aquam præbendam adueni domum,*
*Decimo pòſt menſe,vt rationem te dictare intelligo.* Item in Sticho,
*Nam illa in aluo menſes geſtauit decem.* Et in Aulularia,
*Nam tua gnata peperit decimo menſe pòſt.* Et in Truculento,
*Mater*
*Ancillas iubet,quoniam iam decimus menſis aduentat,*
*Aliam aliorſum ire,præmandare & quærere puerum,aut*
*Puellam,qui ſupponantur mihi.* Et paulò poſt,
*Amicam decimo menſe pòſt Athenas Atticas viſo,*
*Quam grauidam reliqui meo compreſſu.*

Ex quibus poteſt videri Plautus hunc terminum arbitratum fuiſſe cæteris eſſe frequentiorem, ac veluti ordinarium,quæ eſt Ariſtotelis ſententia,vt poſtea dicemus.Sed & Terentius in Adelphis (nam hic locus frequens eſt apud Comicos)ita ſcribit:

*Virgo ex eo*
*Compreſſu grauida facta eſt,menſis hic decimus eſt.* {Et alibi in Hecyra,
*Nam memini ab hinc menſes decem fert.*}

Sed & apud Theocritum illum Syracuſanũ Idyllio 26.Alcmena de qua ex Plauto ſuprà ſcripſimus,teſtatur ſe Herculem decem menſibus in vtero geſtaſſe. Huius enim in eam rem carmẽ eſt:

μητέρι δὺς παθέοντος,ἐπεὶ δέκα μῆνας ἔκαμνον.

Sed & idem mos in principio Idyllij xxxj. eundem Herculem decem menſium fuiſſe dicit, & Iphiclum vna nocte minorem:

ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ' ἁ μιδεᾶτις
ἀλκμήνη,καὶ νυκτὶ νεώτερον ἰφικλῆα. Et quæ ſequuntur.{Et Euripides in Electra:
Δεκάτη σελήνη παιδὸς,ὡς νομίζεται.
*Decima luna pueri,vt receptus mos eſt.* Et Ariſtophanes in Cerealibus:
Δέκα μῆνας αὐτ' ἐγὼ ἠνισχον.
*Decem menſes ipſam ego geſtaui.* Quin & Virgilius in eam ſententiam ecloga iiij.
*Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.* Et Canace Ouidiana in epiſtola ad Macareum:
*Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi,*
*Denáque luciferos Luna mouebat equos,*
*Neſcia quæ faceret ſubitos mihi cauſa dolores,*
*Et rudis ad partus,& noua miles eram.* {Seneca in Thebaide ita facit Iocaſtam loquentem:
*Per decem menſum graues*
*Vteri labores,pérque pietate inclytas*
*Precor ſorores,&c.*

In quo illud notato menſum pro menſium poni cauſa metri,vt alibi apud Ouidium. Plato autẽ libro v.de republ.nullum aliud legitimum pariendi tempus agnoſcit,præterquàm decimum , & ſeptimum.Arnobius lib. v. aduerſus gentes tradit Agdeſtum menſe decimo natum fuiſſe. Ante hos Homerus in hymno Mercurij ſcribit ipſum Mercurium decimo menſe natum:

τῇ δ' ἤδη δέκατος μεὶς οὐρανῷ ἐστήρικτο
εἴς τε φόως ἄγαγεν.

Nec tamen prætermittam quod ſcribitur Sapien.vij.poſt prin.In ventre matris figuratus ſum caro decem menſium tempore,coagulatus ſum in ſanguine. Nec quod ab Herodoto ſcriptum eſt lib.v.de Ariſtone Lacedæmoniorum rege,quòd cum eius vxor circa legitimum pariẽdi tempus modum,exactis decem menſibus ei genuiſſet filium, cui Demaratus nomen fuit , eique ſedenti

in Baſilica



in Baſilica cum Ephoris quidam famulus nuntiũ nati filij attuliſſet.Is ſciens quo tempore vxorem duxiſſet,deductis in digitos menſibus,negauit illum eſſe filiũ.quæ res poſtea in cauſa fuit,vt ipſe Demaratus regno priuaretur.Verùm poſtea Herodotus ipſe matrem ipſius Demarati loquentem faciens Ariſtoni per inſcitiam huiuſmodi rerũ,id illi excidiſſe. Nam mulieres etiam nouem menſium,ac ſeptem menſium partum edunt,non omnes decimum menſem explentes. Sed quoniam ſuperius ſæpe de Ariſtotelis ſententia ex aliis ſcriptoribus locuti ſumus,operæpretium nobis viſum eſt,vt & quæ ipſe ſcripſerit proferamus. Is lib.problematon x.c.xlj. Solus,inquit,homo ex omniũ animantiũ genere varia generationis tempora obtinet. Nam & ſeptimo & octauo & decimo menſe in lucem venire poteſt.Cæteris tempus vnum perficiendi ſine mora ſtatutũ eſt.Quo in loco Petrus Aponenſis illius interpres doctior quidem quàm elegantior,ſcribit illum omiſiſſe nonum menſem veluti notiſsimum,& omnium frequentiſsimum.Sed & inibi rationem naturalem adducit quare octimeſtris partus non ſit vitalis,ex Auicenna xxj.tertij.quam quia nondũ ad ſcripſimus,huc ponere voluimus. Nam embryon mẽſe ſeptimo ex vtero egreſſum affectat,quia eius membra iam ſunt completa,nec illi ſatis eſt ex ſanguine qui ad illum nutriendũ per ſecundinam defluit:nec ſatis quoque aeris:ideo plurimũ ad egreſſum colluctatur,atq; ob id fatigatũ redditur imbecillius.Igitur ſi necdũ refectis viribus octauo menſe rurſum eundem conatũ petat,oblæſum frequentius moritur.Quam & ipſam rationẽ poſuit Albertus Magnus lib. de animalibus x. tract.ij.c.iiij.Subdit autem Apon.& aliam rationẽ aſtronomicam,quã nos ſuprà retulimus. Sed redeamus ad Ariſtotelẽ:qui & in lib.de natura animaliũ vij.c.iiij.Homini,inquit,multiplex pariendi tempus datũ eſt.Nam & ſeptimo menſe & octauo & nono parere poteſt,& quod plurimum, decimo:nonnullæ etiam vndecimũ tangunt. Fœtus qui maturiùs quàm ſeptimo menſe prodeat, nullo modo vitalis eſt.Qui ſeptimo,vitalis quidem his primus exit,ſed magna ex parte imbecillior:quare cunabulis ex lana eũ obuoluũt,& faſciis alligãt.Et paulò pòſt,Qui autem menſe octauo naſcũtur,viuere atq; adoleſcere in terra Aegypti poſſunt, & quibuſdã aliis locis,vbi mulieres fertiliores ſunt,multosq́; ſimul & ferunt facilè & pariunt,etiã ſi monſtroſi ſunt:ſed locis Græciæ multi intereunt,nec niſi perpauci ſeruãtur:vnde fit vt ſi quis ſeruetur, non octauo menſe natus exiſtimetur,ſed mulierẽ ſui conceptus initiũ latuiſſe.Et paulò inferiùs,Simili modo & qui diuturniores,quàm vndecimo menſe naſci putantur. latet enim mulieres conceptus initiũ, ſi cùm antè inflatus fuerit vterus,vt ſæpe accidit,pòſt coierint, atq; conceperint.hoc enim principiũ eſſe ſui cõceptus exiſtimant,quod ſimile indiciũ attulit.Idem præterea lib.de generatione animaliũ iiij.c. item iiij.Cæteris,inquit,animalibus vnũ eſt tempus ferendi vteri,homini plura ſunt, quippe cùm & ſeptimo menſe,& decimo naſcatur,atq; etiam inter ſeptimũ & decimũ.Qui enim menſe octauo naſcũtur,& ſi minùs,viuere tamen poſſunt.Et eadẽ ferme adſcribit Auicenna illius ſimia,tum in lib.ix.de animalibus,tum fen xxj.lib.iij.tract.ij.c.j.Sed & illud in priore loco præterea dicit virũ probum ſibi retuliſſe atq; affirmaſſe,quampiã mulierem poſt decimumquartũ menſem peperiſſe puerũ,illiq́; dentes ſtatim enatos fuiſſe.Cæterùm vt ad alios tranſeamus, Alexãder Aphrodiſeus & philoſophus & medicus præſtantiſsimus,ſi is eſt , quod Theodorus Gaza negat,ſciſcitatur in problematis lib.ij.c.xliiij.Cur ἑπταμηνιαῖοι,id eſt,ſeptimeſtres infantes ſunt ζώσιμοι, id eſt,vitales, ὀκταμηνιαῖοι,id eſt,octimeſtres,nequaquã.Quoniam,inquit,ſeptenarius numerus eſt perfectus,vt teſtatur Pythagoras,& Arithmetici & muſici:octonarius autẽ imperfectus. Itaq; quod tunc prodiit,non aptum eſt ad vitã:qua ratione etiã monſtra viuere nequeunt, quippe quæ nõ ſint ex naturæ prouidentia,ſed imperfecta,vel per inopiam,vel per redundantiã , & temeritatẽ materiæ in aliam formã contra legem naturæ cõficta.Nihil enim imperfectũ aut tempore,aut informatione, aut ortu à natura procreatur.ideo ſi quid tale erumpat,nec diuturnũ quidem eſt.Eduntur autem ſeptimeſtres ob validiſsimã vim in vulua informatricem,quam is Græcè δύναμιν διαπλαστικὴν dicit,quæ vtilem moderatumq́; ſanguinẽ comperiens,fœtũ celeriùs explicat.ſed ſi econtrario eſt, decimeſtres exeant neceſſe eſt. Numerum autem & ſeptenariũ & denariũ eſſe perfectum multis probat,quæ mox ipſe ſubiunxit,vt illic videre poteris.Aſclepiades medicus tradit {Naxias mulieres,quæ ſcilicet eam inſulam,quæ Naxos,inter Ciclades dicitur,inhabitant,} ſolas octauo menſe parere ſolitas,fœtusq́; illos vitales eſſe,Iunonis quidem,quæ puerperis & naſcentibus præeſt,munere:vt quæ ſicut Iouis liberis Herculem odio ſemper eſt proſecuta,ita Dionyſium vnicè dilexit. In cuius gratiã mulieribus eius inſulæ illi dicatæ hanc pariendi prærogatiuam dediſſe eam affirmant.Aut,vt alij contendunt,quoniã Dionyſius ipſe ita ſit in lucem editus.Ideoq́; & ipſe ſempiterno partus ſui teſtimonio idem ſuis euenire popularibus voluit.{Arnobius lib.v.cõtra hæreſes tradit Cererem à Ioue deluſam tauri forma,poſt menſem ſeptimum peperiſſe Proſerpinam,tanquam ſubobſcurè ſentiat de menſe octauo.} Galenus in definitionibus medicis ſcribit ideo fœtus natos ſeptimo menſe viuere,octauo nequaquã:quoniam octo,numerus recens eſt cõiunctus,nõ autem iudicatorius.Septẽ,numerus ſuperfluus,& non cõiunctus,ſed iudicatorius.Soranus Epheſius & medicus & philoſophus item celebratiſsimus,Iſagogæ cap.xvij. Rationem,inquit,& perfectam hominis formã ſiue figurã hominis infans in vtero accipit quadrageſimo die.Hos autem numeros,vt partus edatur,ſepties multiplicari oportet. Ita ergo quicunque in vtero materno figuram hominis accipit,in triceſimo die ſeptimo in ſe naſcitur.ergo ſepties duplices fiunt dies ducenti & decem,qui faciunt menſes ſeptem.Si quis autem die quadrageſimo figuram hominis ac-

*Octimeſtris partus cur nõ vitalis.*

*Octimeſtris in Aegypto.*

*δύναμις διαπλαστική.*

A a

ceperit, nono menſe intrante decimo naſcitur, hoc eſt ſepties quadrageni faciũt dies ducentos & octoginta vnum, qui faciunt menſes nouem, & dies decem. Ita ergo ſeptimo aut decimo menſe qui nati fuerint, vitales erunt: qui autem non impleuerit numerum, legitimus partus nõ eſt. Tullius lib. x. epiſtolarum ad Atticum, Tullia, inquit, mea peperit puerum: ἑπταμηνιαῖον εὐτόκησεν; id eſt ſeptimeſtrem fœliciter peperit. Et ſubdit, Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt. Nec prætermittendũ cenſuimus quod ſcripſit Philo Iudæus, ſi is eſt, de quo eſt illud Hieronymi prouerbium, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, id eſt, aut Plato Philoniſſat, aut Philo Platoniſſat. Is Philo in libro antiquitatum ſcribit Deum præcepiſſe Sarræ, vt ea citiùs reſtituens Iſaac, quem conceperat, eũ redderet ipſi domino mẽſe ſeptimo. Et propterea, inquit, omnis mulier quæ peperit ſeptimo menſe, viuit filius eius. {Tullius autem lib. de natura Deorum ij. tradit Dianam quæ & ipſa Lucina eſt, adhiberi ad partus quòd ij matureſcunt aut ſeptem nonnunquã, aut plerunque nouem Lunæ curſibus, qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur.} Denique Abraham Euenarte Aſtrologus in lib. natiuitatis ita de hac re ſcribit ex traductione Petri Apoſtoli, Sunt, inquit, aliqui commorantes vſque ad decimũ menſem, quibus Mars dominatur, egrediunturq; ex ventre, quoniam Mars naturaliter multis mouetur motibus, iſti tamen parũ viuunt. Natus autem in vndecimo menſe, quoniã tunc principatur Sol, magis viuit. In quo illi conuenit cum Auicenna lib. ix. de animalibus, quantum ad decimeſtres parum viuentes. Sed & tu præterea vide in hac re Halyabbatem lib. iij. theoricæ, c. xxxiiij. & omnino ipſum Petr. Aponen. Concil. differ. xlix. & è noſtris Socin. conſi. lxv. ſuper propoſita quæſtione, col. j. lib. iij. & Alci. lib. Paradoxorum iij. c. vij. Ex quibus omnibus facilè intelliges quid dicendum eſt in caſu de quo loquimur, & qui ad hanc l. noſtram pertinet, quidq; dicendum ſit in diſputatis à noſtratibus in d. l. Gallus, in prin. {An autem abortiuus faciat ceſſare priuilegium prælationis ſtatuti, & venter non natus, vide per glo. in l. ſi ventri, in princ. & ibi doctor. præſertim Franc. Ripam. ff. de priuileg. credito.}

*Diana cur ad partus adhibeatur.*

211 ¶Secundò intelliges procedere quod dictum eſt, morte filij, qui ſua natiuitate reuocarat donationem, eandem non reuiuiſcere niſi poſt mortem ipſius filij, aut etiam eo non mortuo (nihil enim quantũ ad hoc pertinet, referre videtur, niſi quòd maior eſt ratio in priore) pater diutiùs vixerit, permiſeritq; ſemper donatarium re donata vti, nec ſignum aliquod oſtenderit immutatæ ſuæ in ipſum donatarium voluntatis, nec aliquo pacto declarauerit velle donationem reuocari, propter illam ſequentem liberorũ natiuitatem, cùm id facere potuiſſet. Nam tunc cenſetur tacitè voluiſſe donationẽ ratam manere, non obſtante tali natiuitate, nec poterũt hæredes ipſius eam reuocare. Ita videtur voluiſſe Hoſt. in ſumma. tit. de dona. §. qualiter, verſi. hæ autẽ reuocationes. Nam cùm primùm enumeraſſet caſus in quibus donatio reuocatur, & in his caſum legis noſtræ, mox in d. verſi. ſubiungit has reuocationes eſſe perſonales, nec extẽdi ad hæredes donatorũ, qui in vita tacuerunt, per l. vlt. C. hoc eo. tit. & l. ſi pater tuus. C. de inoffi. teſta. & cap. vlti. extra de donatio.

*Reuocationes non extendun tur ad hæredes donatorũ, qui in uita tacuerunt.*

212 ¶Sed & hoc expreſsè in caſu noſtro voluit Bal. in l. j. col. vlt. verſi. ſed vlteriùs quæritur. C. de inoffic. don. Nam cùm pater, inquit, non reuocauit, videtur decedere in eadẽ voluntate, & ideo hæredes ipſius non poſſunt retractare, arg. l. vlt. hoc tit. & l. cùm tacitum. ff. de probat. Subiungitq; ad hoc facere l. noſtram, in illis verbis, reuertatur in eiuſdem donatoris arbitrio manſurum, quibus oſtenditur requiri declarationẽ voluntatis, arg. eorũ quæ not. in l. ij. ff. ſi age. vect. de qua re poſtea dicemus in verbo, reuertatur. Ex quibus Bal. rationibus potes intelligere, quòd licèt loquatur in eo caſu, cũ filius ante patrẽ mortuus eſt, videatur tamen intelligere, etiam ſi mortuus non fuerit, cùm & hic rationes illius obtineãt, ſicuti & Hoſt. Sed & idem quoq; voluit Saly. in l. ſi totas, paulò ante fi. C. de inoffi. dona. Imo qui hoc dicit eſſe æquum, in c. vlt. col. vj. verſi. quærit etiam Bart. extra de donat. Raph. Co. in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de leg. ij. Pau. Caſt. in l. ij. ad fi. C. de poſth. hære. inſtit. vbi ita intelligit, vt ſuprà diximus, videlicet ſi donãs poſt natiuitatem declarare & aliter diſponere potuit, & nõ diſpoſuit. Aliàs enim ſi id facere nõ potuit, quia fortè ſtatim factus eſt furioſus, certè irrita manet donatio. Idem præterea voluit Corn. conſi. ccxxxiiij. placent mihi, poſt prin. lib. ij. vbi nuncupatim refert & ſequitur Bal. vbi ſuprà & idem Corn. conſi. iiij. dubia ſatis, col. v. verſi. cõcurrit etiam, lib. iij. vbi dicit quòd pater diu tacendo, & permittendo donatariũ poſt natiuitatem filiorũ ipſius vti re donata, præſtat vrgentem coniecturam tacitæ voluntatis, quòd noluerit recedi à donatione, per id quod in ſimili dicit gl. in l. athletæ. §. dat remiſsionẽ, in verbo, niſi priuſquam. ff. de excuſ. tuto. quod ſi tutor datus in teſtamẽto poſtea contrahat inimicitias capitales aduerſus teſtatorem, ita vt ob id cenſeatur teſtator huiuſmodi tutelã reuocaſſe, per tex. ibi, tamen ſi diu poſt eas inimicitias ſtetit, & potuit reuocare teſtamentũ, & nõ reuocauit, ſatis videtur remiſiſſe, & ita in ea datione perſtitiſſe, arg. tex. optimi in l. in confirmando, & in l. vtilitatem. ff. de confirm. tuto. & in l. tres tutores, in fi. ff. de adminiſtratio. tuto. Idem etiam voluit Guid. Pap. ſing. ccccxxxix. incip. diſpoſitio. l. ſi vnquam. & Socin. conſi. cxxvj. viſum fuit, col. v. verſic. quòd autem etiam fauor, lib. iij. vbi loquitur quãdo filius ante patrem mortuus eſt. & Iaſ. in l. ſi mater, col. j. C. de inoffi. teſta. & in auth. ex cauſa, col. vlt. C. de liber. præter. & Stepha. Bertr. conſi. lxxxiij. Chriſti, &c. viſis tribus, col. ij. lib. ij. & conſi. cclxxxiiij. viſo caſu, in fi, eod. lib. ij.

*De eadem re.*

213 ¶Et hanc ſententiam confirmat quod in ſimili dicitur, quòd licèt ſecundùm opin. Bartol. ſi pater in teſtamento præterit ignoranter poſthumum, aut iam natum, non conſeruentur legata ex authen. ex cauſa. C. de liber. præter. ſed reuocentur ex diſpoſitione l. noſtræ, vt ſuprà latè diximus in verbo,

*Legata quomodo conſeruentur in irrito teſtamento.*



verbo, donatione largitus. in xiiij. q. tamen ſi pater poſt natiuitatem poſthumi, aut poſteaquã notitiam habuit iam nati, diutius vixit, habuitq; poteſtatem mutandi teſtamẽti, nec tamen mutauit, cenſetur velle in eadem priori voluntate decedere, & ita legata ipſa rata firmaq; manere, vt voluit Iacob. Bel. in ſua diſputat. incip. quæritur quare pater, quam ponit poſt l. iij. C. de liber. præter. & Ang. conſi. xcix. viſo themate prædicto, col. vlt. per text. in l. tractabatur. ff. de teſta. milit. & expreſsiùs Pau. Caſt. {in l. ſicut certi, col. vlt. verſi. ſecundò niſi poſtquam. C. de teſta. milit.} in l. j. C. de poſthu. hære. inſtit. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe, ſicuti verè fecit, conſi. cc. clarum eſt teſtamentũ, in fi. lib. j. & iterum conſi. xv. incip. à ſecundo quæſito, col. iij. verſi. per confirmationem prædictorum, lib. ij. rurſumq; conſi. cclxxj. quanquam multa. col. vlt. eo. lib. ij. & conſi. cccxxij. in caſu ſuprà ſcripto, in fi. eo. lib. ij. & vbique allegat id quod voluit glo. in d. §. dat remiſsionem. & d. l. tractabatur. & præterea l. iij. C. de inof. teſta. & etiam quod voluit Bart. in l. lex Cornelia, in fi. ff. de vulg. & pup. vbi loquens in caſu illius legis dicit quòd ſi pupillus viuo teſtatore mortuus eſt, & pater nõ habuit tempus prouidendi ac mutandi, & non fecit, tunc, inquit, lex præſumit quòd teſtator voluerit quòd ſubſtitutus pupillariter ſuccederet, per l. quòd ſi filius. ff. de capt. & poſtli. reuer. Subiungitq; hanc diſtinctionem haberi in d. l. tractabatur, idq; probari in d. l. iij. C. de inoffi. teſta. Cuius ſententiam in ea re ſecutus eſt & idem Pau. in d. l. lex Cornelia. Et idem quoque voluit Bart. ipſe in l. j. col. vj. verſi. vlteriùs quæro pupillus. ff. eo. de vulgar. & pupil. & in d. l. tractabatur, in l. neque. §. vlti. ff. de teſta. milit. & Card. Flor. in c. Raynutius, in materia compẽdioſæ ſubſtitutionis, extra de teſta. Sed tu de hoc vide omnino recentiores in d. l. j. ff. de vulg. & pupil.

214 ¶Nam quantum ad caſum d. authen. ex cauſa, vt eò redeamus, vnde paulum digreſsi ſumus, id quod ſuprà diximus, voluit etiam Roma. eadem in id allegans, conſi. cxxij. circa id quod effectualiter, col. ij. verſi. primo quia poſt conditum. & Alex. conſi. cxxiij. diſcuſsis hæſitationibus, col. vlti. verſicu. & hanc opin. lib. j & conſi. xxx. ponderatis his, col. ij. verſic. & ſubiungit, lib. iij. & conſi. ſeq. eiuſdem princ. col. ij. verſic. & quod dicta clauſula, eo. lib. iij. quibus locis allegat etiam quod voluit Bart. in l. j. in prin. in j. quæſt. ſecundi effectus. ff. de vulg. & pupil. Idem quoque voluit ipſe Alex. conſi. cxlij. circa primam dubitationem, col. j. lib. ij. quod errore impreſſorum repetitum eſt conſi. ciij. lib. iij. & iterum conſi. 50. lib. vj. & Corne. in d. auth. ex cauſa, col. xj. in vij. limit. & ibi Iaſ. qui tamen dubitare videtur, in col. pen. & idem Corn. conſi. cxix. videtur primo aſpectu, ad fin. lib. ij. & conſi. ccxliiij. videtur prima facie dicendum, col. vj. eo. lib. ij. & conſi. clviij. pro deciſione, col. penul. lib. ij. & conſi. cxxiij. in hac conſultatione, col. iij. verſic. item concurrit, lib. ij. & conſi. cl. prima facie, col. j. verſi. & maximè cùm dictus teſtator, eod. lib. iij. & conſi. ccxxv. antequam aggrediar, col. pen. verſic. cum itaque in caſu noſtro, eo. lib. iij. Barb. conſi. liiij. illud in medium afferam, col. pen. lib. iij. & Iaſ. in d. l. ſi mater, col. ij. C. de inoffic. teſtam. & D. Guil. Bened. in repetit. c. Raynutius, in glo. ſuper verbo, in eodem teſtamento relinquens, la j. num. 247. {Philip. Dec. latè conſil. ccccxc. viſis & circunſpectis, colum. iij. verſic. venio ad ſecundum.}

*De eadem re.*

215 ¶Ad quod item optimè facit quod voluerũt multi multæ authoritatis viri, id ſcilicet quod dicitur donationem & feudum reuocari poſſe ob ingratitudinem aut feloniam, vt noſtri appellant, per donantem aut dominum tantùm, non etiam per hæredes eorũ. Vt de primo eſt tex. in d. l. vlti. infrà eo. & in c. vlt. extr. de dona. Et de feudo voluit glo. in l. omnimodo. C. de inof. teſta. {& in c. j. §. item ſi fidelis, in verbo, concubuerit, & ibi Bal. & alij, tit. quib. mod. feud. amit.} cum ſimil. procedere ita demum, ſi donans ſiue dominus ipſe ſciuerit, & habuerit ſpatium reuocãdi. Nam ſi non fecerit, id videtur remiſiſſe. Ita voluit Io. And. in d. c. vlt. col. pe. in glo. vlt. per illum tex. in verbo, placuit, & ibi etiam Io. Cald. in rep. col. iij. & Collect. col. vlt. verſi. quid ſi vaſſallus, & Imo. col. vij. verſi. in ea glo. in fi. dicit. & Pet. Anch. & Panor. col. pen. verſi. in glo. vlt. & iterum verſic. in eadem glo. extra de donatio. {Et idem Io. And. in addi. Spec. tit. de feud. §. vlt. col. ij.} Petr. Iacob. tit. de cau. ex quib. feud. amit. col. vij. verſi. item tacite. & Cyn. & Salyc. in l. j. in fin. C. de reuocan. dona. And. Iſer. Iac. Bel. Bal. & Iac. Aluar. & Card. Alex. in c. j. §. porrò, tit. quæ fuit prima cauſ. benefi. amit. Iac. Bel. in j. §. item ſi fidelis, {& ibi Aluarot.} titu. quib. mod. feud. amit. & Salyc. in d. l. omnimodo, in fin. prin. & in l. vlt. {C. de adult. & in l. vlti.} in fi. C. de reuoc. donat. & Panor. conſi. iij. nitar in præſenti, in ix. q. lib. ij. & Ro. & Alex. qui hoc dicit ſing. in l. rei iudicatæ. ille col. ij. verſi. hic, & pro Romano. ff. ſolut. matr. {idem Alex. conſi. clxxxix. in cauſa, col. ij. verſi. imo fortius, lib. vj.} Fran. Aret. conſi. xiiij. viſo & diligenter conſiderato, col. vlti. {Carol. Ruin. conſi. clix. quia intra. col. iiij. verſic. ad iſtud, lib. j.} Catel. Cot. qui etiam dicit ſing. in memor. incip. donatio perfecta. & iterum in memor. incip. vaſallus poteſt priuari. Franc. Curt. iunior, in tracta. feud. in penul. q. quartæ partis, in fi. {Zazius in epito. feud. parte x. quæ eſt de feudi amiſsione, char. ix. verſi. è diuerſo ſi dominus, de quo tamen vide Bald. in d. l. rei iudicatæ. §. j. ff. ſolu. matr.}

*Feudum & donatio à quibus reuocari poſſunt.*

216 ¶Idemq; è diuerſo, ſi dominus non reuocauerit fundum beneficiarium à cliente, qui ipſe ingratus aduerſus eum fuit, non poterit ab hærede ipſius reuocari, vt voluit gloſ. in d. l. vlti. infrà hoc eodem tit. quam ſequuntur Cyn. Bald. & Ange. ibi, & Rapha. Co. conſi. clxiiij. prælatus certæ eccleſiæ, col. iij. {& Mart. Laud. in cap. j. tit. de lege Corradi, & Caro. Ruin. d. conſi. clix. vbi ſuprà lib. j. & conſi. clxv. Ieſu Chriſti, col. v. num. 20. eod. lib. j.} cum ſimil. Ita tamen, ſi dominus ſciuerit ingratitudinem illam viuente cliente, & habuerit facultatem reuocandi ab eo: aliàs poterit & ab hærede, ex ſententia Ioan. And. in addit. Spec. tit. de feud. §. vlt. col. ij. & Bal. in l. imperialem. §. inſuper,

*Ingratitudo aduerſus dominum.*

col.vlti.verſi.conſiderata tamen,& iterum verſi.ex his etiam apparet,tit.de prohib.feud.alie. per Feder.col.j.& in d.c.j.col.vlt.verſic.ſecundò quærit glo.tit.quib.mod.feud.amit.& Panor.d.conſ. iij.& Petr.Iacob.vbi ſuprà,verſi.item econtra.& Pau.Caſt.conſi.xlvj.viſo & examinato,col.ij.lib. ij.{Zazius,vbi ſuprà. Sed huic contradicit Carol.Ruin.conſi.clix.vbi ſuprà.}

*Vtrum in caſu adulterij diſsimulati per maritũ, hæredes ipſius conqueri poßint.*

217 ¶Sed & idem propè in caſu adulterij diſsimulati,ſiue non vindicati à marito , dum quæritur an hæredes ipſius mariti poſſunt conqueri,ad lucrandũ vxoris adulteræ dotem,vt ſcilicet non poſſint ſi maritus reſciuerit,& potuerit conqueri,nec fecerit,aliàs poſsint , voluit & conſuluit Bald. conſi.ccciij.iſta dos debet reſtitui,lib.iij.& Sign.conſi.50.in quæſtione.& ipſius authoritate Card. Alex.in c.plerunque,in ſecunda quæſt.extra de donat.inter virum & vxor.{Saly.in d.l.vlt. col.j. verſi.ſucceſsiue.C.de adult.} Rom.Alex.& Franc.Aret.in d.l.rei iudicatæ.§.hæredi.ff.ſolu. matri. licet alij generaliter tenuerunt non poſſe hæredem conqueri,ſiue maritus ſciuerit, ſiue ignorauerit,vt per Bal.ſibi contrarium,Imo.Pau.Caſt.in d.§.hæredi.& Bald.in l.cùm mulier,in xv.oppo. & ibi Imo.col.viij.eo.tit.{& eundem Bald.ſibi contrarium conſi.clxxxij.Petr.lib.iij. & Fran.Rip. in l.ij.col.iij.nu.10.eo.quoque titul.} de quo & nos latè diximus in noſtris conſuetudinibus, titu. xxvij.in §.j.in glo.vij.in vlti.q.Et idem econtrario,vt ſcilicet maritus nõ poſsit mouere quæſtionem hęredibus vxoris de adulterio ipſius,cùm non conqueſtus eſt in vita ipſius vxoris,ſi tamen ipſe ſciuerit:ſecus ſi ignorauerit,vt voluit Bald.in l.libertatem,quæ eſt vlti.C.de adult.

*Vxori relictũ imperfectum propter filiũ, quomodo perficiatur, ſi is uiuo teſtatore deceſſerit.*

218 ¶Facit & quod in ſimili ſcribit Paul.Caſtr.conſi.ccxviij.quòd vxor quondam,col.j.verſi. confirmantur autem prædicta,lib.j.quòd ſi teſtator habens filium,reliquit aliquid vxori,quod fortè nõ haberet vim pleni vſusfructus propter filium,ſed ſi filium non habuiſſet,idipſum comprehenderet,ſecundum not.in authen.quod locum.C.ſi ſecun.nup.muli. Certè ſi filius viuo teſtatore deceſſerit,idque ſciuerit ipſe teſtator,& habuerit facultatem mutandi teſtamenti,nec tamen mutauerit,credendum eſt eum voluiſſe teſtari,ac ſi filium non habuiſſet,arg.not.in d. §. dat remiſsionem. & aliorum ſuprà allegatorum. quod not.ad id quod ſuprà diximus in hac eadem quæſtio. verſi.clxij.incip.à quibus non longè abeſt.

*Legatum conditione defecta extinctum quando debeatur.*

219 ¶Denique huc ſpectat & quod ab eodem Pau.conſultum eſt conſi.ccxiiij.cuius eſt initium, Ego Paul.de Caſt.in lib.j.quòd ſi quis ſuo teſtamento quicquam legauerit pro maritanda puella,ſi ea viuente teſtatore maritetur,extinguitur legatum,ſecundũ Bart.poſt Dy.in l.Lucius,la j.ff.de leg. ij. Si tamen poſtea teſtator qui ſciuit illam nuptam,& potuit mutare teſtamentũ,non tamen mutauit,videtur decedere cum eodem teſtamento,& debebitur legatum ac ſi ea nondum nupſiſſet, per glo.in d.§.dat remiſsionem,& not.per Bart. in d.l. lex Cornelia. Et idem ſe & aliàs quoque conſuluiſſe,vt verè fecit conſi.cxlviij.proponitur in facto,in fin.lib.ij.etiam per not.in d.§.dat remiſsionem. Et ad hæc omnia bene facit text.in d.l.ſi mater.C.de inoffi.teſtam.

*An confirmentur legata ſi teſtator cùm poſſet,non mutauerit teſtamentum.*

220 ¶Contrarium tamen in caſu d.authen.ex cauſa,vt videlicet non confirmentur legata,etiam ſi teſtator diutiùs vixerit,& potuerit mutare teſtamentũ,nec mutauerit,voluit expreſsè Bart.conſi. ccx.omne illud,verſi.& per hoc non obſtat.& conſil.ccxxxv. Lapus fecit teſtamentum,ſubdens quòd illa coniectura quam ſuprà pro contraria parte adduximus,tunc aſſumitur, quando alij filij ſunt inſtituti,ſecus quando extranei,per d.l.iij.C.de inoffi.teſta. Sed & poſito,inquit,quòd teſtator hoc voluiſſet in illo medio tempore,tamen iſta voluntas non fuit legitima,nec facta etiam ſolenni numero teſtium,& ſic eſt nullius momenti. Idem quoque voluit Ange.in l.idemq; erit. quam legit cum l.qui iure.ff.de milit.teſta.vbi ita dicit conſuluiſſe collegium Peruſinum. & rurſum in l.j.C.de codicil.vbi item dicit.& in l.j.ff.de iur.codicil.& conſi.cviij.iſta quæſtio principaliter,col.vlti.dicens de hoc eſſe text.ſi rectè & ſanè intelligatur,in d.l.tractabatur.ff.de milit.teſt. Niſi,inquit in poſtremo loco,conſtare poſsit ex aliis indiciis , quàm ex diuturnitate & poteſtate mutandi,quòd teſtator voluit cum eodem teſtamento decedere,per text.in d.l.idemq; erit. Et ſi dicis:Ergo nuda voluntate conficitur teſtamentũ,contra l.hac conſultiſsima.C.de teſta.Reſpondeo non id mirum eſſe,quia non conficitur de nouo,ſed iam confectum & infirmatum validatur,quod faciliùs fieri poteſt.l.qui ex liberis,quæ eſt pen.§.teſtamento.ff.de bon.poſſ.ſecund.tab. vbi eſt optimus text. Idem etiam voluit ipſe Angel.conſi.ccclxiiij. Pierius fecit ſuum teſtamentum,col.iiij.per d.l.tractabatur, & Franc.Aret.in l.Titius,in prin.col.vlti.ff.de liber.& poſthu.vbi de hoc dicit eſſe meliorem text.quàm in d.l.tractabatur,videlicet in l.ſi filius.ff.de teſta.milit.vbi quando nato poſthumo ignoranter præterito à teſtatore,ipſe teſtator vult decedere cum eodem teſtamento,videtur nouum teſtamentum facere,& ex hoc conualeſcit tanquam denuo factum.&

*Miles teſtatur ut uult.*

hoc quidem in milite toleratur,qui poteſt teſtari vt vult : ſed in pagano, licèt ex hoc quod non mutatur,videretur induci noua voluntas,tamen inutiliter induceretur,per alium text. quem tamen ipſe non allegat,in §.ex eo autem,Inſtit.quib.mod.teſta.infir. Subiungitq; Franc. Aret. vbi ſuprà,illam quam ſuprà diximus Ang.exceptionem. Et iterum idem Franc.Aret.conſi.xcij. viſo legato,col.iij.verſi.nec poteſt releuare,vbi & ad hoc dicit tex.ſing.in d.l.ſi filius,in verſic. ſi verò militante.quem tamen dicit à nemine alio allegatum.ſed & ad hoc allegat text.in l.à filio.§. Seia. ff.de adimen.lega.vbi & ex inimicitiis ſuperuenientibus cenſentur adempta legata : & ſi teſtator

*Legata cenſentur adempta ex inimicitiis.*

poſtea codicillos fecerit,in quibus ea legata expreſsè non ademerit , tamen remanent adempta. Allegatque etiam ideo præſumi teſtatorem tacuiſſe,quia ſciebat ſibi eſſe prouiſum iuris remedio aduerſus prouiſionem ante factam , ſicut dicimus de creditore qui tacet , quia ſcit , ius ſuum

ſemper



ſemper ſaluum manere.l.ſicut.§.non videbitur.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol. Cui adde & tex. in l.an inutilis.ff.de accept.cùm dicitur,fingamus eum qui accepto ferebat ſcientẽ prudentemq; nullius eſſe momenti acceptilationem,quis dubitat non eſſe pactum,cùm ſenſum paciſcendi nõ habuerit?Rurſum idem Franc.conſi.omnium nouiſsimo,eleganter & ſubtiliter,col.iij.in ſecundo dubio,vbi & hoc dicit probari non cauillando,vt ipſe dicit,literam,in auth.vt nouæ fac. conſtit. verſi.& non accuſandos,& verſic.ſeq.vbi dicitur, quòd ſi aliquis fecit teſtamentum ante ius nouum cõditum,ſecundum formam iuris veteris,& poſtea viuo teſtatore fiat lex noua,qua ſtatuitur valere teſtamentum ſine noua quapiam forma,valet illud teſtamentum priùs factum ſine illa forma noui iuris , nec debet imputari teſtatori,quòd poſt legem nouã ſuperuixerit, & habuerit tempus mutandi teſtamenti. Et quòd iſte ſit ſenſus illius text.attende,inquit, ad rationẽ quæ in eo tex.adiicitur. Nam ideo non debet imputari , quia poſſe facere teſtamentum,non in nobis eſt,non enim ſemper poteſt aliquis teſtari,cùm aliquando repentina morte impediatur. Ex qua ratione hoc infertur,quòd licèt prima fronte non appareat aliquem fuiſſe impeditũ, cùm videatur habuiſſe tempus mutandi teſtamenti,quia tamen ſæpe contingit aliquem impediri , iſta ſola poſsibilitas excuſat. nam etiam poteſt eſſe quòd teſtator non mutauit teſtamentum,quia ſperabat ſe ſemper diutiùs victurum. Poſteaq; reſpondet ad d.l.tractabatur, & ad.l.iij.C.de inoffi.teſt. vt ibi videre poteris. Idem præterea voluit Barb. conſi.lx.illud afferam in medium, col.iij.& ſeq. lib.ij.& Soc.conſi.xciij.teſtamentum præmiſſum,ad fin.lib.iiij.vbi & illam Ang.exceptionem approbat. Et Iaſon ſibi in eadem l.contrarius,in d.auth.ex cauſa,col.v.verſi.amplia eam procedere, vbi hoc reputat ſing.& ſolum Franc.Aret.allegat.d.conſi.xcij.& Steph.Bertr.qui & illum vnum allegat,conſi.clxx.ponitur in facto,col.iij.verſi.nec opponat,lib.j.& D.Bene.etiam eodem in loco ſibi contrarius,in d.c.Raynutius,in verbo,in eodem teſtamento relinquens,le j. nu.232. extra de teſtam.& nouiſsimè Anto.Rubeus conſi.cxxv.præſens caſus.

*Idem dicẽdum in caſu huius legis, quod in caſu authent. ex cauſa.*

221 ¶Et quia hi omnes loquuntur in caſu dictæ authen.ex cauſa, vt iam diximus:non deſunt etiam qui idem aſſerunt in caſu noſtræ l. Is eſt Bal.qui omnia eſt in omnibus,conſi.ccxxxix.cuius initium eſt,quia vltimus paſſus,col.ij.lib.iij.vbi illud expreſsim dicit, quòd cùm reuocata ſit donatio natiuitate liberorum ex hac l. idque ſciat pater qui donauit, aut certè ſcire præſumatur , non videtur in ea re perſeuerare,quæ iam nullius erat momenti,arg.leg.non ſolum.ff.de actio.& obli. Adęò eſt Bald.ingenio feraci ac fœcundo,vt nihil non ab eo diſcuſſum ac diſputatum ſit. Porrò Guido Pap.deciſ.ccxiiij.reuocatio,col.ij.verſicu.an reuocatio,in ea quoque eſt ſententia,vt hæres reuocare poſsit ex hac l.etiam ſi donans tacuerit.

*Solutio contrarij. Caſus diuerſi.*

222 ¶Sed & hic paululum attende lector. Nam hi caſus,ſcilicet d.authen.ex cauſa,& noſtræ l.videntur admodum diuerſi in ea re de qua loquimur. Nam quantum ad caſum d.auth. teſtamentum non ex ſola præſumpta voluntate,ſed de iure communi rumpitur natiuitate poſthumi præteriti. Ideo ſi teſtator id reſciuit,& potuit confirmare,non confirmando poteſt videri noluiſſe vt teſtamentum valeat,aut certè aliquid ei poteſt imputari,quod ſibi non proſpexit,ſi videbat valere. Hîc autem donatio reſcinditur non de iure communi,ſed ſpeciali & exorbitanti,vt latè diximus ſuprà in verbo,libertis:idque ex veriſimili mente donatoris,quæ hîc ceſſare videtur, nõ ex eo ſolùm quod nihil dixit,aut declarauit de reuocatione donationis,ſed ex eo quoque, quòd permittit donatarium vti fruiq; re donata poſt natiuitatem filij:quod veriſimiliter non faceret,ſi eo eſſet animo,vt donatio reuocaretur,arg.leg.cùm de indebito.ff.de prob. Quæ res non procedit in teſtamento,ex quo ij quibus aliquid relictum eſt, nihil viuo teſtatore conſecuti ſunt. Propterea cùm vltra diuturnitatem temporis in hoc caſu illud interuenit:certè poteſt dici ſatis eſſe ad præſumendum donatoris animum,ſecundum illam Angel.exceptionem,d.conſi.cviij.quam nuncupatim ſequuntur & approbant Franc.Aret.& Socin.vt ſuprà diximus.

*Donatio an ſolo conſenſu perficiatur.*

223 ¶Item non hîc procedit ratio,quam Bartolus,& alij plerique adducũt de voluntate minùs ſolenni, quia donatio ſola voluntate, id eſt ſolo conſenſu perficitur,nec alia ſolennitas requiritur, vt in teſtamento. Ideo in hoc caſu noſtro putarem conualeſcere donationem,ſi pater poſt natiuitatem filij diutiùs vixerit,nec aliquid de reuocatione donationis declarauerit, præſertim ſi filius qui eam ſua natiuitate reuocarat , mortuus eſt viuo teſtatore,iſque habuit ſpatium declarandi. Nam ſi filius adhuc viueret,non tam facilè præſumerem patrem velle donationem ratam manere. Et cùm multi ſint huius ſententiæ,quos ſuprà in principio huius limitationis retulimus, nemo,quem hactenus legerim, niſi me fallat memoria,expreſsè contradicit, præter Bal.d.conſi. ccxxxix.lib.iij.quem non mireris cæteris contradicere,qui ſibi vbique contradicit.

*De eadem re.*

224 ¶At ceſſantibus iis quæ diximus,quia ſcilicet pater non habuit tempus aut facultatem declarandi,ſiue quia ſtatim obiit nato aut mortuo filio,ſiue quia fortè ignorauit natum ſibi filium. Certè quanuis ipſe non declarauerit velle donationem reuocari,poterit tamen hæres illius hoc ipſum declarare,atque vti huius l.beneficio,vt ſatis intelligunt omnes quos etiam pro priori parte allegauimus.Et ſecundum hoc intelligi etiam debent Albe.& Ang.qui hîc in noſtra l.dixerunt ſimpliciter non requiri declarationem patris de reuocatione,quanuis alię reuocationes non fiant niſi expreſsè,& donatore viuente,quaſi hoc ius reuocandi ex noſtra l.tranſeat ad hæredes.

*Legitima… quatenus r…*

225 ¶Tertio intelliges quod diximus donationem,quæ natiuitate filij eſt reuocata,non conualeſcere morte illius,vt procedat in donatione in qua etiam locuti ſumus. Secus verò in legitimatione,

*uocetur, & quando uires reaſſumat.*

quæ licèt ſecundũ multos,vt ſuprà diximus in verbo,donatione largitus,in xvj.q.reuocetur ſaltem quantum ad effectum ſuccedendi per natiuitatem liberorum,vt quælibet alia donatio, ex l. noſtra:tamen ſi poſtea legitimi,qui eam ſua natiuitate reuocarant,moriantur,reaſſumit legitimatio hanc ſuccedendi vim,quam amiſerat illa legitimorũ natiuitate,ita ſcilicet,vt ſuccedat legitimatus patri,ac ſi nullus ei poſt legitimationem legitimus natus fuiſſet,vt pulchrè ac ſing.conſuluit Pau.Caſt.conſ.xxij.cuius caput eſt,viſis omnibus quæ narrantur,col.j.lib.ij. ar.l.poſthumus.ff.de iniuſt.teſta. Nam ſi conualeſcit,inquit,teſtamentum, quod poſthumi natiuitate omnino ruptum eſt,multò magis legitimatio,quæ rupta nõ fuit, ſed tantùm diminuta quantũ ad effectum ſuccedendi extantibus legitimis,ne illis fieret præiudicium,hunc effectum recuperat, ceſſante ea cauſa. Subditq́; etiam idem videri,ſi poſt mortem patris filius legitimus moriatur , antequam ipſi patri ſuccedat,ar.l.j.§.ſed ſi ſint.ff.ad Tertul. Licet ſecus ſit in teſtamento.l.filius qui in poteſtate.ff.de liber.& poſthu. De qua re etiam diximus in d.xvj.q.nu.320.incip.nec illud prætereundum.

*Legitimatio nunquam rupta, ſed diminuta.*

226 ¶Sed de his ſatis. Nunc autem quærendum ducimus,quoniam verba quæ nunc interpretamur, ſunt in plurali numero enuntiata,videlicet ſuſceperit liberos,vtrum neceſſe ſit plures filios ſuſcepiſſe,an verò vnus tantùm etiam reuocabit?Et videtur quidem primùm aut duos aut plures requiri,per text.in l.vbi numerus.ff.de teſtibus.& l. qui quartam.§.vlti. & ibi Bart.ff.de legat.j.& l. legato.§.qui plures.ff.de legat.ij.iuncta l.Mæuius.§.cum qui,le ij.& ibi glo.in verbo,eandem rem, eod.tit.& l.iij.in princ.verſi.quod ſi ita,& ibi Bart.ff.de annu.lega.& l.j.ff.de opti.leg.& l.vlt. & ibi Bart.ff.ad Trebel.& l.libertas.§.vlti.& ibi Bart.ff.de manu.teſta.& l.inter illam.§.vlti.ff.de verbo. ſignifi.& cap.is cui.§.j.de præb.lib.vj.& c.pluralis,de reg.iur.eo.lib.& in c.j.poſt princ.tit.de notis feud. Quibus planè probatur,pluralem numerum vno minimè eſſe contentum.

*An unus filius ſufficiat. Pluralis numerus plures requirit.*

227 ¶Ideo Bart.in d.l.j.ff.de opti.leg.dicit,quòd iuſſus diſtribuere inter pauperes,nõ poteſt in vnum tantùm diſtribuere.quod & voluit Bald.in repe.l.j.col.xj.verſicu.iuxta hoc quæritur an iſti.C.de ſacro.eccle.& Paul.Caſtr.conſi.xcij.ſuper primo quæſito videtur dicendum quòd teſtamentum, col.ij.verſi.ſecunda inſpectio,lib.j.& Philip.Dec.conſi.ccccl xxj.iuridicam,col.ij.verſi.ſecundo.De quo tamen quia non omnino eſt ſine dubio,vide Bald.{in repe.leg.j.col.vlti.verſic.ſed an executor.ff.de leg.ij.&} in l.vnum ex familia.§.itaque,& ibi Raph.Co.& ipſum Paul.in §.ſi duos.ff.eo. tit.& ipſum Bal.conſi.clxij.quidam Franciſcus,in ij.dubio,lib.v.& eundem Pau.in l.cùm quidam, col.ij.verſi.nota etiam dum dicit.ff.eod.Rom.ſing.ccccl j.teſtator dicit.& Alex.in l.Gallus.§. quid ſi is.ff.de liber.& poſthu.& in d.l.qui quartam.§.j.ff.de legat.j.

*An iuſſus diſtribuere inter pauperes poßit in unũ tantùm diſtribuere.*

228 ¶Sed illam Bart.ſententiam fulcit,quod à Bald.proditũ eſt in l.iubemus.§.ſinautem.C. ad Treb. quòd ſtatutum eos certa pœna multans,qui domum alterius ingrediuntur cum hominibus armatis, non habet locum in eo qui ingreditur cum vno tantùm armato,cùm ſtatutum pluraliter loquatur de hominibus armatis,& eò grauior maiorq́; eſt iniuria,quò à pluribus admittitur.l.ſi plures ſerui.ff.de iniur.quam ad hoc dicit not.& ſequitur Philip.Dec.d.conſ.ccccl xxj.vbi ſuprà.Super quo tamen vide text.quem pro alia parte citabimus,in l.ij.§.homines,verſi. ſed & ſi vnus.ff. vi.bo.rapt.vbi ita ſcribitur. Sed ſi vnus homo coactus ſit,adhuc dicemus homines coactos eſſe. Niſi dicas ibi text.loqui de damno,non de iniuria perſonæ. Nam damnum non augetur ex multitudine,ſicut iniuria,vt quibuſdam placuit. Sed huic aduerſatur Tullius in oratione pro Cecinna. Si tu,inquit,ſolus,aut quiuis vnus cum ſcuto,cum gladio impetum in me feciſſet , atque ego ita deiectus eſſem,auderéſne dicere interdictum eſſe de armatis hominibus, hîc autem hominem armatum vnum fuiſſe?non,opinor,tam impudens eſſes. Nam vt dicit paulò pòſt , in his cauſis non verba veniunt in iudicium , ſed ea res cuius cauſa verba hæc in interdictum coniecta ſunt. Et iterum paucis interiectis , Non maior eſt iniuria ſi pluribus armatis, quàm ſi vno armato fit. Et alia multa in eam ſententiam ſcribit,quæ tu videre poteris.

*Vtrum ſtatutum loquens de hominibus armatis , habeat locum in uno armato.*

229 ¶Et quod idem ſcribit in c.j.extrà de appel.non ſatis eſſe,proteſtationem,quæ ex eo c.debet fieri in præſentia bonorum virorum (ſunt enim verba illius cap.) fieri coram vno , propter illa verba pluralis numeri. Et eum ſequitur Præpo.ibi.& Nico.Eueral.in locis legalibus, in loco à numero, in princ. Sed tu tamen de hoc vide,vt quod etiam dubium eſt,Panor.Peru.& Philip. Dec.ibi,& Specu.locis à Panor.citatis,& Lapum allegat.xxxix.incip.an valeat appellatio, poſt medium , & vide quæ dicam infrà num.249.& hinc quoque manat.

*Proteſtatio quæ debet fieri in præſentia bonorum uirorũ,an rectè fiat coram uno.*

130 ¶Sed redeamus ad Bald.qui conſil.ccxlij.cuius exordium eſt, factum tale eſt , quidam B. habuit gratiam,lib.iij.conſuluit mandatum papæ de prouidendo alicui de beneficio ſpectante ad collationem quoruncunque non habere locum in beneficio ſpectante ad collationem vnius tantùm, per d.l.vbi numerus.

*Aliud exemplum de numero plurali.*

231 ¶Huc etiam ſpectat reſponſum Oldra.conſi.cxlij.cuius caput eſt,factum tale eſt , teſtator habens vxorem prægnantem,quòd ſi teſtator ſubſtituit ſororem poſthumis,ſi ij decederent in pupillari ætate , non eſt locus ſubſtitutioni,ſi vnus tantùm poſthumus natus ſit, & decedat in pupillari ætate,& cenſetur eſſe caſus omiſſus. Quod quidem conſil.ad verbum propè tranſcripſit Ioann. And.illius diſcipulus ſine magiſtri mentione,quod illi ferè eſt perpetuum,in addi.Specul.titu. de teſtam.§.j.colum.penulti.verſic.quarta quæſtio. De quo tamen tamen vide Franc.Areti. qui hoc reputat ſing.in l. placet,col.ij.verſicu.pro iſta concluſione.& Andr.Alciat.lib.iij.de verbo.ſignifi. in iij.quæſt.quarti axiomatis,quartæ regulæ princ.

*Item aliud.*

¶ In



232 ¶In quam etiam ſententiam Ang.conſ.lvj.quidam non ſuppoſitus,tradit quòd in ſtatuto Florẽtiæ cauente non admitti accuſatorem,niſi ſatiſdet per fideiuſſores idoneos approbatos ab approbatoribus Communis , non ſufficit dare vnum fideiuſſorem,nec ſatis eſt interuenire vnum approbatorem,licèt vterque & fideiuſſor & approbator ſint idonei & ſoluendo,quanuis ita videatur ſatisfactum menti ſtatuentium,quæ ſolùm voluit ſatis conſultum cautumq́; eſſe indemnitati accuſati:ideoq́; videbatur vnum ſufficere,per l.ſcire oportet.§.qui autem,verſ. ſed & ſi maximè. ff.de exc.tut.Sed tamen non ſatis eſt.nam quò,inquit,plures ſunt idonei,eò quoque magis cautũ eſt.l.ſi quis decedens §.vlt.ff.de lib.leg.Et quia ſtatutum in plurali numero loquitur.

*Statutum loquens per pluralem numerum, plures requirit , nec unus ſufficit.*

233 ¶Nec hinc longiùs abeſt quod idem Ang.alibi conſuluit, videlicet conſ. cclxxxix.hoc principio, viſo facto & ſtatutis,in primo dubio. Quòd ſi ex ſtatuto requiratur citari proximiores agnatos occiſi ad accuſationem eius qui illum occidit,non ſufficit vnum citari , cùm ſtatutum de proximioribus in plurali numero dicat.

*De eadem re.*

234 ¶Huc quoque vergit quod cenſent domini Rot.deci.ccccc xxij.incip.nota quòd ſi committatur, in antiq.{rurſumq́; deciſi.lxxix.committatur cauſa,in nouis.}quòd ſi in reſcripto facta fuerit poteſtas citandi in locis vicinis,non ſatis erit id fieri in vno tantùm loco vicino,ſed id debet fieri in duobus ad minimum locis,per d.c.pluralis locutio. Cui omnino ſimile eſt quod & tradit Cardi. Flor.in cle.j.in xxxij.qu.de foro compet.quòd in caſu illius cle.in verſ.ſi verò dicti epiſcopi,dum facit poteſtatem citãdi in eccleſiis,debet fieri ea citatio in duabus.Quanquam illum in diuerſum citet Matthæ.Afflic.in conſtit.Siciliæ incip.multæ leges,col.pen.

*Citare in locis uicinis, quomodo accipiatur.*

235 ¶Eiuſdem monetæ eſt quod & conſultum eſt à Petr.Ancha. viro vtique laudatiſsimo , conſ.36. cuius caput eſt,viſa quadam petitione, col.j.quòd ſi ſtatutum requirat aliquid fieri à conſanguineis,vt in ſtatuto Forliuij , quo cautum eſt in rub. de tutoribus dandis pupillis , vt ab aliquibus conſanguineis ex parte patris petatur adiunctum dari tutori,allegata aliqua cauſa ſuſpicionis,vel alia legitima & veriſimili cauſa iudici oſtenſa:non ſatis eſt id ab vno tantùm conſanguineo peti. & ſequitur Deci.in c.prudentiam,col.j.verſ.& ſuper iſto text.extrà de offi.deleg.

*Et ſtatutum requirens à cõſanguineis.*

236 ¶Sed & in hanc ſententiam remigrat quod legitur apud Pau.Caſtr.conſ.ccxj. hoc initio,ad primum reſpondetur,quòd dictum legatum,in ij.dubio,lib.ij.quòd ſi teſtator mandauerit hęredi,vt quampiam nummorum quantitatem non exigat,donec maritauerit ſorores ſuas, non ſatis feciſſe videtur vnam tantùm maritando,quia pluralis locutio non verificatur in vno.

*Et donec maritauerit ſorores.*

237 ¶Adde & quod eleganter reſponſum eſt à celeberrimo noſtræ tempeſtatis iuriũ interprete Phil. Decio,conſ.ccxxij.viſo puncto,col.iiij.verſ.quintò quòd tale ſtatutum,dum in ſtatuto Lucanæ ciuitatis declarante bona patrimonialia illa eſſe quę fuerunt ſuorum per lineam paternam aſcendẽtium,aſſerit neceſſarium fore,vt ea fuerint patris & aui,nec ſatis eſſe patris fuiſſe, vt dicantur patrimonialia cùm ſtatutum dicat ſuorum aſcendentium,in numero plurali,per d.l.vbi numerus.ff. de teſtib.& idem quoque voluit ipſe Dec.d.conſi.ccccl xxj.iuridicam,col.ij.

*Item ſtatutũ declarans patrimonialia eſſe quæ fuerunt ſuorum.*

238 ¶Item quod ab alio non etiam ſpernendo noſtri temporis iuriſconſulto,quanuis Gallo,Stephan. Bertr.reſponſum eſt conſ.iiij.viſis hincinde propoſitis,col.viij.in 6.dubio,lib.iij.quòd l.tranſactionem.C.de tranſact.qua cautum eſt,præſentiam amicorum tollere ſuſpicionem metus,habet locũ, tum demum,ſi non vnus tantùm amicus,ſed ad minimum duo interuenerint, cùm text.dicat in plurali,amicis interuenientibus.Et ante eum idem reſpondit Soci.quem non allegat,conſ.cclxiij. capio primum conſultationis articulum,col.vj.verſ.ſed adhuc videntur,lib.ij.Sed credo Bertran. non vidiſſe opera Soci.vt quem nunquam citauit.

*Et præſentia amicorum.*

239 ¶His finitimum eſt & quod ſcribit Pet.Iac.in tit. de actio.ex empto redhibitoria,col.iiij.quòd in quibus caſibus creditur medicis,aut aliis peritis,non vnus ſufficit,ſed ad minimum duo requirũtur,per tex.loquentem in plurali numero de medicis,in l.ſemel.C.de re milit.lib.xij.{& idem voluit Bal.per illum tex.conſ.cxxxvj.proponitur quòd Titius,col.j.lib.ij.& Cepol.conſ.cauſa.crim. lxij.magnifice,col.2.verſ.nec ob.ſi dicatur , vbi & ad hoc allegat text.in c.ſignificaſti,le ij.de homici.in illis verbis,peritorum iudicio medicorum.}Sed tu tamen de hoc vide Barto. in j.conſtit.ff. in fi.princ.& ibi quoque Bal.col.iij.verſ.ſed an credatur.{& eundem Bart.in l.j.in prin.ff.de vẽtre inſpic.& in leg.j.§.vlt.in ij.col.& ibi alios,& latè Iaſ.ff.de verb.oblig.& præterea Ange.in l.qui luminibus,in prin.ff.de ſerui.vrban.prædior.}& præterea Ioa.Ana.in c.ſignificaſti,col.v.de homic. cum aliis multis concord.adductis ab Alex.in addi.ipſius Bart.{in d.j.conſtit.ff.& rurſum conſil. xxxv.viſa ſcriptura priuata,col.vlt.verſ.circa ſecundum dubium,li.j.& Fely.in c.propoſuiſti, col. iij.verſ.ſecunda concluſio,ext.de prob.& præterea Guid.Pap.conſ.clxxvij.nobilis Petrus , col.ij. verſ.& licèt dictus{& deciſi.delphina.cccxciiij.de medicis,paulò ante fin.}

*Et quid quãdo creditur medicis.*

240 ¶Denique vt multa in vnum colligam,facit quod voluit glo.in §.præiudiciales,in glo.magna,poſt princ.ibi,item quia poſtea dicit cæteræ,& ibi etiam Pet.Iac.Dy.Ioan.Fab.& alij recentiores,Inſtit. de nupt.& glo.in c.ſtatutũ.§.inſuper,in verbo,paucis.de reſcrip.lib.6.& in cle.ſæpe, verſ.& quia, in verbo,de partium,de verb.ſignifi.Oldr.conſ.clxxvij.teſtator in ſuo vltimo teſtamento.Io.An. in addi.Spec.tit.de teſta.§.in primis,in fi.in addi.magna.incip.huic quæſtioni, in iiij.q. Bart.in d.l. qui quartam.§.vlt.& in l.qui filiabus,in princ. ff.de lega.j.& in l.vlt.ff.ad Trebel.& in l.ſi gemina, ad fi.ff.arb.fur.cæſa.& conſi.liiij.Angelus Mariæ,col.ij.verſ.præterea ex verbis,& col.ſeq.verſ.non ob.quod dicit{Bald.in l.ij.col.ij.verſ.item ſi ſtatutum loquitur.C.de liber.& eorum libert. & cõſ.

*Qui teneant numerum pluralem non uerificari in uno.*



UNIVE...

cxxiij.reuerendiſsimus,col.iij.verſ.nunc venio ad ordinationem,& iterum verſicu.concludendo igitur,lib.v.}& Pau.Caſt.conſ.{clxj.viſo puncto,col.j.lib.j.& conſ.}clxxxix.videtur dicẽdum, col. ij.lib.j.& conſ.ccxix.viſis & conſideratis quæ ſupra narrantur,col.j.eo.lib.j.{& conſ.cix.viſa petitione,col.j.lib.ij.}& Raph.Co.conſ.xiij.Titius inſtituit Seium.& conſ.xvj.Ioannes quondam vitalis.& conſ.clxxix.facta fuit quædam tranſactio,in ij.dubio.Imol.conſ.cj.in cauſa accuſationum, col.j.Pan.in c.eccleſia,le ij.col.j.verſ.nota ibi ad arbitrium bonorum virorum,extra vt lit.pend.& conſ.lxv.caſus,quidam Raynerius,lib.ij.Cepo.conſ.lxij.magnifice ac generoſe,col.ij.verſ.nec obſtat ſi dicatur.& Corn.conſ.lxxij.viſis ſcripturis,col.j.verſ.nam ſi alter , lib.j.{& conſ. xxviij.viſa petitione,col.ij.in litera g.lib.ij.& Alex.conſ.xviij.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ant. col.iij verſ.præterea vltra vnum,lib.j.&}conſ.lxvj.in cauſa & lite vertente,in prin.lib.vij.{ Corn.conſi. ccxxvij.viſa copia ad fin.lib.j.& Cepol.conſ.cauſarum criminalium lxix.contra,col.ij.verſic.præterea quod illa.}& Soc.conſ.cxxiiij.Sortes habens vnum nepotem,colum.j.lib.iiij.& Philip. Dec. {conſ.ccxxij.viſo puncto,col.iiij.verſ.quòd tale,vbi ex hoc in pulchro caſu reſpondit & } conſil. cclxxxvij.in ciuitate Placentiæ,col.vj.verſi.ſed videndum eſt.{& conſi.ccccl xxj.iuridicam, col.ij. verſi.ſecundò principaliter.}& Matthæ.Afflict.in conſtitut.Siciliæ incip.ſuper inciſionibus,col.ij. verſ.tertiò quæro.vbi ex hoc dicit illam conſtitutionẽ imponentẽ pœnã incidenti arbores , non habere locum in incidente vnam tantùm arborem.& in conſtit.incipien.blaſphemãtibus, in vij. quæſt. vbi dicit eam conſtitutionem punientem blaſphemantes ſanctos , non procedere in blaſphemante vnum tantùm ſanctum. & ex medicis Galenus , qui interpretans illum Hippocratis aphoriſmum lx.libro quinto,Si mulieri vtero gerenti purgationes eant,impoſsibile eſt fœtum ſanum eſſe.adnotat Hippocratem dixiſſe purgationes numero plurali : neque enim vnam tantùm oſtendere fœtum pati.{Et ex ſacratiſsimis ſcriptoribus,Diuus Paulus ad Galatas,cap.iij. Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones,& ſemini eius,non dicit ſeminibus,quaſi in multis,ſed quaſi in vno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus.}

241 *Sufficit unum naſci ad effectum huius l. Liberorum appellatio de uno dicitur.*

¶Tu tamen audenter dicito ſatis eſſe vnum naſci,vt expreſsè voluit Steph.Bertr.conſ.cccxij. difficultas,poſt prin.lib.iij. qui tamen nihil allegat. & tacitè voluerunt omnes penè qui de hac re in conſiliis locuti ſunt,cùm filij aut filiæ natiuitate donationem reuocatam eſſe cenſuerunt ex l.noſtra:cuius optima eſt ratio,quia appellatione liberorum vnus tantùm filius comprehenditur,nec ſine liberis eſt,qui vnum tantùm filium habet.l.non eſt ſine liberis.ff.de verb.ſignifi.& l.pater Seuerinam.§.ita fideicommiſſo.ff.de condit.& demon.& l.à filia,in prin.ff.ad ſenatuſconſ.Trebel.& in l.is cui.ff.quando dies leg.ced.& leg.j.& ibi Bal.qui hoc dicit procedere ex naturali æquitate.C. de condit.inſer.& d.l.iubemus.§.ſin autem.C.ad Trebel.& l.j.& ibi Soc.in v. not.& Phil.Deci.in iiij.nota.C.de pact.& l.cùm vxori.C.quando dies lega.ced.& vbique gloſ.& doc.& l.hæredibus. §.Titius.ff.ad ſenatuſconſ.Trebel.& glo.in c.ſi pater,in verbo,liberis,de teſta.lib.vj.Oldra.conſi. cxlj.thema tale eſt,domini G.col.j.§.j.Io.An.in c.Raynutius,col.ij.in verbo,abſque liberis,ext. de teſta.Bal.in auth.ſed & ſi quis col.ij.verſ.præterea indefinita.C.de ſecund.nup.& conſ.clviij.quędam mulier,lib.v.Ang.conſ.cxviij.quia pro nepte,poſt prin.Anto.in repe.c.vlt.in iiij.artic. princ. verſ.fallit nonò,extrà de conſue.Raph.Co.conſ.xxv.Franciſcus inſtituit , col.j. & conſ.cvj.mulier inſtituit maritum,col.ij.alter Raph.Fulg.conſ.iiij.ad id de quo quæritur,in prin.& conſ.xviij. Solmuntia fecit teſtamẽtum,col.ij.& conſ.xlvj.Andreas de luca.& conſ.lxxxvij.proponitur, col. ij.& conſ. xcij.Antonius,col.ij.& conſi.cciij.viſis inſtrumento , vbi & hoc dicit procedere in ſtatuto.Pan.qui ex hoc conſuluit in pulchro caſu,conſi.lxv.caſus quidam Raynerius,col.ij.verſ.venio ad ſecundum dubium,lib.ij.Card.Flor.conſi.lx.pro examinatione puncti,col.vlt.& conſ.153. in ſocietate,poſt prin.Ro.conſi.cxlviij.viſis themate.Pau.Caſt.conſi.cclxxxvij.caſum iſtum,col.j. li.ij.Alex.conſ.cviij.viſo themate,poſt prin.li.2. & conſ.cix.Sempronia teſtamentum cõdidit,col. 1.lib.ij.& conſi.31.ponderatis his,poſt prin.lib.3.& conſ.38.perſpectis his,col.j.& ſeq.lib.6.& conſ. 6.attentis verbis,in fi.li.7.& conſi.cxxxiij.ſtantibus his:col.j.eo.lib.7.Franc.Curt.conſ.lxiiij.antiquiſsima,col.viij.verſ.tamen adhuc oſtenditur.Corn.conſ.xcj. viſa facti narratione , col.j.lib.j.& conſi.j.circa primum,col.antepe.verſ.& quando pater,lib.4.& conſ.lxviij,licèt hanc conſultationem,col.j.eo.lib.iiij.Soci.conſ.lv.viſis conſiliis, poſt prin.lib.iij.Phil.Dec. conſil.50.quia verba teſtamenti,fermè per totum.& conſ.ccclxx.viſo teſtamento , col.j.& conſil.ccccxiiij. viſo eleganti conſi.col.ij.Ludo.Bolo.conſ.xxxij.Berta ſuum condidit teſtamentum,col.j.& conſ.lxij.Martinus & Maria,col.6.in v.dubio.Id quod etiam verum eſt,cum in conditione fit mentio liberorum,vt ſi dicatur,ſi quis decedat ſine liberis.nam licèt aliàs conditiones ſint præciſæ , debeantq; impleri in forma ſpecifica.l.qui hæredi.& l.Mæuius.ff.de cond. & demon. tamen & hoc caſu ſufficit decedere cum vno filio,vt voluit gl.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,& ibi Bart.ff.ad ſenatuſcõſ.Treb. & gloſſ.in c. ſi pater,in verbo,liberos,& ibi doct.de teſta.lib.vj. & multi ex iis quos ſuprà citauimus.Sed & id procedit in ſtatutis quæ aliàs ſtrictè ſunt interpretanda, vt patet ex iis quæ ſcribit Bal.in d.l.j. C.de condit.inſert.& multis etiam ex ſupradictis,& aliis quos poſtea citabimus.

*Statuta ſtrictè interpretanda.*

242 *Liberorum appellatio ſemper plurali numero profertur.*

¶Nec id quidem mirum eſt,quoniam hæc enuntiatio liberorum ſemper plurali numero profertur,ſicut & pugillares,& codicilli,vt tradit iuriſconſultus in d.l.non eſt ſine liberis.ff.de verbo. ſignifi.& Probus Grammaticus in Catholicis,& Seruius in lib. x. Aeneidos,enarrans illud , *Natis parce tuis,* & vt ſcribit Gellius.lib.noctium Atticarum ij.cap.xiij.antiqui oratores, hiſtoriæque aut



carminum ſcriptores etiam vnum filium filiámve liberos multitudinis numero appellarunt.idq; probat authoritate Sempronij Aſellionis,vt illic videre licet.Cui & tu adde Plautum in Aulularia inducentem Euclionem,cui vnica erat filia,hæc loquentem:

*Quamobrem ita faceres,meq; meosq; perditum ires liberos.*

Et in Truculento cùm Phroneſium vnicum puerum diceretur peperiſſe,de ea tamen dicit:

*Cumq; es aucta*
*Liberis,gratulor.*

Et Terentius{in Andria,cùm de vno loqueretur,vt ex præcedentibus apertè conſtat:

*Domus,vxor,liberi inuenti inuito patre.* Et rurſus}in Heautontimorumeno:

*Ingenio te in liberos leni puto,*
*Et illum obſequentem,*

Qui locus in hanc rem eſt apertiſsimus,& eum etiam annotat Donatus interpres. Et rurſum in Hecyra,cùm de vna tantùm filia loqueretur,

*Qui illum decreuerunt dignum,ſuos cui liberos committeret.*

Vbi & hoc expendit Donatus.Et Cicero in iij.in Verrem actione,quem ipſe donatus loco nõ deſignato citat in vtroque illo loco. En cui tos liberos committas. cùm de vno ageretur Malleoli filio.{& in eadem quoque oratione.Cur hunc dolorem cineri eius atq; oſsibus inuſsiſti,vt liberis eius bona patria voluntate patris iure,legibus,tradita eriperes,cùm de vnica P.Amij filia loqueretur vt ex præcedentibus patet.}Et idem Cicero in j.in Catilinam oratione:Occiſus eſt cum liberis M.Fuluius conſularis.cùm is tamen vnicum filiũ haberet,cui facta eſt optio,vt genus mortis eligeret,vt ſcribit Appianus lib.j.{vide D.Auguſtinum impreſsio.Pariſ.Tomo v.fol.205.}

*Liberum in ſingulari pro filio reperiri.*

243 ¶Quamuis nonnunquam liberum in ſingulari numero pro filio reperiamus,ſed ſemel tantùm in vniuerſo Digeſtorum opere,videlicet in l.ius autem.ff.de pact.vbi Bart. & Iaſ.id notant. & etiam Socin.in l.ij.col.j.ff.de liber.& poſth.& Cate.Cot.in memor.incip.liberum pro filio.Sæpe verò in C. & Inſtit. vt in l. ſi quis in ſuo teſtamento,in prin.vbi Accurſius id expẽdit.C.de inoffi.teſta. & in l.ſi quis prioris.§.vlt.vbi & Bal.obſeruauit.C.de ſecund.nupt.& in §.hoc quoq; à nobis, Inſtitut.per quas perſon.no.acq.Quæ loca & Iaſon citat in d.l.ius autem.{& quædam ex his Corn. conſ.xlj.videtur in hoc,paulo ante fi.lib.ij.}Ideo & Sipontinus in ſuis in Martialem cõmentariis, ſuper ea epiſtola cuius initium eſt,ſpero me ſecurum,aſſerit quòd liber in ea ſignificatione aliquãdo reperitur in ſingulari numero,nullum tamen locum nuncupatim citat.& Laurentius Valla in lib.elegantiarũ,c.cvj.{& in lib.ij.aduerſus Barptolemæum Faciũ } etiam dicit ſe liberum pro filio apud Quintilianum,Paulũ Caiumq; iuriſconſultos adnotaſſe, nullum tamen locum deſignauit, nec etiam verum eſt quod de Paulo & Caio tradit,quippe cùm d.l.ius autem,ſit Modeſtini , nec in totis Digeſtis alius huiuſmodi locus reperitur,vt inibi tradunt Barto.& Iaſon , qui Laurentiũ nuncupatim in hoc arguit.& Catel.Cot.in d.memor.incip.liberũ pro filio.Quanquã ſunt qui & Vlpianum quoq; ita vſum fuiſſe ſcribunt in l.nemo prædo.§.locupletior.ff.de reg.iur.vbi ita ſcribitur:Locupletior nõ eſt factus,qui liberũ acquiſierit.vbi Accurſius accipit pro filio.& etiã Andr. Alciat.in d.l.non eſt ſine liberis.& Cota vbi ſuprà.de quibus magis miror,cũ illic liberũ non pro filio,ſed pro libero homine haud dubie accipitur,quẽ qui acquiſiuit de facto,non eſt factus locupletior,cùm liber homo non cadat in cõmercium hominũ.l.cùm hæredes.§.vlt.ff.de acq.poſſ.{& l.ſi in emptione.§.liberum.ff.de contrah.empt.& §.j.Inſtit.de inutilib.ſtipul.}& c.ij.ext.de pigno. & ibi concord.Nec rationi recti ſermonis admodũ congruit,vt dicamus acquirere liberos,pro ſuſcipere, vel gignere , vel procreare.{Et vt id concedamus,quia quærere filios legimus in l.ſi te parens.C.de ſuis & legit.Tamen quæ ratio fuit,vt iuriſconſultus ſcriberet,locupletiorem eum non eſſe factum qui liberos genuerit.quis enim vnquam de hoc dubitauit?vt interim omittam nonnullos eſſe qui in ea l.non liberum,ſed libertum legant,inter quos eſt Fortunius Gartia.in l.iuriſgentium. §. & ideo,col.ix.verſ.ſecundò not.ff.de pactis.}Quintiliani quoq; locus nullus eſt, qui ſciam,in oratoriis inſtitutionibus.Scio autem eundẽ,ſi is eſt,quod Valla ipſe vbiq; credit,ego nũquam putaui,in ij.declamatione,cui titulus eſt,Cæcus in limine,in hac ſignificatione liberi vocabulo vſum fuiſſe,cùm dicit:Liberi ac parẽtis affectus,non alius mihi videtur affectus.Et ita quoq; vſus eſt Sextus Aurelius victor in Nerua,cùm dicit,Hic Traianum in liberi locum, inq; partem imperij adoptauit.Sunt & qui huc trahunt illud Ciceronis,in oratione pro Cluentio Habito,Date parenti hunc incredibilem dolorem ex ſalute,ex victoria liberum.

*Acquirere liberos pro ſuſcipere.*

*Pluralis ſæpiſſime pro ſingulari,& pluraliter prolatum, in uno procedit.*

244 ¶Sed vt redeamus,non tantùm in hac liberorum appellatione, ſed aliàs ſæpe videmus pluralem numerum poni pro ſingulari , & quod pluraliter profertur , in vno tantùm æquè ac in pluribus procedere.l.Gallus.§.quòd ſi is,in illis verbis,illis viuis,& ibi Bal.Alex.& alij recentiores. ff.de liber.& poſth.& l.ij.§.exactis.ff.de origi.iur.& l.diuus,in fi.& ibi gl.Bal.& Ang.ff.de petit.hæred.& l.iij.§.negotia,& ibi Bar.ff.de neg.geſt.& l.j.in prin.& ibi Bar.& Bal.ff.de procu.& l.ij.§.homines, verſ.ſed & ſi vnus,& ibi Bart.& iterum §.vel cuius bona.ff. vi bono.rapt.& l.hæredes mei.§.cùm ita.& ibi etiam Bar.ff.ad Trebel.& l.j.§.quanuis.ff.de aſsig.liber.& l.ſi ei cui,in ij.reſpon.iuncta gl. in verbo,his igitur caſibus.ff.de euictio.l.quòd ſi nolit.§.pen.cum gloſſ.in verbo,in his,ff.de ædil. edic.l.quia actionum,cum glo.in verbo,actiones,ff.de præſcrip.verb.& l.j.§.vt initio,& ibi gloſſ. in verbo,capitibus.ff.de poſtul.& l.qui quartam,§.j.& ibi Alex.& Iaſ.ff.de legat.j.& in c.vt priuilegia,&

legia,& ibi glo.& Pan.ext.de priuile.& in c.j.& ibi glo.in verbo,originalia,de pœniten.diſt.iiij.& voluit glo.in l.Sticho.§.idem quæſiit,in verbo,poſt mortem eorum.ff.de vſufru.lega.& in l.falſa §.vlt.& ibi etiam Bar.ff.de cond.& demon.& in l.vlt.C.de ſerui.reipub.manu.& in l.j.§.illo procul. dubio,in verbo,pactionibus.C.de rei vxor.acti.& in §.j.in verbo,omnes homines,Inſtitu.de iur. perſo.& in §.j.in verbo,vtilis,Inſtit.de vi bon.rapt.& in §.ſi verò abſit,in auth. de hæred. & falc. & in c.ij.ext.de reſcrip.& in c.accepta,in verbo,pater,& ibi Pan. extrà de appel.& in cle.j.in verbo,alios,& ibi etiam Pau.Genz.Imol.& Caro.Flo.de renunt.& in c.omnes,& ibi Domi. & Felin. latè.j.diſtin.& Archid.in c.j.iiij.qu.vlt.Spec.tit.de pri.& ſecund.decret.§.iam de effectu,verſic.ſed nũquid ſufficeret.Guil.à monte Laud.in extrauag.ſuper cathedrã.§.quòd ſi fortè,in verbo, quẽpiã,de ſepul.Luc.Pen.in l.nemo,col.ij.verſ.ſecundò quæritur.C.de cur.pub.lib.xij.cum infi.ſi.

245 ¶Idq; frequens eſt in ſacris literis.Nam quod D.Paulus ad Hebræos c.xj.ſcribit.Obturauerũt ora Leonum,de vno tantùm Daniele intelligitur.Et quod inibi quoq; dicitur,ſecti ſunt,de ſolo Eſaia traditur.Et quod item dicitur,circuierunt in Melotis,de ſolo Helia legitur.Et in Pſal.2.Aſtiterũt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum,quorum primum de ſolo Herode,alterum de Pilato intelligitur,vt videre licet ex actis Apoſtol.c.4.& quod item Matthæus cap.27.& Marcus c. xv.latrones fuiſſe Chriſto conuitiatos,cùm vnus tantùm conuitiatus ſit,quẽ alter increpauit,Lucæ teſtimonio cap.23.Quo in loco Ambroſius & Beda hæc quæ dicimus,annotarũt.Sed & quod ſcribitur Pſal.50.Ecce in iniquitatibus cõceptus ſum,de vno tãtùm peccato originali intelligitur. Et Matthæi 2.Mortui ſunt qui quærebant animam pueri,de vno tantùm Herode intelligitur,vt patet ex eo quod paulo ante in eodem cõſcriptum eſt.Et Exodi xxxij.fecerunt ſibi deos aureos.Et Exodi xxxij.Hi ſunt dij tui Iſrael,qui eduxerunt te de terra Aegypti. cùm de vno tantùm vitulo intelligeretur.Quæ loca etiã in eam rem expendit Diuus Auguſtinus in eo libro,cui Enchiridion titulus eſt,cap.liiij.& poſt eum magiſter Sententiarum Lombardus,lib.ij.diſt.xxxiij.

*De eadem re.*

246 ¶Sed & Poetæ frequentes ſunt in eo genere loquendi,vt plurali pro ſingulari vtantur.Ex quibus vnum,qui inſtar omnium eſt,Virgilium ſatis erit aduocaſſe.Is lib.vj. Aeneid.cùm de vno Aenea loqueretur,qui futurus erat gener Latini regis,ita ſcribit:

*De eodem.*

*Externi veniunt generi,qui ſanguine noſtrum*
*Nomen in aſtra ferant.* Et iterum poſtea eodem libro,
*Generos externis affore ab oris.*

Quod & Seruius interpres illius expendit in priori loco,{Et rurſus eod.lib.

*Exulibúſve datur ducenda Lauinia Teucris.* Et paulo pòſt:
*Quò thalamum eripiat Teucris.*

Cùm etiam de vno eodem Aenea loqueretur.Nam & è diuerſo li.xj.ſoceros ille idem vocat,cùm de vno Latino intelligeret:

*Parceret hoſpitibus quondam ſocerisq; vocatis.*}

247 ¶Propterea licèt tex.in l.apertiſsimi.C.de iudic.dicat in plurali arbitros eſſe aſſumendos, qui iudicent de recuſatione iudicis,vt etiam in c.ſecundò requiris,& c.cùm ſpeciali, extrà de appel.& in c.licèt,ext.de for.compe.& in c.ſuſpicionis,ext.de offi.de lega.& in c.ſi contra,& c.ab arbitris,eo. tit.lib.vj.& in l.legitima,de appel.eo.lib.Sufficit tamen vnum eligi,vt voluit gloſſ.in d.c.ſecundò requiris,in verbo,aliquos,dum ita exponit,id eſt arbitrum vel arbitros,& ibi Pan.col.pen.& alij, & Spec.in tit.de recuſa.§.effectus,verſi.ſed nunquid vna pars.& Georg.Nat.in repe.c.quanuis,in iij.quæſtio.princip.de pactis,lib.vj.Et facit optimè tex.in l.cum ſpecialis,quæ eſt vlt.ibi, arbitrum vel arbitros eligere.C.de iud.

*Comprobatio eiuſdem.*

248 ¶Eſt & doct.ſententia,ſtatutum certo modo puniens producentem falſos teſtes,habere locum in producente vnum tantùm.Ita enim voluit Cyn.in l.j.C.vti poſsi.Iac.Bu.& Bart.in d.l.iij.§.negotia,& ibi Ang.qui eum §.legit cum prin.illius l.ff.de nego.geſt.& idem Bart.in d.l.ij. §. ſi vnus , & ibi etiam Dyn.& Alber.ff.vi bono.rapt.& ipſe Bart.in d.l.j.& ibi quoq; Bal.ff.de procurator.idem Bal.in dicta l.Gallus.§.quid ſi is paulò ante fi.& ibi etiam recentiores.ff.de liber.& poſth.& in d.l. diuus.§.diuus,& ibi Ang.ff.de petitione hæred.& in cap.mandatum,col.ij.extrà de reſcript.Albe. {in l.ij.§.j.ff.de liber.homin.exhib.&}in ij.parte ſtatutorum.quæſtio.xxviij.incip.ſecunda quæſtio eſt.Gandi.in tractatu malefic.in rub.de falſariis,col.iij.verſ.item ſtatutum eſt in ciuitate.{Bonifac. Vitel.in tractatu eiuſdem materiæ,tit.de falſ.nu.18.}Ang.in l.j.§.j.in prin.ff.de dol.mal.Petr.Anch. & Imol.in c.relatum,le ij.de teſt.idem Pet.in c.j.de lit.cont.lib.vj.& in c.cùm ab vno , col.ij.in iij. no.de ſent.& re iudic.eo.lib.vj.& ipſe Imol.in clem.& ſi principalis,de reſcrip.Anto.in repe.c.vlt. col.lix.verſ.fallit nonò,ext. de conſue.Domi.in c.duobus,quod eſt pen.col.viij.de reſcrip.lib.vj. & in c.ſi compromiſſarius,colum.j.de elect.eod.lib.& in c.j.col.iiij.verſ.fallit decimò.& ibi etiam Philip.Franc.de tempo.ordi.eod.lib.Ang.Aretin.in d.§.j.col.ij.verſ.quod in delictis, Inſtit.de iur. perſo.& in §.j.Inſtit.de obligat. quæ ex qua.cont.naſc.& in tract.malefic.in verbo,falſario,col.ij. Alexan.in d.l.qui quartam.§.j.ff.de lega.j.Ioan.Bapti.Seuer.in repe.l.omnes populi,in materia interpretationis extenſiuæ,quæ eſt circa fin.in xiiij.fal.ff.de iuſtit.& iure.Franc.Curt.ſenior conſil. lxix.dominus Ioannes,colum.iiij.verſ.credo quòd voluerit Barb.in l.v.§.ſatiſacceptio.colum.vlt. ff.de verb.oblig.& in repe.c.Raynaldus,col.xxxj.verſ.& pondera vnum,ext.de teſta. { Bened. in repe.cap.Raynutius in verbo duas habens filias,num.142.Carol.Ruin.conſ.cxiiij. circa primum, col.iij.

*Statutum loquens de pluribus an habeat locum in uno tantùm.*



col.iij.num.6.lib.v.Georg.Nata.in d.c.quanuis,vbi ſuprà.Iaſon{in l.ſingularia col.3.verſ.ad iſtud notabile.ff.ſi cert.petat.&}conſ.cxlv.beatiſsimus Papa,col.pen.verſ.quinimo fortiùs,lib.ij.Cardi. Alex.in d.c.omnes,col.ij.in j.diſt.Matthæ.Affli.in d.conſtit.Siciliæ incip.multę leges,col.iij.verſ. tertio not.& in conſtit.incip.qui falſitatem.poſt princ.& Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco à ratione legis,in iij.caſu princ.colum.ix.verſ.hinc eſt quòd ſi per ſtatutum. Ex quib. patet & hoc procedere in ſtatutis,& in materia pœnali.Quanquam in hoc caſu contrarium tenuit Domi. ſibi contrarius,in d.c.omnes.j.diſt.

249 ¶Et hinc quoque manat quod voluerunt doct.quòd iuribus quæ requirunt proteſtationem fieri coram tabellariis ſiue honeſtis perſonis,ſatisfactum eſt,ſi fiat coram vno tantùm.Ita enim voluit gl.in l.vt perfectiùs,in verbo,tabulariorum.C.de anna.except.& Spec.tit.de primo decret. §. iam de effectu,verſ.ſed nunquid ſufficeret.& Ioan.And.in cap.paſtoralis,col.ij. in verbo onere , & ibi quoq; Colle.poſt Ab.anti.col.j.verſ.ſed cùm loquatur, & ibi etiam Pan.in §.præterea,in fi.ext.de offi.ordi.Rom.& Alex.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de oper.noui nunc.& Alex. conſil. lxxxv.animaduerſis optimè,col.j.verſ.& licèt ſtatutum,lib.iiij.& Iaſ.d.conſ.cxlv. col. vlt. verſ.ad idem facit,lib.ij.Quanquam contrarium nuncupatim tenet Bal.in c.vlt. col.j. verſ. ſed nunquid iſta proteſtatio,extra de appel.per illum tex.loquentem in plurali,{& ibi quoq; Card.Alex.col.ij. verſi.nota ex textu.}& vide quæ dixi ſuprà num.229.incip.& quod idem ſcribit.

*Vide ſuprà num.229*

250 ¶Ex quo etiam fit quod dicit Bald.in d.l.j.C.de condit.inſert.quòd ſi ſtatutum repellat fœminas exiſtentibus filiis maſculis,repelluntur fœminæ exiſtente vno tantùm filio,ſequitur Barb.in repe. c.Raynaldus,col.xxxj.vbi ſuprà,extra de teſta.vbi hoc dicit mirabile,cùm iſtud ſtatutum ſit exorbitans.& Maria.qui ita dicit ſemper vidiſſe ſe obſeruari,in c.ſuper eo,colum.xxij. de condit.appo. Alex.& Iaſ.in d.l.Gallus.§.quid ſi is.idem Alex.conſi.cix.ſuper prima conſultatione.col.iiij.verſ. ſextò pro hoc,lib.vij.{Bened.in d.c.Raynutius,in verbo,duas habens filias,nu.cxlj. Ludo. Bolo. conſ.xxxij.cor mundum,&c.viſo igitur caſu,col.j.vbi & alios allegat, quos ibi videre poteris , & præterea}Georg.Nata.in d.cap.quanuis,vbi ſuprà.Alber. Bru.in tract. ſtatutorum excludentium fœminas à ſucceſsio.in xij.ar.princ.quæſtio.xiij.Philip.Franc.in dicto cap.ſi pater,col.xxvij.ſuper glo.in verbo,liberis,de teſta.lib.vj.Iaſ.d.conſ.cxlv.col.pen.verſ.ſimiliter quanuis.lib.ij.Phil.Deci. in d.l.j.in iiij.nota.C.de pactis.And.Alciat.in d.l.non eſt ſine liberis.ff.de verb.ſignifi. Quanquã Maria.in c.ſuper eo,col.xxij.ext.de condit.appo.aſſerit vidiſſe ſe contrarium conſultum , ſed noluiſſe ei conſi.ſubſcribere.

*An unus tantum filius,fœminas ex ſtatuto loquente de maſculis repellat.*

251 ¶Hinc quoq; fit quod tradit idem Bald. poſt Iac.Bu.in d.l.j.C.de condit.inſert.quòd ſi ex ſtatuto vir lucratur dimidium dotis,ſi vxor deceſſerit ſine liberis,certè non erit locus huic lucro,ſi ea deceſſerit relicta vna tantùm filia.Et hoc quoque ſequitur Phil.Fran.in d.c.ſi pater,vbi ſuprà.& Iaſ. in l.ſingularia.col.iiij.verſ.quartò adde bene facere.ff.ſi cert.pet.& Ant.Corſe.in ſuis ſing.in verbo,ſtatutum.ſing.incip.ſtatuta Italiæ diſponunt.

*Idem, conditio ſi ſine liberis,una tantum filia relicta deficit.*

252 {¶Nec hinc admodum abeſt,quod ab Angelo reſponſum eſt,conſil.cxviij. auia pro nepte dedit dotem,poſt princ.quòd ſi auia quæ dotem dedit,eam ſtipulata eſt,ſibi reſtitui , matrimonio ſine filiis diſſoluto,& poſtea neptis mortua eſt relicta filia,deficit conditio,per d.l.j.C.de condit.inſer. & alia iura quæ ibi allegat,idcóque dos cedit lucro filiæ ex eo matrimonio procreatæ, vi illius taciti pacti.l.inter ſocerum.§.cùm inter.ff.de pactis dotal.& hoc dicit voluiſſe Iac.Bel.per illum §.in quadam ſua diſputatione.

*De eadem re.*

253 ¶Huc item pertinet quod traditũ eſt à Bal.in c.j.col.vlt.verſ.quid ſi dominus,tit.quid ſit inue.vbi quia text.ibi loquitur de paribus,numero multitudinis,quærit quid ſi dominus non habeat niſi vnum parem,an ſaltem cum eo debeat alter extraneus intereſſe.quod videtur inquit, innuere is tex.loquens in plurali.ſubdit tamen ſe tenere contrarium,arg.l.cum antiquitas.C.de teſta.}

*Textus loquens de paribus,quomodo intelligatur.*

254 ¶Sed & ex eodem fonte fluit quod ſcribit idem Bald.atque etiam Cald.& Card.Flor.in d.c.mandatum,de reſcript.quòd ſi papa mandauerit prouideri alicui de beneficio cum clauſula,ſi pro aliis non ſcripſerimus,gratia nullius erit momenti,ſi pro vno tantùm reperiatur ſcripſiſſe.quod & idẽ voluit ipſe Card.Flor.conſ.xxx.in hac dubia quæſtione,col.ij.verſ.pro euidentia.Domi.in c.quãuis le j.col.j.de præben.lib.vj.vbi ita quoque dicit voluiſſe Archi.ibi,& in c.accepimus,de ætat.& qualit.in quibuſdam report.Barb.in d.l.v.§.ſatisacceptio,col.vlt.ff.de verb.oblig.{Iaſon in d.l.ſingularia,col.j.verſ.tertiò adde & in d.l.Gallus.§.quid ſi is.ff.de libe.& poſth.& in auth.ſi qua mulier,num.38.C.de ſacroſ.eccl.Phil.Dec.in c.prudentia.§.adiicimus,per illum tex.de offi.deleg.} & Alciat.vbi ſuprà.Ex quo etiam intelligis & hoc procedere in materia ſtricti iuris , cuiuſmodi ſunt reſcripta,per c.ſignificante,& ibi glo.extrà de reſcript.cum ſimil.

*Clauſula , ſi pro aliis.*

255 ¶Nec ab his diſsidet quod aſſerunt Archidiac.& Ioan.Andr.in c.j. eodémque vnico , & ibi poſt eos Dom.col.j.verſ.quid ſi vnus ſolus,& etiam Phil.Fran.in princ.de rerum permut.lib.vj.quòd ille tex.loquens in expectantibus,cùm dicit,numero multitudinis, aliqui beneficia vacatura expectant , habet locum, ſi vnus tantùm expectet , cùm ſit , vt illi dicunt , eadem ratio , ac ſi plures expectarent.

*Tex. loquens in expectantibus.*

256 ¶His concinit quod à pleriſq; traditum eſt,quòd licèt tex.in c.conſtitutionem , in fin.de ſentent. excom.lib.vj.loquens de canonica monitione,loquatur in plurali de dierum interuallis:tamẽ nõ eſt neceſſe duos dies pro quolibet termino aſsignari:ſed vel vnum vel duos vel plures, vt iudici videbitur.

*Tex. loquens de dierum interuallis.*

videbitur.Ita enim voluit Ab.antiq.in c.ſacro,extrà,eo.& Guil.Laud.Petr. Anch.& Phil. Franc. in d.c.conſtitutionem,per tex.in l.inter accuſatorē.ff.de publi.iudic.& in l.ſi cōuenerit, in fi.ff.de pign.actio.Quāuis Domi.in d.c.conſtitutionē,dubitat, tutius eſſe exiſtimās duos dies interponi.

257 ¶Quod item voluit gl.in cle.j.in verbo,ſimul,in fi.& iterum in verbo,legitimè,de appellat.quòd ille tex.qui loquitur de appellatione facta à duobus vel pluribus iudicibus , habet locum & cùm facta eſt ab vno,qui ſolus eſt iudex,quam ſequitur Imol.ibi.col.vlt.& Petr.Anch.dum illam allegat in d.c.conſtitutionem,ad confirmationem eius quod ſuprà ex eo diximus.

*Tex. loquens de appellatione facta à iudicibus.*

258 ¶Sed & hanc partem adiuuat quod à Card.Flor.reſponſum eſt conſ.cliij.cuius initium eſt,in ſocietate accidenti,paulò poſt princi. quod non dicitur falſa ſubſcriptio mercatorum in qua dicitur quòd Titius & ſocij,&c.licèt ipſe Titius vnum tantùm ſocium haberet,ſicut illud,inquit,ſine liberis,in vno tantùm verificatur.quod nuncupatim ſequitur Iaſon in d.l.ſingularia,col.iiij.verſic. ſecundò adde ad iſtam regulam.ff.ſi cert.pet.& in auth.ſi qua mulier,colum.x.verſ.iſtas deciſiones.C.de ſacroſan.eccle.& d.conſ.cxlv.col.pen.verſ.ſimiliter quanuis,lib.ij.{& Caro.Rui.d. conſ. xiiij.col.iij.num.6.lib.v.}

*Subſcriptio, in qua dicitur Titius & ſocii.*

259 ¶Nec denique prætermittendum quod ſcribit Bart.in l.ſi quis alicui,per illum textum,iuncta gl. C.ad legem Iuliā maieſt.quòd licèt omnes leges loquantur in plurali de præcedentibus indiciis, ſufficit tamen vnum bonum ad torturam.& ſequitur &commendat Iaſon in d.conſ.cxlv.in fine, & idem quoque voluit.{Ang.Aret.in tracta.maleſi.in verbo,quòd fama publica præcedente, nu. 13.quæro an vnum iudicium.& ante eum.} Signo.conſ.ccix.quæſtio præſupponitur, col.j.verſic. præterea lex licèt,vbi tamen hoc dicit procedere in legibus,non autem in ſtatutis,in quibus verba propriè intelligenda ſunt contra quàm ſuprà diximus, num.248. Sed & in primo contrarium ſimpliciter tenet Ioan.And.in addit.Spec.tit.de præſump.§.ſpecies,verſic.violentia.{& Imol. in l. vltim.col.penult.ff.de hæred.inſtituend.} & Corn.conſi.lviij.hoc capite,viſa inquiſitione , col.iij. verſi.& eſt ponderandum,lib.ij.

*Leges loquentes de præcedentibus indiciis.*

260 ¶Sed vtruncunque ſit in eo caſu,illud planè verum eſt,ſemper plurale in ſingulari verificari , vt noſtri loquuntur,cùm eadem eſt vnius & multorum ratio,ſecundum Archi.Ioan.And.Domi. & Fran.in d.c.j.de rer.permut.lib.vj.Bal.& Pau.Caſt.in d.l.j.C.de condit.inſert.Imo.& Cardi.Flor. in cle.j.ille col.vlt.hic iiij.in vj.oppoſi.de renuntiat.Alex.in l.qui quartam.§.j.ff.de legat.j.& in l.ſi ſeruus.§.ſi plura.ff.ſi quis cautio.Fran.Aret.in l.ſi quis ante,col.ij.ff.de acquir.hæred. Socin.conſ. cclxxviij.in quæſtione vertente,col.j.verſ.confirmantur,lib.ij.& omnes recentiores in d.l.Gallus. §.quid ſi is Philip.Fran.in d.c.ſi pater,de teſta.lib.vj.Franc.Curt.d.conſ.lxix.q.vbi ſuprà. Iaſon in d.l.ſingularia,col.iiij.in duobus locis.Philip.Dec.in dicta l.j.col.iij.in iiij.not.C.de pact.{ & in l.ij. §.mutui datio,in prin.ff.ſi cert.petat.}& in c.accepta,col.ij.de appel.& conſil. 50.quia verba teſtamenti,ante fi.& conſi.lxxx.viſis duobus conſiliis,col.ij.verſ.quartò de iſto caſu.& conſil. ccclxij. punctus de quo quæritur,col.ij. {& conſi. 484. æquitati.col.j. } quod & Tullius aſtruit in ea oratione pro Cecinna.Hìc autem in caſu l.noſtræ eadem eſt reuocationis ratio,ſiue vnus,ſiue plures filij naſcantur donatori, cum eorum tamen temperamento,quæ diximus ſupra in verbo,omnia, vel partem aliquam,verſic.28.incip.in huius autem rei conſideratione.

*Plurale ſemper uerificatur in ſingulari,cùm eadē eſt ratio unius & multorū.*

261 ¶Aliàs autem,vtrùm & quando plurale in ſingulare reſoluitur , & ediuerſo ſingulare in plurale & quomodo,vide præter eos quos ſuprà citauimus,glo.in l.huiuſmodi,la j.ff.de verb.oblig.Dyn. in c.pluralis,de reg.iur.lib.vj.Guil.à monte Laud.in extrauag.execrabilis,in prin.in verbo, plures quàm duas,de præben.Ioan.And.in addi.Spec.tit.de teſta.§.in primis, in fin. in addit.incip.huic quæſtioni.Sign.conſ.xcij.dominus marchio,col.j.& iterum iij.& conſi. clv.in proceſſu facto , col. iiij.verſ.non obſtat ſi dicatur.Bart.& alios in l.ſi ſeruus.§.ſi plurium.ff.ſi quis cautio.eundem Bar. in l.pen.C.de impu.& ali.ſubſtit.Fed.Senen.conſ.xlij.teſtator inſtituit.Ioan.Fab.& Ang.Areti.in d.§.j.Inſtit.de iure perſo.Bald.Imo.Pau.Caſt.& Iaſon in l.ſi pater.ff.de vulg.& pupil. Bal.in l.cùm quidam,col.vlt.verſ.modò generaliùs quæritur.C.de impub.& ali.ſubſtit.Ang.conſ.cclxvj.dictū legatum,in j.dubio.Ant.Imo.& Barb.in cle.& ſi principalis,de reſcrip.Ant.in c.cum venerabilis, de except.Raph.Co.conſi.xiij.Titius inſtituit,col.j.& conſi.xxxviij.maritus quatuor filiis , col.ij. verſ.ex aduerſo.& conſ.cvj.mulier inſtituit,col.ij.verſ.cæterùm non obſtantibus.Imo.in cle. & ſi principalis,col.j.ſuper glo.de reſcrip.Pau.Caſt.conſ.ccxix.viſis & conſideratis,col.j. Alex.conſil. cxxxvj.viſo proceſſu,col.j.lib.v.& d.conſi.ccx.col.penul.verſ.non obſtat dum ſecundò,lib.vij.& conſ.clxvij.viſis & ponderatis,col.pen.verſ.non obſtat etiam,& verſ.ſequent.eod.lib.vij. Corne. conſ.xciij.licèt poſſet,col.vlt.verſ.poteſt autem,lib.iij.& conſ.cclxxvj.viſo ſupraſcriptio themate, col.iiij.verſ.& iſta ratio,eod.lib.iij.& conſ.cccxx.videtur in hac conſultatione,eod.lib.iij. & Laur. Calca.conſi.omnium primo,viſo conſi.col.xxij. verſi. non obſtat quædam reſponſio,cum duab. ſeq.col.& omnino Feli.in cap.omnes,col.j.& ſeq.j.diſtin.& Soci.conſ.xliij.viſa prouiſione , col.j. verſ.quod etiam ſecundò,& col.ij.verſ.non obſtat ſecunda ratio,& ij.ſeq.lib.j.& Steph.Bertrand. conſi.cxlj.Chriſti,&c.viſo caſu,in ſecundo dubio,lib.ij.Phil.Dec.conſ.cclxxxvij. in ciuitate , col. 7.verſ.ſed videndum.& Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco à numero.& ex externis ſcriptoribus Fabium lib.oratoriarum inſtit.octauo,cap.vj. quo loco de tropis differit, & iterum lib. ix. cap.iij.vbi de figuris verborum tractat,quibus locis oſtendit Oratores & Poetas plerunque numerum ſingularem pro plurali,& econtrario vſurpare.

*De eadem re.*

¶Sed



262 ¶Sed illud tamen ſpeciatim dicendū operæ pretium nobis viſum eſt, quod à paucis eſt animaduerſum,quòd cum pluralitas pro forma alicubi requiritur ; nunquā pluralis numerus reſoluitur in ſingularē.ita voluit ſolus omniū,quos hactenus legimus,ſi nō fallit memoria,Bal.cōſil.cxxiij. cuius principium eſt,reuerendiſsimus pater,col.3.verſi.concludendo igitur,lib.v.per l. Pædius.§. in ſeruum.cum l.ſeq.& l.ſicuti tribus.ff.de arbit.& l.Pomponius.ff.de re iudic.

*Pluralitas pro forma.*

263 ¶Quod autem dictum eſt ſuprà,ſatis eſſe vnum naſci filium , vt ſit locus huic l.velim intelligas ſecundum ea quæ ſuprà diximus,in verbo,omnia,vel partem aliquam,d.nu.28.incip.in huius rei conſideratione,vt cùm ſcilicet quæritur,réſne donata tanti ſit,vt veriſimiliter donans nō fuiſſet, aut fuiſſet donaturus,ſi cogitaſſet de liberis,inter alia quæ tunc in hoc conſideranda ſunt , illud eſt,an plures poſtea ſuſceperit liberos,an vnum tantùm,vt plenè videbis ex eo loco, ne hîc iterum repetam.

*Vide ſupra nu.28.*

264 ¶Denique quia hæc l.loquitur de natiuitate filiorum donantis, illud etiam quæro,vtrùm natiuitate filiorum donatarij reuocetur donatio , quam ipſe donans alteri fecerat poſt mortem illius prioris donatarij:verbi gratia,vt planiùs intelligas,Caius donat fundum Titio,tātiſper dum ipſe Titius vixerit,& poſt eius mortem Męuio, vt fit in l.quoties.C.de donat.quæ ſub mod.& in l.j. C.de dona.cau.mort.Poſtea autem naſcuntur liberi Titio priori donatario, cum nullos antè haberet:vtrùm reuocetur donatio,quæ eſt ſecundo loco facta Mæuio,ita ſcilicet,vt mortuo Titio, cui primo loco donatū eſt,tranſeat res donata ad ipſius filiū,nō ad Męuiū ſecundū donatarium? Et profectò ſi Titius prior donatarius ſit prorſus extraneus,nemo hactenus de hac re dubitauit, & expreſsè tenuit gl.in d.l.j.poſt prin.& ibi Cy.Bal.& alij.C.de dona.cauſ.mor.non eſſe locum. l.cùm auus.ff.de condit.& dem.& alia gl.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,in verbo,ex voluntate.ff. ad ſenatuſc.Treb.& ibi Dy.qui eam dicit ſing.Alex.& alij,& alia item l.cùm acutiſsimi,in verbo, deinceps.C.de fideicom.& in l.generaliter.§.cum autem,in verbo,filios.C.de inſtit.& ſubſti.Bal. cōſi.cccxcj.factum tale eſt,quidam nomine Colla,lib.iij.Imo.in c.in præſentia, col.4.verſiculo in eadem.ibi,ſubſtitutio,extrà de proba.cum ſimil.

*Vtrum natiuitate filiorū donatarii,reuocetur donatio alteri facta poſt mortem illius.*

265 ¶At ſi prior donatarius filius ſit donantis, Bal.in l.cùm acutiſsimi,in fi.C.de fideic. aſſerit eam l. quæ huic ſimilis eſt,non habere locum in contractibus, qui gratia vtriuſque celebrātur.quod ſequitur Soci.conſil.xciij. teſtamentum,col.5.lib.iiij. Quaſi aliud ſit in ſimplici & mera donatione, quæ fit gratia tantùm donatarij,vt ex eo nuncupatim infert Ioan.Bapt.& Phil.Dec.in d.l.generaliter,ille in viij.q.hic col.4.verſiculo,quartò quod hic dicitur.C. de inſtit.& ſubſti.vbi Dec.ipſe ad hoc allegat in ar.hanc l.noſtram.Et hoc quoque latè tenuit Soci.in repe.dictæ l.cùm auus,col. 55.verſi.octauò quæritur.ff.de condi.& demō.quia cùm l.noſtra,inquit, ſit fauorabilis,eſt extendenda,ex ſententia Bar.in l.ſi conſtante,in j.q.ff.ſolu.mat.de qua re latè & nos diximus ſuprà,in verbo , libertis,nu. {61.igitur vt repetamus,& ſequen. } Et quia etiam ſicut donator prætulit filium primum donatarium illi extraneo ſecundo donatario,ita etiam veriſimiliter prætuliſſet nepotes ex ipſo filio,ſi de eis cogitaſſet.Hucq; etiam trahit tex.in l.generaliter.§. cum autem.C.de inſti.& ſubſti.cùm dicitur reliquerit,vel dederit. Nam verbum,ait,reliquerit,ad vltimas volūtates refertur,vt voluit gloſ.in l.his verbis.ff.de hæred.inſtit.& probatur in l.j.§.hoc interdictum.ff.de tabu.exhib.Cui adde optimum tex.in l.cùm hi,in prin.& ibi Bar.& alij.ff.de tranſact.& in §.j.non ſemel,in authen.vt lice.matr.& auiæ.& gl.in l.iubemus nulli.§.vltimo,in gl.vlti.C. de ſacroſanct. eccle.& in §.ſi verò nullis,in verbo,relictis,& ibi Bar.& Ang.in auth.de hæred.& falcid.& in cle. ij.in verbo,relicti,de iure patron.& Barto.in l.vnum ex familia,in princ.ff. de lega.ij. { & Rapha. Com. } conſi.xc.in quæſtione Ioannis,col.j.& Anto.conſi.xv.viſis themate,col.j.in fi.Car.Flor. conſi.lx.Guaglotus,col.2.& Domi.conſil.xlvj.ſuper iſto dubio,col.2. Verbum autem dederit, ad donationem inter viuos pertinet.l.ſenatus.§.donatio.ff.de dona.Cui adde tex.optimum vtrūque probantem in l.filia legatorum.C.de legat.Hæc penè Soci.quem ſequitur Bartho.Chaſſe. conſi. liiij.ex facto hîc antè deducto,col. 5.verſi.decimotertiò facit.& iterum col.11.verſi. decimotertiò pro hac opinio.& col.17.verſi.decimotertiò nō obſtat.Quibus adde Bal.qui & d.l.generaliter.§. cùm autem,dicit etiam & loqui & obtinere in donationibus,in d.c.in præſentia,col.4.verſic.ſed certè teſtator,in illis verbis,plus dico quòd idem videtur,extrà de proba.vbi & ad hoc allegat §. ſed hoc præſenti,in auth.de ſanctiſ.epiſc.Sed contrarium nuncupatim in donatione cauſa mortis ſcribit Paul.Caſt.in l.ſi cui mortis.ff.de dona.cauſ.mort.Id quod dicit not.& perpetuò menti tenendum.Idque voluiſſe gl.in d.l.j.C.de dona.cau.mort.quæ tamen potiùs contrarium videtur voluiſſe,ſi ſolerter inſpiciatur.

*De eadem re.*

*Verbum reliquerit,ad ultimas uoluntates refertur.*

*At uerbū dederit,ad donationem inter uiuos pertinet.*

266 ¶Scio autem Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.9.verſi.ſecundò conſidero.C.de fideicom.& rurſum conſi.xxviij.clementiſsimi Dei,col.2.verſi.nec obſtat,quod dicitur,lib.ij.illud in dubium reuocaſſe,vtrùm ea l.quæ loquitur in filio & nepote,habeat locum in filio fratris,concluditque habere locū,cùm,per multa alia,tum verò maximè,quòd filius fratris etiā nepos dicitur , in quo ea l.obtinet.quæ res admodū ridicula eſt,cùm ea nepotis ſignificatio { pro filio fratris } recens ſit,& nunquā iureconſultis cognita,ſed nec imperatoribus quidē , quorū leges in C.habemus, de quo latè & nos diximus in noſtris conſuetudinū cōmentariis,tit.xvij.§.iiij.in gl.iij.Et quia etiā ſi ea l. non habet locū in fratribus,vt non habet,ſicuti ſtatim dicemus,multò minùs in eorū filiis, ar.l.ſi viua.C.de bon.mater.cū ſimil.Et etiā Barb.ipſum nūcupatim reprehendit Soci.in d.l. cùm auus,

*Nepotis ſignificatio pro filio fratris,recens.*

col.1.2.& 3. { & Philip.Dec.conſi.ccccxxix.Phil.col.vlti.} & Bartho. Chaſſe.conſi.lxv.ex facto, col.2.verſi.eo etiam maximè.& ſubobſcurè D.Guil.Bened.in repe.ca.Raynutius,in verbo,ſi abſque liberis moreretur,le j.nu.3.extra de teſta.Et id quidem non iniuria, quãdo & communi noſtrorum calculo,d.l.& ſimiles non habeant locum in fratre ipſo,ſecundum Iaco.Aret.Cy. Alber. Angel.Rapha.Fulg.Ioan.à monte Sperello.Corn.qui hoc dicit clariſsimum,& cæteri recentiores in d.§.cum autem.Imo.in d.l.cùm auus. { & in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,col.j.ff.ad Treb.Petr. Anch.conſi.lxxj.dubia,circa medium.} Pau.Caſt.conſi.xiiij.ſi contingat dictam dominã, col.vlt. lib.1.& Alex.qui adfert concor.cõſi.xxxviij.viſo themate,col.2.lib.1. { & Cepol.conſi. cauſarum ciuilium.liiij.quædam mulier,col.2.verſi.nec obſtat. } Quorum ſententiam optimè fulcit text.in l.iij.§.j.ff.de legatis præſtandis.Imò nec in patre matréve,cui relictum eſt,ex ſententia Bart.Imo. & Soci.in d.l.cùm auus.eiuſdem Imo.& recentiorum,in d.§.ſi quis rogatus.Rapha.Fran. Aret.& Iaſon.in d.§.cùm autem,vel reclamantibus Cy.& Ang.ibi.

*An ſit diſtinguendũ in hac l.ex qua uxore donans ſuſceperit liberos.*

267 ¶Cæterum non illud omiſerimus,nihil hîc referre vtrùm donans ſuſceperit liberos ex vxore quã primùm habebat,an ex alia quam poſtea habuit,vt nuncupatim dicit Bal.hîc in caſus poſitione. Nam & lex ſimpliciter dicit, & poſtea ſuſceperit liberos , nec diſtinguit ex qua vxore. Ideo nec diſtinguere debemus.l.de pretio.ff.de publi.in rem actio.& l.j.§.quod autem.ff.de ale.luſ.& al.cũ ſimi.Quinimo potior eſt ratio liberorum ex alia vxore ſuſceptorum,vt reuocent ex hac l.vt latè diximus ſuprà in prin.l.num.100.incip.tertiò declara,& multis ſequen.vbi videre poteris.Sed in hac ſententia nuncupatim fuit Cardin.Flor.Alex.conſi.xx.cùm in teſtamentis,iuncto caſu illius conſi.in quo loquitur de filio nato ex alia vxore quam poſtea duxit.

## TOTVM.

*Dictio totum, quid importet.*

1 TOTVM igitur,id eſt ſine vlla diminutione,vt declarat Bald.aut quiſquis eſt inter conſ.illius,conſi.iij.factum tale eſt,quidam nomine Paulutius,col.2.lib.5. per tex.in l.ij.§.ad filiorum.C.quam.& qui.quarta pars.lib.x.& Pau.Caſt.conſi.cxcij.verba appoſita,col.vlt.lib.1.per l.Mæuio.§.à me.ff.de leg.ij. Nam & qui totum dicit,nihil excludit.l.Iulianus,in prin.& ibi Bar.ff.de leg.iij.& l.hoc articulo.ff.de hæred.inſtit.& l.pediculis.§. Labeo.ff.de aur.& arg.leg.&c.ſolitæ,extrà de maio.& obe.& not.gl.in l.à procuratore.C. manda. cum ſimil. { cui conſentiens D.Paulus ad Hebræos ij.enarrans illud Pſa.viij.Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.In eo , inquit quòd dicit omnia,nihil dimiſit. } Sicut è diuerſo qui totum excludit, nihil non excludit.l.ſi is qui ducenta.§.vtrùm.ff.de reb.dub.l.vlt.C.de reb.ali.non ali.& no.Bal. conſi.cccxlix.ſtatuto Placentiæ,col.vlt.lib.1.Ideoque Ang.Imo.& Ro.in l.damni, poſtrema,nam ſunt tres in eo.tit.eius initij.§.cũ parietem.ff.de dam.infe.dicunt quòd ſi maritus promiſerit totã dotem reſtituere ſoluto matrimonio,nõ poterit retinere lucrum quod ex ſtatuto ei deferebatur: quamuis ſecus eſſet ſi ſimpliciter dotẽ reſtituere promiſiſſet.quod & voluit Ray.Alex.& Iaſon in l.poſt dotem.ff.ſol.mat.Bal. { in l.quod nomine de condi.ob cauſ.} & in l.vlt.C.ad leg.falci.Ang. & Imo.in l.ſi patronus.ff.de donat. { & in l.damni infecti.§. cum parietem.ff.de dam.infect.} & Alex.qui hãc dicit eſſe communem opi.conſi.v.circa primũ dubium,col.vlt.verſi.bene facit, lib. iij.& iterum cõſi.cxxxiij.ſuper quæſitis,col.j.in fi.lib.v.& Phil.Dec.qui & alia quædam ſimilia congerit,cõſi.cxcv.ſtudendo breuitati,col.2.in prin.& Fran.Purp.in l.j.col.21.nu.130.C.de ſum. trin. & Iaſo.conſi.xc.dubitatur an ſpectabilis,col.2.verſi.& quia circa,lib.iij. { Caro.Rui.conſi.lvij.quo ad ea col.4.nu.2.lib.1.& conſi.lxxxiiij.quoniam col.6.num.13.lib.1.& conſi.cxlviij.pro deciſione, col.2,nu.4.lib.iij.& conſi.ix.in hac cauſa,col.pen.nu.24.eo.lib.iiij. } Similiterque ſi teſtator iuſſerit totam ſuam hæreditatem ad quempiam peruenire , impeditur detractio legitimæ aut Trebellianicæ,vt voluit Bar.in l.Centurio,col.7.verſi.quid dicemus dubito,& ibi poſt eũ Ang.& Fran. Aret.& cæteri recentiores.ff.de vulg.& pup.ſubſt.cum multis concordant.adductis per Alex.ibi, col.24.verſi.quarta fuit opi.& col.2.ſequen.verſi.nota tamen ex verbis.& d.conſi.v.col.vlt.verſ. circa ſecundum.vbi & hanc dicit eſſe cõmunem opi.& reſpõdet fundamentis & rationibus eorum qui diuerſum tenuerũt:de quo tamen vltra cũ vide { Bal.hoc tenẽtem conſi.cccxcviij. præmittendum eſt.verſi.quartò,no.lib.iiij.per gl.quã dicit ſing.in l.decem.ff.de fideicõ.liber.& Ang. cõſi.cxxv.hoc eſt teſtamentũ col.pe.vbi & ad hoc dicit ſin.tex.in d.l.decẽ.} & Paul.Caſt.cõſi.28. in cauſa quæ vertitur inter Petrũ,lib.ij.& cõſi.77.viſa facti narratione,col.2.lib.ij.Maria.cõſil.14. ſequendo ordinem,col.vlt.verſi.quare ſupereſt.& Barba.conſi.xxiiij.illud afferam,col.2.verſic.& adduco,lib.1.& conſi.lxviij.clementiſsimi Dei,col.5.verſi.præterea faciat ſimile,lib.ij.& Iaſ. conſi. 84.omiſſa,col.10.verſi.& quidẽ prima,lib.1. quæ diximus in noſtro tracta.de legibus connubial, in gl. { j.in verbo expres, nu.99.limita quinto & ſeq.Et tamen vide Rom.contrarium tenentem, conſi.32.viſa municipali conſtitutione,col.vlt.& cõſi.75.neſcio qua ex re per totum, & cõſi.79. totum fundamentum,etiam per totum,& Franc.Rip.in l.Centurio,nu.131.ff.de vulg.& pup.}

*Vtrum teſtatore iubente totam ſuã hæreditatem reſtitui,impediatur detractio.*

*Socius totum promittẽs reddere.*

2 ¶Sed & ſi ſocius promiſerit totum vel integrum reddere,videtur renuntiare beneficio, ne cõueniatur niſi inquantum facere poteſt,ſecundum Alex.dicto conſi.cxxxiij.in princ.lib.v.& Iaſ.in l. ſunt qui in id,col.j.verſi.limita iſtũ tex.ff.de re iudi. { Et licet appellatione rei ſimpliciter,quãdo legatũ ab eo relinquitur qui habet rem cõmunem cum alio,videtur relicta pars teſtatoris tãtùm, l.ſerui



l.ſerui electione.§.vlt.ff.de leg.j.tamen ſi teſtator,legans rem communem ita diceret, totam eam rem lego , tunc non tantùm partem ſuam, ſed & alterius legaſſe cenſetur , vt per l.ſi ex toto,in prin.ff.de leg.j.voluerunt Dy.Iac.Aret.& Bart.in d.l.ſerui electione.§.j.& ſequitur Phil.Dec.cõſi. lxix.viſis duobus conſiliis,col.2.verſi.ad prædicta tamen facit. }

*Quomodo reuocetur donatio in caſu huius legis.*

3 ¶Ex quo & illud conſequens eſt,integram donationem in caſu noſtræ legis reuocari, cùm ſcilicet donatum eſt extraneo,id eſt,alij quàm filio,aut eccleſiæ,vt & nũcupatim voluerũt gl.& omnes hîc.Alber.Bal.Imo.& Pau.Caſt.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de lega.ij.& omnes penè in l.j. & in l.ſi totas.C.de inoffi.dona.Archi.in c.vlt. xvij.q.iiij. Barthol.Brixi.q.lxvj.quæſtio eſt,quòd epiſcopus fuit.Bald.conſi.clxvij.quidam Franciſcus tunc carens liberis,col.j.lib.v.& conſi.ccxv. punctus,quidam donauit,& in ſua margarita,in verbo,donatio,col.2.lib.v.Signo.cõſi. clxxj. Ser Antonius,col.pe.Ang.in §.j.col.3.verſi. ſubſequẽter quæro,in authen.de immẽſis donationibus in filios factis.Imo.in c.vlt.col. 5.verſic.iuxta prædicta poteſt quæri,extrà de dona.& Soci.conſi. xciij.teſtamentũ præmiſſum,col.5.verſi.quinto modo reſpondetur,lib.iiij.& quotquot de hac re locuti ſunt.nullũ enim hactenus reperi,qui diuerſum ſcripſerit:nec ſi omnes dicerent,illorũ ſententiæ accederem,cùm tex.hic noſter in eã rem ſit apertiſsimus. At ſi filio aut eccleſiæ quis donet,liberi poſtea ſuſcepti non totum quidem, ſed ad debitum vſque bonorum ſubſidium tãtùm reuocarent,vt latè diximus ſupra in verbo,libertis,verſi.75.incip.quæro igitur ſi pater. & verſic. 82.verùm ſunt & multi.

*Et quid ſi filio aut eccleſiæ donatum ſit.*

*Inofficioſa donatio ſi ſint filii, quatenus reuocatur.*

4 ¶Sed & ſi quis ſciens ſe habere filios,immenſam inofficioſamque fecerit donationem , ad legitimam tantùm reuocatur,etiam ſi ea ſit inofficioſa re & conſilio,vt tradidit Azo,quem ſecutus eſt dignus magiſtro diſcipulus Accur.in d.l.j.in v.q.& ibi quoque Iac.Ra.Ricar.Malum.Guil.Cum. Cyn.Bal.& Pau.Caſt.C.de inoffi.dona.per text.in l.ſi liqueat,eo.titu.vbi & Accurſius ipſe idem tenet.& rurſum idem Accurſius in authen.vnde ſi parens,& ibi Iaſo.in fi.C.de inoffi.teſta.Bal.in auth.ex cauſa,col.3.verſi.item non obſtat.C.de liber.præter.vel exhære. Ange.in dicta authen.de immenſis donatio.in filios factis in prin.col.1. Pau.Caſt.in d.l.Titia Seio.§.imperator.ff. de leg.ij. Franc.Aret.qui hoc latè & ſubtiliter defendit , conſil.xlvij.viſis & diligenter ponderatis,col.2.& ſeq.Pau.Pic.in repe.l.poſt contractum,col.2.ff. de dona.

*Inofficioſa re & cõſilio, extraneo facta, utrum omnino reuocetur.*

5 ¶Verùm maior pars noſtrorum id minimè recipiunt,ſed ita diſtinguunt , vt ſi donatio ſit inofficioſa re tantùm,reuocetur ad legitimam vſque tantùm per l.j.& ij.& iiij.& l.cùm donationibus. C.de inof.dona.Si re ſimul,& conſilio,eaque ſit facta filio,idem,vt ſcilicet ad legitimam tantùm reuocetur,per d.l.j.Quòd ſi extraneo facta ſit,totum omnino reuocetur,per l.ſi libertus.§.pen.ff. de iure patro.Nam ſi hoc,inquiunt,obtinet in patrono , vt ibi ſcribitur, multò quidem magis in extraneo.Hæc fuit ſententia Hugo.antiqui gloſſatoris,quem ſecuti ſunt Dy.Pet.à Bella pertica. Bar.Bal.ſibi contrarius,Albe.Imo.Com.in d.l.Titia Seio.§.imperator.ff.de lega.ij.Iaco.But.Bart. Saly.& Ang.ſibi item diuerſus,in d.l.j.C.de inof.dona.Io.And.Collect.Pet.Anc.Imo.& Panor. in c.vlti.extra de donat.Iaco.Bel.in dicta authen.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſtam. Rom.conſi. xxvj.pro deciſione eorum , in iiij.dubio.& conſi.xcv.viſo prius donationis inſtrumento. Petrus Ferra.in titu.forma libel.quo agitur pro donatio.in verbo,irreuocabiliter,col.2.Soc.conſi. cxxvj. viſum fuit,ante fi.lib.iij.& inter conſi.Fran.Curt.ſenioris,conſi.ij.eleganter & ſubtiliter, in prin. & ipſe Curt.in præcedenti omnium ſuorũ primo,col.vlt.vbi hanc dicit eſſe communem opin.& Iaſ.conſi.cxv. Barthol.col.vlti.libr.1.vbi dicit quòd ab hac opin.non auderet conſulendo aut iudicando recedere.& conſi.cxlj.viſa longa,col.pen.verſi.concluditur ergo,lib.4.

*De eadem re.*

6 ¶Si hanc poſteriorem ſententiam teneas , eam intelliges vt procedat quando fuit donatio facta extraneo nulla re liberis relicta.At ſi filio facta ſit, aut etiam extraneo,aliquo dato liberis , tunc indiſcriminatim reuocatur ad legitimã tantùm,per tex.quantum ad primum pertinet,in d.l.ſi liqueat.C.de inoffi.donat.& quantum ad ſecundum in l.j.& l.vlt.C.eo.tit.& l.omnimodo,& l.ſcimus.C.de inof.teſta.& ita in vtroque voluit Bar.in d.l.Titia §.imperator,col.j.ff. de leg.ij.Panor. in d.c.vlti.col.2.extrà de don.Petrus Ferra.quo loco nuper citauimus,& in priori etiam caſu voluit Bal.in d.auth.vnde ſi parens,per tex.ibi, & in d.l.ſi liqueat.

*Totum integrale.*

*Totum numerale.*

*Totum generale.*

*Totum id eſt totaliter ſiue omnimodo.*

7 ¶Quid autem aliàs totum dicatur, & quando,& quomodo , quia lex noſtra hîc totum appellat, copioſè & ſubtiliter,vt ſemper aliàs,diſſeruit Bal.conſi.cccxxxv.quædã mulier relicta,col.2.lib.1. Nam aliud eſt,inquit,totum integrale,vt fundus, & quicquid aliud in ſua integritate cõtinetur. l.eum qui ædes.ff.de vſuc.& l.poſsideri.§.j.ff.de acqui.poſſ. Aliud eſt totum numerale, vt decem & viginti.l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſdi.om.iudi.& l.vlt.C.depoſi.Aliud eſt totum generale, quod prædicatur , id eſt verificatur ſecundum naturam ſuæ diffinitionis de qualibet ſpecie ſub ea contenta,vel ratione ſigni quod dicitur vniuerſale , ſiue terminus vniuerſalis. Sed apud legiſtas,vt ipſe appellat,magis dicitur generale vel generalis,vel commune appellationis,vt iſte terminus animal,ſecundum Dialecticos:& iſte terminus homo,ſecundum legiſtas.l.ſi quid earum. §.inter emptum.ff.de lega.iij.& not.in l.ij.ff.ſi cer.pet.Denique dicitur totum,id eſt,totaliter, ſiue omnimodo.l.ij.§.poſt originem.ff.de orig.iur.Hæc Bal.qui & eadem propè ſcribit in l.qui vſumfructum.ff.de verbo.obli.Quo in loco etiam Bar.& latiùs Iaſ.col.vlt.multa de toto tradiderunt. { Vide tamen ipſum Bar.in l.re coniuncti col.4.verſic. quartò dubitaui.ff. de lega.iij.atque etiam ipſum Bal.in l.in rem actio.§.ſi quis rei.ff.de rei vendi.}

*Differētia inter totum & omne, & totum & uniuerſum.*

8 ¶Sed & aliàs de ſignificatione huius vocabuli,& quid interſit inter totum & omne,& inter totū & vniuerſum,vide tex.in l.Lucius Titius,cum gl.in verbo,hæreditati,& ibi Bal.ff. de leg.j. & in l.Titia,& ibi Alex.ff.ad leg.Falci.& in l.rectè.ff.de verb.ſigni.& gl.in l.ſi vnus.§. pactus ne peteret,in verbo,ipſo iure,& ibi Bar.col.2.& Iaſon.col.4.verſi.aduerte etiam.ff.de pact.& gl.in proœmio ff.in prin.& ibi etiam Bar.col.j.Alberi.Parpa.& Hiero.Cagnolum, & gl.in l.nihil aliud.ff.de verb.ſigni.& glo.in §.j.in verbo,totorum,& ibi Ioan.Fab.Inſtit.pro ſocio.& Bar.in l.Moſchis,in prin.ff.de iure fiſc.& in l.j.§.vlti.& ibi Aquen.ff.de verb.obl.Fab.& Ang.Aret.in §.reſtituta.Inſti. de fideicō.liber. { Lucam Pen.in l.ſi quis procurationem,col.j.in verbo,totius.C. de decur.lib.x. Stepha.Phedericus in ſuo opere,de legum interpretatione,parte prima,char.ij. verſiculo ſed notandum quòd totum } & Rapha.Co.conſi.xxxiiij.pater vxori, poſt prin.Petr.Beſu.& Iaſon.in l. iij.§.filius.ff.de liber.& poſthu.& in l.ij.col.j.C.de hæred.inſtit. { Franc.Aret.in l.Centurio,& ibi Lancel.Galian.nu.355.ff.de vulg.& pup.ſubſti. } & Phil.Dec.in l.omnia,in j.no.ff.ſi cer.pet.& ex externis ſcriptoribus Cornelium Nepotem in libello de nominum verborumque differentiis, {& Nonium Marcellum in dictionum differentiis,} & Seruium in primo lib.Aeneidos enarrantem illud:

*Hos tota armenta ſequuntur.*

Et iterum in 4.ſuper illum locum:

*Et tonitru cælum omne ciebo.*

9 ¶ Denique Ioan.Mo.in extrauagan. vnam ſanctam, in verbo,ſponſo,de maio.& obed.tradit ex Philoſophi ſententia, totum & perfectum idem eſſe, vel proximum ſecundum naturam. Nam illud eſt perfectū,quod totum habet,& nihil ei deficit:& etiā illud totum eſt,quod omnia habet. Locus autem Ariſtotelis,ne tu ignores,eſt in primo lib.de cælo & mundo,& iterum lib.1.Metaphy.De aduerbio autem totaliter,quod à barbaris noſtris exprimitur ex toto,vide gl.in c.cupientes.§.cæterùm,in verbo, totaliter.& ibi Ioā.Mo.Archi.Ioan.And.Domi.& Phil.Fran.de elect.lib. vj.& Soci.conſi.cclxvj.col.16.verſi.ſecundo etiam eadem concluſio,lib.ij.

# QVICQVID.

*Dictio quicquid, quid ſignificat.*

1 ET hæc dictio quoque eſt latæ ſignificationis, omnia ſcilicet comprehendens vel minutiſsima quæque, vt nihil omnino reliqui faciat, etiam ſi ea dictio,totum,non fuiſſet appoſita. Hanc enim vim eſſe huius dictionis, { vt apertè voluit Donatus enarrans illud Terentij in Hecyra:

*Quicquid id eſt quod reliquit,profuit.* Ad paruitatem ( inquit ) refertur,vt illud:

*At enim id mihi ſatis eſt,quod eſt de me opinionis,quicquid eſt.*

Et } non obſcurè vult Guil.à monte Laud.in extrauag.ſuſcepti regiminis,in verbo,& ſi quicquā, tit.ne ſede vacan.vbi loquens de dictione quicquam, dicit nihil excipi,quantūcunque modicum fuerit:& allegat c.quia ſæpe,de elec.lib.vj.quod loquitur per hanc noſtram dictionem quicquid, dum ſcribitur,quicquid de bonis perceperint.Tanquā ſcilicet vtraque dictio,& quicquā,& quicquid,eandem vim habeant,omnia ſcilicet quantūlibet modica cōprehendentes. { de quo & nos diximus ſuprà in verbo,omnia vel partem aliquā,nu.17. } Nam etiam gl.in d.c.quia ſæpe,dicit, omnia in caſu.d.c.vſque ad { ouum reſtituenda. } quā ſequuntur Archi.Domi.& Phil. Franc.Et huc pertinet tex.in l.Mæuio.§.j.ff.de leg.ij.vbi ſi ita legatum ſit, quicquid ad eum dotis nomine peruenerit,tota dos ſine ratione deductionis impenſarū mulieri debetur,licèt aliud eſſet ſi ſimpliciter dos legaretur,per l.j.in prin.& l.iij.etiā in prin.ff.de dot.præleg. Id enim eſt propter illā dictionem quicquid,vt expreſsim ſcribitur in d.l.Mæuio.§.j.quē ibi ad hoc expendunt gl.Dy. Bar. & alij.& Alex.qui illum dicit no.conſi.cxxxiij.ſuper quæſitis,col.j.lib.v.& Iaſon qui & illū quoque citat pro no.in l.poſt dotem,col.9.verſi.vltimò adde.ff.ſol.mat.Sed & ita illum allegat Bal.in l.quod nomine,col.2.verſi.ſed quid ſi ex conſuetudine.ff.de condi.indeb.vt ex eo poſsis intelligere,hāc dictionem eſſe eius ſignificationis,vt idē denotet ac ſi dixeris integraliter,vt ipſe loquitur. { Allegat item in id tex.Lucas Pen.in l.j.col.j.C.pub.lætit.lib.xij.vt ſcilicet ſit ſignū vniuerſale diſtributiuum omnia comprehendens.ad quod etiā citat l.iij.§. nonnunquam.ff. de vſur.& l. quicquid,in prin.ff.de verb.obli.vnde vt ſubdit,eſt ſignū effrenatum,nihil excipiens, aut ſaltem maiorem partem omnium comprehendens.c.quod die,in fi.lxxv.diſt.vbi gl.affert.concor.Et eadem propè ponit ipſe Luc.Pen.in l.j.in omnibus,poſt medium.C.de curſu publ.eo.lib.xij.vbi & pro priore dicto allegat legem Lucius.§.hæredum,& §.ſeq.ff.ad Trebel.

*Dictio quicquā & quicquid, eandem uim habent.*

*Dictio quicquid,eſt præciſe uniuerſalis.*

2 ¶Sed & his adde text.in l.cùm virū,ibi,quicquid ex hæreditate,&c.C.de fideic.& ibi Bar.& alios, inter quos Bal.col.2.in ij.oppoſi.dicit ex eo tex.hanc dictionem,quicquid, eſſe præciſè vniuerſalem,quem refert & ſequitur Phil.Dec.conſi.xxix.an detur reſtitutio,col.2.verſi.ſecundò nā cùm, vbi etiam ad hoc allegat text.in l.in fideicommiſſo.§.cùm Pollidius.ff.de vſur.& in c. cùm cauſa, in fi.de offic.deleg.& in c.vlti.de rerum permu.& idem quoque voluit Ludo. Gozad.conſi.viij.in hac cauſa,col.5.nu.24.vide Bal.in d.§.nonnunquam,& Franc.Aret.in l.lex Cornelia.ff.de vulg.& pup.& Bar.in l.quæ omnia.§.planè.ff.de procur.Bal.in c.j.col.9.verſic.item Oldra. quærit,titu.de capi.qui curiam vend.





*Et iūcta uerbo futuri temporis, facit conditionem.*

3 ¶Eſt autem & alia huius dictionis natura,quam prætermittere noluimus,vt ſcilicet iuncta verbo futuri temporis faciat conditionem,per tex.in l.qui Romæ.§.Augerius.ff.de verbo.obli. quem ad hoc expendit & dicit no.Iaſ.in l.Stichum qui meus erat,col.j.verſi.ſecundo amplia.ff.de leg.j.}

# REVERTATVR.

*Donator natis liberis, rē donatam ipſo iure uēdicat, uel poſſeßionem condicit.*

1 IPſo iure,dicit Accurſius:ex hoc inferens,quòd donator poterit rem ipſam donatā, natis liberis,vendicare,tanquam ipſo iure dominus effectus,vel poſſeſsionem ipſius condicere.Sequuntur Bar.Alex.Io.Fab.Bal.in vtraque lect.Saly.& Ang.hîc.& idem voluerunt Cy.Bar.Ang.Saly.Raph.& Pau.Caſt.in l.ſi totas,C.de inoffi.dona. Bart. in l.j.col.vlti.& ibi quoque Salyc.col.pen.verſic.quæro ſextò,eo.titu.Oldra.conſi.ccxxxviij. cùm mulier donatrix,in princi.Barto.in l.Titia Seio.§.imperator,colum.2.verſic.quærit gloſ.& iterum verſic.quæro vtrùm quærit lex,& ibi quoque Bal.Imo.& Pau.Caſtr.ff.de lega.ij. Bart.dum hanc l.allegat,in l.quiſquis,& ibi Ioan.Plat.in fin.C.de om.agr.deſer.libr.xj.Bald.conſil.clxvij. quidam Franciſcus tunc carens liberis,col.j.lib.v.& conſi.ccxv.punctus,quidam donauit,eo.lib.v.Imo.in c.vlti.colum.6.verſicu.in ead.glo.ij.in fi.& ibi etiam Panor.col.2.& ſequen.extra,de donat.Paul. Caſt.conſi.435.ſuper hoc puncto,in princ.lib.ij.Pet.Ferra.in tit.forma libelli quo agit. pro dona. in verbo,irreuocabiliter,col.3.verſic.ſed nunquid eſt neceſſe. Nicol.Mil.in ſuo reperto.in verbo, donatio facta extraneo.Alex.conſi.lxxj.conſideratis his,paulò poſt princ.lib.iiij. Corne.conſi.xv. ex quo dictus Franciſcus,colum.5.lib.1.& conſi.clxxvj.in præſenti conſultatione,col.vlti.lib.ij.& conſi.iiij.dubia ſatis,col.j.lib.iiij.& conſi.xj.in præſenti,col.9.verſi.confert ad prædicta, & iterum col.11.poſt prin.eod.lib.iij.& conſi.xxx.lib.iiij.Franci.Aret.in l.Centurio,paulò ante fi. & ibi Iaſ. col.penul.ff.de vulga.& pupil.& conſi.xcij.viſo legato,col.3.Franciſ.Curt.ſenior conſi.j.col.vlti. verſi.capio ſecundū paſſum.Guid.Pap.ſing.cccxxxix.in prin.& Dec.ccxiiij.reuocatio,col.2.verſi. an reuocatio.Soci.conſi.xxxix.in quæſtione quæ vertitur,col.pen.verſi.poſtremò poſſunt,lib.iij. & conſil.xciij.teſtamentum præmiſſum,col. 5.verſic.quinto modo reſpondetur,lib.iiij. & Iaſ.in l. cùm acutiſsimi,col.j.verſi.eodem modo ſi quis.C.de fideicom.& conſi.clxxj. viſo inſtrumento, col.j.lib.iiij.Fortu.Garcia in libro de vltimo fine iuris,char.xvj.verſic. item probatur ex affectione,& aliis ſequentibus.& Steph.Bertr.conſi.cxcij.viſo caſu,col.2.lib.ij.

*Et quid ſi in donatione appoſitum fuerit conſtitutū.*

2 ¶Ex quo & illud ſequitur,quòd ſi in donatione fuerit appoſitum conſtitutum,ex quo transfertur vera poſſeſsio,per l.certè.§.j.ff.de preca.& no.Bar.in l.ab emptione.ff.de pact. cū multis concordan.à me nuncupatim citatis in { meo libello,de conſtituto,in prima ampliatione. } Tamen natis liberis huiuſmodi conſtitutum ipſo iure reſoluitur,ac reuocatur,quemadmodū & donatio principalis,reditque confeſtim poſſeſsio in donationē,vt expreſsè in hoc caſu no.conſuluit Phil. Deci.cōſi.ccclxvj.pro declaratione,ad fin.motus,quia aliàs conſtitutū ſequitur naturā eius actus in quo apponitur,ex ſententia Bal.in l.ex teſtamento,ad fi.C.de fideic.& in c.ij.titu.de feud.dat. in vic.leg.cōmiſ.cum multis aliis concord.quos & ego { tibi congeſsi in dicto tractatu cōſtituti, in ſeptima limitatione.} inter quos cōperies Pau.Caſt.cōſi.x.ſi vera ſunt,col.j.lib.j.vbi dicit,quòd ſublato principali contractu, cenſetur & ſublatum conſtitutum in eo appoſitum. Nam vt dicit idem Paul.in l.j.§.ſi vir.ff.de acquir.poſſ.huiuſmodi poſſeſsio à iure transfertur,& à iure pariter poteſt annullari.Subdit autem Deci.aliud eſſe in poſſeſsione reali,quæ in facto conſiſtit, per d.§. ſi vir.Et idem in eadem ſpecie conſuluit Carol.Ruin.conſi.clxxiij.quæritur primo,in ij.eodemq; vlt.dubio,lib.j.& Hieronymus Gratus conſi.50.reuerendiſsime, col.antepen.verſi.& vltra ſupradicta,lib.1.

*Etiā ſi facta ſit uni ex liberis.*

3 ¶Et quod dictum eſt donationem hîc reuocari ipſo iure, procedit etiam in donatione facta vni ex liberis,quæ non tota quidem reuocatur ſuſceptis poſtea aliis liberis, ſed vſque ad legitimum bonorum ſubſidium tantùm,per l.ſi totas.C.de inof.dona. & latè diximus ſupra in verbo liberis,verſi.75.incip.quæro igitur ſi pater quiſpiam.ſed ea tamen reuocatio fit etiam ipſo iure,vt voluerunt Bar.& Pau.Caſt.in ea ipſa l.ſi totas.Bal.in l.Titia Seio.§.Imperator.ff.de leg.iij.

*In quibus caſibus donatio nō reuocatur ipſo iure.*

4 ¶At reuocatio donationis, quæ fit per liberos iam tempore donationis natos,& à patre quidem non ignoratos,aut etiam à poſtea ſuſceptis,ſed de quibus pater,cùm donauit,cogitabat,& ita nō fit ex hac l.quando illi iſtis caſibus non ſit locus,vt ſuprà alibi abunde diximus, ſed fit,quoniam donatio eſt inofficioſa,certè non fit ipſo iure, ſed opus eſt querela,per l.j.& ibi not.C.eo.titu.de inoffi.teſta.& voluerunt omnes in d.l.ſi totas.

*Verba futuri tēporis ferendam ſententiā demonſtrant, non latam.*

*Verbum directum.*

5 ¶Sed quod ad priores illos caſus pertinet,non omnino in cōfeſſo eſt, quòd in caſu noſtræ legis, & d.l.ſi totas,donatio reuocetur ipſo iure.Quin contrarium in vtroque tenuit gl.ſibi cōtraria,in d.l.ſi totas,expendens hoc verbū,reuertatur,quod videlicet eſt futuri tēporis, & ideo ferendam ſententiā non latam demōſtrat,vt poſtea latè dicemus,& Barba.in c.vlt.col.pe.verſi.tu adde,extra de donatio.Sed huic obiectioni tacitè reſpōdet Bal.hîc & in d.l.ſi totas,dum dicit huiuſmodi verbum reuertatur,cùm ſignificat iuris miniſteriū ſiue ſtatutum,vt hîc,eſſe directū,ideo ipſo iure ſignificari rem fieri.Nā vt id intelligas lector optime,id verbum dicitur directum,quod denotat aliquid fieri ipſo iure,& propria authoritate,atq; citra alterius manū & operam. Obliquū autem, quod per alterius manum capi debet,ex doctrina Bar.quem omnes ſequuntur,in l.Cēturio, col.

penul.ff.de vulg.& pup.ſubſti.& in l.eam quam,ad fi.C.de fideic.& conſi.iij. quod repetitum eſt conſi.clxxxij.Titius condidit teſtamentum,col.2.& conſi.xiij.ex facto propoſito,col.3.verſ.reſtat de ſecundo,& conſi.lvj.Bart.fecit teſtamentum,col.j.& Bal.in rubr.C.de impub.& aliis ſubſtit.& in l.vlt.col.4.verſi.nunc aliqua.C.de ſacro.eccle.& in l.ex parte.ff.de acqui.hære. { & in l.ſi quis ita.ff.de vſufruct. } & conſi.clxxvj.quidam nomine A.col.2.verſi.ſecũdò prætermittendum, lib. iij.& conſi.cexcvj.factũ ſic ſe habet,col.2.lib.vj.& omnes propè in c.ſi pater,de teſta.libr.vj.cum ſimi.Ideoque cùm verba directa diſpoſitionem directam faciant, obliqua verò fideicommiſſariã ex omniũ ſententia:certè etiam id quod per fideicommiſſum competit,nõ ipſo iure cõpetit. l. ſi ſeruus,& ibi doc.C.de fideic.liber.& l.quærebatur.ff.de milit.teſta.ibi,apparet eum non ipſo iure valere voluiſſe,ſed per fideicommiſſum.Indeque huiuſmodi fideicõmiſſaria ſubſtitutio,quæ ſcilicet directa non eſt,precaria dicitur,in dicta l.quærebatur.ff.de milita. teſtamen. { & in l.cũ proponas filios.C.de pact.ſicut alibi voluntas precaria in cauſam ſcilicet fideicõmiſsi, in l.cùm proponebatur.ff.de leg.ij.& l. non idcirco.C. de codic. } & verba obliqua dicuntur etiam precaria.l. cohæredi.§.cùm filiæ,& ibi Dy.& Bal.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& l.ij.& iterum l.iiij.C. de codi.& l.à patre,vbi Phil.Dec.notat in prin.C. de collat.& l.ij.in prin.C.cõmu.de leg. vbi id optimè declaratur. } & l.ſi ſeruus.C.de fideicom.liber.

*Verbum obliquum.*

*Precaria ſubſtitutio.*
*Precaria voluntas.*
*Precaria verba.*

6 ¶Eſt autem hoc verbum,reuertatur,cõmune,ſcilicet directum & obliquum,ſecundum Pet.Iaco. in ſua practica,tit.de verbis obliquis,col.j.Bar.in d.l.Centurio,col.vlti.motum ex glo.in l.j.in fin. magnæ gl.ff.de donat.& argu.l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Treb.& ſequitur Franc. Aret.in ea l. Centurio,col.vlt.& ibi quoque Iaſon col.etiam vlti.& Lancel.Gali.in repet.char.pen.in xiij.concluſione,& voluit etiam Bal.in d.l.vlti.C.de ſacro.eccle.& in tracta.ſubſti. col.vlti.Ange.hîc,& in d.l.j.in fi.ff.de donatio.Imo.in c.Raynutius,char.pen.verſi.octauò,extr.de teſta.Rapha. Co.cõſi. cxiiij.Antonius Benedi.in ſecundo dubio Pau.Caſt.conſi.cccxlj.mater iſta,poſt prin.lib.1.Corn. in l.precibus,col.17.verſic.verba autem communia.C.de impub.& ali.ſubſt. & conſi.clij. in hac conſultatione,col.4.verſi.per verba reuertatur,lib.ij.Ang.Aret.in §.extraneo,col.2.Inſtit.de pup. ſubſtit.& Stepha.Bertr.conſi.ccxlj.viſo conſultationis themate,nu.7.lib.ij.Guid. Pap.conſi.xcvj. caſus ſub nominibus, in quinto dubio,circa medium.

*Verbum reuertatur, commune eſt.*

7 ¶Quin Io.And.in d.c.ſi pater,de teſta.lib.vj.conſtanter tenuit ſemper eſſe directũ,per tex.in noſtra l.& eum ſequitur { ibi Arnaldus à Solerio in repe.col.4.& iterum v. } Domi.ibi,in prin.col. vlt.Cuius etiam opi.videntur eſſe Bar.& Io.Plat.in d.l.quiſquis.C.de om.ag.deſer.lib.xj. dũ ſimpliciter dicunt,quòd denotat tranſlationẽ dominij ipſo iure, per illum tex.& etiam Ang.qui idẽ dicit in §.j.per illum tex.in auth.de reſti.& ea quæ par.in prin.Bal.qui ob id dicit ſignificare ipſo iure,in hac l.in fi.j.lect. { & in auth.quod mater,nu.3.C.hoc eo.tit. } & Anto.Corſe.in ſuis ſin.in verbo,reuertatur.Et bene facit tex.ſi ſolerter inſpiciatur,in c.j.extr.de ſchiſma.

*De eadem re.*

8 ¶Tamen quòd ſit etiam obliquum,& ſignificans quòd per manũ alterius res retradatur, eſt tex. in l.iij.vbi hoc no.Bar. { & Saly. } C.de pact.inter empt.& vendi.fac.& id etiam { aſſerit Cy.in l. j.eo.tit.& Rapha. } Co.dicto conſ.cxiiij.per illum tex.& conſi.xcvj.ſub nominibus,in quinto dubio,vbi nihil allegat.Et Fab.à monte Sancti Sauini,in tracta.de empt.& vendi.in vij.q.prin.col.5. verſi.ſecundò quæro.Sed & illius tex.authoritate ſubnixus Signo.conſi.cxxxj. factũ ſic ſe habet, col.vlt.negat expreſsim hoc verbũ habere vim latæ ſententiæ.Quod etiam voluit Saly.in l.ſi totas.C.de inoffi.dona.dum ſcribit verbum reuertitur,quo ea l.vtitur,ſignificare ipſo iure,quia eſt præſentis temporis:tanquam ſecus eſſet in futuro tempore.Et in hanc partem eſt gl.in d.l.j.in verbo,mortis cauſa donatio,in fi.ff.de dona.cùm dicit quòd id verbum non habet eã vim,vt poſsit agi rei vendicatione,ſed tantùm perſonali,quaſi ſcilicet res non tranſeat ipſo iure.Ex quo etiam negant Bart.Ang.Roma.& Pau.Caſt.ibi,in fi.hoc verbum eſſe directum,& ſequitur Franc.Curt. ſenior conſi.xij.Lucius Titius,col.vlt.& idem voluit Bal.dum eã gl.allegat,in l.traditionibus, col. vlt.C.de pactis.Pau.Caſt.poſt Cy.in l.j.in duobus locis,& iterum in l.cùm te,ad fi.C.de pact. inter empt.& vendi.fac. { & idem Pau.poſt Guil.Cu.in l.ab emptione,col.3.verſic.adde dicit.ff. de pact. } & apertè innuit idem Pau.conſi.lxviij.in caſu præſenti puto ſic dicendum,poſt prin.lib.ij. dum dicit quòd dictio,reuerſus,denotat ipſo iure,quia eſt præteriti tẽporis:tanquã ſi futuri eſſet, non eam vim haberet.Et idem quoque expreſsiùs voluit Aegid. Bellamera conſi.xxxix. factum eſt tale,dominus Humbertus,col.5.verſi.his præmiſsis,Barb.conſi.xj.illud afferam , col.9.verſic. modo in caſu noſtro,lib.ij.& Guid.Pap.ſing.657.licet verba.Iaſon conſi.ccxj.inter quoſdam,col. 8.verſi.item habet caput,lib.ij.& Phil.Dec.in l.traditionibus,col.3. verſi.ſecunda concluſio.C. de pact.& Franc.Curt.iunior in l.traditionibus,col.3.nu.22.C.de pact. Et hanc quoque partem fulcit tex.in c.j.ibi,liberè ad dominum reuertatur,extra de vſur.& ſimilis text.in c.vbi periculum.§. quòd ſi præmiſſa,de elect.eo.lib.vj.& in c.ſi beneficia,de præben.eo.libr.in cap.felicis,verſi.ſi qua verò,de pœnis,eo.lib.vj.& in cle.j.verſi.à feudis,eo.tit.& in c.imperialẽ,in §.callidis,titu.de prohi. feud.ali.per Fed.nam illa dictio liberè,eſt latæ ſententiæ,vt poſtea dicemus:ideo ſi verbum liberè per ſe fuiſſet latæ ſententiæ,fruſtra addita fuiſſet illa dictio,liberè.

*De eadem re.*

*Dictio liberè, eſt latæ ſententiæ.*

9 ¶Porrò Corne. dicto conſi.xv.col.5.lib.1. hanc rem animaduertens dicit, quòd d.l.ſi totas,quæ loquitur in eadem materia,vtitur verbo præſentis temporis,dum dicit reuertitur, quod quidem præſens tempus haud dubie eſt latæ ſententiæ, vt poſtea latè dicemus. Et licet l.noſtra loquatur

per



per verbum reuertatur,tamen eſt aduertendum , inquit, quòd poteſt eſſe & præſentis temporis modi imperatiui,& modi ſubiunctiui,atque etiã futuri tẽporis modi optatiui.Ideo interpretanda eſt,vt ſit præſentis temporis,& ſignificet ipſo iure,vt ſcilicet conſentiat cum d.l.ſi totas , quæ,vt diximus,loquitur in eadem materia.Et quamuis aliàs in dubio debeat ſumi interpretatio, vt fiat priuatio per ſententiam,non ipſo iure : tamen in iſta priuatione,quæ fauorabilis eſt,ſecus eſt,arg. c.odia,de reg.iur.lib.vj.cum ſimil.de quo & tu vide quæ dicam infrà nu.252.inci.hæc autem quæ diximus.Vel,vt hoc illi addam,illud non procedit , quando per alia iura conſtaret rem fieri ipſo iure,vt dicemus infrà verſi.lxiiij. incip.xij.fallit.

*In dubio debet ſumi interpretatio, ut priuatio fiat per ſententiam, non ipſo iure.*

10 ¶Fuerunt tamen qui dixerunt donationem hîc certè reuocari ipſo iure,ſed ita demum tantùm, ſi pater id velit,vt retulit Alber.hîc.Et in hac quidem ſententia videtur fuiſſe Bal.in l.j.col. vlti. C.de inoffi.dona.cùm dicit requiri declarationem voluntatis ipſius patris,velítne donationẽ reuocari,an nolit,arg.no.in l.ij.ff.ſi ager vecti.vel emphy.Quo in loco Bar.dicit per text.& gl. ibi, emphyteutam propter non ſolutam penſionem,aut etiã per alienationem factam irrequiſito domino,tum demũ,cadere emphyteuſi,ſi dominus velit:quod dicit eſſe multũ notandum,& menti tenendũ.De qua re eſt melior atq; expreſsior tex.quẽ & ipſe Bar.aduocat,in l.ij.in verbo,volenti. & ibi gl.& iterum in illis verbis,ſed omnimodo eum dominus,ſi voluerit,repellẽdo, & ibi etiam idem Bar.Bal.Ang.Saly.& recentiores.C.de iure emphy.& in §.ſcire autem,in verbo,volentibus, in authen.de non ali.Et hoc quoque voluit ipſe Saly.in l.vlt.col.pe.verſi.quæro an ipſo iure, eo. tit.Spec.tit.de locat.§.nunc aliqua,verſi. { xiij.& ibi Bal.& iterũ verſi. } xlvij.Bar.in l.ij. circa medium.ff.de exceptio.rei iud.idem Bar.& Bal.in authen.qui rem,ille in prin.alter ad fi.C.de ſacroſanct.eccle.& ipſe Bart.conſi.lxxxj.Martinus forniconis,col.2.& ipſe Bald.in l.his conſequenter. §.j.ff.famil.herciſc.& in l.Mæuius,§.j.in viij.oppo.poſt Dyn.ibi.ff.de legat.ij.& in l. cùm ſeruum, col.2.C.de ſer.fugit.& conſi.cclxxix.factum tale eſt.A.ante fin.libr.v.& conſi.ſeq. iſta inueſtitura. { Saly.in l.lex vectigali,per illum tex.in fi.ff.de pigno. } Ang.in §.ſi verò,verſi.ſed pone, in auth. de non ali.Anto.conſi.xxij.viſis punctis,col.j.verſ.puto tamen.Domi.in c.licèt canon.§.is etiam, paulò ante fi.de elect.lib.vj.Panor.conſi.lxvij. in cauſa quæ vertitur,col.2.verſ. ſed his non obſt. lib.ij.Imo.in repe.c.vlt.col.25.verſi.& adde an per illa,de præſcri.& in c.ij.col.7. de feud.& in c. potuit.col.12.verſi.ſed contra,de loca.& in c.vlt.col.7.verſ.ſecundò poteſt obiici,de dona.Card. Flor.conſi.cv.ſuper præmiſſo caſu,col.2.verſi.confirmatur & aliter.& iterum col.7.verſi.ad illud de emphyteuta.Rapha.Co.conſi.clxiiij.prælatus certæ eccleſiæ,colum.3.Fran.Aret.& Iaſon in l.ſi mihi & Titio,in prin.vterque col.vlti.ff.de verbo.oblig.& Alex.conſi.ciij.videtur prima conſideratione,col.vlti.verſi.præterea etiam quando,lib.1.& conſi.clxxiij.viſo themate & ſcriptis,colum. vlti.lib.ij.quod repetitur in conſi.xcj.lib.iij.& idem Alex. { conſi.vj. circa proceſſum cauſæ vertentis,col.pen.multis in locis,lib.iij.& } conſi.cvj.magnifice prætor,col.4.verſi. item in caſu poſito,eo.lib.iij.& conſi.cvj.viſo themate & inſtrumentis,col.2.verſicu.nec prædictis obſt.lib.iiij.& conſi.cxiij.viſo & diligenter conſiderato , col.2.verſicu.ſecundò fortificatur,eod.lib.iiij.& conſi. cxxviij.viſo inſtrumento,col.vlt.lib.v.& conſi.xxvij.viſo themate,col.2.verſi.quantum autẽ ad ſecundũ,lib.vj.& conſ.cl.in cauſa appellationis,col.4.verſ.nec huic habet obſtare,lib.vj & Corn. conſi.cxv.licèt in conſultatione,col.j.& ij.lib.1.vbi & hoc reſpõdit obtinere etiam ſi expreſſe pactum ſit,vt res ipſo facto cadat in commiſſum. { & conſi.clxvj.quatuor,col.3.verſicu.quia pœna amiſsionis,lib.ij. } Cepola cauſarum ciuilium cõſi.xxv.ex quæſtione prædicta,col.2. verſiculo & ita tenet,& col.ſeq.verſi.nec obſt.etiam,& iterum ſequen.verſic.circa tertium.Soci.conſi.ccviij. viſis actis,col.3.lib.ij.& Guid.Pap.conſi.cxcij.ex facti narratione,in primo dubio,in fin.& Cardi. Alex.in c.j.col.2.tit.quæ fuit pri.cau.bene amit. {Soc.cõſ.lxxxij.in cauſa,col 2.verſi.& illud quod dicitur,lib.iij. } & Phil.Dec.in auth.qui rem,col.3.verſi.tertiò principaliter.C.de ſacroſ.eccle.& in rub.C.de ſacroſan.eccl.paulò ante fi.& conſ.cxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit,verba iſta,col.2. & cõſi.cxlvj.cuius ſuperſcriptio incipit,dubia de quibus,col.3.verſi.vltimò non obſtat, & verſic. ſecundò quia etiam,& cõſi.clxxxv.in cauſa iſtorum,col.5.verſi.ſed breuiter.& conſi.ccvj.quæritur an diuiſio,col.vlti.& conſi.ccccliij.viſa inſtructione,col.vlti.verſ.non obſt. etiam & Iaſon in l. omnimodo,in fi.C.de inof.teſta.& in l.ſi inſulam,col.7.verſi.quartò vltra Bart.eo.titu. cum aliis concord.adductis per eundem Iaſon.in d.l.ij.col.2.C.de iur.emphy.ſed hîc multos videbis, quos ipſe prætermiſerat.

*Quomodo reuocetur donatio in hac l. ipſo iure.*
*Et cadat emphyteuta ab emphyteuſi.*

11 ¶Et idem in feudo quoq; voluit { ipſe Spe.titu.de feud.§.quoniam,verſ.xxvij. } Bal.in c.quæ in eccleſiarum,col.pen.verſi.extrà quæro,de conſtit.& in c.j.ibi etiam Mart.Laud. Aluar. & Cardi. Alex.tit.de cap.Corra.& in l.vlt.in fi.infrà hoc eo.tit.vbi & illud dicit generaliùs procedere,vbicunq; aliquid ipſo iure reuertitur ad dominũ,vt ſemper intelligatur,ſi dominus hoc velit & petat,per no.in d.l.ij.ff.ſi ager vecti.& idem Bal.in l.j.in vtraq; lectu.C.de reuoc.donatio. & cõſi.31. proponitur quod Petrus,col.3. { verſi.prædicta in feudis,lib.1.quod repetitur conſi.cccj.eo.lib.1. } Imo.in c.vlt.col.7.verſ.ſecundò poteſt obiici,extra de donatio.& in c.ij.extra de feud. & Alex. conſi.lxxix.circa primum,col.vlt.lib.1.& cõſi.ciij.vbi ſuprà,eo.lib.1.& dicto conſ.clxxiij.viſo themate,col.vlt.verſ.& expreſsiùs,lib.ij.& cõſ.xcj.eo.prin.col.etiam vlt.lib.iij. { & dicto conſi.xxvij. vbi ſuprà,libr.vj. } & conſi.xcij.perſpectis diligenter,col.6.in fin.v.dubij,lib.vj.Cardi.Alex.in c.j. col.4.tit.quo tempo.mil. & Iaſ.qui hoc dicit no.in d.l.ij.col.2.& iterum col.6.verſi.vltimò contra

*In feudo quomodo intelligatur ipſo iure aliquid reuerti ad dominum.*

dictum.C.de iur.emphy.& conſi.cvij.in præſenti conſultatione,col.3.verſi.nec obſt.ſi diceretur, lib.iiij.Phil.Dec. { cõſi.cxliiij.quoniam ex facto,col.vlti.verſ.præterea etiam ſi ipſo iure.&} dicto conſi.clxxxv.& dicto conſi.ccvj.quæritur an diuiſio,col.vlt.& cõſi.cccxlj.viſo puncto,col.vlt.& in dicta rubr.de ſecun.nup.in fin.& Guido Pap.conſi.cxcij.ex facti narratione, col.2.& D.Guil. Bened.in repe.ca.Raynutius,in verbo,in eodem teſtamento relinquens, le j.nu.88.& ſeq.extr.de teſta.Et ſufficit,ne illud ignores,hanc voluntatem domini eſſe tacitam,vt videre licet ex iis quæ tradit Panorm. dicto conſi.lxvij.col.j.& ij.lib.ij.& expreſsiùs Anto.in dicto conſi.xxij.vbi ſuprà & Alexander dicto conſi.cvj.col.2.verſi.nec obſt.ſi dicatur,iunctis præcedentibus,lib.iiij.& Phil. Dec.dicto conſi.cxlvj.vbi ſuprà,& iterum col.4.verſi.non obſtat ſecundò,Iaſon in l.poſthumo, col.6.verſi.pro iſta op.C.de bon.poſſ.contr.tabu.

*Et quæ volun tas domini re quiratur.*

12 ¶Ex iis autem quæ dicta ſunt, illud fit,quòd ſi dominus nolit feudum paternum vel auitũ eſſe commiſſum ob feloniam,vt appellant,in ſe commiſſam,& ita eam vaſſallo condonet ſiue remittat,non per hoc cenſetur feudum nouum,ſiue de nouo conceſſum,quamuis eo iam ipſo iure ceciderat:ſed manet,vt erat,antiquum,vt voluit gl.in l.quod dicitur neceſſarias,ad fin.prin.in verbo,creuiſſe,& ibi Bar.etiam ad fi.& latiùs Alber.ff.de impen.in reb.dota.fact.& gl.in l.peculiũ.§.ſi ære,& ibi { Bar.Bal.& } Pau.Caſt.ff.de pecu.& in c.imperialem.§.inſuper,in verbo,priuetur,titu. de prohib.feud.ali.per Fed. { And.Iſer. } Iaco.Bel.Aluar.Card.Alex.& alij in c.j.tit. de vaſ.decreæta.Pet.Iac.tit.de cau.ex quib.feud.amit.col.6.verſi.ex prædictis cauſis.Bal.in l.j.in xv.q.ff.de rer. diuiſi.& in c.j.§.hoc quoq; tit.de ſucceſ.feud.& cõſi.ccl.ad euidentiã,ante fi.lib.ij. { & in additio. Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua,verſi.xxiij.Imo.in d.c.ij.col.vlt.de feud.Pau.Caſt.conſi. ccccxxv. ponitur in facto,col.2.verſi.ſecundò videndum eſt,lib.ij.Io.Plat.in l.ſancimus, verſ.item facit ad aliam quæſtionem.C.de conſul.lib.xij.Alex.conſi.xxx.quoniam omne datum,col.2.lib.1. } Frã. Aret.in l.filio quem pater,in fi.prin.per illum tex.ff.de libe.& poſth.idem Aret.Alex.& Iaſ.in d.l. ſi mihi & Titio.Alex.quidem col.5.alij col.vlti.ff.de verbo.obli. Quoniam,vt ibi dicunt Aret.& Iaſ.ſi dominus remittit, non dicitur vaſallus iure decidiſſe,cùm non niſi volente domino cadat, quamuis ipſo iure cadat:& ideo nõ poteſt cenſeri nouũ feudum.& { Card.Alex.in prælud.feud. in vj.diuiſio. } Bar.à Scarampis inter conſilia Albe.Bru.conſi.cxij.caſus ſuper quo,col.vlti.& iterum col.ſeq.venerabilis dominus,poſt princ.De quo tamen vide Bald.in d.c.imperialem.§.inſuper,col.vlt.& Cardi.Alex.in d.vj.diuiſione feud. { & Alex.conſi.xxxiiij.viſis & põderatis,col.2. verſi.hoc comprobatur,lib.v.& remiſsiuè per nos in tracta.retractuum,titu.j.§.xxxij. gl.j.nu.29. quid autem de fundo. }

*Feudum non fit nouum, ſi dominus remittat cõmiſſum ob feloniam.*

13 ¶Simile eſt autem,quod videmus teſtamentum ratione præteritionis ita demum tãtùm eſſe nullum,ſi præteritus ipſe dicat,& petat.nõ aliàs.l.filio præterito,& ibi gl.& omnes.ff. de iniuſt.teſta. & l.maximũ.§.ſancimus.C.de liber.præter.& voluit etiã gl.in l.ſcimus,in prin.C. de inof.teſta.& in l.ſi pater,in gl.vlt.in fi.C.de inſti.& ſubſti.& in l.is qui in poteſtate,in prin.ff. de lega.præſt.& in l.ſi duo,etiam in prin.eo.tit. Spe.vbi ſuprà.Dyn.in l.Gallus,in prin.in magna diſt.ff.de libe.& poſthu.Bal.in l.ij.C.de hære.inſtitu.& in l.ſi conſtat,poſt prin.C.de compen.& dicto conſi. cccv. lib.2.vbi ſuprà,& conſi.xcix.factum tale eſt Nicolaus,col.2.lib.ij.conſi.cccxciij.ad euidentiam,in princip.eo.lib.ij.& conſi.ccclxxxvj.quidam M.deceſsit,col.j.lib.v.& Signor.conſi.cliij.verum eſt, col.2.verſi.circa ſecundum.& conſi.clxxj.Ser Antonius,col.penul.verſic.item eſto. & Card.Flo. d.conſi.cv.tum primo loco ſuprà alleg.tum eadem col.2.verſic.ad idem Imo.in c.exhibita, col.8. verſicu.& per hoc non obſtat, extr.de rerum permu. Et id quidem etiam plenè not.in l.poſthumo,vbi latiſsimè Iaſon diſputat,an hoc ſit verum.C. de bon.poſſ.cont.tab.& in l.ij.C. de poſth. hæred.inſtitu.& Ludo.Bol.conſi.lxxiij.Antonius Pergamenſis,col.vlt.de quo etiam vide Oldra. conſi.clxxj.thema tale eſt,Titius filium,in ſecundo dubio,& iterum col.3.verſi.quintò quæritur. & Raph.Co.in repet.l.ſi filius,in vij.oppo.primi no.ff.de libe.& poſthu.& Pau.Caſt. poſt Bal.in l.ſicuti certi,col.2.verſi.quæro hìc ſecundum Bal.C.de teſtam.milit.& conſi.cccxxiij.ſuper primo puncto,lib.1.& Rom.conſi.xxiij.poſtmodum autem.& Iaſ.in l.ſi filius qui in poteſtate,in primo no.ff.de libe.& poſthu.& D. Bened.in repe.d.c.Raynutius,in verbo,in eodem teſtamento relinquens,le j.nu.84.cum multis ſeq.extra de teſta.Ex quibus comperies nõ id eſſe omnino certum. Id tamen defendit vetus exemplum teſtamenti Ebutiæ L.Menenij Agrippæ vxoris,quo alteram ex filiabus hæredem tantùm inſtituit,alteram præteriit. At Aphronia ( id præteritæ nomen fuit) cum ſorore contendere noluit,teſtamentumque matris patientia honorare, quàm iudicio conuellere,ſanctius eſſe duxit,atque ita teſtamentum ratum manſit.quod à Valerio relatum eſt libr. vj.ca.viij.cui titulus eſt,de teſtamentis quæ rata manſerunt.

*Vtrum teſtamẽtum ratione præteritionis ſit nullum, ita demũ ſi præteritus dicat, & petat.*

14 ¶Idem quoque dicimus de ſupplemento legitimæ, quod & ipſum licèt fiat ipſo iure, per d.l.ſcimus.C.de inoffi.teſta.intelligitur tamen,ſi petatur,aliàs verò ſecus,vt etiam dicit gl.ibi,quam ſequuntur Bar.& plerique omnes in eo loco.& voluit quoque glo.in d.l. ſi is qui in poteſtate.ff.de leg.præſtan.Specu.vbi ſuprà.& Bald.in d.l.ſi conſtat.C.de compen.& Corn.conſi. cclxiiij.in hac conſultatione,col.j.verſi.tamen his non obſtantibus,lib.1.& conſi.ſeq.circa primum, col.j.verſic. cùm itaque,eo.lib.1.Iaſ.in l.de pupillo.§.qui opus nouum,col.j.in iij.no.ff.de oper.no.nunt.vbi id dicit generale,cùm quid fit ipſo iure,ſcilicet ſi petatur.& in l.ex facto,col.11.verſicu.ſecundò pro op.Bar.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.

*Quomodo intelligatur fieri ſupplementum legitimæ ipſo iure.*

Adducitque



15 ¶Adducitque vtraque illa gl.videlicet in d.l.ſcimus,& in d.l.is qui in poteſtate, & aliud accommodatiſsimum ſimile de compenſatione,quæ quidem fit ipſo iure: ſed ita tamen,ſi petatur,per l. vlt.C.de compen.& §.in bonæ fidei.& ibi quoque gl.Dy.& alij.Inſti.de actio.Et idem etiam tenuit gl.in l.ſi quid à fideiuſſore.ff.de compen.Azo in ſumma,eo.titu.Pet.& Cy.in d.l. vlt.eo.titu. Spe.vbi ſuprà & Bar.in l.verum,& ibi Bal.ff.de compen.quàm ipſe Bar. primam totius tit. legit, licèt prima non ſit.& in d.l.ſi cõſtat,& ibi latiùs Bal.& Saly.eo.tit.idem Bar.in l.gerit,col.8. verſi. ſecundò compenſatio.ff.de acquir.hæred.Bal.in l.j.C.de diſtract.pign.& Corn.d.conſi.xv.col.2. lib.1.Sed tu de hoc latiſsime omnium vide Tyndarum in tract.de compenſatione,char.iiij. verſi. & per hoc expediuimus.

*Compenſatio fit ipſo iure, ſi petatur tamen.*

16 ¶Quibus & adde alia ſimilia. Nam Falcidia reſecat ipſo iure.l.linea margaritarum.ff.ad leg.Falci. Sed ita demum,ſi hæres velit l.patrem.ff.quæ in fraud.cred.& voluit Bal.in l.j.C.ad leg.Fal.Item licet actiones ipſo iure trãſeant in fideicommiſſarium,vt probat tex.in l.pen.§.j.in fi.C. ad Treb. Id tamen intelligitur,ſi velit & petat fideicommiſſarius.vt patet ex l.j.§.ſed & quoties,& l.cogi. §.Metianus.ff.eo.quos in id expendit Iaſ.in d.l.j.§.de illo,col.2.eo.tit.& ante illum, licèt nõ alleget,Pau.Caſt.ſolus ex antiquioribus,in d.§. Metianus,& Socin.in d.§.ſed & quoties, in ſecundo no.Adde,inquam,quod voluit Bar.in l.ſi matre.C.de ſuis & legi. intelligens illum tex.in verbis, ipſo iure ſuccedant,ſi petatur.Et quod ſubtiliter admodum & elegãter diſſeruit vir optimus ac doctiſsimus Io.Igne.ſenator regius in repeti.l.contractus,col.34.verſi.nunc reſtat articulus, cum multis ſeq.ff.de reg.iur.& eo tacito,Ludo.Gomeſsius in §.actionũ,col.8.& multis ſeq.Inſti.de act. dolum dantem cauſam cõtractui reddere contractũ ipſum nullum,modo petatur,vt apud Igne. latè videre licet:quod ante ipſum,licèt non alleget,voluit Ange.in l.ſi quis aliam.§.ſed & ſi quis. ff.de ſolu.& Paul.Caſt.conſi.ccxcv.ſi dicta pignora,col.j.lib.ij.Quibus ſuffragãtur quæ diximus in legibus connubialibus,in gl.vj. { nu.91.his cõfine eſt. Et generaliter ea quæ fiunt ipſo iure, & ita debere intelligi,ſi petatur,tenet per quædã ex ſupradictis Franc.Ripa in l.iiij.§.hoc autẽ iudicium,col.2.nu.8.ff.de dam.infe.} Sed his tamen repugnat,quod dicemus infrà in xiij. differen.effectum latæ & ferendæ ſententiæ.Sed quãtum ad hunc caſum noſtrũ pertinet,vide quæ diximus ſuprà in verbo,liberos ſuſceperit,verſi.211.incip.ſecundò intelliges procedere,& multis ſeq.

*Et Falcidia reſecat, ſi hæres velit.*

*Et actiones tranſeunt in fideicõmiſſarium, ſi velit & petat.*

*Et dolus dans cauſam contractui reddit ipſum nullũ, ſi petatur.*

17 ¶Sed illud interim non omittemus, quòd cùm ex titulo & traditione ſimul iunctis transfertur dominium,licèt poſtea titulus annulletur ſiue reſoluatur aut reſcindatur, nõ tamen retrãsfertur dominium ipſo ſine traditione, per gl.in l.j.in fi.magnæ gl.C.de inoffi.dona.vbi Bal.etiam in fi ad hoc not.& commendat.& idem Bal.in l.j.in vj.q.C.ſi in fraud.patro.vbi illam dicit ſubtilem. & conſi.ccccl xxxij.magnifici viri,col.2.verſi.hìc primũ quæritur,lib.1.& Alex.conſi.x. videretur fortaſſe,col.j.in fi.lib.1. {& conſ.xcij.perſpectis,col.j.verſi.& nõ ob.ſi dicatur,lib.ij.vbi alios quoque citat.} & Card.Alex.in l.imperialẽ.§.callidis,col.j.tit.de prohib.feud.ali.per Fed.Iaſ.cõſ.ccxj. inter quoſdam,col.pen.verſi.item ex alio,col.pen.lib.ij.& cõſi.cxxviij.verba permutationis, col. 2.verſi.primò quia vbi,lib.iiij.& Steph.Bertr.qui eam glo.dicit not.conſil.viij.etiam ſi ſententia, col.j.lib.1.& conſi.cccliiij.ad primum reſpondeo,in fi.eod.lib.1.& conſi.cclxxix.ex inſtrumento, ante fi.lib.ij.

*Retransferri dominiũ ipſo iure ſine traditione nõ poteſt,licèt contractus annulletur.*

18 ¶Quod procedit etiã ſi ipſo iure ex diſpoſitione legis vel ſtatuti contractus annullaretur,vt voluit Bar.in l.ſi ita quis.§.ea lege,col.2.verſi.quæro vtrum prohibitio legalis.& ibi Iaſ.col.11. verſi. iſtam regulam.ff.de verb.obli.& idem Bar.in l.ſi hominem.ff.de vſucap.& Bal.in d.l.j.ſi in fraud. patro.& in l.j. col.3.& ibi Alex.& Thomas Parp.col.quoque vterque iij.ff.ſolu.mat. & iterum in repet.l.cùm mulier,col.x.verſi.de ſecundo dubio,& ibi quoque Alex.col.pen.verſi.tamen ſi.Bar. hìc.ff.eo.titu.idem Alex. { conſi.x.videretur fortaſſe, col.j.verſic.ſed præmiſsis non ob.lib.1.& } cõſ.xcij.perſpectis his quæ in themate,col.j.lib.ij.Fabia.à monte ſancti Sauini,in tract.inſinuationum,in xxvij.q.in fi.& Phil.Dec.conſ.ccc.viſa petitione Philippi,col.2. { Carol.Ruin.cõſi.lxxvj. circa caſum,col.3.nu.8.lib.1.Iaſon cõſi.ccxj.præſens conſultatio,col.pen.verſ.item ex alio,lib.ij.& conſ.cxxviij.videretur in præſenti,col.2.verſ.primò quia, libr.iiij.} De quo & tu vide pleniſsimè Alex.in d.l.j.col.3.verſi.ex hac tamen gl.cum multis ſeq.ff.de ſol.mat.vide etiam Bal.in l. omne, col.j.verſi.ſed quid in contractibus.C.commu.de lega.& in ca.cùm inter,col.2. verſ.item renunciare,extr.de electio.& Aegid.Bellame.conſi.iij.circa materiam,col.8.verſi.præterea pro hoc facit, & iterum col.pen.verſ.tum quia cum dicitur.& conſi.xxxix.factum eſt tale,dominus Humbertus,col.4.Ex quo palam erraſſe videri poteſt Ioã.Ana.dum in c.conqueſtus, col.3.extra de vſur. tradit quòd per pactum de retrouendendo retransfertur dominium in venditorem ipſo iure ex ſola oblatione,vt ſing.dicit probari in l.ſi cùm venderet.ff.de pign.actio.

*De eadem re.*

19 ¶Sed hæc omnia velim intelligas, vt non procedant in iis caſibus,in quibus dominiũ ipſo iure transfertur ſine traditione,de quibus per gl.& doct.in l.traditionibus.C.de pact. Nã tunc in illis etiam retransferretur dominiũ ex ſtatuto annullante contractum, { ſine alia traditione, } vt ſatis intelligi poteſt ex d.gl.in l.j.& ibi Bal.in fi.C.de inoffi.don.& Bar.in l.& ideo,per gl.ibi.ff.de cõdi. furt.& nuncupatim voluit Iaſ.d.conſi.ccxj. { lib.ij.& d.conſi.cxxviij.col.2.verſi.confirmatur, lib. iiij.vbi id multis probat.} & Parpa.in d.l.j.ff.ſol.matr. { & Ferdi.Loaz.in repet.l.filiusfam.§. diui, char.xxiij.nu.452. } & ante eos Pau.Caſt.conſi.ccxvj.confirmando,col.2.verſic.nec inſuper, lib. 1.Nam & videmus quòd ſicut in legato trãsfertur dominiũ ſine traditione.l.ſi tibi homo.§. cùm ſeruus.

*Intellige tamen in caſib. in quibus dominium non trãsfertur ſine traditione.*

ſeruus.ff.de leg.j.& copioſiſsimè diximus in noſtris commentariis conſuet.Picta.tit. xvj.§. iiij.in gl.ij. in prin.ita ipſo iure retransfertur per actus reſolutiuos,per tex.in l.vlt.iūcta gl.in verbo,remeantibus,& ibi Bar.& alij.C.de lega.& in auth.cui relictū,ad fi.in verbo,vendicari.C.de indic. viduit.Et hoc quoque expreſsim voluit Alex.d.conſi.x.tum col.j.verſi.& primò,tum col.3.verſi. non obſtat d.l.lib.1. { & iterum conſi.x.videretur fortaſſe,col.3.verſic.non ob.d.l.fin.eod.lib.1.& Fran.Aret.in l.qui abſenti.§.j.col.2.ff.de acquir.poſſ. } & Anto.Rub.conſi.lviij. ſeries facti,col.2. & propè omnes quos ſuprà citauimus. { & faciunt not.per Bart.in l.ſi vt proponis.C.de condit. ob cauſam. }

*Quando lex aut ſtatutum intelligatur eſſe latæ ſententiæ, aut ferendæ.*

20 ¶Cæterum poſteaquam huc peruenimus lector amantiſsime, libet hoc loco affatim abundeque tractare quando lex aut ſtatutum intelligatur eſſe latæ ſententiæ,aut ferendæ,in vnumque veluti corpus congerere quæ à noſtratibus doct.vellicatim diuerſiſq; locis de ea re ſcripta ſunt, vt hinc faciliùs poſsint legum ſtudioſi expromere quod in rem ſuam futurū eſſe putabunt: quandoquidem res eſt non inutilis,neque contemnenda,ſed quæ in cōtrouerſiam quotidie adducitur. Igitur in primis Bal.in l.iubemus.§.vlt.C.de ſacroſan.eccl.ita in eam rem diſtinguit:Aut loquimur in pœna obligatoria,& requiritur ſententia.l.ſi qua pœna,in verbo,virtus.ff.de verb.ſigni.Aut in pœna afflictiua,& idem l.quòd ad ſtatum.ff.de pœnis.Aut in pœna priuatiua,& idem,niſi ſit dictio mox,vel dictio,ipſo iure,vel dictio,ipſo facto:vt no.in auth.de nupt.in prin.facit l.vlt.C. loca.& c.ij.de reb.eccle.nō alie.lib.vj.& cle.j.eo.tit. Quædam eſt pœna ab actione excluſiua,& tūc idem l.vlt.C.de iuram.calum.quia requiritur ſententia.auth.qui ſemel.C.quomo.& quand. iud. Quædam eſt pœna tacitæ cōfeſsionis inductiua,& tūc ſi poteſt probare contrarium, intelligitur per ſententiam,vt d.l.vlt.aliàs ipſo iure.l.quoniam.ff.de his qui not.infa. Quædam eſt pœna iuriſdictionis prohibitiua,vtputa, non reddatur ius.In quo dicit Iac.Aret.in quadam diſput.quòd intelligitur ipſo iure,nec valet iudicium ſi contrà fiat.facit l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccle. cōfu. Adde tamen quòd vbi non requiritur ſententia diſpoſitiua,ſi tamen factum reuocatur in dubiū, requiritur ſentētia declaratoria,per l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci,& ca.pro humani, de homic.lib.vj.Facit quod not.gl.in authen.de tabel.§.pe.vbi glo.dicit,quòd ſi tabellio per ſententiam legis eſt priuatus officio tabellionatus,hoc tamen non eſt declaratum per ſentētiam hominis, ſed eſt occultū,ſi iſte tabellio exercet officium,quia eſt in quaſi poſſeſsione officij,valent inſtrumēta ſua.quod alibi in iure ciuili nō habes.Hactenus Bal.vbi ſuprà.Alexander autem in additio. Bart. in l.imperator.ff.de iure fiſci,alia multa in eam rem allegat, vt oſtenderet quando quid intelligatur fieri ipſo iure,vel per ſententiam.multa quoque Barba.in c.ſi diligenti,col.37. & multis ſeq. ad 7.col.extrà de for.compet.Omnium autem plurima Feli.in c.Rodulphus,col.15.verſi. vltimò quia tex.cum multis ſequen.extra de reſcrip.& ante hos quædam etiam allegat Bar.in authen.de inceſt.nupt.in prin.

*Verbum aut participium præſentis tēporis in dubio eſt canon latæ ſententiæ.*

21 ¶Ego verò rem hanc cæteris dilucidiùs vberiuſque ac ordinatius tantùm ( nam meliùs quis poſſet? ) hoc loco tractare conſtitui.Igitur vt ad rem accedamus, Verbum aut participium præſentis temporis,vt ordinem Grammaticorū ſequamur,in dubio eſt canon latæ ſententiæ,vt planè innuit gl.in l.ſi quis maior,in verbo,infamia,iuncto tex.in verbo,notatur.C. de tranſact.quam ſequuntur Bar.Bal.Saly.Pau.Caſt.& recentiores ibi,& expreſsiùs voluit glo.in l.j.§.afficerentur.C. ne lice.poten.& in l.ſicut,in verbo,minimè.C.de teſta.mili.& in l.ſi quis in tantam,in gl.magna, verſi.quartò quæro,& ibi Bar.& Ang.vterque col.vlt.C. vnde vi.idem Bart.in l.iubemus nulli.§. ſanè ſi hoc,col.vlt.& ibi Alex.C.de ſacr.eccl.& in authen.qui ſemel,ante fi.C. quomo. & quand. iud.Archi.in c.inolita,col.j.ad fi.xj.q.j.Bal.in l.ij.in addi.in iij.q.& ibi quoque Saly.etiam in iij. q. C.de iure emphy.idē Bal.in c.j.§.ſi quis miles,in verbo,amittat,tit.de feud.ſine culp.nō amit. {& in additio.Spe.tit.de loca.§.nunc aliqua,in xlvj.q.} & conſi.ix.factum tale eſt,col.3.verſi.ſed hoc eſt aduertendum,lib.1.Saly.in l.cum poſteaquàm,& ibi Iaſon in iij.no.C. de pact.& idem Salyc. in l.decernimus.C.de ſacro.eccl.& in l.ſi totas.C.de inoffi.dona.& in auth.inceſtas.C.de inceſt. nup.& in authen.hoc amplius,& ibi Corn.col.j.& Iaſ.col.3.verſi.ſecundo.C.de fideic.Ang.conſ. ccclxxj.multùm conſidero,in fi.Ant.in c.accedentibus,col.pen.extra de priuil. Imo. in prooemio decret.& in repe.c.vlt.col.45.in paruis,extr.de præſcri.& in c.ſi quis,extr.de vita & hone.cler.& in c.ſi quorundam,col.3.extr.de ſolutio.& in c.vlt.ext.de accu.Raph. Com.conſi.clxiiij. prælatus certæ eccleſiæ,col.2.Domi.in c.j.in fi.de iniur.lib.vj.Rom.conſi.ccxij.quo ad primū,in iij.dubio. & ſing.ccccvj.fuit à me quæſitum.Panor.in c.cæterùm,col.j.de reſcrip.& in c.nonnulli.§.ſunt & alij,col.3.verſi.ſed dubitatio remanet,eo.tit.& in c.quiſquis,de elect.& in c.querelam, col.2.de iureiur.& in c.nouit,in fi.de his quæ fiunt à præla.& in rep.§.quia verò,col.7.verſic.ſecundò diſcutiendum,& ſeq.extr.de præben.& in c.ij.col.vlt.de ſolu.& in diſpu.incip.Augerio, col.14.verſic. contrarium credo.Ioan.Plate.in l.quoties,quæ eſt penul.col.j.verſi.ſed quæro nunquid.C.de dignita.lib.xij.Fran.Cre.no.vij.tu ſcis quòd verbum.Io.Ray.in §.callidis,verſi.pœna,in ix.& xj. q. primæ partis prin.titu.de prohi.feud.ali.per Fed.& in §.præterea ſi quis, in xix.q.eo.tit.Aegidius Bellame.conſi.ix.factum tale eſt,cum eſſet lis,col.x.verſi.item non obſtat quod dicit Barb.in l.ſtipulatio non valet,in prin.ff.de verb.obl.& in addi.Panor.in c.j.extra de adul.Corn.conſi.xv. ex quo dictus Franciſcus,col.5.verſi.tamen eſt aduertendum. lib.1.& conſi.cccxij. in hac conſultatione,col.3.verſi.cum non ſolùm,eo.lib.1.Fran.Aret.in c.ij.in v.not.ext.de for.comp.Iaſ.in l.eam quam,



qua,col.8.verſ.teneo communem.C.de fideic.& in l.manifeſtæ,col.vlti.ff.de iureiur. & in l.poſthumo,col.7.verſi.pro qua op.C.de bon.poſſ.contr.tab.& conſi.liiij.circa primum dubium, col.j. lib.iij.& conſi.cxviij.videretur in præſenti,col.3.verſi.ſecūdò verbum ſit,lib.iiij.Phil.Dec.in auth. caſſa,col.j.C.de ſacroſ.eccle.& in l.cum poſteaquā,col.j.in ij.no.C.de pact.& in l.j.col.10.nu. 67. C.de ſum.trini.Fortu.Garc.in lib.de vltimo fine iuris,char.xxiij.verſi.quartus caſus.Fran.Purpu. in l.more,col.antep.verſi.tertiò ampliatur.ff.de iuriſd.om.iud. { Ioan.Crot.in rep.c.j. col.8.verſi. contra tamen principalem,de conſtit.lib.vj.Iaco.à S. Geor.in tract.feud.in verbo,qui quidem in ueſtiti,&c.col.2.verſi.item dubitatur.} Et hæc quidem eſt frequentior noſtratum ſententia.

*Præcedēs ſententia limitanda.*

22 ¶Quam ſi ſequaris,vt ſequendam eſſe arbitramur,temperabis,vel,vt noſtrates non omnino malè loquuntur,limitabis iiſdem modis,quibus & verbum præteriti temporis,de quo ſtatim poſtea dicemus,etiam limitabimus.Nam & eiuſdem (quantum ad hanc rem pertinet) naturæ eſt,atque etiam de vtroque ſimul in illis limitationibus differemus , ex quibus aſſumes quæ huic loco ſub ſeruire cognoueris.

*Et quomodo.*

23 ¶Sed & tu alio item modo limitabis procedere, niſi alia verba eiuſdem cōſtitutionis quæ verbo præſentis temporis vtitur,aliud inducerent,videlicet ferendam ſententiam, non latam. Nam & tunc id verbum præſentis temporis latam non diceret.Ita expreſsè voluit Saly.in c. cùm poſteaquàm.C.de pact.Quod confirma ex iis quæ dicemus in ſimili infra verbo,futuri temporis.verſi. 63.incip.vndecimò fallit.

*Qui negent uerbum præſentis tēporis eſſe latæ ſententiæ.*

24 ¶Quanquam ſunt qui ex diametro illi cōmuni ſententiæ repugnant, nempe negantes verbum præſentis temporis eſſe latæ ſentētiæ.& omnes propè ſibi cōtrarij,videlicet gl.in l.j.in verbo,publicatur,& ibi quoque expreſsiùs Bar.ff.de vi priua.Pet.Iac.tit.de cau.ex qui.do.debet amit.prop. in xiij.diſt.feud.col.illius ij.verſi.itē cum dicitur.Ang.in l.j.C. de pœna iudi.qui male iudi.niſi ibi ſit mendum in dictione præſentis.Pet.Anch.conſi.cij.contra dictam donationem,verſi.ſecundò & ſubtiliùs.Imo.in c.ſi diligenti,& ibi etiam Franc.Aret.de foro compet.Domi.ſibi contrarius,& Card.Alex.in c.ſi quis,vterque in fi.xxiij.di.Pau.Caſt.in d.auth.hoc amplius,col.2.verſic.in text. ibi,excluditur Rom.ſingu.ij.licèt verbum præſentis. Et ita etiam ſentiunt Barb.& Corſe.quibus locis.4.col.hinc verſi.ſecūdo citabimus.& Fran.Luca.in tract.de priuil.fiſci.in ij.parte prin.in xij. eademque vlt.q.dum allegat Bart.in d.l.j.

*De eadem re.*

25 ¶A quibus ſtant multi tex.iungentes verbis præſentis temporis huiuſmodi dictiones,eoipſo,ipſo iure,omnino, videlicet in l.is cui lege,ibi,ipſo iure non valet.ff.de teſtam.& in l.j.ibi,& pleraque ipſo iure non valent.ff.ad ſenatuſc.Velleia.& in c.ſi gratioſè,de reſcri.lib.vj. & in c.ſi poſtquam, ibi,eoipſo viribus euacuatur,de elect.eo.lib.& in c.clericis,verſi.prælatis,de immu.eccle.eo.lib.vj. & in c.j.verſi.omnem perſonam,de ſchiſma.eo.quoque,lib.vj.Nam ſi verba præſentis temporis, quib.illi tex.vtuntur, fuiſſent per ſe atque ſuapte natura latæ ſentētiæ,fruſtra additæ fuiſſent illæ dictiones,quæ latam ſententiam demonſtrant,vt poſtea dicemus,cōtra l.j.§.ſed hoc ſtudioſum. C.de vete.iur.enu.cum ſimi.Ideoque additas fuiſſe,vt latam ipſam ſententiam oſtenderent.

*Solutio contrarii.*

26 ¶Sed quod his reſpondeatur,in promptu eſt,nempe has dictiones adiectas fuiſſe,non quòd verbis deeſſet vis illa latæ ſententiæ,ſed ad maiorem certioremque ac dilucidiorem latæ illius ſententiæ declarationem,vt plerunq; aliàs fit,id atteſtante gl.in re ſimili,in c.licèt canon, in gl.j.de elect. lib.vj.cùm dicit,nec fuit hoc propterea ſuperfluum,cum clariùs exprimat,& ibi hoc quoque not. Domi.& Phil.Fran.& eſt ſimilis gl.in c.j.in verbo,& filio,de ſum.trini.& fide catho.eo.lib.vj.vbi etiam Domi.& Phil.Franc.no.non dici ſuperfluum quod clariùs ac diſtinctius exprimit id quod per ſe intelligitur.nam vt etiam dicit Panor.in c.ſolitæ,col.2.verſi.in gl.in verbo tāquam, ext.de maio.& obed.quādoque verba ponuntur tollendæ dubitationis cauſa , cùm tamen tacitè inſint, per l.qui mutuam.ff.mand.cum multis concor.à me collectis in noſtris commentariis conſuetudinum Picta.tit.ij.c.ij.Modò id vnum non omittamus,quod iuriſconſultus in l.j.§.ſed ſciēdum. ff.de ædil.edic.tradit,ædiles in ſuo edicto tollēdæ dubitationis gratia bis ἐκ παραλλήλου,id eſt,ex geminatione,idē(ſcilicet morbi vitiíve)dixiſſe,ne qua dubitatio ſupereſſet:nā & aliàs videmus nonnūquam binas,atque plures dictiones latæ ſentētiæ coniungi,vt in c.cùm ex eo,in fi.de elect.lib. vj. vbi dicitur, extunc dictā pœnā ipſo iure ſe nouerint incurſuros.Nam dictiones extūc,& ipſo iure,eā vim latæ ſententiæ habēt,vt dicemus poſtea in xliij.& xlvj.fal.futuri tēporis:imo & verbum incurſuros,per ſe eandem vim habet,vt dicemus etiā in xlvij.fallen.eiuſdem tēporis. Quin & aliquando videmus quatuor dictiones eiuſdem roboris ſimul iungi,vt in c.excōmunicamus. §.credentes,extr.de hære.vbi dicitur,extunc ipſo iure ſit factus infamis. nā præter illas, extunc, & ipſo iure ſit,per ſe eſt quoque latæ ſententiæ,vt dicemus infra in lx.fal.futuri temporis.ſed & factus vt participium præteriti temporis,de quo etiam dicemus ſtatim nu.videlicet 32.

*Verba aliquando ponūtur tollendæ dubitationis gratia , quæ tacitè inſunt.*

*Comprobatio eiuſdē, & uide nu.47. inferius.*

27 ¶Et ſæpe aliàs videmus has dictiones ipſo iure,omnino,& ſimiles latæ ſententiæ annecti verbis præteriti tēporis,quæ hauddubie ſunt & latæ ſententiæ,vt ſtatim dicemus.nā id videre licet { in l.ſcribit.§.itē ſcripſit,ibi,ipſo iure ſit obligatus.ff.de auro & arg.leg.& in l.in ſuis hæredibus, cùm dicitur,ſtatim ipſo iure hæredes exiſtūt.ff.de ſuis & legit. vbi cū verbo futuri temporis ponūtur hæc duo,ſtatim,& ipſo iure,quæ ſunt eiuſdē ſignificationis, vt poſtea dicemus } in c.quiſquis,& c.congregato,& c.dudum eccleſia,extra de electio.& c.cum olim,de maio.& obed.& c.de multa, de præb,& c.ſtatutum.§.vlti,de reſcrip.lib.vj.& c.j.in fin.de conſue.cod.lib.vj.& in c.j.§.vlti. & c. auaritiæ,

auaritiæ,in fin.& c.fundamenta.§.quòd ſi ſecus,de elect.lib.vj.& in aliis infinitis locis iuris, præſertim canonici.nec enim omnes voluimus nec poſſumus, nec etiam neceſſe eſt adducere.alios tamen videbis multos inferiùs nu.47.nec hactenus,& aliis multis huius tractationis: nã & talia multa ſæpius poſtea occurrunt, in quibus id tibi præcipuè menti tenendum eſt, quod in hoc verſi. diximus.

28 { ¶Quibus addere potes quod ſcribit Hoſti.in c.nimis iniqua, paulò ante fin.extr.de exceſsibus prælat.ſatis fuiſſe dixiſſe in eo tex.vniuerſi,quantum ad mẽtem, additur tamen & ſinguli vt occurreretur illorũ malitiis qui ad detractandũ bonum obedientiæ,friuolas,licèt ſubtiles occaſiones prætendunt,vt patet in c.eam te,extr.de reſcrip.ideo ſi non dixiſſet,ſinguli, forſan aliquis aſſereret,quòd non cõprehenderetur ſub hoc nomine,vniuerſi:quia ſcriptum eſt aliud eſſe ius vniuerſitatis,aliud ſingulorum.l.ſed ſi hac lege.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocan.Ex quo ſubinfert quòd in literis, inſtrumentis & priuilegiis nõ poſſunt nimis ſpecificari quæ ſpecificanda ſunt ad malignorum ſophiſticam interpretationem tollendam,vt ibi, & in c.ad audientiam,extr.de deci. & in c.in his,extr.de priuil.Et hoc quoque repetit Io.And.in d.c.nimis, etiam ante fi. & Fel.qui alia quædam ad hoc adducit in c.venerabili,in ij.no.de offi.deleg.& in d.c.eam te,col.13.verſi.ex his infertur. Et facit text.in l.qui mutuam.ff.mand. quòd quæ dubitationis tollendæ cauſa inſeruntur,ius commune non lædunt.}

*In literis, inſtrumentis, & priuilegiis omnia diligenter ſpecificanda.*

29 *Quomodo intelligẽda poſterior opin.*

¶Si tamen hanc poſteriorem partem teneas, quæ negat verbo præſentis temporis vim latæ ſententiæ ineſſe,eam temperabis procedere, niſi ratio ſubiecti argumẽti ſiue materiæ aliud ſuaderet. ea enim magis ſequenda eſſet,quàm vis ac natura & proprietas verbi, vt ſic eſſet potiùs ferendæ quàm latæ ſententiæ,ſecundum Imo.in c.ſi quis,extr.de vit.& hone.cleri.Quod confirma ex iis quæ latiùs ſtatim dicemus in verbo præteriti temporis.in ij.fallen.

30 *Dictio nihil, aut fruſtra,addita uerbo agit, quid importet.*

¶Limitabis item procedere,niſi verbo,agit,quod eſt huiuſmodi temporis,adiiciatur dictio nihil, ita videlicet,nihil agit,quia hauddubie intelligitur ipſo iure,per tex.in l.vlt.in verbo,nihil agit.ff. de libe.& poſth.Ex quo not.Bal.quòd ſententia lata ſuper libello inepto,eſt ipſo iure nulla,& ſequitur Barba.in c.ſuper literis,col.26.de reſcr.& in c.prudentiam,de offi.deleg.& conſi.xliiij.ſcribitur apud Prophetam,col.2.libr.1.quibus dicit idem ſi dicatur,fruſtra agit, per tex.in l.fideiuſſor. ff.de neg.geſt.& ſequitur vtrunque Ant.Corſe.in ſuis ſingu.in verbo,nihil agit,vbi & pro poſteriore dicit facere tex.in l.niſi.ff.de tute.& ratio.diſtra.vbi Bal.illud idem colligit,quod ſuprà ex eo diximus, videlicet nullam eſſe ipſo iure ſententiam latam ſuper inepto libello. Sed & pro priore eſt bonus tex.in §.i.iunctis ibi no.per doct.Inſti.quib.ex cau.manu.licet.Cæterum de poſteriore, videlicet de dictione fruſtra, latiùs infra dicemus in xxxviij.fallen. Conſtat autem apud omnes dictionem nihil,eſſe vniuerſalem negatiuam,per l.ſi is qui ducenta.§.vtrùm.ff.de reb.dubiis, & diximus ſuprà in verbo,ſuſceperit liberos,verſi.83.horum omnium.

31 *Limitationes unde petẽdæ.*

¶Poteris & tu hanc poſteriorem ſententiam,ſi eam ſequi velis,iiſdem modis limitare, quibus & inferiùs limitabimus,quod ſtatim dicemus de verbo futuri temporis.Nam ſi ea obtinent in futuro,quod citra omnem controuerſiam eſt ferendæ ſententiæ,vt ibi videbitur, multò magis & in præſenti,quod multorum & quidem numeroſiorum opinione eſt latæ ſententiæ,obtinebunt.Sed iam ad reliqua pergendum eſt.

32 *In dubio uerbum & participium præteriti temporis, eſt latæ ſententiæ.*

¶Verbum & participium præteriti temporis etiam in dubio eſt latæ ſententiæ,vt de verbo eſt gl. in d.l.iubemus nulli.§.œconomus,ſuper verbo,priuetur,& ibi Bar.qui dicit illam glo.eſſe notandam & ſignandam,& Bal.& alij.C.de ſacroſan.eccle.& glo.in l.in criminali,ſuper verbo, habeatur,in fi.& ibi Bald.& Ange.C.de iuriſd.om.iudi.& glo.in l.ſi quis maior,in verbo,priuatus.C.de tranſact.gl.in d.l.ſi quis in tantam,quo loco ſuprà allegauimus,& ibi etiam Bar.& Bald.col.pen.& Ang.C.vnde vi.& gl.in c.ij.§.inhibemus,in verbo,innodari,& ibi Phil.Fran.de hæret.lib.vj.Bart. in d.authen.qui ſemel,ad fi.C.quomo.& quan.iud.& in l.extat,col.vlti.verſi.ſed vtrùm creditor. ff.quod met.cau.& in l.Meuius.§.duobus,col.vlti.ff.de leg.ij.& in l.ſi quis maior.C.de trãſact. Bal.& Saly.in auth.inceſtas.C.de inceſt.nupt.in lect.anti. {& idem Bald.in authen.in donatione. C.de ſecun.nupt.in ij.lect.} & in c.at ſi clerici,col.pen.extr.de iudic. {& in addit.Spec.tit.de loca. §.nunc aliqua,in xlvj.q.} Salyc.in l.decernimus,poſt prin.C.de ſacroſanct.eccle.Imo.in c.vlti.de tranſact.& in c.ſi diligenti,col.2.verſi.in gl.perdant,ext.de for.compe.& in c.vlti.col.17.verſi.ſed certè vbi ſtatutum.extr.de præſcri.& in c.ſi quorundam,col.3.de ſolu.Mart.Laud.in c.j.§.illud tamen,poſt princ.& ibi etiam Card.Alex.in §.item qui domino,etiam poſt prin.tit. quæ ſit pri.cau. bene.amit.Anto.conſi.iij.Ieſu Chriſti,&c.viſo teſtamento,in prin.Ioan.Plat.in d.l.pen.col.j. C. de dignit.libr.xij. Aegid.Bellame.d.conſi.ix.& Pan.in c.nouit,in fi.extr.de iis quæ fiunt à prælat. ſine conſen.cap.Ioan.Ray.in d.§.pœna,in viij.q.primæ partis,tit.de prohib.feud.ali.per Fed.Fran. Cre.d.not.vij.Cor.conſi.lxxxix.viſo ſupradicto puncto,col. pen.lib.iij.& conſi.xl.viſo proceſſu, col.4.verſi.ex quibus verbis,lib.iiij. {Iaſ.conſi.xlvj.pro fiſco regio,in prin.lib.iij. }

33 *De participio.*

¶De participio voluit glo.in authen.caſſa,in prin.C.de ſacroſ.eccl.& in d.l.ſi quis maior,in verbo,priuatus,& ibi Bart.col.vlt.& Salyc.col.j.C.de tranſact.& in l.vlt.in verbo,conſtituti.C.loca. & in c.cum in cunctis.§.vlt.in verbo,priuatos,ext.de elect.& in ca.quoniam, in verbo,mucrone percuſſum,ext.de offic.ord.& in c.extirpandæ.§.qui verò,in verbo,priuatum,& ibi quoque Inn. Hoſtien.& alij extrà de præbend.& in c.ita quorundam, in verbo ſubiectos,extrà de Iudæ.& in

c.grauem,



cap.grauem,in verbo,priuatos,extrà de ſenten.excom.& in c.adminiſtratores,in verbo priuatos. xxiij.q.v.& in c.vlt.in verbo,ſuſpenſum,de tempo.ordin.lib.vj.& in clem. ſæpe,ad fin.in verbo, irritus,& ibi Imol.col.vlt.de verb.ſignifi.Innoc.Hoſt.& Io.And.in c.ad falſariorũ,omnes in verbo,innodatos,extra de crim.falſi.Hoſtien.in c.licet,col.vlt.extrà de voto.Bart.in l. imperato.ff.de iure fiſci.Pano.in c.ſi diligenti,col.viij.ſuper gl.in verbo,perdant,extrà de foro compe.Pau.Caſt. conſi.lxviij.in caſu præſenti puto ſic dicendum,lib.ij.Corn.conſi.ccxlvj. videtur in hac conſultatione,poſt princ.lib.iij.& Card.Alex.in c.in nomine domini,col.iiij.verſic.nota ex text.ibi,à liminibus.xxiij.diſt.& Alcia.in l.poſtquam,in verbo,irritum.C.de pact.

34 ¶Hæc tamen procedunt,niſi lex quæ pœnam imponit, veniat ad interpretationem legis veteris, quæ eandem pœnam imponit,ſed non ipſo iure:nam tunc verbum præſentis (vt vtrunque iungamus) & præteriti temporis quo noua hæc lex vtitur,ita temperatur à lege veteri, vt canonem ferendæ tantum ſententiæ,non etiam latæ inducat,vt voluit Franc.Aretin. qui monet perpetuo menti tenendum,in cap.ij.per illum tex.iuncta glo.in verbo,ſequeſtratus,extra de foro compet.

*Quando canonem ferendæ ſententiæ inducant, & non latæ.*

ſcribitur lib.Heſter,col.iiij.lib.j.& in repet.c.Raynaldus,col.xlv.& iterum col.clxj. extra de teſta. & in c.qualiter,col.iiij.extra de iud.& in c.ex parte,le j.extra de offi.deleg.& ibi etiam Felin. col.j. qui dicit de hoc eſſe tex.in c.ſi religioſus,de elect.lib.vj.ſed hoc ibi exprimitur.& in l. generaliter, col.6.ff.de verb.oblig.vbi ad hoc allegat multa iura.Marianus in c.Iudæi,le ij.extra de Iudæ.Fran. Aret.in c.ſi diligenti,col.v.extra de foro compet.vbi ad hoc dicit ſing.illum tex.iuncta glo. in d. §.ſi pecunia,idem Aret.in c.fraternitatis,col.x.verſ.in contrarium arguitur,& col.ſeq.& ibi etiam Felin.col.iij.verſ.ſed iſtis non obſtantibus,de teſtib.& in c.cùm veniſſet,& ibi quoq; Felin.vterq; col.ij.eo.tit.Corn.conſi.lix.diu poſt conſilium,col.ij.verſ.quod maximè dicendum, lib.ij.& conſ. cciij.in hac conſultatione,col.ij.eod.lib.ij.Alex.in l.ſi inſulam,col.v.verſ.ex hoc infero. ff.de verb. oblig.{& conſi.vj.circa proceſſum,col.pen.lib.iij.Corn.conſ.lix.diu poſt conſilium, col.ij.verſ.& licèt pœna,lib.ij.}Card.Alex.in c.præter,col.ij.verſ.quæro an iſtud.xxxij.diſtinct.Philip.Franc.in c.quàm ſit.§.cæterùm ſuper glo.vlt.de elect.lib.6.& in c.ij.col.ij.in vj.not.de pact.lib.vj.Io.Bapt. Cacia.in l.more,in xxj.quæſt.ff.de iuriſdictio.omn.iudi.Feli.in d.c.Rodulphus,extra de reſcrip.& in c.gratum,ad fi.extra de offi.deleg.& in c.paſtoralis,col.pe.verſ.quartò,extra de excep.& in c.de regularibus,in ij.not.extra de ſimon.vbi illam glo.dicit ſing.Iaſ.in l.pen.col.ij. verſ.ſextò põdera. C.de pact.& conſil.clxviij.ſtatuto inclytæ,col.vlt.lib.ij.Philip.Dec.in c.ad hæc,le j.col.iij.extra de appellat.Fran.Purpu.in l.more,col.antepe.verſ.tertiò ampliatur.ff.de iuriſdict.omn.iudic. Corſe. in ſuis ſing.in verbo,omnino,vbi & ad hoc allegat glo.in l.obſignatione. C. de ſolut. relatam ad tex.in d.§.ſi pecunia.Hippol.Marſil.in ſua practica cauſarum criminalium,§.aggredior , num. 113. {Stepha.Bertrand.conſ.cxlij.ex themate,col.ij.verſ.ad ſecundum.lib.iiij.}

*Comprobatio eiuſdem.*

77 ¶Et quanquam ea glo.in d.§.ſi pecunia,propè ſola in id ab omnibus citetur,à multíſq; ſingu.dicatur,eſt tamen & alia,& ea quidem expreſsior,in c.vlt.in fi.in verbo,omnino, quam ibi expendunt & commendant Domi.& Philip.Francus,de offi.delegat.lib.vj. quam & ad hoc obſeruauit Franc.Aret.in c.j.col.iiij.verſ.aliquando facultas,extra de accuſa.vbi & de hoc dicit eſſe text.in c. iudex,ad fi.de offic.delegat.lib.vj.Eſt item alia glo.in c.licèt canon,in verbo,carere,de elect. lib.6. niſi dicas ibi hoc eſſe propter verbum carere, quo etiam vtitur text.ibi, de quo poſtea dicemus. Alia denique gloſſ.in c.j.in verbo,vacuamus,quod met.cauſ.lib.vj.niſi dicas & id eſſe propter verbum vacuamus,quod eſt præſentis temporis.Et eſt bonus tex.ſi rectè intelligatur, in §.præterea, Inſtit.de excep.quanquam aliò trahatur à glo.& docto. Sed nullus melior neque apertior tex.eſt, quàm in l.ſi non ſortem.§.indebitum.ff.de condict.indeb.cùm dicitur, non ſolùm ſi omnino nõ debebatur,ſed & ſi per aliquam exceptionem peti non poterat.

*Dictio omnino, operatur, quòd ſit parata executio.*

78 ¶Et in hãc ſententiam optimè facit,quòd hæc dictio omnino,id operatur, quòd ſit parata executio,vt dicit Bart.in l.j.col.vlt.ff.iud.ſol.Et quidem executio præciſa,vt aſſerit Cardi.Alex.in c.tuę fraternitati,col.xij.verſ.ſolutio abbas,extra de ſponſal.per not.per glo.in l.Græcè.§.illud. ff.de fideiuſſ.& in cle.ij.de æta.& qualit.& in clem.j.in verbo,omnino,de vita & honeſta.cleric. Vt quæ etiam ſit dictio præciſa,vt dicunt Bald.& Saly.in d.l.ij.C.de iure emphy.Bald. in l.vlt.col.j.in iij. oppo. C.de contrah.empt.& in c.ſi Chriſtus.col.2.extra de iureiur.Ro.in l.quod te.ff.ſi cert.pet. Barb.qui ad hoc multa allegat,in l.ij.§.& harum.col.ij.ff.de verb.oblig.& conſil. xlv. mandato & iuſſu,col.iij.verſ.item adduco,lib.ij.Franc.Areti. qui item multa adfert in d.c.qualiter & quando, le ij.col.vj.verſi.eſt enim omnino,extra de accuſ.& Alexan.qui item multa adducit in l.precibus, col.j.C.de impub.& ali.ſubſtitu.& conſ.lxxxviij.in cauſa dominæ Bartholomeæ,in princ. lib.iiij. {Corne.qui item multos ac multa citat d.conſi.lix.col.ij.verſ.quod maximè , Franc. Curt.ſenior conſ.xliiij.ſuper contingentia,col.iij.verſ.pro concluſione,vbi etiam multa ad hoc aduocat.& Socin.conſ.ccxlix.materia,col.x.verſ.primò in effectum,lib.ij.& conſ.ſeq.in cauſa Bononienſi , col. iij.verſ.aliud eſt,eo.lib.ij.Georg.Nat.in repe.c.quamuis,col.x.num.51.verſ.quintò not.de pact.lib. vj.Iaſ.conſ.xxiij. octo dubia,col.ij.lib.iij. Ideo etiam eam vim habet , vt quis præcisè cogatur ad factum,vt voluit Ro.in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.& Felin.in d. c.ex parte, col.j.extra de offi.deleg.& facit quod infrà dicemus de dictione,omnimodo, & quod ſcribit Oldra.conſi.cxliij.thema tale eſt,dominus B.paulò ante medium.

*Et ut quis præcisè cogatur ad factũ.*

*Præcisè quid ſignificet.*

79 ¶Quod quidem(ſcilicet præcisè)ſignificat(vt id obiter dicam)vt ſine vlla exceptione,& vt vulgò dicimus,ſine remedio,& ad vnguem,indiſtinctè,& ſine conditione id fiat. Cicero epiſtol.ad Atticum lib.viij.epiſtola cui initium eſt,Dionyſius,Ego nemini,cuius cauſam non reciperem , nunquam reo cuiquam tam humili,tam ſordido,tam nocenti,tam alieno,tam præcisè negaui , quàm hic mihi planè ſine vlla exceptione præcidit.Et ex noſtris Bal.in rub.extra de conſtit. colum.2. verſi.ſtatuta præciſa,& iterum verſ.quid eſt dicere præcisè,dicit id verbum præcisè ſignificare ad vnguem,omnimodo,& indiſtinctè.Et ſequitur Barb.conſi.xxxix.clementiſsimi Dei,col.iij.lib.ij. & conſ.lxxvj.illud in medium referam,col.xj.verſ.quintò eſt aduertendum,lib.iij.& conſil. 6.illud in medium adducam,col.xiij.lib.iiij.Et idem propè voluit ipſe Bal.{in l.ij.C.de excep.rei iudi. &}conſi.clxx.ad euidentiam,lib.iij.de quo & tu vide eundem Bal.in cap.iij.ad fi.& ibi etiam Pan. in vlt.notab.& Card.Flor.de reſcrip.& gl.in l.iuſiurandum & ad pecunias,in prin.col.xiij. lib.iiij. in verbo,certioretur.ff.de iureiur.& in l.ſed & ſi me putem. §. cùm iter,in verbo, condicam, poſt princ.ff.de condit.indeb.& in l.cum is qui.§.vlt.in verbo,qui hominem,poſt princ.eod. tit.& in l. hæreditatem,in verbo,cogẽdam.ff.de donat.& in l.j.in verbo,in aliis.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt,

intereſt,quas omnes citat Bald.in ſua margari.in verbo,præciſè,ad interpretationem ſignificationis huius dictionis.Cui adde & glo.in l.Pomponius,in verbo,haberi,poſt princ.ff.de negot.geſt. & bonum tex.in l.j.§.vlt.ff.vt legat.not.caue.& in c.j. extra de plus petit.& in c. contra Chriſtianos,de hæret.lib.vj.{& Ang.conſ.liiij.in quæſtione propoſita,ad fi.Fran.Are.in l.ſi ſtipulatus ſim damam.ff.de verb.oblig.}cum ſim.adductis per recentiores in d.c.ij.de reſcript.& per Iaſ.in l.omnes populi.col.antepen.verſi.item dum Bart.cum multis ſeq.ff.{de iuſt.& iure.

*Alia ſignificatio huius dictionis præciſè.*

80 ¶Tullius autem,ne id omittamus,lib.ij.de natura Deorum , aliter illud præciſè accepit,Velut à te ipſo heſterno die dictum eſt,auum fatidicam Prouocam fingi, quaſi quandam Deam ſingularē, quæ mundum gubernet & regat,ſed id præciſè, vt ſi quis dicat Athenienſium rempublicam cōſilio regi,deſit illud Areopagi:ſic cùm dicimus prouidentiā mundum adminiſtrari,deeſſe arbitror Deorum.plenè autem & perfectè ſic dici,exiſtimato prouidentia Deorum mundum adminiſtrari.Eſt ergo ibi præciſè idem quod conciſè,ita vt aliquid deſit quod intelligitur.vnde & illud Gellij alicubi,obſcurè & præciſè dictum.Et Quintiliani lib.x.qui præciſis concluſionibus obſcuri,Saluſtium & Thucydidem ſuperant,id eſt,abruptis & abſciſis,metaphora inde ſumpta , quòd quæ præciſa ſunt,ea ſunt iuſto conciſiora.

*Dictio omnino , excludit omnem gratiā & diſpenſationem.*

81 ¶Sed vt redeamus,}hæc dictio omnino,de qua loquimur, excludit omnem gratiam & diſpenſationem,vt dicunt{glo.in clem.vt hi qui,de ætate & qualitate.Archidiac.in cap.j. in verbo , perſonis omnibus,de religioſ.domib.lib.vj.}Ioan.And.Pan.Ioan.Ana.col.iiij.& Franc.Aret.in d.c.qualiter & quando,le ij.& ibi quoque Felin.col.iiij.extra de accuſatio.& idem Ioa.And. poſt Archid. in cap.cùm ex eo,& ibi etiam Domi.& Philip.Fran.vterque col.j.de electio.lib.vj. & ipſe.Panor. in cap.cùm inquiſitionis.in princ.eo.tit.& in cap.non magno,col.ij.verſi.quæro nunquid , extra ne cleric.vel monach.Domi.in cap.ij.col.ij.poſt alios ibi,de pactis lib.vj.Card.Alex.in cap.de accuſatione,col.liij.verſ.& ideo dicit.ij.q.viij.& in c.ſi quis cum clerico.xj.quæſt.j.Feli.in d.c.de regularibus,extra de ſimo.& in d.cap.ex parte,le j.col.j.extra de offi.deleg.& in c.at ſi clerici.§.de adulterijs,col.iij.de iudic.De quo tamen per Philip.Dec.in cap.at ſi clerici.§.de adulteriis,col.j.extra de iudic.& Philip.Franc.& Georg.Nata.in d.c.ij.vtrunque vbi ſuprà,de pactis,lib.vj.Proinde moræ purgationem non admittit,ex ſententia Ang.in l.vlt.per tex.& gl.ibi.C.de fideicommiſſ.& Alex. in d.l.ſi inſulam,vbi ſuprà.Et ad ſuperiora facit quod de vi huius dictionis tradit glo.in clement. multorum,in verbo,nullius omnino,& ibi Paul.Liaz.Guillielm.Laud.Genez.& Imo.de pœnis.& Felin.in cap.vlt.col.xxiij.in fi.extra de reſcrip.

*Et moræ purgationem non admittit.*

*De eadem.*

82 ¶Sed hæc omnia intelligas niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat,vt videre licet ex cap.j.in fin. & ibi glo.& doct.extra de deſpon.impub.vbi Pan.in fi.illud aſsignat ſubiectæ materiæ.{Quod confirmare potes ex his quæ diximus ſuprà num.37.incip.& aliàs etiam,& alibi ſæpe:vt tamen interim non omittas,quod ſcriptum reliquit Bal.in l.ſuper rebus,col.1.C.de contrah.empt.& vendit. hāc dictionem omnino,eſſe præciſæ ſignificationis, verumtamen recipere congruam interpretationē per d.l.ſi ſtipulatus ſim damam.ff.de verb.oblig.}

*Omnino,præciſæ ſignificationis.*

*Et cum dictio omnis, iuncta eſt ei rei qua quis priuatur.*

83 ¶Decimononò fallit,cùm dictio vniuerſalis omnis,ex qua aduerbium illud, omnino , conficitur, adiungitur ei rei,qua quis priuatur, verbi gratia,ſi dicatur omni iure , omni commodo priuetur, omne ius amittat,& id genus cætera.nam tunc ipſo iure intelligitur, & ita in his terminis loquitur glo.illa,quam ſuprà in præcedenti fallent.citauimus,in d.l.j.§.ſi pecunia.ff. depoſ.quæ tex. ibi dicentem depoſitarium omni actione liberari,ita exponit,omni,id eſt,ipſo iure.quam tamen omnes paſsim non ad hoc allegant,ſed ad id quod diximus in dicta præcedenti fallent. de dictione omnino,quaſi ſcilicet ſentiāt nihil intereſſe ſiue dicatur iure ſuo omnino priuetur,ſiue omni iure ſuo priuetur.Et ita nuncupatim voluit Ang.in §.vlt.in fi.per glo.ibi in verbo,actione, in auth. de litig.& Barb.in clem.j.col.xiij.in paruis,verſ.not.de clauſula,de elect.

*Omnis, nō eſt latæ ſentētiæ.*

84 ¶Tamen Matheſ.nota.cxij.incip.nota quòd vbicunque,conſtanter aſſerit hæc verba,cadat omni iure ſuo,ſiue priuetur omni commodo,& ſimilia non eſſe latę ſententię,ob illam dictionē omni, quamuis dictio omnino eam habeat facultatem,vt latam ſententiam ſignificet : adducítq; apertā rationem diuerſitatis inter vtrunque.Nam cum dicitur,cadat omnino iure ſuo,hæc dictio vniuerſalis omnino,verbum priuādi qualificat,vt ipſe loquitur:at cùm dicitur,cadat omni iure,ea dictio omni,non qualificat verbū ſiue actum priuandi,ſed rem ſiue ius quo quis eſt priuandus.Id quod dicit notandum,quia à paucis eſt tactum.Et idem ad verbum propè retulit & ſecutus eſt Alex. in addi.Bart.in l.imperator.ff.de iure fiſci.Allegat autem Matheſ. gloſſ.in cap.cupientes.§.ſi verò in diſcordia,in verbo,priuetur,de electio.libro ſexto,quæ intelligit illum tex.qui eſt huiuſmodi,omni iure ipſis ex tali electione quæſito priuentur.vt ſcilicet intelligatur per ſentētiam. vbi enim inquit,vult hæc decretalis,quòd ſit canon latæ ſententiæ,bene exprimit. Vides igitur quemadmodum ea glo.apertè ſentit,non ob id conſtitutionem eſſe latæ ſententiæ, quòd in ea dicatur , omni iure priuetur,niſi id aliter exprimatur,ſicuti ſanè exprimitur in c.j.de vita & honeſt.cleri.li.6,cùm dicitur,ipſo iure careant omni priuilegio clericali,vbi glo.in verbo,omni,hoc,inquit,dicit,quoniā multiplex eſt clericorum priuilegium,quaſi dicat,quòd omnibus priuatur , intelligens: ſcilicet id quod dicit Matheſ.quòd illa dictio vniuerſalis,omni,determinat illud ſubſtātiuū,priuilegio.Ideo etiam additur,ipſo iure,ad determinationem verbi,quaſi non id intelligeretur ſub verbis , omni priuilegio,ſed fuiſſe aliter neceſſe exprimi,ſecundum dictam glo.in d.c.cupientes. Et in hanc etiā ſenten



ſententiam Cyn.in auth.qui ſemel,in v.quæſt.& ibi quoque Bart.& Bal.col.j.& Angel. & Paul. ante fi.C.quo.& quando iudex,intelligunt tex.ibi,cuius hęc verba ſunt in fi.ab omni cadat actione,vt ſcilicet ſententia opus ſit,nec ipſo iure cadat.

85 ¶Cæterùm ad illam rationem Matheſ.& hanc addere potes,quòd aduerbia in iure noſtro tenent locum formæ,& magis ſonant quàm nomina,vt tradit Bal.qui hoc extollit,in c.apoſtolica,quod eſt vlt.col.ij.verſ.tertiò quæritur,extrà de offi.delga.per not.in l.Pomponius , de negotiis geſtis, videlicet in glo.in verbo,probauero,ad finem,& ibi Bal.col.pen.verſic. venio ad ratihabitionem. Sed quantum ad tex.& glo.in dicto §.ſi pecunia,qui loquuntur in verbo,liberandi,vide quid dicam infra in lxxiij.fallent.{quæ eſt in nume.240.}Sed & de verbo,cadat,in quo loquuntur Matheſ.Cyn.& alij vbi ſuprà,etiam dicemus in lxj.fallent.

*Aduerbia in iure magis ſonant quàm nomina.*

86 ¶Sed tamen antequam hinc abeamus,non omnino perpetuum eſſe arbitror quod ſuprà ex Matheſ.diximus.quid enim ſi ita dicatur,careat omni robore firmitatis,vt ſcribitur in c. decet.§.vlt, de immun.eccl.lib.vj.& in clem.quia contingit.§. vt autem,de religio.domi.vel etiam ſimpliciter careat omni firmitate,omnibus viribus,omni robore,& cætera id genus , quis negauerit intelligi ipſo iure,& ſine ope exceptionis?Nam aliàs nō careret omni firmitate,ſi quid cōpeteret,ad quod tollendum neceſſaria eſſet exceptio,vel ſententia.Ideo illud mihi viſum eſt veriſsimum , quòd ſi hæc vniuerſalis dictio iungatur cum re qua quis priuari debet,videlicet omni priuilegio,omni iure aut actione,& ſimilibus,non ipſo iure,ſignificat ſecundum Matheſal.ſententiam. At ſi adiiciatur verbo quod vim & efficaciam,quam vocamus,ſiue effectum ac robur actus ſignificat,ita hęc tollere,vt ne ſententia quidem deſideretur,vt vniuerſalis illa vniuerſaliter operetur.

*Autoris opinio de præcedenti fallētia.*

87 ¶Vigeſimo,quoniam dictio prorſus,idem quod omnino,de qua diximus in duabus præced. fallent.ſignificat,teſte Donato tum in Andriam Terentij, tum item in Eunuchum , tum poſtremo in Heautontimorumeno:ideo etiam hæc dictio prorſus,eſt ſimiliter latæ ſententiæ, vel ſi iungatur futuro tempori,vt voluerunt Hoſtienſ.Ioan.And.& Pan.in cap.in quibuſdam , col.vlt.extra de pœnis.Archidiaconus,in cap.ij.poſt princ.de præſcrip.lib.vj.Ant.{in cap.ſuper literis,col.iij.de reſcrip.&}in dicto cap.ſi diligenti,extra de foro compet.& in c.ad aures.{& ibi Feli.col.j.}extrà de præſcrip.Domi.in d.c.quàm ſit.§.vlt.col.vlt. de elect.lib.vj. Matheſ. dicto not.cxij.Corne.conſi. cccxij.in hac conſultatione,col.iij.verſ.quod etiam demōſtratur,lib.j.vbi ad hoc dicit facere text. in l.derogatur.ff.de verb.ſignifi.& in c.ſacris,extrà de his quæ vi metúſve cauſa fiunt.& in d. c.in quibuſdam.{& Felin.in c.inquiſitionis.in prin.col.j.extrà de accuſat.dum allegat dictum capit.in quibuſdam.}& Corſe.in ſuis ſing.in verbo,penitus,in fi.Et facit quod de iſta dictione ſcribit Pan. in d.cap.ad aures,in vlt.not.de præſcrip.& Philip.Dec.conſ.cxiij.viſo tenore,col.ij.Hippo.Marſi. in ſua practica cauſarum criminalium.§.aggredior,num.123.

*Prorſus,idem quod omnino. Prorſus latæ ſententiæ, uel ſi iungatur futuro.*

88 ¶Vigeſimoprimo fallit,cùm etiam verbis futuri temporis additur dictio omnimodo , ſiue in numero multitudinis omnibus modis,vt de ſingulari voluit glo.collata ad text.in auth. qui res , in verbo,ſed meliùs,& in verbo,irroganda.C.de ſacroſ.eccle.& Ant.in cap.ſi diligenti,extrà de foro compet.Corn.conſi.cciij.in hac conſultatione,col.ij.lib.ij.& Franc.Aretin.in d.c.j.col.iiij. extrà de accuſat.& Barb.in d.l.generaliter,col.vj.ff.de verb.oblig.& Alex.in l.ſi inſulam,col.v.verſi.ex hoc infero.ff.de verb.oblig.vbi loquens de dictione omnino,allegat tex.vtentem hac dictione omnimodo,tanquam eandem vim in hac re habeat,& iterum conſi.xliiij.viſa facti narratione.col.j.lib. 3.& Hippol.Marſil.in ſua practica,vbi ſuprà.

*Omnimodo canon latæ ſententiæ. Et omnibus modis.*

89 ¶Eſt enim & hæc dictio pręciſa,ſecundum gl.in l.ſi cum exceptione.§.ſed & ſi quis,in verbo,omnimodo,& iterum in §.quatenus,in eodem verbo,& ibi Bart.ff.quod met.cauſ.& in l.vbi autem. §.vlt.ff.de verb.oblig.& ibi quoque eſt bonus tex.& facit prætcrea tex.in l.Græcè,& quod ibi voluit glo.& Bart.ff.de fideiuſſ.& in clem.j.& ibi glo.& Petr.Anch.de vita & honeſt.cleri. cum aliis iuribus in id allegatis à Philip.Dec.conſi.ccclvj.in caſu dominæ Mariæ,col.j.& quod tradit Bald. conſi.ccclxxxix.reperitur quòd quodam,ante fi.lib.v.& in l.ſi quis argentum.§. ſinautem. qui eſt vlt.circa medium.C.de donatio.vbi dicit quòd hæc dictio facit vt quis præciſè teneatur. {& in l. quoties,in princ.ff.de noxalib.action.vbi ex hoc dicit,quòd hæc dictio facit , vt quis præciſè ad factum cogatur.}& quod etiam ſcribit Saly.in l.vlt.col.ij.in iij.oppo.C.de contrah.emptio.Sed & hæc dictio tacitè cenſetur habere decretum irritans,& tollere facultatem diſpenſandi, ſecundum Ant.in cle.j.ſuper glo.in verbo,nullatenus,& ibi quoque Imo.col.iiij.verſ.ex hoc not.de ſeq.poſ. & fruct.Ang.in repe.l.ſi inſulam, col.vij.verſ.non obſtat.c.potuit,& ibi Alex.col.vj.verſ.pro iſta op.ff.de verb.oblig.& Barb.conſ.lxiiij.ſcribitur Exodi,col.iiij.verſ.idem dicimus,lib.iiij.

*Omnimodo præciſa dictio.*

*Et habet uim decreti irritantis. Et tollit facultatem diſpenſandi.*

90 ¶Vide tamen gloſ.quæ voluit huiuſmodi dictionem,aut ſi mauis dictiones omnimodo non eſſe latæ ſententiæ,in auth.ad hæc,in verbo,cadat,in princ.C.de vſur.Nam tex.ibi dicit,ab actione cadat omnimodo.& tamen glo.intelligit,non quidem ipſo iure,ſed per ſententiam , quam adiuuat tex.in l.ſi à matre.C.de ſuis & legit.his verbis loquens,omnimodo patri ſuo matríve ſuæ ipſo iure ſuccedant.Nam ſi ea dictio,omnimodo,per ſe ſignificaſſet ipſo iure,fruſtra illa verba ipſo iure, fuiſſent adiecta.& ſimilis tex.in l.Iulianus noſter,in fine,ff.de condit.& demon.cùm dicitur,omnimodo inutile erat legatum ipſo iure.

*Repugnatur ſuperioribus.*

91 ¶Sed ego priorem ſententiam potiorem eſſe arbitror.Neque enim video,quid poſsit intereſſe,ſiue dicas omnino priuetur,ſiue omnimodo , nec quantum ad ſignificationem , nec quantum ad determi

determinationem.nam vtrunque determinat,ſiue qualificat,vt loquitur Matheſ. verbum ipſum, non rem qua quis priuatur.Ideo & eadem eſt in vtroque ratio.Quantum autem ad tex.in d.l. ſi à matre,& in d.l.Iulianus,potes dicere quod ſuprà diximus cùm de verbo præſentis temporis loqueremur in verſ.xxv.incip.ſed quod his reſpondeatur. {illud autem quod de dictione omnino dicit Bald.à me citatus ſuprà nume.68.in fi.idem & ipſe dicit de hac dictione omnimodo.}

*Omnibus modis.*

92 ¶De plurali autem,omnibus modis,voluit glo.in §.j.in verbo modis omnibus.& ibi etiam Bar.& Ang.in auth.vt defun.ſeu.fune.& Bald.in d.l.j.§.ſi pecunia.ff.depoſi.Ang.in auth.de litig.in fin.& in l.j.ad fi.C.de pœn.iudi.qui malè iudic.& in l.ſi quis in tantam,col.vlt.C.vnde vi.Rom.qui illã glo.facit ſing.d.ſing.j.Matheſ.d.not.cxij.Maria.in d.c.Iudæi,le ij.de Iudæ.Alex.d.conſi.xliiij.col.j. lib.iij.Barb.in d.l.generaliter,loco ſuprà allegat.ff.de verb.oblig.Ioan.Raynu.in d.§.callidis,verſic. pœna,in xiij.q.j partis prin.tit.de prohib.feud.ali.per Fed.{Barb.in c.vlt.col.pe.ext.de depoſi. vbi & illam glo.dicit ſingularem.}Soci.in l.Marcellus.§.j.col.iij.ff.ad ſenatuſ.Trebel.Iaſon con.clxviij. ſtatuto inclytæ,col.vlt.lib.ij.Hippo.Marſil.in d.ſua practica,vbi ſuprà. Quibus ſuffragatur quod tradit Bart.prout eum aliqui allegant,in l.ſi quis.C.de poſ.huiuſmodi verba habere executionem paratam,vt rem iudicatam.nec aliam exigi condemnationem.Sed videtur Bart.ibi magis innixus fuiſſe dictioni illico,de qua poſtea dicemus,quàm huic de qua tractamus.

*Nullo modo.*

*Negatiua plus habet uirium quàm affirmatiua.*

93 ¶Vigeſimoſecundo fallit è cõtrario in illa vniuerſali negatiua, nullo modo,quæ etiã eſt canon latæ ſententiæ,vt expreſsè tenet Iaſon in l.j.§.ſublata,in ij.lect.col.iij.ff.ad Trebel.& d.conſil. 168. ſtatuto inclytę,col.vj.verſ.item eſt diligenter,& iterum,col.vlt.lib.ij.& ſentit Rom.quem ipſe nõ allegat,conſi.cccxxvj.in præſenti conſultatione,col.vlt.Et hoc mihi placet.Nam ſi id obtineat in vniuerſali affirmatiua,multò magis & in negatiua, quæ ſemper plus habet virium & roboris, efficaciusque obligat,ac magis præciſè aſtringit ſecundũ Archi.in c. ſi peccauerit.ij.quæſt.j. & Pan. in c.nouit,col.xij.verſ.ſecundò quæritur,ext.de iudic.cum multis ſimil. & concord. à me traditis in noſtris conſuetudinibus,tit.x.§.v.in prima limitatione & in noſtro tractat. primigeniorum , in xxiiij.quæſt.num.11.ſed nec priuilegio.

*Nullo modo tollit diſpenſationem.*

94 ¶Porrò ea dictio tantum habet virium,vt omnem etiam diſpenſationem impediat ſecundum glo. no.in cle.ij.in prin.in verbo,concedatur,& iterum in verſ.illi verò,in verbo,nullo modo,de ætate & quali.quam ſequuntur Paul.Leaz.Imo.col.vj.verſ.in glo.concedatur,& Domin.in viij. not.d. verſ.illi verò.& Ioan.An.in c.cùm ex eo,de elect.lib.vj.Bart.in l.omnes populi,in iij.quæſt.iij. qu. princ.ff.de iuſtit.& iur.Ang.& Imo.qui illam facit ſingu. & alij recentiores in l.ſi quæramus.ff.de teſta.Imo.in c.ij.ext.eo.tit.Pan.& Ioan.Anan.& Fely.in c.qualiter.le ij.ille quidem col. vj. hic iij. de accuſat.& Pan.in c.non magno,col.ij.verſ.quæro nunquid prælatus,ext.ne cleric.vel monach. vbi dicit illam glo.no.Ro.conſi.cccxxv.quòd ad primum,col.ij.verſ.ſecundò idem videtur.Barb. qui & illam glo.dicit ſingul.in repe.cap.teſtimonium,col.xv.verſi.opponitur ad primum , ext.de teſti.& in cap.qualiter,col.pen.ext.de iudic.& in c.cùm viceſimum,col.v.ext.de offi.deleg. & cõſ. xix.ſcripſit Propheta clariſsimus,col.vij.lib.j.vbi dicit ſing.& iterum conſil.xxxvij. illud adducã in medium,col.ix.eod.lib.j.Alex.in l.vlt.col.ij.C.de teſta.milit.& Franc.Curt. ſenior qui illam dicit no.conſi.xliiij.ſuper cõtingentia,col.iij.recentiores,in l.vlt.C.de teſta.Feli.in d.c. Rodulphus, col.xix.de reſcript.& in d.c.de regularibus,col.ij.ext.de ſimo.& in cap. ex parte,le j. col.j. ext. de offi.deleg.& in c.at ſi clerici.§.de adulteriis,col.ij.verſ.idem ſi diceret ibi.& Philip.Dec.col.v. ext. de iudic.& idem Dec.conſi.iij.cuius ſuperſcriptio incipit,quando iuriſdictio , col.vlt. verſi.ſextò & vltimò,vbi eam glo.dicit not.& Iaſ.in d.§.ſublata,vbi ſuprà.{& in l.de pupillo. §. ſi quis fortè, poſt medium.ff.de oper.nou.nuntiat.& conſi.clxvj.videretur,col.iij.verſ.ſecundò facit, lib.ij.vbi eam quoque dicit not.& conſ.ſeq.motiuis,col.iiij.verſ.item illa verba,eo.lib.ij.itémque & conſi. ſeq.in iſto ſubtili,col.vlt.& conſi.liij.ſtatuto ciuitatis Florentiæ,col.iiij.verſ.moueor in primis, li. iij.& conſ.clij.quod eſt eiuſdem initij,col.iij.verſ.ſed præmiſsis non obſtantibus,lib.iiij.} & conſil. clxviij.col.vlt.lib.ij.

*Nullatenus. Vniuerſalis negatiua omnimodam nullitatem ſignificat.*

95 ¶Vigeſimotertio cum dictio nullatenus,eandem habeat ſignificationem , ſitq; etiam vniuerſalis negatiua,vt dicit Archi.in c.ſolent,in verbo,ſed natura,de conſe.diſt.iiij.& Domi.conſi.xxxv.attendentes,col.ij. & Rom.conſi.cccxxvj.in præſenti conſultatione , col.vlt. {Ita vt omnimodam nullitatem ſignificet,vt dicit Fran.Aret.in l.j.col.iiij.ff.de teſta.}Ea etiam habet vim latæ ſentẽtiæ, ſecundum glo.in auth.ſi qua mulier,vbi etiam eſt bonus tex.C.ad Velleia.quam glo. ſequitur & dicit ſing.Card.Flor.in cap.ſuper literis,& ibi quoque Barb.ext.de reſcript.& idem Barb. in repe. c.teſtimonium,col.x.verſ.& ex iſtis elicio, extra,de teſtibus,& conſ.vij.Chriſti nomine inuocato, col.iij.lib.iij.& Fran.Aret.in cap.licèt cauſam,in v.notab.& iterum col.v.ext.de prob.& in cap.de cauſis,col.pen.& ibi etiam Felin.col.iiij.extr.de teſtib.& Iaſ.qui illam gl.facit ſing.in l.de pupillo. §.ſi quis fortè.{circa medium}ff.de oper.nou.nunt.& rurſum in l.vlt.col.v.verſ.tertiò pro eadem parte.ff.de feri.& in dicta l.j.§.ſublata,in ij.lect.col.iij.ff.ad Treb.& conſi.vij.adeo copioſè , col.j. lib.j.& d.conſi.clxviij.ſtatuto inclytæ,col.vlt.lib.ij.& conſi.cxxviij. videretur in præſenti , col.iij. verſi.quartò dicitur,lib.iiij.Feli.in cap.paſtoralis,col.x.verſ. ſextò quia dicit,ext.de excep. {gloſſ. pragmat.ſanctio.tit.de collat.§.quod ſi quis ex dictis,in verbo,nullatenus.}& Corſe.in ſuis ſing. in verbo,nullatenus.& Hippol.Marſil.in repet.cap.at ſi clerici,nume.23.& iterum xxviij. extr.de iudic.& ſing.cccccclxxv. anno præterito.Sed & idem voluit glo.in clem.j. in verbo , nullatenus, de ſeq.



de ſeq.poſſ.& fruct.quæ dicit & poſt eam Genz.Anton.Imol.& Panor. quod non tenet actus factus contra diſpoſitionem vtentem hoc verbo,quod & idem voluerũt Ioan.An.& Domi.in cap. Romana.§.ſententias,& ibi Philip.Franc.de appel.lib.vj.& Imol.& Cardin.Floren.poſt Matheſi. in cle.j.ille colum.pen.verſic.ſed an teneat,hic in xxxiij.q.de deciſ. Quinetiam Genz. Anton.& Imol.in dicta cle.j.de ſeq.poſſ.& ibi quoque Card.Flor.in §.ſi quis autem,in vj.quæſt.dicunt per huiuſmodi dictionem tolli poteſtatem diſpenſandi in contrarium:quod etiam voluit Archid. in c.quoniam,in verbo, nullatenus, de immu.eccleſ.lib.vj.& in c.j.lvj.diſtinct.& Collect.in cap.j. in princ.extr.de filiis presbyter.& Imol.in cle.vt ij qui,col.vj.de ætat.& qualit.& Ioann.Ana.in d.c. qualiter & quando,le ij.col.iiij.verſi.& quod not.extr.de accuſ. Ex quibus ipſe Ana.& Imol.primo loco aſſerunt hanc dictionem habere vim decreti. Sed & quòd ſit latæ ſententiæ,tenet {Petr. Anchar.conſi.clxx.principaliter,colum.j.} & Ioan.Ana.in c.quia fruſtra,col.ij.ext.de vſur.& in d. cap.qualiter,le ij.& ibi etiam Fel.col.iij.extr.de accuſat.& in c.ſi aduerſus,col.ij.ext.de hæret.Barb. in repet.d.c.teſtimonium,vbi ſuprà,de teſti.Iaſ.in d.l.vltim.vbi ſuprà,de feri.& in l.ſcriniarios.C. de teſta.milit.vbi tamen illum videas.& Philip.Deci.in c.eam te,col.pen.verſi.expeditis nota.ext. de reſcript. Et facit quod ſcribit glo.in clemen.j.in verbo, nullatenus admittatur , & ibi Cardin. Floren.in xix.q.de ſentent.& re iudic.

*Tollit poteſtatem diſpenſandi.*

*Habet uim decreti.*

*Nullatenus, an ſit latæ ſententiæ.*

96 ¶Non tamen omnino ſine dubio eſt quòd ſit latæ ſententiæ, quando id apertè negat Domin.in cap.j.col.vlti.de iudic.lib.vj.per text.in d.c.quia fruſtra,extr.de vſur.vbi etiam Panor.in fin.idem non obſcurè ſentit,& ibi quoque Ioan.Ana.col.ij.& ante hos gloſ.in c.ſuper literis,in verbo,nullatenus,extr.de reſcript.quæ eam dictionem interpretatur,oppoſita exceptione,tanquam nõ ipſo iure,ſed ope exceptionis. A quibus ſtat text.not.iuncta glo.in c.pueri.j.quæſt.j. vbi ita ſcribitur, Pueri ad ſacros ordines nullatenus admittantur. Et tamen,vt dicit glo.ibi,ſi admiſsi fuerint,recipiunt characterem,cùm ad minores recipi poſsint.cap.in ſingulis.77.diſtin. Et per illum text.& glo.dicit Franc.Aret.in d.c.in cauſis,col.vlti.extr.de teſtib.quòd non ſemper hæc dictio nullatenus,habet vim latæ ſententiæ,ſecundum ſubiectam materiam.& ſequitur Felin.in d.c. paſtoralis, colum.pen.verſi.conſidera quod aliquando,de except. Ex quibus illud teneo , hanc dictionem ſuapte natura eam vim latæ ſententiæ obtinere, ſed interdum ob ſubiectam materiam vim ſuam perdere , ſecundum ea quæ diximus ſupra in verbo præteriti temporis.in ij.fal. Quod autem ſit de dictione aliquatenus,videbis infra num.224.incip.niſi dicas.

*Autoris ſententia, de hac dictione.*

*Nullius momenti canon latæ ſentẽtiæ.*

97 ¶Vigeſimoquartò fallit cum diſpoſitio vtitur his verbis,nullius momẽti. tunc enim qualicunque tempore loquatur,eſt latæ ſententiæ,ex ſententia glo.in c.ij.in fi.de fili.presbyt.lib.vj.& Archid. in c.ordinarij,in fin.de offic.ordin.lib.vj.{Bald.in l.ſi poſthumus.§.vlt.ff.de liber.& poſthum.} & Angel.in l.ſi mulier.§.ſi dos.ff.quod met.caſ.& in auth.ſacramenta puberum , in fin.C.ſi aduerſ. vendit.& Card.Flor.conſi.cxxxvij.redemptoris,& c.ad primum dicimus,col.j.in fin. vbi ex hoc infert,quòd obligatio incarcerati eſt ipſo iure nulla,per tex.vtentem his iiſdem verbis, in l.qui in carcerem.ff.quod met.cauſa,quem text.ita etiam intelligit Panor.in c.ij.col.vlt.verſi.excipio duodecimum,extr.quod met.cauſ. Idem quoque nuncupatim de his verbis voluit & Franc. Aret.in l.j.col.vj.ff.de teſta.& in l.qui à latronibus,in prin.col.iiij.eo.tit.per tex.quem dicit ad hoc clarum, in l.non dubiũ.C.de legib.Alex.& Iaſ.in l.poſthumo,ille quidem col.vj.verſi.tertia fuit opin. hic verò,col.vij.verſi.pro qua op.C.de bon.poſſ.contr.tabul.Barb.in c.Raynaldus,col.xciiij. de teſta. & in l.j.§.ſi quis ita,col.v.ff.de verb.oblig.& in d.l.generaliter,col.ij.& iterum col.vij.& ibi etiam Iaſ.in j.not.eo.titu.vbi ipſe Barb.dicit de hoc eſſe text.meliorem totius iuris,in l. an inutilis.ff.de acceptio.Socin.conſi.cxv.fundata eſt intentio,ad prin.lib.iij.Card.Alex.in §.item ſacramenta,col. vlt.tit.de pace iur.firm.Iaſ.in l.ſeruum.§.Titius hæres,col.iij.verſicu.iij.nota.ff.de vulga. & pupil. ſubſti.& in l.ex facto,in fi.eo.tit.& in l.ſi filius qui in poteſtate,in primo not.ff.de liber.& poſth. & in l.j.§.ſublata,in lect.col.j.ff.ad ſenatuſc.Trebel.{& in l.filiusfa.§.diui,in vtraque lect. & vtrobique col.j.& ibi quoque Ioan.Monteſ.& Ferdi.Loaz.in repe.vterque,col.ij. in ij.limit.ff.de leg.j. & idem Iaſ.in l.iiij.§.condemnatum,poſt princ.& ibi quoque Franc. Rip.col.j.nu.2.ff.de re iudi.} Felin.in d.c.Rodulphus,col.xxij.verſi.nullius momenti.

*Obligatio incarcerati ipſo iure nulla.*

*Nullius momenti, id eſt, ipſo iure.*

98 ¶Sed & ante hos omnes voluit glo.quam nullus,ſi rectè memini,illorũ allegat, in l. Fulcinius.§. ſi quis bona.ff.quib.ex cauſ.in poſ.eat.quæ interpretatur hæc verba, nullius momenti ipſo iure. & licet ſubiiciat,vel impetrata in integrum reſtitutione,tamen priorem ſequuntur Bart.& Ang. qui ad eam nuncupatim expendit ea verba,nullius momenti. Poſterior autem,vt inquiũt, habet locum in aliis caſibus ll.ab ea glo.allegatarum. Sed & eſt alia glo.expreſsior in l.ſi quis plures.ff. de iur.pat.quæ exponit,nullius momenti,id eſt ipſo iure,& in c.in noſtra,ad fin. de procur. dum verbum irritandum exponit,id eſt irritum eſſe oſtendimus propter alia verba præcedentia quæ ſunt huiuſmodi,qua probata iudicium nullum eſt & nullius momenti,& cap.Imò verò eſt tex.à nemine quoque expenſus,in eadem l.poſt prin.quo apertè probatur hæc verba intelligi ipſo iure, nec opus eſſe reuocatione ſiue reſtitutione:& etiã text.in l.j.in prin.ff.de fer. vbi poſtquam dicit ſententiam eo caſu latam eſſe nullius momenti,ex hoc mox infert non opus eſſe appellatione.

*De eadem re.*

99 ¶Et bene facit text.in l.cùm hi.§.ſi prætor,ibi,tranſactio erit nullius momenti, iunctis illis verbis poſtea ſequentibus,tranſactionem eſſe irritam.ff.de tranſactio.& in l.j.ff.de iniuſt.teſtam. & in l. nec mandante.§.ſi prætor.ff.de tuto.& cur.dat.ab his.& in l.j.§.quod meus ſeruus,& iterum in l.

quod ſeruus.ff.de ſtipula.ſer.{& in l.ſi quis Sempronium, in fin.ff.de hæredi.inſtitu.} & in l. ex eo.C.de inuti.ſtipul.& in auth.ſacramenta puberũ,& quod ibi dicunt Cyn.Bart.in fi.Bal.& Ang. C.ſi aduer.vend.& in §.eſt autem,qui eſt ij.in fin.iuncta glo.Inſtit.de hæredi.inſti. Et facit etiam quod de his verbis in alio caſu ſcribit Fran.Aret.in c.ij.de teſti. Id ſcilicet,quòd per eum tex. qui vtitur his verbis,ſing.probatur, quòd dictum teſtis examinati parte non citata nullũ prorſus facit indicium. Et idem ante eũ dicit Panor.ibi,col.vj.verſi.ſed circa prædicta.quem ſequitur Barb. qui & alia multa allegat conſi.lxxxiij.ſupremus dicit Deus,col.ij.in ij.dubio,verſic.ſecundum eſt, lib.iiij.facit itẽ quod ſcribit Raph.Co.in rep.l.ſi filius,in vij.opp.j.no.verſi.quid ergo in hac varietate.ff.de libe.& poſth.{Facit denique,quod de hac dictione ſcribit Ang.conſ.cclx. dicta interlocutoria,col.j.in fin.quòd id quod eſt nullius momenti,nullũ omnino poteſt producere effectum.}

100 *Hæc uerba nullius momẽti, latam ſententiam nõ dicere.*

¶Contrarium tamen,videlicet hæc verba latam ſententiam non dicere, tradit Iaſon ſibi contrarius,in d.l.de pupillo.§.ſi quis fortè,in duobus locis.ff.de ope.noui.nunt. per text. in d.cap.ordinarij,in fin.de offic.ord.lib.vj.vbi eſt text.in hæc verba,nullius penitus eſt momenti: quaſi ſcilicet ea verba nullius momenti,non induxiſſent canonem latæ ſententiæ,niſi fuiſſet adiecta dictio, penitus,quę haud dubiè eſt latæ ſentẽtiæ,vt poſtea dicemus in xxvj.fal.Et idem videtur voluiſſe ipſe Iaſ.in l.filiusfam.§.diui,in primo not.tam in lect.quàm in repe.ff.de leg. j. dum de hac re loquens ſimpliciter ſe remittit ad ea quæ dicit in d.§.ſi quis fortè.

101 *Comprobatio eiuſdem.*

¶Tu autem ad Iaſ.adde alios text.ei quem allegat,ſimiles,in c.vlti.extra de pactis, & in cap.vlti. in fin.de re iudi.lib.vj.& in d.c.ij.in fi.de fil.presbyt.eo.lib.vj.& in cle.j.de præben.vbi glo.in verbo,nullius,dicit hoc verbum,nullius,eſſe vniuerſale negatiuum, & nihilominus text. illum adiecíſſe hoc verbum,penitus,& in c.credentes,titu.de ſtatut.& conſue.contr.liber.eccl.edi.in feudis. ſed eſt text.melior atque expreſsior in l.item eorum.§.ſed ſi ita.ff.quod cuiuſque vniuer.cùm dicitur,ipſo iure id decretum nullius momenti eſſe.& alij omnino ſimiles,in l.iij.§.vlti. in illis verbis,ipſo iure nullius eſſe momenti.ff.pro ſocio.& in l.iij.§.ſciendum,verſi. ſi ſtipulanti.ff.de don. inter vir.& vxor.& in l.oratio.ff.de ſponſa. Et facit præterea text.in d.l.qui in carcerem,& quod ibi not.Bald.in ij.lect.ff.quod met.cauſ.quem quidem text.& ad hoc expendit Fulgo. qui & ipſe hanc partem ſequitur,quanuis Iaſ.etiam non alleget,conſi.cxxij.quidam S.agit,col.j.& ij.facit etiã text.in l.j.§.vlti.C.de com.ſer.manu.

102 *Autoris ſententia. Nullius, uniuerſalis negatiua.*

¶Ego verò priorem partem teneo,cùm habeat text. expreſsiorem ac clariorem, quàm vt refelli poſsit,in d.l.ſi libertus,poſt princ. Et quia etiam,vt diximus ex glo.in d.clemen.j. dictio nullius, eſt vniuerſalis negatiua,quæ ſcilicet vniuerſaliter neget,nec eſſet nullius momenti,quód ipſo iure valeret,imo haberet aliquid momenti,& quia etiam prior illa pars multò pluribus ac crebrioribus calculis innititur. Ad illos autem tex.pro alia parte allegatos dici poteſt quod in ſimili diximus ſuprà in verbo,præſentis temporis,verſi.xxvj.ſed quod his reſpondeatur.

103 *Dictio funditus, latæ ſententiæ.*

¶Vigeſimoquintò fallit,cùm appoſita fuerit dictio funditus,ſi credimus,vt par eſt credere,gloſ.in l.decernimus,& ibi Saly.C.de ſacro.eccle.& Bart.in tract.de tyrannide,col.iij.in vij.q.in prin.{Sal. in l.vlti.col.j.verſi.ego etiam.C.de acquir.poſſeſsio.} Domi.& Philip.Franc.in c.quàm ſit.§.vlt.de elect.lib.vj.Franc.Cre.d.ſingu.vij.Corne.d.conſi.cccxij.in hac conſultatione,col.iij.verſicu. quod etiam demonſtratur,lib.j.Barb.in d.l.generaliter,in prin.ff.de verbo.oblig.Fran.Aret.in d.c. ſi diligenti,col.iiij.de for.compe.Iacob.à ſanct.Georg.in l.ſi quis maior.C.de tranſactio.

104 *Funditus, idẽ ſignificat quod omnino.*

¶Nam & hæc dictio idem ſignificat quod omnino,vel in totũ,tanquam ſi dicas à fundo, veluti ab imo,nullo prorſus relicto,vt radicitus à radice,ſtirpitus à ſtirpe.Plautus in Mercatore, Quod te conſiliumq; tuum atque mentem perdit funditus.& Terentius in Andria, Quod ſi fit, pereo funditus.& Tullius de amicitia, Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas, quæ non odiis atque diſsidiis funditus poſsit euerti? {& etiam in lege ij.C.de prætor.& hono.præto. cum dicitur,funditus iubemus aboleri.& in c.ſacratas.xxviij.diſt. & in c. nullus epiſcoporum,xj.q.ij.}

*Stirpitus.*

Et ſtirpitus in eadem ſignificatione ponitur in l.in rebus,in fi.C.de iure doti.& in l.ij.in prin.C. de peti.bon.ſubl.lib.x. {Id enim,vt diximus à ſtirpe ſignificat,qua verè in eum ſenſum vſus eſt, quiſquis is fuit,qui apud Salluſtium orationem habuit ad Cæſarem de repub.ordinan.Nam quæ ſeditio,aut diſſenſio ciuilis tot tamq; illuſtres familias à ſtirpe auertit?Et ipſe Salluſtius in Catilina,Carthago æmula imperij Romani à ſtirpe interiit.& Liuius lib.iiij.belli Macedonici in oratione Portij latronis:Equidem fabulam & fictam rem dicebam eſſe virorum omne genus in aliqua inſula coniuratione muliebri à ſtirpe ſublatam eſſe.}

*Radicitus.*

Et ſimiliter radicitus,in l.j.C.de formulis,& in cap.ex frequentibus,ext.de inſtit.vt intelligas eas dictiones & ſimiles eandem vim habere.

105 *Penitus.*

¶Vigeſimoſextò idem de dictione penitus,ex glo.in l.ſi qui aduocatorum,in verbo,arceantur,& ibi Angel.& Raph.Fulg.qui eam dicit ſing.C.de poſtul.& Io.And.in c.j.ad fin.& ibi Domi.col.ij. verſi.quærto vltimò,& Philip.Franc.in vlti.notab.de poſtul.præla.lib.vj.& idem Domi.in c. Romana.§.vlti.ad fi.& ibi etiam Philip.Fran.col.ij.de ſenten.excom.lib.vj.vbi & hoc ſentiunt Hoſt. Ioan.Mo.& Archid.Petr.And.& etiam Panor.in c.in quibuſdam,paulò ante fin. extra de pœnis, per text.in cap.vlti.eo.tit.vbi & ipſe Panor.hoc idem not.in vlt.notab.{& ibi ante illum Ioann. And.& Salyc.in l.vlt.col.j.verſi.ego etiam,C.de acquir.poſſeſ.Franc.Areti.in l.ſi colonus, col.j.ff. de acquir.poſſeſ.} Peruſ.in cap.ex tenore,& ibi etiam Philip.Deci.colum.v.extra de appellat. per not.in l.ij.C.de conſtit.peçu.Barbat.in cap.j.extra de iudic.& in cap.ſi diligenti, de foro compet. & conſi.



& conſi.xxiiij.illud afferam,colum.j.verſi.& ſi quiſpiam,lib.j.vbi & ad hoc quædam iura allegat. & conſi.xxxvij.iſtud adducam,col.ix.verſi.tertiò pondero,eod.lib.j.& Phil. Corn.d.conſi.cccxij. colum.iij.lib.j.Matheſ.d.ſingul.cxij.Alex.in l.qui vſumfructum,col.ij.ff.de verb.oblig.& conſi.x. viſis diſponentibus,col.iiij.verſic.eodem modo,lib.j.Franc.Aret.in l.j.col.v.verſicu.& pro prima reſponſione.ff.de teſta.& in l.vlti.in v.not.per illum text.C.de pactis,& in l.ſi colonus,poſt prin. ff.de acquir.poſſeſ.& in cap.veniens,col.vlti.extra de accuſationib.quibus locis hoc dicit probari per text.quem priori loco dicit not.& menti tenendum,in l. ſolutum. §. ſi in ſortem,in fin.ff.de pigno.actio.iuncta l.ſi non ſortem,in princ.ff.de condi.indeb.Ang.Aret. in §. quæ de fullone,in iij.not.Inſtit.de obli.quæ ex delict.naſcuntur.{Felin.in c.inſinuatum,col.j.de ſimo.} Iacob.à ſancto Georg.in d.l.ſi quis maior.Iaſ.in d.l.de pupillo.§.ſi quis fortè.ff.de oper.not.nunti.Phil.Dec. in authen.caſſa,colum.ij.in iij.not.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in c.cæterùm,col.ij.ext. de reſcript.& conſi.cccxxvij.viſo caſu propoſito,col.j.& Hippo.Marſil.in ſua practica cauſarum criminalium. §.aggredior,num.123.& ex Gallis noſtris Rebuf.vir optimus atque doctiſsimus in repet. cap. poſtulaſtis,num.149.titu.de cleri.excom.min.

106 ¶Nam & hæc dictio eſt præciſa,nec recipit limitationem,aut modificationem, vt prodit Angel. conſi.xxxj.cuius initium eſt,viſo laudo,col.vlt.per l.ambiguitatem. C. de vſufruct. & l.vlt.C.de edict.diui Adr.tol.& l.vlti.C.de ſerui.& l.vlt.C.de ſumma trin.& cap.ſuper eo,de hæret. lib.vj.& idem quoque voluit Alex.in d.l.qui vſumfructum.ff.de verb.oblig.& Phil.Dec.in auth.qui rem, col.vlt C.de ſacro.eccle.& conſi.cxxxvij.cuius ſuperſcriptio incipit,de abſolutione,col.j.& conſi. ccccj.licèt in cauſis,col.ij. Et excludit diſpenſationem Ioan.Ana.in c.qualiter,le ij.col.iiij.verſic.& quod not.ext.de accu.vbi præterea dicit quòd habet vim decreti.& Barba.conſi.xix. ſcripſit propheta,col.vij.lib.j. Et vide Roma.conſi.lxxxij.quo ad id quod quæritur,in fin.

*Penitus,dictio præciſa.*

*Diſpenſationẽ excludit. Et habet uim decreti.*

107 ¶Et huc quoque facit quòd hæc dictio,ſi noſtris credimus,idem ſignificat quod in totum vel ex toto,quæ eſt ſignificatio illius dictionis omnino,quæ haud dubiè eſt latæ ſententiæ, vt ſuprà diximus. Id enim aſſerit glo.in cle.j.in verbo,nullius,de præben.& Archid.in c.j.poſt prin. in verbo,penitus,de ſupp.negli.præla.lib.vj.{& in cap.j.col.ij.in verbo penitus,de cler. ægrot.eo.lib.vj.} & in c.ordinarij,ad fi.de offic.ordi.eod.lib.vj.& Ioan.An.in c.j.in verbo,penitus,de poſtul.præla. lib.vj.in nouella.& Lucas Pen.in l.vlt.ad fi.C.de decur.lib.x.Cepo.cauſarum ciuilium conſi.lxvj. Titius,num.27.& Alex.conſi.xiij.viſis & conſideratis,col.iij.verſi.tertiò reſpondeo,lib.ij.& conſ. lxxij.viſis & diligenter ponderatis,col.j.lib.ij.quod repetitur conſi.lviij.lib.vj.& conſi.lxxij.habita, col.vlt.eo.lib.vj.& conſi.clxxiij.viſis depoſitionibus.col.iiij.verſi.non obſtant allegata,lib.vij. vbi dicit probari ex tex.in leg.j.C.de gladia.penitus tollen.lib.xj.cùm dicitur,omnino gladiatores eſſe prohibemus,iuncta ea.rub.ſed in codicibus qui circunferuntur,in ea rub.tantum ſcribitur de gladiator.& quod voluit Rom.conſi.lxxxj.quod reliqua,ad fin.Maria.Socin.poſt alios conſi.xxj.viſis & diligenter lectis,col.iij.verſi.item ponderandum eſt.& Soc.ipſius filius conſ.etiam xxj.abunde & ſubtiliter,col.vlt.lib.iiij.& in l.ſingularia,col.iiij.verſi.quarta concluſio.ff.ſi cert. pet. & in l. qui vſumfructum,col.ij.verſi.ſed tu aduerte.ff.de verb.obli.Barb.conſi.lxxxvj.magnus dicit,col. vij.verſi.capio modò ſecundum articulum,lib.iiij.& Cepol.conſi.cauſarum criminalium cxxxiiij. ſi vnquam magnifice,col.viij.verſi.ſeptimò.& conſi.ſeq.in hac quæſtione,colum.ij.{Iaſ.in l.ij.nu. 171.& tu pondera.C.de iur.emphyt.lib.vj.} & ex Grammaticis antiquioribus Priſcianus in lib.de xij.carminibus.c.ix.vbi dicit,penitus ſignificare prorſus,quę dictio idem ſignificat quod omnino, vt ſuprà diximus,& etiam ſatis probatur ex l.quidam,ibi,nullo ei penitus relicto.C. de fideicom. & in l.omnimodo,verſic.ſi verò,ibi,nihil eis penitus reliquerint.C.de inoffic.teſtam.& in l.ij.§.ſi quid autem,ibi,penitus in nullo peccare.C.de vete.iur.enucle.& in l.j.ibi,nullam penitus habeant poteſtatem.C.de offi.mag.mili.& in l.lege,ad fi.C.de legi.hære.cùm dicitur, cæteri gradus remaneant penitus ſemoti.& in l.j.ad fi.C.de iure emphy.vbi in id eſt tex.optimus.& alibi ſæpiſsime.

*Penitus, idem ſignificat quod in totũ.*

*Penitus, idem quod prorſus.*

108 ¶Contrarium tamen,videlicet hanc dictionem penitus,non eſſe latæ ſententiæ,videtur voluiſſe glo.in c.quiſquis,in verbo,ſuſpendantur,ext.de elect.quæ hæc verba illius tex.penitus ſuſpendantur,intelligit per ſententiam:quod & facit Inno.ibi,in eo verbo,& ſequitur Panor.ibi etiam in fi. Et alia glo.in d.c.Romana.§.vlti.de ſenten.excom.lib.vj.vbi licèt tex.ita dicat,in vniuerſitatẽ vel collegium proferri excommunicationis ſententiã penitus prohibemus,tamen glo.ibi dicit,quòd ſi lata fuerit ſententia excommunicationis,tenet.Et ex ea glo.dicit Fran.Aret.in d.c.in cauſis,col. vlti.extra de teſti.quòd aliquando hæc dictio non eſt canon latæ ſententiæ ſecundum materiam ſubiectam. quod & idem aſſerit ipſe Aret.in l.j.§.ſed & ſi mihi.col.iiij.ff.de verb.obli.& Iaſ.conſi. 173.circa primũ conſultationis articulum,col.iij.verſic.præterea ad dictam,lib.iiij. Ex quo intelligi facilè eſt ex ſua natura eam vim habere,ſed ex ſubiecto argumẽto ſua vi decedere,iuxta ea quæ diximus ſuprà in verbo,præteriti temporis,in fin. Et id quidem perpetuum eſt in omnibus dictionibus & verbis,vt ſemel id dicam. Nam & idem videmus in dictione omnino,quæ ſine controuerſia vim habet latæ ſententię,eam tamen perdit ex ſubiecta materia,vt patet in cap.j.iuncta glo.extr.de deſponſ.impub. Sed & de noſtra dictione penitus,vt hoc addam Aret.habemus tex. in cap.ſi fortè,in fi.iuncta glo.in verbo,initium,in vlti.ſolut.de elect.lib.vj. Et idem diximus ſuprà de dictione nullatenus,in xxiij.fal.& dicemus poſtea de dictione fruſtra,in xxxviij.fal.

*Penitus, non eſt latæ ſententiæ.*

*Solutio contrarij.*

109 ¶Vigeſimoſeptimò fallit,cùm dictio mox,additur verbo futuri temporis.nam eſt latæ ſententiæ,

*Dictio mox, latæ ſentẽtiæ.*

teſtimonio glo.in auth.de inceſt.nup.in prin.in verbo,imminere,& ibi Bart.& Ang.& voluit etiã Cyn.& Salyc.in authen.inceſtas.C.de inceſt.nupt.Bart.in l.Mæuius.§.duobus,col.vlt.ff.de leg.ij. & in l.imperator.ff.de iur.fiſci,& in d.l.iubemus,la ij.§.ſanè ſi hoc,col.vlt.& ibi Bald.C.de ſacroſ. eccle.& idem Bart.in d.l.ſi quis maior,col.ij.& ibi Bal.col.ij.verſi.vlteriùs no.Alex.col.ij.& Fran. Aret.in vij.not.Iaſ.in xiij.no.& Aquen.col.ij.& Thomas Parpa.in repe.in xxiij.not. & iterum in xxvj.not.& etiam Iacob.à ſancto Georg.col.v.& Hiero.Cagno.etiã in repe.char.lxj.nu.144.C.de tranſact.& rurſum Bart.in d.auth.vt defun.ſeu fune.eor.in prin.& Bal.in d.l.j.§. ſi pecunia.ff.depoſiti.& in l.j.in fi.ff.ſi cert.pet.{& in auth.in donatione.C.de ſecun.nupt.in additio.} & in c.quia propter,col.iiij.verſi.ibi mox,ext.de elect.& in c.bonæ,le j.col.vlt.verſi.& ſcias,eo.tit.Ang. in l.in criminali,& ibi etiam Pau.Caſt.C.de iuriſd.omnium iudic.idem Angel.in l.idemq;.§.ſicut.ff.qui potio.in pigno.habe.& in l.ſi quis in tantam,col.vlt.C.vnde vi,& in auth.de nup.§.ſi verò expectet.& in auth.vt ſine prohi.mat.debi.& in auth.de litigio.in fin.& conſi.ccclxxj. multùm conſidero,col.vlti.{Pet.Anch.inter conſi.Ioan.Calde.tit.de verbor.ſignific.conſi.x. futurum tempus.} Pau.Caſt.in l.j.col.iij.in vlti.no.ff.ſi cert.peta.Aluar.in c.j.col.ij.tit.de feud.ſine culp.non amit.Io. Plat.in l.penul.col.j.C.de dignit.lib.xij.Rom.in l.j.§.qui præſens col.j.{& ibi Franc. Aret.col.j.in fin.& Barb.col.ij.} ff.de verborum obligatio.Matheſi.d.ſing.cxij.Fran.Cre.d.ſing.vij. vbi dicit illam glo.ſingu.Corn.conſi.ccxlvj.videtur in hac conſultatione,col.pen.verſic. itaque dictus,eod. lib.iij.& conſi.cclxvj.in hac conſultatione,colum.iij.verſic.ſi itaque dictus Antonius.eo.lib.iij. & conſi.cccix.circa primum quæſitum,col.iiij.eo.lib.iij.& conſi.xl.viſo proceſſu,col.iiij.verſ.ex quibus verbis,lib.iiij.Alex.in l.diuortio,col.iiij.ff.ſolu.matri.{& conſil.cxxxix. viſo puncto,col.ij.lib. vij.Philip.Franc.in c.in pœnis,de regul.iur.lib.vj.} Ang.Aret.in §.extraneo,col.ij. Inſtit.de pupil. ſubſtit.Franc.Aret.in l.ſi quis hæres,colum.j.in ſecundo notab.ff.de acquir. hæred. & in c.ſi diligenti,col.iiij.de foro competen.Anaſtaſius Platus inter conſi.Barb.conſi.vlti.multos futuros eſſe, col.iiij.verſi.in hoc articulo,lib.j.Card.Alex.in §.callidis,col.ij.titu.de prohib.feud.alie.per Feder. Ioan.Ray.in §.pœna,in viij.q.& iterum xv.j.partis princ.eo.tit.Fel.in d.c.Rodulphus,Phil.Fran. in d.c.quàm ſit.§.cæterùm,de elect.lib.vj.& in c.j.in vlt.no.de vit.& hone.cleri.eo.lib.vj.& in c.in pœnis,de reg.iur.eo.quoq; lib.{Iaſ.in l.ij.col.iij.verſi.ſecundò pondero.ff.de iureiu.& conſi.cxviij. in cauſa & quæſtione,col.vlt.lib.j.} Philip.Dec.conſi.ccxxxv.in caſu magnifici, col.iij.verſi.venio igitur ad alia.Steph.Bertr.conſ.cclxxv.viſis pactis,num.5.Catel.Cot.in memor.incip.mox,in fin. & Hippo.Marſil.in dicta ſua practica,vbi ſuprà,& Pet.Rebuf. in repet.l.diuus,char.xij.verſi.nota ibi mox purgaſſe.ff.ad ſenatuſc.Sylla.Nam & ea dictio habet executionem paratam,vt dicit Iaſ. in l.ij.col.iij.verſic.ſecundò pondero.ff.de iureiur.quod probat text.in l.ſi quis poſthac,in princ. ibi,veluti manu iniecta mox vendicet.C.de bonis proſcrip.& quod ibi ſcribit Ang.in princ.

*Et habet executionem paratam.*

110 ¶Nec quempiam hactenus reperi qui neget {hanc dictionem eſſe latæ ſententiæ,} præter Simonem quendam Columb.apud Aegidium Bellamer.conſi.ix.factum eſt tale,cùm eſſet lis, col.viij. Nam hæc dictio,inquit,habet ſpatium temporis,quandoque quinque dierum, quandoque vnius anni,quandoque aliorum temporum,per multa iura quæ illic allegat. De quibus & tu vide gloſ. optimam in c.j.xx.q.ij.& in cap.quia propter,in verbo,mox,& ibi Panor.in fin.princi. de elect.& Bald.in l.fructus,in princ.& ibi latiſsimè Iaſon colum.j.ff.ſolu.matri.& Alex.in l.diuortio, col.iij. & ſeq.eo.tit.& in l.j.col.x.verſi.in glo.in verbo,mox, {& ibi quoque Salyc.col.vlti.} ff.ſi cert.pet. & Maria.in c.in literis,col.ij.extra de mutuis pet.& Iaſ.in l.Gallus.§.ille caſus,poſt princ.ff. de liber.& poſthu.& in l.ſi arrogator,col.iij.verſi.ſecundò diligenter.ff.de adopt. vbi colligunt multa diuerſa tempora,& ex iis quædam admodum longa,de quibus mox dicitur.

*Quis repugnet ſuperloribus.*

*Mox habet ſpatium temporis.*

111 ¶Sed tu hîc dicito,quòd licèt mox variis modis ſumatur ſecundum ſubiectum argumentum,eius tamen propria ac genuina vis & natura eſt,vt accipiatur pro confeſtim,& ſine interuallo,vt apertè ſentit glo.in d.c.quia propter,vbi ſuprà,{& glo.in l.ſi pater,& ibi Bald.qui eam l.legit cum l.lex Cornelia.ff.de vulga.& pupilla.} & not.Bart.in d.l.j.& ibi etiam Salyc.col.vlti.& recentiores.ff.ſi cert.peta.& Bal.in l.Gallus.§.ille caſus,col.pen.verſi.vltimo collige.{ff.de liber.& poſth.vbi & ex hoc caſu dicit,quòd ex ſua propria natura eſt canon latæ ſententiæ,} & Cardi. Flor.conſil.xxix. iudex,col.ij.verſ.& de arbitro.& Imo.& in l.diuortio,in prin.ſuper glo.in verbo ſtatim,& ibi Ale. col.iiij.ff.ſolu.matri.& in l.j.ff.de verbo obligatio.& in d.c.quia propter,col.ij. de elect.Ro.Franc. Aret.non ſemel,& Iaſ.in d.l.fructus.ff.ſolu.matr.& in l.apud Iulianũ.§.ſi Titius,col.ij.verſi.quartò pondera.ff.de leg.j.& in d.l.ſi arrogator,vbi adducit alios concordan.Et id apertè probatur in l.ratum.ff.de ſolutio.vbi ita ſcribitur,ratum autem habere dominus debet mox, cùm primũ certior factus eſt,ſed hoc ἐν πλάτει,& cum quodã ſpatio temporis accipi debet. Nam illud ἐν πλάτει, quod inemendatis codicibus deeſt,ſignificat quod nos dicere ſolemus largo modo,ſcilicet nõ obſeruatis iuris anguſtiis,vt declarat Alciat.in lib.ij.Diſpunctionum,cap.xj.& iterum in lib.iij.de verb.ſignifi. Ex quo potes intelligere,quòd cùm mox denotat interuallum,id fit ex larga & impropria ſignificatione. Et bene facit tex.in l.ſcimus.§.cùm autem.C.de inoffic.teſtam.

*Solutio contrarij.*

*Mox quando denotet interuallum.*

112 ¶Hanc tamen fallentiam,quam vocant,cum cæteris ſimilibus, velim intelligas,niſi hæc dictio & ſimiles quæ ſunt latæ ſententiæ,iungerentur verbis neceſſariò requirentibus ſententiam ſiue miniſterium hominis,verbi gratia ſi diceretur,mox vel protinus condemnetur, vt in l.ij. C. vt lite penden. Extunc condemnetur,vt in capit. excommunicamus.§.qui autem, extra de hæreti. vbi Vincen.

*Quomodo intelligendæ ſuperiores fallentiæ.*



Vincen.no.ea verba eſſe ferendæ ſententiæ,quamuis Hoſti.Ioan.And.& Ioan.Ana.aliud ſentiãt, ſed non per illum text.verùm ob alia iura. Idem ſi dicatur,mox audiatur,vt in l.momentariæ.C. vnde vi.Illico reddat,vt in l.ſi quis.C.depo.Protinus exigatur,vt in l.miſsi.C.de exact.trib.lib.x. Penitus abſoluatis, vt in c.vlt.ext.de offic.Archid. Protinus abſoluendus,vt in c.cùm cõtingat, de offic.deleg.Penitus caſſanda,vt in c.tuæ,extra de præben.Penitus reſcindatur,vt in c.cùm eſſes,extra de teſta. Protinus abſoluatur,vt in c.venerabilibus.§.porrò,verſi.idem eſt etiam,de ſentent.excuſ.lib.vj. Mox abſoluatur,vt in eo.cap.§.ſanè.verſi.ſi verò. Penitus excludatis,vt in cap. quoniam,ext.de fili.presbyt.& in c.cum in eccleſiis,in fin.extr.de maio.& obed. Omnino infirmanda,omnibus modis priuetur,expellatur,deponatur,& cætera id genus,quia tunc nõ ſunt latæ ſententiæ,nempe repugnante natura verbi,ſed accelerant accenduntq; vim executionis,vt per Felin.in d.c.Rodulphus,col.xix.verſi.verbum aliàs importans,& rurſum col.xxiij.verſi.conſidera quòd aut verbum,ext.de reſcript.vbi adducit quædam iura. Nam & iudicium reddunt ſummarium,vt not.Bart.in l.res quæ.§.j.ff.de iure fiſci.& in d.l.ſi quis,& ibi quoque Bald.& Ang.C.depoſi.Imol.in l.naturaliter.§.nihil commune,& ibi Iaſ.num.175.ff.de acquir.poſſeſ. {Rom.& Barb. in l.j.§.qui præſens.ff.de verb.oblig.& Fran.Aret.in l.cum res.§.j.col.j.verſi.ſecunda concluſio.ff. de lega.j.& glo.prag.ſanctio.titu.de concubi.§.necnon,in verbo,mox. Et} bene facit quod not. Bal.Pau.Caſt.& Iaſ.in d.l.ij.C.vt lit.pend.& Fran.Are.in d.l.ſi quis maior,col.vlt.C.de tranſact. Vide tamen quæ dicam de verbis expellatur,& priuetur, infra in lvj. & ſeq.fal. de verbo autem excludendi,vide glo.in c.cupientes.§.cæterùm,in verbo excludentes,de elect.lib.vj.

113 ¶Vigeſimononò cum dictio confeſtim ſit eiuſdem naturæ & ſignificationis, vt probat text.in l. placet.ff.de acquir.hære.vbi hæc dictio nec momentum quidem aliquod patitur. & in l. amiſsi.§. fideiuſſores.ff.de fideiuſſ.& in l.idem eſt.§.cum igitur.ff.de vi & vi ar.{& in l.vlt.§.vlt.ff.quod vi aut clam,& in l.Titius.§.qui fideicommiſſariam,ibi,ſi confeſtim vel poſt tempus. ff. ad ſenatuſc. Trebel.} & in §.omnis,& ibi glo.Inſtit.de verb.oblig. Et illud Tullij,Phil.v. Rem adminiſtrandã arbitror ſine vlla mora,& confeſtim gerendam cenſeo. Et paulò pòſt:Bello,inquam,cauendũ eſt, idq; confeſtim,legatorum tarditas repudianda eſt. Ideoq; etiam hæc dictio eſt latæ ſententiæ, vt tradit Bart.in d.auth.inceſtas.C.de inceſt.nup.dum quærit vtrum bona ibi cõfiſcantur ipſo iure, an per ſententiam. Et text.inquit,in corpore auth.vnde ſumitur ea auth.dicit ipſo iure,quia dicit confeſtim.& idem Bart.in l.j.col.ij.verſi.præterea verbum.ff.iudic.ſol. vbi dicit quòd hoc verbum importat,vt non requiratur noua ſententia.& Philip.Franc.in d.c.in pœnis,de regul.iur.lib.vj.& Franc.Aret.in d.§.qui præſens.{Et tu interim vide text. in l.ij.§. confeſtim autem.ff.ad ſenatuſc. Tertul.& in l.tutor.§.j.ff.de adminiſtr.tuto.vbi cùm primùm dixiſſet,debuit enim confeſtim ſuo officio fungi,poſtea id interpretatus ſubdit,non quidem præcipiti feſtinatione , ſed nec moratoria,& Raph.Co.& Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi quis fortè.ff.de oper.no.nunt.}

*Confeſtim,non patitur aliquod momentum.*

*Et importat ut non requiratur noua ſententia.*

114 ¶Trigeſimò idem quoque in dictione incontinenti,quæ & ipſa idem ſignificat,affirmat ipſe Bar. in d.l.imperator.ff.de iure fiſci.{Bald.in l.lecta,col.vlti.ff.ſi cert.pet.} Ang.in d.l.in criminali.C.de iuriſd.om.iudi.& in d.l.ſi quis in tantam,col.vlt.C.vnde vi.& in d.auth.de inceſt.nup.in prin.& in d.authen.de litigio.quibus locis ſuprà citauimus.& in d.§.ſi verò expectet,in auth. de nupt. & rurſum in d.l.j.C.de pœna iudic.qui malè iud.& Ang.Aret.in d.§.extraneo,col.ij.Inſtit.de pupil. ſub. Nam vt etiam dicit Bald.in l.lecta,in fi.ij.lect.ff.ſi cert. pet. cum hæc dictio profertur à lege, trahit ſecum executionem iuris. Et facit gloſ.in cle.j.verſi.nos igitur,in verbo,incurrant,de vſur. iunctis not.ſuper ea per Paul.Liaz.Guil.Laud.Imo.& Card.Flor.exponentes glo.illam, quæ adiecerat ad verbum incurrant,ſcilicet incontinenti,id eſt,ipſo iure. {Nam licèt hoc verbum variis modis ſumatur ex ſubiecta materia,vt per glo.& doct.in c.an ſit,ext.de appel.& latè Ro.& Barb. in l.j.in prin.ff.de verb.oblig.& tex.in l.j.§.item ſi ita.ff.ad leg. Falcid. tamen ex propria eius natura (quod etiam de dictione mox,diximus) ſignificat ſine interuallo,vt etiam probat glo.in cap. quia propter,in verbo,mox,extra de elect.cùm exponit mox,id eſt,incõtinenti nullo actu intermedio.& tex.in l.quod ait.§.vlt.ff.de adul.interpretatur incontinenti,veluti vno impetu.}

*Incontinenti.*

*Trahit ſecum executionem iuris,cùm à lege profertur.*

*Et ſignificat ſine interuallo.*

115 ¶Trigeſimoprimò idem & in dictione illico, quæ & idem ſignificat,vt patet ex l.idemq;.§. ſi cui mandauero.ff.mandati.aſſerit idem Ang.in d.l.in criminali,& in d.l.ſi quis in tantam, & in d.§.ſi verò expectet,in authen.de nupt.& in d.conſi.ccclxxj.ad fin.Lucas Pen.in l.vlt.col.ij.C.de ſpect. lib.xj.{& Petr.Anch.inter conſi.Ioan.Cald.tit.de verb.ſignifi.conſi.x.an futurum tempus.} Ang. Aret.in d.§.extraneo,Inſtit.de pupil.ſubſtit.Crem.d.ſing.vij.Fran.Aret.in d.§.qui præſens.Card. Alex.in d.§.callidis,tit.de prohib.feud.ali.per Fed.& Iaſ.in l.poſthumo,col.vij.verſi. pro qua op. C.de bono.poſſeſ.contra tab. Et facit tex.in §.filiusfa.verſi.ſed ex conſtitutione,iuncta gl.in verbo,illico.Inſtit.quib.mod.ius patr.pote.ſol.& text.in l.vlt.C.de fideicom.liber.cùm dicitur,cenſemus illico ad libertatem capi ſeruum. Nam quod ipſo iure intelligatur, patet ex iis quæ ſequuntur,& illum quidem liberum eſſe.& in l.vlt.C.de iudi.dum exponit illico,ſine vlla dilatione. Et hoc confirmat quod ſcribit Bart.in l.ſi quis.C.depoſi.hanc dictionem habere executionem paratam vt rem iudicatam,nec requiri aliam condemnationem,quamuis Bald.ibi id neget.Tu autem vide Alex.conſi.xlij.viſo proceſſu,col.j.verſic.nec prædictis obſtat.lib.iiij. Et text.ſimul iungentem,illico modis omnibus,in d.l.ſi quis.C.depoſit.

*Illico.*

*Vtrum dictio illico, habeat executionem paratam.*

116 ¶Trigeſimoſecundò in dictione ſtatim,vt quæ eandem ſignificationem habeat.l.j.in fi.ff.de ſolu.

*Statim.*

vbi exponit in re præſenti,id eſt,ſtatim.& in l.ſi vſusfructus.§.vlti.ff.quando dies lega.ced.{& in l.finita.§.non autem ſtatim.ff.de dam.infect.vbi ſtatim dicitur cùm non eſt interuallum,& l.cum quidam.ff.de lega.ij.cum dicitur & ſtatim offerat,ſine aliquo ſcilicet interuallo.} & in l.ex morte, in fin.C.de pact.conuen. Illud quoque obtinet,vt deſignet latam ſententiam,ſecundum gloſ.in l.commiſſa,in verbo,ſtatim.ff.de public.& vectigal.& in l.vlt.in fin.C.de bon.quæ liber.& in §.j. in verbo,ſtatim. Inſtit.qui.non eſt per.fac.teſta. & in c. cum excommunicato.xj.q.iij.Bart.in d.l. iubemus,la ij.§.ſanè ſi hoc,col.vlt.C.de ſacroſan.eccl.& in d.l.Imperator.ff.de iur.fiſci,& in d.l.j. {circa medium.} ff.iudic.ſol.& in d.l.Mæuius.§.duobus,col.vlt.ff.de lega.ij.& in d. auth.de inceſt. nupt.& ibi etiam Angel.& ipſe Ang.in d.auth.de litigio.& in d.conſi.ccclxxj. quibus locis ſuprà citauimus.& in §.ſi verò expectet,in authen.de nupt.& in d.l.j.C.de pœna iudi. qui mal.iudic.& Salyc.in d.auth.inceſtas.C.de inceſt.nupt.Domi.in d.c.quàm ſit.§.vlt.col.vlti.& ibi etiam Philip. Fran.ſuper glo.vlt.de elect.lib.vj.Imol.in c.ſi diligenti,col.ij.verſi.in glo.perdant,ext.de for.compet.& in c.vlt.col.xviij.verſic.ſed certè vbi ſtatutum,de præſcript.{Petr.Anch. inter conſil. Ioan. Calder.quo loco citauimus,in præceden.verſi.} Aluar.in d.c.j.col.j.tit.de feud.ſine culp.non amit. Paul.Caſt.conſi.lxviij.in caſu præſenti puto ſic dicendum,poſt princ.lib.ij.Ioan. Plat.in l.penult. col.j.C.de digni.lib.xij.Philip.Franc.in d.c.j.in vlti.not.de vita & honeſt.cleri.lib.vj.& in c.ſi pater,col.xxxij.verſic. quid autem ſit,de teſta.eod.lib.vj.& in c.ij.§.inhibemus,de hæret.eod.lib.vj. Angel.Aret.in d.§.extraneo.& Fran.Aret.in d.§.qui præſens.{& in l. ſi quis maior,in vij.not.C. de tranſact.& in l.qui à latronibus.§.ſi quis capitali,col.iij.ff.de teſta.Alex.conſi.cxxxix.viſo puncto,col.ij.lib.vij.} Ioan.Rayn.in d.§.pœna,in viij.q.& iterum in xv.primæ partis principalis,tit.de prohib.feu.ali.per Fed.Iaſ.in l.diuortio,in prin.col.iij.ff.ſolu.matr.{& conſi.cxcj.placet mihi,col.j. in fi.lib.ij.} Fran.Purp.in l.j.char.xxj.verſi.& ponderãda eſt,ſub nu.602.ff.de offi.eius cui mand. eſt iuriſd.& facit quod ſcribit Ang.in l.ſi quis poſthac,col.j.C.de bon.proſcrip.

*Statim dicitur, cùm non eſt interuallum.*

117 ¶Et eſt text.de hac re apertiſsimus,à nemine { ex tot huius ſententiæ aſſertoribus, aut alio quouis} quem legerim,annotatus,ſi me memoria non fallat,in cap.literas,extra de conceſsio.præben. cùm dicitur,vtrùm cùm aliquis de vna præbenda eligitur ad aliam, ſtatim prior vacare incipiat, an per ſententiam debeat adiudicari.vides enim ibi,ſtatim,& per ſententiam,veluti oppoſita poni,vt proinde ſtatim ſignificet ſine ſententia,& ipſo iure.

*De eadem re.*

118 ¶In contrarium tamen facit text.in l.in ſuis.ff.de ſuis & legi.hæred.cùm ibi dicitur in hæc verba, ſtatim ipſo iure hęredes exiſtunt.Nam ſi dictio ſtatim,ſola,ac nullo alio adminiculo ſuffulta,ipſo iure ſignificaret,cur in eo text.ea verba,ipſo iure,eſſent addita?Sed dic ob id fuiſſe adiecta,vt rem clariorem efficerent,ſecundum ea quæ diximus ſuprà in verbo præſentis temporis, verſicu.xxv. incip.ſed quod his reſpondeatur.quæ quidem ex eo redduntur certiora,quòd hæc dictio ſtatim, de qua nunc tractamus,hauddubiè ac ſine controuerſia latam ſententiam demonſtrat, & tamen ei addita ſunt illa verba,ipſo iure.

*Contrarium eius quod ſuprà in hac dictione ſtatim. Solutio contrarij.*

119 ¶Sed & in diuerſum quoque vrget,quòd hæc dictio ſtatim, dicitur etiam de re quæ fit ex interuallo,vt probatur in d.l.diuortio,in princ.iuncta glo.in verbo,ſtatim.ff.de iur.fiſci,vbi dicitur de viginti annis. Et aliàs ſecundum ſubiectam materiam dicitur de longiori aut breuiori tempore, vt per glo.in c.quicunque,in verbo,ſtatim.lxxvij.diſtin.& in c.j.extr.de mut.pet.& per Bartol.& alios in l.j.§.qui præſens,in fin.ff.de verbo.{obligat.& Lucam Pen.in l.diui.C.de ſuſcept. præpo. & archar.lib.x.& in l.actuarij.C.de errogat.milit.anno.lib.xij.}

*Statim dicitur etiã de re quæ fit ex interuallo.*

120 ¶Sed ad hoc dicendũ eſt quod ſuprà de dictione,mox,quæ eſt eiuſdem ſignificationis, diximus, videlicet hanc dictionem nõnunquam dici de interuallo,ſed impropriè ex ſubiecto argumento. Verùm ex vi propria nullum habet interuallum,ſecundum Bald.& Alexan.in d.§.qui præſens.& Imol.in d.l.diuortio,in princ.col.penult.& ibi Iaſon col.iij.{& Fran.Aret.in l.cùm res.§.j.in iij.no. ff.de lega.j.} & probat text.in l.tutor qui repertorium.§.vſuræ.ff.de admi.tut.& alij ſuprà in prin. citati,atque etiam optimus text.in l.ſi quis in ſuo,in prin.C.de inoffi.teſtam.vbi & illud præterea ſatis probatur,hanc dictionem non poſtulare iudicium aut ſententiam,quamuis à nullo illorum qui id dixerunt,fuerit citatus. Quòd ſi ſententia requiratur ex ſubiecta fortè materia,tunc oſtendit ſummariam cognitionem ſecundum Bart.& Ang.in l.j.col.j.ff.iudi.ſolui.

*Sed impropriè, ex ſubiecto argumento.*

*Nec poſtulat iudicium, aut ſententiam.*

121 ¶Trigeſimotertiò quod in ſuperioribus dictionibus,idẽ & in dictione protinus,habet locũ, quæ & ipſa eſt latæ ſentẽtiæ,ſecundũ Hoſt.in c.in quibuſdã,ext.de pœnis.& Imo.in d.c.vlt. vbi ſuprà, de præſcr.Domi.& Phil.Fran.in d.c.quàm ſit,vbi ſuprà,de elec.lib.vj.Fran.Are.in l.in illa ſtipulatione,in prin.per illũ text.& ibi quoq; Iaſ.col.iij.verſi.ſextò pondera.ff.de verb.oblig.{& in l.iij.§. in amittenda,col.j.in ij.not.ff.de acq.poſſ.} Iac.à S.Geor.in d.l.ſi quis maior,col.v.C.de tranſact.

*Protinus latæ ſententiæ.*

122 ¶Nam vt dicit Bal.& poſt eũ Pau.Caſt.& Iaſ.in l.ij.C.vt lit.pend.hæc dictio excludit omne interuallũ & quemcunq; proceſſum,allegantq; no.in ſimi.in d.auth.de inceſt.nup.vbi glo.& doct.dicunt de dictione mox,id quod ſuprà diximus,ſcilicet habere eã vim latæ ſententiæ, tanquã & hi ſentiant eandẽ vim & ſignificationẽ vtranq; habere. Sed & gl.in §.illud propriũ,qui eſt pen.Inſt. de adop.exponit protinus,id eſt ſtatim,quod & idẽ facit gl.in §.j.Inſti.de hære.quali.& diffe.& in §.idem iuris,qui eſt ij.verſi.nec in pendenti,in verbo,protinus,Inſtit.de inuti.ſtipul.& in l.diuortio,in verbo,ſi non protinus.ff.de nego.geſt.{& in l.eas cauſas,in princ.ff.de condi.& demonſt.} & in cap.cùm olim,in verbo,protinus,extra de offic.deleg.& Dyn.in d.l.iij.§.in amittenda, & ibi quoque

*Et excludit omne interuallũ, & quẽcunque proceſſum.*



quoque Alexand. qui ſequitur illud dictum Bald. in j.nota. & Iaſ.in iij.not. qui item illud ſequitur,de acquir.poſſeſ.Lucas Pen.in l.Circenſium.C.de decur.lib.x.Fran.Aret.in l.j.col.ij.in iij. no. ff.eo.& in l.j.col.ij.in prin.{& ibi quoque Alex.col.vlt.} ff.de verb.oblig.vbi Fran.ipſe dicit ſingu. illud dictum Bald.{& Catel.in memorabi.incipiente protinus. } & ex vetuſtiſsimis Grammaticis Capet in lib.de orthographia,& latinitate verborum.In huncq; ſenſum trahunt ipſi Grammatici illud Virgilianum lib.iiij.Aeneidos:

*Protinus ad regem curſum detorquet Hiarbam.*

Nec tamen id minus probat illud eiuſdem:

*Protinus Arcadiæ gelidos inuiſere fines.*

Vbi Seruius exponit vno eodemq; tempore.Atque etiam lib.x.

*Traiecto miſſa lacerto*
*Protinus haſta fugit,ſeruatq; cruenta tenorem.*

Et apud nos tex.{in l.à quo fundus,& ibi Bal.ff.de dam.infect.& } in d.l.in illa ſtipulatione ſi calendis.ff.de verb.oblig.vbi quod per ſtatim prius dixerat,mox per protinus idem dicit.& in l.Lucius Titius.§.Caio.ff.ad ſenatuſc.Treb.vbi è conuerſo quod primùm per protinus quæſiuerat,id per ſtatim reſpondet.{& in l.liberto,§.vlt.ff.de annuis lega.vbi etiam id quod primùm per protinus dicit,per confeſtim repetit.}& in l.diuortio.ibi,non enim.ff.de nego.geſt.Quin & illud Bald. dictum apertè confirmat tex.in l.non abs re. C. vnde vi. cùm dicitur protinus,id eſt non expectato iudiciorum ordine.Quem quidem tex.non poſſum non mirari fuiſſe à glo. Bal. & aliis ſuprà citatis animaduerſum.

123 ¶Super quo tamen dicto vide Fran.Aret.in{d.l.j.§.qui præſens,}col.ij.verſi.ſecundo inducunt, & tex.illi dicto aduerſantem in l.arbitrio,in fi.ff.de dolo mal.cum dicitur,protinus condemnari debet in id quod intereſt actoris.& in d.l.ij.C.vt lit.pend.vbi ſimiliter dicitur,protinus cõdemnetur. Nam id non poteſt intelligi ipſo iure ſine mora ac ſententia,cùm repugnet verbum condemnãdi.Sed illud facit ſubiecta materia,quod iam ſuprà ſæpius diximus,atque etiam vis & natura illius verbi,quod ad ſe trahit,mutatq; propriam naturam dictionis protinus, ob ea quæ diximus ſuprà in xxvij.fallen.in fin. Et idem potes dicere ad l.j.C. de ſuperexact.lib.x. quæ iubet protinus reſtitui quod vltra debitum fuerit elicitum à curialib.& ibi Bartol. negat ex hoc tolli tempus quadrimeſtre,quod datur condemnatis. Nam id etiam facit ſubiecta materia. Et adde ad omnia præcedentia quod ſcribit Ang.in d.§.in amittenda,hanc dictionem eſſe præciſam, quod & repetit Iaſ. ibi col.iij.verſ.tertiam ſolutionem.

*De eadem re.*

*Subiecta materia mutat propriam naturam dictionum.*

124 ¶Trigeſimoquartò idem quoque in dictione continuò,vt ſcilicet ſit latæ ſententiæ,vt nuncupatim affirmant Alex.& Iaſ.in l.poſthumo,ille col.vj.verſ.tertio fuit op.hic col.vij.verſ.pro qua op. C.de bono.poſſ.contr.tabu.Pro quibus optimè facit tex.in l.j.in fi.cum ſeq. & ibi not.per doct.ff. pro ſocio,& in l.apud Aufidium.ibi,continuo eius fit,iunctis illic not.per Bart. & alios.ff.de opt. lega.Nam & ea dictio omnem moram tollit,vt ibi probatur.& in l.qui vxorem.ff.de iniuſt. teſta. & in l.ſtipulatus ſum damam.ff.de verb.oblig.& in l.j.C.de iis qui ſe defer.lib.x.& in c.cæterùm, extr.de reſcr.Et apud Virgilium lib.iiij. Georg.

*Haud mora,continuò matris præcepta faceſſit.*

Et lib.iij.Aeneidos:

*Haud mora continuò perfectis ordine cunctis.*

Et iterum lib.v.

*Nec mora,continuò vaſtis cum viribus effert*
*Ora Dares.*

*Continuò, eſt latæ ſentẽtiæ.*

*Et omnem moram tollit.*

125 ¶Trigeſimoquintò & ea etiam obtinent in dictione immediatè,voce non admodum proba, ſed qua noſtri recentiores vtuntur,quæ ſi alicubi reperitur,& ipſa denotat aliquid fieri ipſo iure, ex ſententia Bald.in c.bonæ.le j.col.vlt.verſ.& ſcias,quòd aut text. extrà de elect. Nam & ea apertè reiicit omne interuallum ex vera ac propria ſignificatione.Nam id immediatum eſt quod eſt ſine medio.{vt tradit Fran.Aret.conſi.lxxj.diligenter & maturè,& col.iiij.verſi.ſuper ſecundo dubio, & patet ex not.per Bart.in l.vxori.ff.de auro & arg.leg.& in l.ambitioſa.ff.de decre. ab ordin. faciend.} Atqui ſi ſententia requireretur,eſſet aliquid medium.

*Immediatè, denotat aliquid fieri ipſo iure.*

126 ¶Trigeſimoſextò non ſolùm in illis dictionibus,mox,confeſtim,incontinenti,& cæteris ſupradictis id obtinet,de quibus ideo ſpeciale caput adſcripſimus, quoniam & de illis ſpeciatim noſtri doctores locuti ſunt,ſed & in aliis omnibus quæ ſunt eiuſdem ſignificationis locum habet,cuiuſ modi ſunt eæ,ſcilicet,Extemplo,Derepente,{qua dictione vtitur Terentius & alij apud Nonium Marcellum,}Repente,Eueſtigio,quas duas poſteriores copulat Tullius in j.in Verrem actione,& poſteriore vſus eſt iuriſconſultus in l.diuortio.ff.de nego.geſt.vbi Accur. non intellexit ſignificatum huius dictionis,quam declarauit Priſcianus lib.xviij. Vſus eſt & pontifex in cap.j. §. verum, de ſtat.regu.lib.vj.vbi glo.optimè expoſuit,ſtatim,vel continuo.Incunctanter,de qua { in l.ſi rogatus,in princ.ff.de manu.vindic.& in c.ex literis,quod eſt iij.in fi.ext.de fide inſtru.}in cap. referente,extrà de præbend.& in cap.vlt.extrà de ſchiſma, & in cap. j. extra de his quæ fiunt à ma. par.cap.& in c.quemadmodum,extrà de iurciur.& in c.cum quis.{quod eſt pen.} de ſentent. excom.lib.vj.{qui quidem tex.loquitur & etiam in caſu canonis latæ ſententię}Indilatè,non admodum latina dictione,ſed qua vtitur c.vt inquiſitionis,de hære.lib.vj.vbi & Pet.Anch. de ea nonnulla huc pertinẽtia ſcribit.Cito,Subito,{De ſubito,nã & hoc verbo,in eadem ſignificatione vſus eſt Tullius & antiquiores, vt probat Nonius Marcellus.Actũtũ,de quo Virgilius,lib.9.Aeneidos;

*Extemplo, Derepente, Repente, Eueſtigio.*

*Incunctanter.*

*Indilatè. Cito, Subito. De ſubito. Actûtum.*

*Tum cætera reddet*
*Actûctum pius Aeneas.*

Quo in loco Seruius, Actûtum, inquit, confeſtim ſine dilatione tẽporis. Et Terẽtius in Adelphis:

*Aperite aliquis actûtum oſtium.*

*Ex cōtinenti.*

Id autem Priſcianus dicit deriuatum ab actu id eſt celeritate.} Ex continenti. nam & hæc idem ſignificat quod incontinenti, vt probatur in l.iuriſgentium.§.quinimo, in princ.ff.de pact.& in l.ſi purè.ff.de fideic.lib.& in l.quoties, in prin.ff.ſol.mat.& in l.ſed & ſi ex parte.§.ſed an etiã.ff.quod cum eo.& in l.iij.§.cùm igitur.ff.de vi & vi ar.& in l.ſi ita fuero.§.cùm pecuniam.ff.de noua. ſuper quo tamen vide tex.in l.vlt.C.de erro.aduo.& ſi quæ ſunt aliæ.

*Eæ omnes dictiones, ſunt latæ ſententiæ.*

127 ¶Nam & eæ omnes quæ eius ſignificationis ſunt, vt diximus, ſunt etiam latæ ſententiæ, vt generaliter tradit Bart.in d.l.imperator, ff.de iure fiſc.& in d.auth.de inceſt.nup.{Bal.in auth.in donatione.C.de ſecun.nupt.in ij.lect.}& Saly.in d.auth.inceſtas.C.de inceſt.nupt.& Ang. in d.l.in criminali.C.de iuriſd.omn.iud.& in l.j.C.de pœna iudi.qui malè iudic.Imo.in d.c.vlt. vbi ſuprà, ext.de præſcrip.Rom.& Fran.Aret.in l.j.§.qui præſens.ff.de verb.oblig.Fran.Cremen.d.not. vij. Fran.Aret.in d.l.ſi quis maior, in vij.notab.C.de tranſact.{Phil.Dec.in d.cap.in pœnis, de reg.iur. lib.vj.}& omnes ferè quos ſuprà in illis dictionibus allegauimus. Id quod ſatis ex eo probatur, quòd in nouellis conſtitutionibus Iuſtiniani, quas vulgo authenticas vocamus, quæ Græcè primùm ab ipſo Iuſtiniano ſcriptæ ſunt, ita ſcribitur in titulo περὶ ἀθεμιτογαμῶν, id eſt, de ſceleſtis nuptiis, & vt à noſtro interprete quiſquis is fuit, non malè traductum eſt, de inceſtis & nephariis nuptiis, ſtatim poſt princ. εὐθὺς μὲν αὐτῷ τῶν οἰκείων πραγμάτων ἔκπτωσιν ἐπικεῖσθαι. Quod ſic ad verbum vertit noſter interpres, mox ei ſuarum rerum caſum imminere. Et ibi glo.in illo verbo, imminere, not.id fieri ipſo iure propter dictionem mox, quod nos ſuprà diximus in xxvij.fallen. At Gregorius Haloander, cui debemus illam Græcam nouellarum editionem, & qui eas multò elegantiùs traduxit, ita eum locum vertit, Illi confeſtim & bonorum ſuorũ ademptio immineat. Nam dictio εὐθὺς, qua Græca litera vtitur, propriè ſtatim ſignificat, ſicuti & εὐθέως confeſtim. Quaſi ſcilicet & hæ dictiones & ſimiles confundantur, nec inter eas quicquam interſit, præſertim quantum ad hanc vim latæ ſententiæ, de qua tractamus.

*εὐθὺς, & εὐθέως, quid propriè ſignificent.*

*Quænam ſit ratio cur hæ dictiones latã denotent.*

128 ¶Nam & omnium huiuſmodi dictionum eadem eſt huius naturæ ratio. Cùm enim lex vult pœnam ſtatim ſiue continuò aut incontinenti vel mox infligi, non obſcurè demonſtrat aliam à iudice ſententiam non eſſe ferendam, cùm ea ſtatim proferri non poſsit, ſed priùs requirat cauſę cognitionem. Hanc enim rationem reddit Calder.conſi.x.tit.de verb.ſignific.quem refert & ſequitur Card.Alex.in d.§.callidis, col.ij.tit.de prohib.feud.ali.per Fede.& idem in effectu dicit Ang. quem Cardi.non allegat, in d.l.j.C.de pœna iudi.qui malè iud.& d.conſi.ccclxxj.in fi. Nam ſententia, inquit, illico ferri non poteſt.l.j.C.de iuriſd.omn.iud. Et ante hos omnes Cy. in d. authen. inceſtas.C.de inceſt.nup.huius etiam reddens rationem. Nam iudicium, inquit, habet multas moras.l.etiam, in prin.ff.vt lega.no.caue. Et ſententia cum deliberatione datur.l.hac lege.C.de ſentẽ. ex peri.reci. Sed omnium primus Accurſ.hanc eandem rationem poſuit in d.§.j.in verbo, imminere, & ibi etiam Ang.in auth.de inceſt.nupt.{Illa autem dictio repentè, id ſignificat, vt non requiratur cauſæ cognitio, Compoſtel.in c.quod ſicut, de cleri.Alber.in l.ſententiis. C. de errore calculi.} Ex quibus & illud fit, quòd ſi in conſtitutione apponerentur hæc verba, ſine mora, ea eſſet latæ ſententiæ, ſecundum Fran.Aret.in l.j.§.qui præſens, col.j.in fi.ff.de verb.oblig.

*Hæc uerba, ſine mora, sũt latæ ſent.*

*Vlterius, latæ ſententiæ.*

129 ¶Trigeſimoſeptimò fallit ſi cōſtitutio vtitur dictione vlteriùs, verbi gratia, ne quis vlteriùs id faciat: nam illud cenſetur eſſe ipſo iure ſublatum, ſecundum Bal.in c.cùm acceſsiſſent, col.iij. verſic. ibi, vlteriùs eſſet, & ibi quoque Barb.extr.de conſtit.& idem Barb.in c.ſi diligenti, extr.de for. cōpe.& Corſe.in ſuis ſing.in verbo, careo.in fin.& ipſe Bald.poſt Petr. cuius neuter meminit, in l. vlt.C.quib.ex cau.maior.

*Dictio fruſtra importat, ipſo iure.*

130 ¶Trigeſimooctauò idem de dictione fruſtra, verbi gratia ſi dicatur, fruſtra id faciet, aut facturus eſt: quia intelligitur, ſi factum fuerit, nullum eſſe ipſo iure, vt voluit Bart.in l.pen.§.ad crimen, in fi.& ibi clariùs Imo.ff.de publ.iud.& Saly.in l.quamuis, col.vlt.C.de adult.& in l.maior.C.de pigno.Domi.poſt Ioan.And.in c.j.col.vlt.in princ. de accuſa.lib.vj.Panor.in c.veniens, col.vlt.& ibi Fran.Are.ext.eod.tit.idem Pan.in c.quia fruſtra.col.ij.ext.de vſur.dum ſe remittit ad no.per eum in d.c.veniens.Fulg.conſi.cl.quidam ciuis, col.pen.verſ.rurſum & tertiò.Fran.Aret.in l.verbis ciuilibus, poſt prin.per illum tex.& ibi Iaſ.in ij.no.ff.de vulg.& pup.{& in l.Centurio, col.ix.ff.eo. vbi & illud dicit eam dictionem ſignificare deeſſe potentiam faciendi, & ibi quoq; Iaſ.col.x.verſi. in ea glo.ibi vt modo} Ant.ab Alex.in l.cùm ea quæ.& ibi etiam Iaſ.ad fin.& Iac.à S. Georg.C.de tranſ.Barb.in c.prudentiam, de offi.deleg.& conſi.xliiij.ſcribitur apud Prophetam, col.ij.li.j. Alex. clanculum in l.j.§.ſi quis ita, col.ij.in princ.& ibi apertiùs Franc.Curt.ſenior, in addi.ipſius. ff.de verb.oblig.Feli.in d.c.Rodulphus, col.xxj.verſi.fruſtra aliquid fieri, extr. de reſcript. Corſe.in ſuis ſing.in verbo, nihil agit. Et bene facit tex.in l.ſi tutor.C.in quibus cau.in integ.reſtit.non eſt neceſſ.& in l.in dubium C.de tutor.vel cura.qui non ſatiſd.& in l.ex conſenſu. §. cùm procurator. ff.de appel.& in l.ſi cauſa.C.de tranſact. Quanquam & hic in contrarium adferri poſſet.

*Et ſignificat deeſſe potentiam faciendi.*

131 ¶Contrarium enim voluit Ang.in d.§.ad crimen, col.j.verſ.ſequitur in tex.fruſtra.& Domin.ſibi contrarius, in c.j.vlt.de iud.lib.vj.per tex.in d.c.quia fruſtra, de vſur.vbi & Io.Ana.col.6.verſic. in ea.in fin.



ea.in fi.& ſic patet.& etiam Maria.in repe.d.c.veniens. & Alexander ſibi etiam quoque contrarius in l.ſi tibi decem.§.de pignore, in fi.& ibi etiam Iacob.à S.Geor.ſibi item contrarius, in vtraque lectu.ff.de pact.Pro quibus eſt tex.in l.ſi Titius, in prin.ff.de fideiuſ.vbi ſcribitur mulierem fruſtra pro alio intercedere, & tamen certum eſt eam mero iure obligari, ſed exceptione Velleia. ſenatuſc. actionem ſummoueri, vt patet ex l.antiquæ.§.vlt.C.ad ſenatuſc.Macedo.& no.Bald. in l.ij.ff.eo.Facit etiam tex.in l.j.C.de non nu.pecu.in illis verbis, fruſtra cautionem emiſſam. quæ gl.prima ibi ita interpretatur, bene dicit fruſtra, quia licet ciuiliter obligetur, tamẽ habet exceptionem l.cùm vltra, & in l.exceptionibus, eo.tit.& eam glo.ſequitur Bal.in d.l.j.in j.oppo.

132 ¶Sed ad hoc dicas ex ſententia Imo.Panor.Ioan.Ana.& Iaſ.vbi ſuprà in prin. huius fal. dictionẽ hanc ſuapte natura habere vim latæ ſententiæ, ſed aliquando ſecundum ſubiectam materiam ſuã naturam relinquere. De quo & nos diximus pleniùs ſupra in ij.fal. præteriti temporis. Ex quibus intelliges hoc generale eſſe & perpetuum in omnibus verbis & dictionibus. Tu autem interim vide tex.in l.tutelam.§.impuberi, ibi, fruſtra tutorem dabit.ff.de teſta.tutel.iuncta l.j.C.eod. tit.& l. iuriſperitos.§.vlt.ff.de excuſ.tuto. Nam ex d.l.j.videtur illam dictionem, fruſtra, in d. §. impuberi, ſignificare ipſo iure, & ſine ope exceptionis. Contrà autem videtur ex d.§.vlt. Vide etiam Domi. in c.ſi pater, verſi.teſtatore, col.pen.in prin.de teſtam.lib.6.

*Solutio contrarii.*

133 ¶Trigeſimononò fallit in his verbis, authoritate noſtra, ſiue huius noſtræ legis authoritate. nã ea cum à iure proferuntur, denotant latam ſententiam, vt ſi dicatur, talem pœnã authoritate noſtra ſubibit. ita tenent Domi.& Cardi.Alex.in c.j.ij.quæſt.3.per tex.in c.ij.extra de teſtib.cog.& in ca. præterea requiſiſti, & ibi not.extr.de appel.& in cap.excommunicationi, iuncta glo.ext. de rapto.

*Hæc uerba, authoritate noſtra, cum à iure proferuntur, latã ſententiam denotant.*

134 ¶Quadrageſimò fallit in dictione liberè, vt voluit Bald.in d.c.j.§.callidis, in prin.& ibi Card.Alex. col.ij.in fi.tit.de prohib.feud.ali.per Fede.& Panor.in c.cum in cunctis.§.cum verò, in vlt.not.de. electio.Corn.conſi.clxv.circa primum, col.v.verſ.reſpondetur, lib.ij.& Barb.con.lj.ſcripſit ſapientiæ fons, col.xvj.verſi.& adduco ad prædicta, lib.j.& conſi.xj.illud afferam, col.ij.& iterum col. 8. lib.ij.Ioan.Ray.in §.pœna, in viij.& xiiij.& xv.q.primæ partis prin.tit.de prohib.feud.ali.per Fed. vbi ad hoc multa allegat Philip.Franc.in c.ſi pater, col.xxxij.verſ.quid autem ſit, de teſtam.lib.6. Cardin.Alex.in c.j.§.prædictis, col.ij.tit.quæ fuit pri.cau.benefi.amit. Ludo.Bolo.conſi. lxvij. cōſortium ſancti, col.pen.verſi.aliquando etiam denotat.

*Dictio liberè, eſt latæ ſententiæ.*

135 ¶Nam & hæc dictio eius naturæ eſt, vt non requirat alterius conſenſum, authoritatem, factum, vt eſt tex.in c.de multa, & ibi Panor.col.j.extr.de præben.& in c.pen.& ibi quoque Panorm.ext.de pœni.& remiſ.cum multis concord.à me cumulatè congeſtis in noſtris commentariis conſuetudinum Picta.tit.xiiij.§.j.in glo.iij. Quibus ego addiderim id quod voluit Bald.in c.quæ in eccleſiarum, col.j.verſ ibi, liberam.ext.de conſti.id eſſe liberum, quod ab omni neceſsitatis obſeruantia & ſolennitate eſt abſtractum, per l.j.ff.de teſta.milit. Et idem propè dicit ipſe Bart.conſil. cclxxxviij. incip.omnis qui rem, circa medium, lib.iiij. videlicet huiuſmodi dictionem ab omni neceſsitate abhorrere, per l.fideicommiſſa.§.quanquam.ff. de lega.iij. Et quod ſcribit Ariſtoteles eius operis cui titulus eſt μετὰ τὰ φυσικά, lib.ij.& eius authoritate diuus Thomas Aquinas, ij.q.xix.c.iiij.id liberum dici, quod operatur ſine aliqua re extrinſeca.

*De eadem re.*

*Quid ſit, eſſe liberum.*

136 ¶Propterea etiam à noſtratibus ea dictio reponitur inter eas quæ faciunt ſubſtitutionem directã, id eſt, quæ nullo alterius miniſterio indiget, vt per Bart.in l.Centurio, col.vij.verſi.item quid ſi teſtator, & ibi Iaſ.col.xix.verſ.primò adde.& iterum col.pen.verſi.tertiò limita.{& Lancelotus Gali.in repet.nu.347.}ff.de vulg.& pupil. Et vt dicit Bart.in l.precibus, col.iij.verſi.quæro quid ſi dicit.C.de impube.& ali.ſubſtit.quòd verbum liberè, eam vim habet, vt quis capiat propria authoritate, & ex manu ſua, non alterius.& ſequitur Raph.Com.conſi.iij.teſtator B.inſtituit, col.j. Et in hanc quoque ſententiam facit quod ſcribit Oldr.conſi.ccxxvj.grauamina, col.iij.verſic. præterea verbum, quòd hæc dictio omnem moram excludit per quædam iura quę allegat.ex quo planè colligitur, quòd aliam ſententiam non exigit, per ea quæ diximus ſuprà in xxxvj.fal.

*Liberè, an ſit dictio directa.*

*Dictio liberè omnem morã excludit.*

137 ¶Tamen Sign.Homod.conſi.cxxxj.cuius exordium eſt, factum ſic ſe habet, col.vlt.ita de hac dictione loquitur, vt non obſcurè ſenſiſſe videatur eam non inducere canonem latæ ſentẽtiæ. adeo nulla res in iure noſtro ſine controuerſia reperiri poteſt, vt aliàs ſæpe conqueſti ſumus. Sed quanuis Homod.mihi inter primos doct.ſtatuẽdus eſſe videatur, & eum ſolennẽ doct.appellet Corn. conſ.cccxxxvj.conſtat quòd de iure communi, ad fine lib.j.tamen verum eſt quod apud Homerum lib.Odyſſeæ primo Iupiter grauiter pronuntiauit:

*Qui cōtrariũ tenuerint.*

ὃ μὲν γάρ τι δυνήσεται ἀντία πάντων
ἀθανάτων, ἀέκητι θεῶν ἐριδαινέμεν οἶος.

Quibus ſignificatur Neptunum ſolùm haud poſſe aduerſus cæteros omnes deos contendere. Nec me tamen latet Barb.in c.ex parte, col.iiij.ext.de feud.in hac quoque op.fuiſſe, licèt non alleget Sign. Sed mouetur ex tex. in c.dicit dominus.32. q.j. vbi dicitur quòd propter notoriam fornicationem vxor liberè dimittitur, & tamen requiritur ſententia, ſecundum glo. in c.ex parte, in verbo, manifeſta, extra de ſponſa. Ex quo, inquit, fit quòd hæc dictio liberè, non eſt latę ſententię. Sed multùm fallitur Barb. Nam ea glo.non eſt vera, & contrarium tenet alia glo.in cap. vlt. & ibi Hoſtien.Ioan.Calde.& Panor.ext.de adult.vbi etiam Barb.ſecum pugnans in additio.ipſius Pan. id tenet per tex.in d.cap.dicit dominus, vtentem eo verbo, liberè, ad quem dicit nullum aduertiſſe.

tiſſe.verùm Panor.per eundem tex.hoc etiam tenet in d.cap.ex parte,de ſpon.& in ca.gaudemus, extrà de conuer.coniug.& ante omnes Innoc.in cap.inquiſitioni,ext.de ſent.excom.Et hîc vide quæ de hac dictione latiùs vbi ſuprà citauimus,& iterum tit.xvj.§.iiij.in glo.ij.in ij. ampliatione, verſi.item videtur teſtator,& ſeq.

*Pleno iure,latæ ſententiæ. Et ſunt uerba directa.*

138 ¶Quadrageſimoprimò fallit,etiam ſi verbo futuri temporis adiiciantur verba,pleno iure,tũc enim erunt latæ ſententiæ: quod planè demonſtrat illorum verborum ſenſus. neque enim plenum ius dici poteſt,quod alterius operam,miniſterium,ſententiam,iudiciũ deſiderat.l.reſtituta.ff.ad Treb. quam ad hoc expendit Ang.conſi.cxxv.ſubſtitutiones dictorum,col.vlt. Ideoque vbicunque in ſubſtitutione ea verba apponuntur,denotant ſubſtitutionem illam eſſe directam,& quæ alterius manum non requirit,vt voluit Bart.conſi.xv.pater habens filium impuberem,ante fi.& Bald. in auth.hæc vſus præſtatio.C.de ſacroſ.eccl.per tex.ibi,& in l.Iulianus,in fi.ff.de rei vend.vbi & hoc voluerunt ipſe Bald.& Ang.& idem Bald.in l.precibus,col.xiiij.verſ.procedo vlteriùs. C. de impub.& ali.ſubſti.Ang.d.conſ.cxxv.vbi ad hoc multa iura allegat.& Ant.conſ. liij. quidam magiſter,circa medium.& Pau.Caſt.{in l.mater, col.j.C. ad ſenatuſc.Tertul.& } conſi.xxviij.in cauſa quæ vertitur inter Petrum,col.ij.verſ.nunc ergo ad propoſitum,lib.ij.Franc.Areti. in d.l.Centurio,col.pen.& ibi quoque Iaſ.col.antepe.& Lancel.Galio.in repe.char.pen.ff.de vulga.& pupil.vbi & ad hoc ipſi Aret.& Iaſ.multa allegant.& idem Aret.conſi.clvj.diligenter viſis,col.vij.verſic. & hoc clarè.Corn.conſ.clij.in hac conſultatione,col.iij.verſi.& etiam verba,lib.ij.& conſ.cxlij.circa primum quæſitum,col.iiij.verſ.corroborantur,lib.iiij.{Fel.in c.conqueſtus,col.j.extr.de foro. cõpeten.}Iaſon in l.ſi ita ſtipulatus.§.Titius,col.3.verſ.item iſta verba.ff.de verb.oblig.& Fran.Curt. iunior conſi.lxvij.conſortũ,col.vlt.Et quòd hæc verba ſignificent ipſo iure, ſatis videtur voluiſſe Aegid.Bellame.conſi.xxxix.factum eſt tale,dominus Humbertus,col.v.verſi.his præmiſsis.& expreſsim Iaſon conſi.cxxviij.verba permutationis,col.iiij.verſi,quintò dicitur,lib.iiij.vbi & ad hoc probandum multa alia congerit de vi & potentia horum verborum. Quibus adde & quæ dicam infra in glo.vlt.num.11.& 12.

*De eadem re.*

139 ¶Et ob hæc magis miror id quod à Bald.ſcriptum eſt in l.vlt.col.vlt. C. quib. ex cau.maior. hæc verba,pleniſsimam firmitatem,pleniſsimum robur,pleniſsimam liberationem, & ſimilia eſſe latæ ſententiæ propter illud ſuperlatiuum,per not.per glo.in l.ait prætor.§.permittitur.ff.de minor.Et ita illum ſequitur Fel.in d.c.Rodulphus,col.xvij.extr.de reſcrip.Ponderant igitur Bald.& Fel.ſuperlatiuum,quaſi ſecus ſit,ſi non ſit ſuperlatiuum.Imò verò ſi bene inſpiciatur Bal. videtur & in ipſo ſuperlatiuo voluiſſe contrarium.Nam quod ad poſitiuum pertinet,idem Bald.in l.precibus, colum.xiiij.verſi.procedo vlteriùs.C.de impub.& ali.ſubſti.non obſcurè tenet hæc verba , pleno iure,non facere ſubſtitutionẽ directam.quem ita refert & ſequitur Bened.Cap.conſi.lxxxiij.punctus Cyprianus de fulgineo,col.ij.& eſt tex.hæc verba,pleno iure, iungens cum dictione ſtatim, in l.in pecudum.ff.de vſur.quod fruſtra feciſſet,ſi pleno iure per ſe id ſignificaſſet.Ideo cogita, & interim vide quæ dicam inferiùs in glo.vlt.verſ.x.incip.quid autem & in hoc caſu,& ſeq.

*Hæc uerba, de iure, latæ ſententiæ.*

140 ¶Quadrageſimoſecundò idem & de verbis,de iure,ſi credimus Tancre.& Gof.antiq.decret.glo. in c.cæterùm,extr.de reſcrip.Ille enim dicebat in caſu illius capit.reſcriptum ſecundum eſſe nullum ipſo iure propter ea verba,de iure,ibi poſita.ita enim in antiqua litera dicebatur,nec ſecundæ literæ de iure obtinent alicuius roboris firmitatem. Gof. autem aſſerebat ea verba de iure, poſtea fuiſſe ſublata , ne denotarent ſecundum reſcriptum eſſe nullum ipſo iure. & ita eos refert Ioan. Andr.ibi.

*Et tunc, latæ ſententiæ.*

141 ¶Quadrageſimotertiò fallit,ſi appoſita fuerit illa dictio,extunc.ea enim eſt latæ ſententiæ,ſecundum Franc.Aret.in c.ſi diligenti,col.iij.verſ.in glo.poſita ſuper verbo,cauſam,de for.compet.per tex.in ca.cupientes.§.cæterum,ibi,extunc inchoandum volumus fore ſuſpenſos,iuncta glo.ibi in verbo,ſuſpenſos,de elect.lib.vj.& Corn.conſ.ciiij.licèt in hac conſultatione,col.ij.verſ. licet ergo non fuerit,lib.j.Vide tamen tex.in c.excommunicamus.§.credentes , ibi,extunc ipſo iure ſit factus infamis.quaſi ſcilicet ex tunc non induxiſſet latam ſententiam , niſi ipſo iure additum eſſet. & ſimilem tex.in c.cùm ex eo,in fin.de ele.lib.vj.& in extrauag.ſuſcepti regiminis,verſ.quam electionẽ.& in extraua.execrabilis.§.qui verò deinceps.Sed ad hoc dicito, vt ſuprà diximus in verbo præſentis temporis.{nu.26.}incip.ſed quod his reſpondeatur.

*Dictiones, eo ipſo, latam declarant.*

142 ¶Quadrageſimoquartò fallit , ſi adiectæ fuerint dictiones eo ipſo , nam & eæ latam ſententiam declarant.glo.in d.cap.quàm ſit,in verbo,eo ipſo,& iterum in verbo euacuetur,& ibi Domi.in §. vlt.col.etiam vlt.& Philip.Fran.poſt medium,de elect.lib.vj.& glo.in c.cupientes.§. cæterùm , in verbo,ſuſpenſos,in prin.{& ibi etiam Ioa.Mo.col.x.verſ.& ſunt paria,eo.tit.& glo. } in c.indemnitatibus.§.poſtremo.in verbo,ſubiacere,eo.quoque tit.& lib.& in c.ij.§.inhibemus,de hær. eo.li. & in c.in pœnis,de reg.iur.eo.li. & in cle.j.in verbo eo ipſo,& ibi Imo.col.j.& Card.de vi.& hon. & in cle.ij.in eodem verbo,eod.tit.& in d.extrau.execrabilis,verſi.qui verò deinceps,in verb.ipſo iure priuari.& in extrauagan.quorundam, in verb. eo ipſo, de ſen.exc.Arch. in c.cum ex eo, in verb.eo ipſo,de elec.lib.vj.& in c.eum qui,de præb.li.vj.& in c.j.ad fi.de ſepul.eo.li.Ioa.An.in c. quia ſæpe,de elect.eod.lib.in nouel.vbi dicit quòd ſignificant ſine hominis adminiculo. Bald.in l. vlt.col.vlt. C.de ſacroſ.eccl.vbi ex hoc dicit quòd ea verba faciunt ſubſtitutionem directam. & in c.j.§.qui clericus,in prin.& ibi Card.Alex.tit.ſi de feud.fue.contr.inter do.& agn. Imol. in c.ſi diligenti,



diligenti,col.ij.verſ.in gl.perdant,ext.de for.comp.& in c.vlt.col.xvij.verſ.ſed certè vbi ſtatutum, ext.de præſcr.& in cle.j.in ij.no.de ſeq.poſ.& fruct.& in cle.ij.in j.no.de vit. & hon.cler. Cardin. Flo.in cle.j.in v.no.de elec.Imo.in c.vlt.quo loco ſuprà ſæpius citauimus,ext.de præſcr.Matheſ. d.not.cxij.Ro.conſi.ccccxxvij.in propoſito caſu,col.ij.verſ.iij.Pan.in d.c.ſi diligenti,col.vij.de for. comp.Franc.Aret.in l.Centurio,in prin.col.pen.{& ibi Iaſ.col.etiam pen.verſ.limita iſtam. } ff.de vulg.& pupil.Alex.conſ.xlix.viſo themate,col.j.lib.vj.Corn.conſi.clxv.circa primum, colum.vj. verſi.tamen fallit,lib.ij.Barb.in d.c.Raynaldus,col.xlv.& iterum col.clxj.de teſta.Philip.Dec.in c. cæterum,col.pen.verſi.v.extr.de iudic.Et idem ſi dicatur hoc ipſo,vt voluit glo.in cle.vlt.in verbo,hoc ipſo,de præben.

*Idem in uerbo, hoc ipſo.*

*Ipſo facto, latæ ſententiæ.*

143 ¶Quadrageſimoquinto idem de dictionibus ipſo facto,vt eſt glo.in cap.ij.verſic. ſi quis item harum,iuncto tex.in verbo,ipſo facto,ne cler.vel mona.lib.vj.& in clem. attendentes,in glo.vlt. de ſtatu.mo.& voluit{Ioan.Mo.in d.ca.cupientes,verſ.& ſunt paria,de elect.lib.vj. } Archi. in c.j.in prin.in verbo,ipſo iure,de reſcrip.lib.vj.& in cap.vbi periculũ.§.nulli,in verbo,incurrat, de elect. eo.lib.& in c.j.& ibi Domi.in §.ſacri,per illum tex.de homici.eod.lib.vj.& idem Arch.in c.felicis, in verbo,infamis,de pœnis,eo.quoque lib.& in cle.attendentes,in fi.de ſtatu mo.& Zenzel.in extrauag.Ioan.xxij.incip.dudum.§.illud,in verbo,ipſo facto,de pœnis.Ioan.And.in c.in pœnis, col. pen.de reg.iur.lib.vj.in Mercur.Bart.in l.j.ff.de his qui no.infa.Bald.in d.l.iubemus nulli. §. ſanè, col.pe.C.de ſacro.eccl.& in l.palam.§.qui in adulterio.ff.de rit.nup.& in l.ij.C.de ſecun.nup.& in l.vlt.C.locat.& in c.bonæ,le j.col.vlt.verſ.& ſcias,de elect.& conſi. ccccxc. viſa petitione prædicta,col.ij.& vlt.li.iij.Ang.in d.l.in criminali.Imo.in d.cle.j.in ij.not.de ſeq.poſ.& fruct.& in d.cle. ij.in j.not.de vit.& hone.cler.Cardi.Flor.in cle.j.in prin. in xiiij.not.de pœnis.Rom.d.conſi.427. Pan.in d.c.ſi diligenti.Matheſ.d.not.cxij. Corne.d.conſ.clxv.quo loco ſuprà citauimus , lib.ij.& conſi.lxxxix.viſo ſupraſcripto puncto,col.pen.verſic.poteſt etiam,lib.iij.Alex.conſi.cxxxix. viſo puncto,col.ij.lib.vij.vbi & alia allegat.Philip.Fran.in d.c.quàm ſit.§.cæterùm,col.ij.de elect.li. vj. & in c.ij.in ij.not.de præſcrip.lib.vj.Iaſ.conſ.cxxviij.videretur in præſenti,col.iij. verſic.in primis eſt,lib.iiij.Philip.Dec.qui ad hoc quædam alia allegat,conſil. cxxxviij. cuius ſuperſcriptio incipit, verba iſta,in princ.& iterum conſi.clxxxvij.cuius item ſuperſcriptio incipit , contra tertium,col. iij.verſ.ſtantibus omnibus.& in c.reprehenſibilis.col.ij.ext.de appel.

*Ipſo iure, latæ ſententiæ.*

144 ¶Quadrageſimoſexto idem in dictionibus ipſo iure,de qua re nihil dicerem,vt quæ per ſe eſt euidentiſsima,niſi & noſtrates hoc quoque expreſsim annotaſſent.Ita igitur voluit glo.in d.l.in criminali.& ibi etiam Ang.C.de iuriſd.om.iud.& in l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fundũ,in verbo,ipſo iure.ff.de leg.j.& in d.cap.j.in gl.j.& ibi Archid.de reſcript.li.vj.& in c.ſtatutũ.§. vlt.in fi. eo.tit.& li.& in d.c.quàm ſit.de elect.lib.vj.& in c.vlt.verſi.officium,in verbo,ipſo iure , de offic. deleg.eo.tit.& in d.c.in pœnis,de regu.iur.eod.lib.& in cle.j.in fi.de reſcrip.& in extrauag. ſuſcepti regiminis,verſ.quam electionem,in verbo,ipſo iure,& in extrauag.execrabilis,verſ.alioqui,in verbo,ipſo iure.& iterum verſ.qui verò deinceps,in eodem verbo.Doc.in d.c.ſi diligenti.{ Ioan. Mo.in d.c.cupientes,vbi ſuprà,de elect.lib.vj.& in c.quanquam , in verbo,ipſo iure,eo.tit.& lib.} Bart.in d.l.j.ff.de his qui not.infa.& in l.j.in fi.ff.de compen.& in d.l.Mæuius.§. duobus, col.vlt. ff.de lega.ij.Bald.in d.cap.bonæ,col.vlt.de elect.& in d.conſ.491.lib.iij.Card. Flor.in cle.j.in prin. in xiiij.not.de pœnis.& conſi.cxxviij.in quæſtione quæ vertitur, in fi.& Collec. in c. propterea, col.j.verſi.quid ſi lex,ext.de verb.ſigni.Domi.& Philip.Franc.in c.j.de vit.& ho.cle.lib.vj.Pan.in c.j.col.j.ext.de re iud.Corn.conſ.ciiij.licèt in hac conſultatione,col.ij. lib.j. Tyndarus in trac. de compenſatione,col.xiiij.verſi.ſed certè eorum ſententia.Ang.Aret.in §.non autem omnes , poſt prin.Inſt.de perpe.& temp.præſcrip.& omnes ferè quotquot de hac materia ſcripſere.& hoc apertè probat tex.in c.quanquã,vbi id not.Dom.in pe.no.de elec.li.vj.& in d.c.ij.in prin.de præſcrip. eo.li.& ibi quoq; not.Domi.& Phil.Fran.& bene facit tex.in §.interdum,in fi.Inſt.de hære.quę ab inte.defe.{Ideoque Bal.in l.quærebatur.ff.de teſta.mil.exponit ipſo iure,id eſt, iure directo.}

*Verbum incurro, eſt latæ ſententiæ.*

145 ¶Quadrageſimoſeptimo,vt maturè relictis huiuſmodi dictionibus & aduerbiis,ad verba ipſa veniamus,fallit in futuro verbi incurro,vt ſi dicatur,incurrat ſiue incurret in talem pœnã.nam intelligitur ipſo iure ſine alia ſententia,vt voluit gl.in c.vlt.verſ.pars verò,in verbo,incurrat,de offi. delega.lib.vj.& glo.in c.eos,de ſenten.excom.dum inter caſus excommunicationis latæ ſententię ponit c.j.de relig.domi.eo.lib.& c.j.de iniur.eo.lib.quę eo verbo vtũtur,nec aliquid addunt quod ſignificet latam ſententiam.& in clem.j.in verbo,incurrant,& ibi Paul.Lau.Imol.& Card.Flor.in xxvij.quæſt.de vſur.& rurſum glo.in cle.j.in verbo,excommunicationis,de ſenten. excom. dum etiam inter canones latæ ſententiæ allegat cle.j.de deci. & d.cle.j. de vſur. quæ eo verbo vtuntur ſine adiectione dictionis latæ ſententiæ.& voluit etiam nuncupatim Corne. d. conſi.lxxxix.viſo ſupraſcripto,col.pen.verſ.poteſt etiam,lib.3.{& D.Coſ.Guy.in pragmati.ſanctio.§.quòd ſi aliter, in verbo,incurrat,& iterum in verbo,reddantur,tit.de electio.}

*Qui teneant contrarium.*

146 ¶Tamen contrarium expreſsè voluit Io.Fran.Pauinenſis in extraua.vas electionis,in verbo, incurſurum,de cenſib.Secundum quẽ faciunt multi text.adiicientes huic verbo has dictiones,ipſo iure,ipſo facto,eo ipſo,& ſimiles,quæ inducunt canonem latæ ſententiæ, tãquàm id verbum per ſe non eam vim habeat,ij ſunt in auth.agri,in fin.C.quæ res obl.non poſ.& in c.vlt.ext.ne cler. vel mo.& in c.vbi periculum.§.nulli etiam.& rurſum §.quòd ſi præmiſſa,de elec.lib.vj.& in c.fundamenta.

damenta.§.quòd ſi ſecus,eo.tit.& li.& in c.cum ex eo,in fi.eo.quoque tit.& li. & in c.indemnitatibus. §. porrò,verſ.ſed procuratores,eo.item tit.& li.& in c.ij.de iud.eo.li.& in c.vlt.in fi.de reb. eccl.non ali.eo.li.& in c. quanquam, ad fi.de cenſib.eo.lib.& in c.clericis,verſi.nos igitur, de immu.eccl.eo.lib.& in c.vt periculoſa,verſi.ſi quis,ne cler.vel mo.eo.lib.& in c.ſtatuta,de hæret. eo. lib.& in c.j.verſ.ſacri,de homi.eo.lib.& in c.j.verſ.qui verò,de vſur.eod.lib.& in c.felicis.§.præſenti.& iterum §.quapropter, de pœnis,eo.li.6.& in c.quia periculoſum,in duobus locis & iterũ c.quicunq;,de ſent.excom.eo.li.& in cle.j.verſ.quis autẽ,de ſeq.poſ.& fruc.& in cle.j.de reb. eccl. non ali.& in cle.j.verſ.nos tã ex iis,& iterũ verſ.prædictis,de relig.domi.& in cle.ne in agro,quæ eſt j.§.ſi quis autẽ,& rurſum §.quia verò,de ſtat.mo.& in cle.attendentes,quæ eſt ij.in fi.eo.tit.& in cle.j.verſ.nos tã,& iterũ verſ.prædictis,de relig.domi.& in cle.j.verſ.verũ,de hære.& in cle.j.in prin.& rurſum in verſ.cæterùm,de priuileg.& in cle.cupiẽtes,quæ eſt vlt.§.vlt.de pœnis,& in extrauag.ſuſcepti regiminis,paulò ante fi.ne ſed.vac.& in c.agricultores,tit.de ſtatu.& cõſue.in feu.

*Solutio contrarii.*

147 ¶Sed ad hos omnes tex.dici poteſt,id quod ſuprà diximus verſ.xxvj.incip.ſed quod his reſpondeatur,has ſcilicet dictiones adiici ad hoc verbum ad certiorem demonſtrationem ſignificationis. Nec tamen omittemus,quòd Domi.in d.c.vlt.§.pars verò.de offic.deleg.lib. vj.aſsignat vim latæ ſententiæ non illi verbo incurrat,ſed aliis verbis eiuſdem conſtitutionis.Nam ex eo no.quòd canon loquens per verba futuri temporis,eſt latæ ſententiæ,quando per verba ſequentia apparet legiſlatorem ita velle.Et ſic apertè ſentit Dom.hoc verbum incurrat,quo is tex.vtitur,nõ eſſe ſuapte natura latæ ſententiæ.Et idem quoque ante eum voluit Ioan.An.in c.clerici,in verbo,incurrant,& ibi quoq; Pan.in j.no.ext.de cler.excommi.Eſt tamen alia op.communior:& quod Ioan. An.dicit in d.c.clerici,id fuit quia aliis iuribus id declarabatur,videlicet in c.illud,in fi.eo.tit. iuxta ea quæ diximus ſupra verſ.lxiiij.incip.duodecimo fallit.

*Verbum ſubiacceo, etiam in futuro eſt latæ ſentẽtiæ.*

148 ¶Quadrageſimooctauò fallit in verbo ſubiacceo,quod & in futuro tempore eſt latæ ſententiæ,ſecundum glo.in c.ſi quis ſuadente,in verbo,ſubiaceat.xvij.q.iiij.& in c.clericis,in fi.quam ſequuntur Io.An.Pan.& omnes recentiores,extr.ne cler.vel mo.& glo.loquens in infinitiuo, {in c.non minùs,in gl.vlt.iuncto tex.ext.de immuni.eccl.&} in c.excommunicationi,in verbo,ſubiacere, & ibi Inn.Hoſt.Io.And.Collect.Pan.& Io.Ana.ext.de rapto.& in cap.indemnitatibus.§. poſtremò, in verbo,ſubiacere,de elect.lib.vj.& in cap.j.in fi.de iniur.lib.vj.& glo.in c.eos,de ſent. excom.li. vj.dum inter caſus excommunicationis latæ ſententiæ allegat c.j.de his quæ vi me.ve. cau.fi. eo. lib.& c.ij.in prin.de hæret.eo.li.6.quæ quidẽ vtuntur eo verbo in infinitiuo ſubiacere ſimpliciter & ſine adiectione alterius verbi,quod habeat vim latæ ſententiæ. & Hoſti.in ſumma tit. de ſent. excom.§.3.& Lapus in tract.de cenſura eccleſiaſtica,col.xxiiij.dum vterque etiam inter caſus latæ ſententiæ annumerat c.licèt,verſ.ſi quis autem,& iterum verſ.præterea,ext.de elect.& c. ſicut ait,ext.de hæret.& d.c.non minùs.& c.aduerſus,ext.de immu.eccl.& c.j.ext.de ſchiſma. quæ ſimiliter hoc vel in præterito vel in infinitiuo,quod idẽ eſt,vtuntur ſine alia declaratione latæ ſententiæ,& voluit expreſsè idem Hoſti.in cap.j.poſt medium,extrà de ſagit.& ipſe etiam & Ioan. And.& Pan.in c.dura,extrà de crim.falſi.Lapus in eodem tracta.ſupra alleg.col.lxix.verſ.ſeptimò an hæc verba.& idem quoque vult Collect.in d.c.j.in prin.extra de ſchiſmat.& ibi Hoſtien.Ioan. And.Pan.& Ioa.Ana.dum ita interpretantur eum tex.hoc verbo,vtentem. Idem Pan.in c.nihil. col.iij.verſ.in glo.in verbo poteſtatis,extrà de elect.& in d.c.ſi diligenti,col.vij.de foro competen. vbi reddit rationem,quia licèt proferatur in futuro, non tamen videtur de ſui natura requirere alium actum aut miniſterium iudicis.& idem Pan.in dicto c.licèt de vitanda,in vij. not. poſt antiquiores,& ibi quoque Philip.Dec.col.iiij.etiam in vij.not.extrà de elect.& idem Pan. in c. cùm in cũctis.§.vlt.col.vlt.eo.tit.& in c.vlt.col.iij.extrà de iura.cal.& in dicto c.non minùs,in vlt. not. extrà de immu.eccl.& in c.quia in omnibus,col.ij.verſ.extra glo.extrà de vſur.{Salyc.in auth.itẽ nulla,col.ij.verſ.quæro an bannum.C.de epiſc.& cler.}Domi.in dicto c.j.verſ.ne ante,de his quæ vi met.ve cauſ.fiunt.dum notat in ij.nota caſum ex eo tex.vtente hoc verbo, in quo quis incurrit excommunicationẽ ipſo iure.{Philip.Fran.in c.præterea,col.vlt. extrà de appellationib. }Fel. in c.j.col.vij.verſ.nota quòd iſta verba.extrà de iudic.{D.Coſ.Guy.in pragma.ſanctio.§. quod ſi aliter,in verbo,incurrat,Matthe.Afflic.deci.Neapoli.iij.extat obſeruantia,col.ij.}

*Qui contrarium teneant.*

149 ¶Contrarium tamen ſentire videntur gl.& Inno.in d.c.dura.& idẽ Inn.cum quo tranſeũt Ioan. And.& cõmuniter alij,in ca.cùm & plãtare,in fi.extra de priuileg.& apertè voluit Bal.in l.j.col.2. C.de hæred.inſtit.Quorum ſententiam confirmat tex.in cap.licèt,ibi,extunc ſubiacere, extra de voto.& in c.generali,verſ.clericos,ibi,eo ipſo ſubiacere,de elect.lib.vj.& in d.c.indemnitatibus.§. poſtremò,eo.tit.& lib.vbi eſt ſimilis tex.& in c.ad apoſtolicæ.§.nos itaq;, ibi, ipſo facto excõmunicationis ſententię ſubiacere,de re iudic.eo.li.& in c.quoniã.§.vlt.ibi,ipſo facto ſubiacere,de immunit.eccl.eo.lib.& in c.vlt.eo.tit.& lib.vbi eſt ſimilis tex.& in c.j.ibi,extũc ſubiaceat,de vſur.eo. lib.& in cle.j.de conſang.& affinitat.& in cle.nolentes,de hæret.& in cle.j.de ſent.excõmunic. & in cle.cùm ex eo,eo.tit.& in cle.j.de ſepult.& in extrauag.Ioan.xxij.incip.dierũ.§.illud , tit.de pœnis.& in c.item nulla,tit.de ſtatut.& conſuet.in feudis.Nã ſi id verbũ ſubiacere,eſſet per ſe latę ſententiæ,ſuperuacuò eſſent additæ illæ dictiones,extunc,eo ipſo,ipſo facto,quæ etiam ſunt latæ ſententiæ,vt ſupra diximus.

*Contrarii ſolutio.*

150 ¶Sed quantum ad primum,Panorm.in d.c.clericis,ne cleri.vel mona.ſolos Imo.& Ioan.An. vbi ſuprà allegans,id ſoluit,vt ſuprà diximus in ij.fal.præteriti temporis,videlicet hoc verbum ſuapte natura



*Inter capere & accipere quænam differentia.*

192 ¶Sexageſimotertiò fallit in verbo ſumat,quod eſt eiuſdem ſignificationis,quod illud verbum accipiat,niſi quòd illud vt iam diximus intelligitur,vt quis accipiat,de manu alterius, hoc,à ſeipſo, vt autoritate neſcio cuius Papiæ tradit Lucas Pen.in locis ſuprà nu.ab hinc 2.citatis,videlicet in l.domini,in princ.C.de agric.& cenſit.lib.xj.& in l.cænaticorum.C. de erog.milit.anno.lib.xij. Et allegat quædam iura quæ non admodum huc faciunt. Et illi refragatur illud Plautinum in Amphitryone:

*Sumat uerbũ, eſt eiuſdem ſignificationis cuius eſt accipiat.*

*Saltem,tute, ſi pudoris egeas, ſumas mutuum.* & in Aſinaria:
*Nam ſi mutuas non potero,certum eſt ſumam fœnore.* in Pſeudolo;
*Tu mihi hercle argentum dabis,abs te quidem ſumam.*

Illudque Terentianum in Adelphis:

*Poſtremò à me argentum quanti eſt ſumito.* }

193 ¶Sexageſimoquartò fallit in verbo veniat,deueniat,adueniat,proueniat,perueniat, quæ etiã ſunt directa,ex ſententia Inno.Hoſt.& Io.And.in c.Raynaldus,in verbo,deuenirent, extra de teſta.& Bar.in l.precibus,col.3.verſic.quæro quid ſi dicit.C.de impub.& ali.ſubſti.& Bal.in rub.C. de impub.& aliis ſubſtit.col.j.& cõſi.clxvij.thema proponitur,col.2.lib.ij. { Arnaldus à Soleno in repe. c.ſi pater,col.4.de teſta.lib.vj. } Pro quibus eſt tex.in l.ij.§.perueniſſe.ff.de hæred.& actio.vendi. & in l.hæredes mei,in prin.ff.ad Treb. { & in l.ſi ad patrem.ff. de ſuis & legit.hæred. } & omnes leges quæ loquuntur de ſubſtitutione in hunc modum facta, quicquid ad eum peruenerit, vt l. cùm virum.C.de fideicom.& l.baliſta,cum ſeq.ff.ad Treb.

*Verba ueniat, deueniat, adueniat, &c. ſunt directa.*

194 ¶Illud autem maximè debet obtinere in verbo,perueniat,quod eſt maioris põderis, viriumque, ac roboris,quàm cætera,quia dictio per,ex qua componitur,perfectionem quandam acquiſitionis ſignificat.per l.qui concubinam.§.cùm ita legatum.ff.de leg.iij.Nam & aliàs illa dictio per, & in compoſitione & ſimpliciter rem integram & omnibus numeris abſolutam oſtẽdit.l.ij.in prin. ff.de adul.& l.vrbana.§.pernoctare.ff.de verb.ſigni.& in l.qui procuratorem,in prin.ff.de procu. & gl.in c.veniens ad nos,in verbo,pernoctauerit,extrà de ſponſal.& in c.ſi conſtiterit,in eo verbo, { & ibi Panor.col.vlt. } extrà de accuſ.& in clem.cauſam,in prin.in verbo,vel perlecto, & ibi Card.Flo.in iij.no.de elect.& Arch.in c.j.de vita & honeſt.cler.lib.vj.& Io.And.in c.ſi diligenti, extrà de foro compe.& Bar.in l.Celſus,ad fi.de vſuca.Bal.in l.ſed & milites.§.planè.ff. de excuſ. tuto.Ang.in l.pen.§.ad crimen,col.j.ff.de publ.iud.& Imo.conſi.cj. in cauſa accuſationum, col.j. Anto.& alij in c.licet cauſam,de probat.& Cepola conſi.xlviij.quanquam per ſupraſcriptos,col. 2.verſi.ſed quia iſta diſtinctio. { Et apertè probat illud Senecæ tragœdiographi in Thieſte:

*Dictio per, in compoſitione & ſimpliciter rem integram & omnibus modis abſolutam oſtendit.*

*Leue eſt miſerias ferre,perferre graue.* Illudque Martialis lib.4.epigram.37.
*Negare iuſsi,pernegare non iuſsi.*

195 ¶Et nuncupatim de verbo peruenire,vt ſcilicet perfectionem ſignificet, reſpondit Signor.conſi. clxxj.Ser Antonius,col.3.verſi.præterea.d.§.per tex.in l.ij.§.perueniſſe.ff.de hær.& actio.vendi.& rurſus conſi.clxxviij.pater deceſsit,col.2.verſi.præterea dicta hæreditas. vbi & ad hoc aduocat l. vtrum.ff.de petit.hære.itemque conſi.ccxxvj.in themate,col.2. verſi. item verbum perueniſſent, vbi & alia multa iura allegat.Et de eodem verbo etiam Bar.& alij in l.ſi cui legetur,in princ.ff. de lega.j.& Bal.in l.non putabam,per illum tex.ff.de condi.& demon. { & in l.Centurio.col.2.ff. de vulg.& pupil. } & ex externis ſcriptoribus Papinius lib.iiij.Syluarum ad calcem eius libri,

*Verbum peruenire perfectionem ſignificat.*

*Venies chariſsima coniunx,*
*Perueniéſque etiam.*

Et hoc in vniuerſum aſſerit Priſcianus libr.xiiij. & multorum autoritate confirmat Laurentius Valla lib.v.cap.xxx.Quibus addas locum eam in rem apertiſsimum ex Plauto in Capt.Eg.Quid tu ais? tenax ne pater eſt eius? Ph.Imò ædepol pertinax. { Et quòd hoc verbum perueniat ſit directum,facit tex.in l.j.§.j.& ibi Bal.ex eo no.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta. }

196 ¶Sed & quòd hæc verba ſint obliqua,& ita requirentia alterius operã & manum, videtur eſſe tex. in l.

*Verba ueniat,*

*deueniat, adueniat, &c. an ſint obliqua.*

in l.fideicommiſſa.§.hæc verba.ff.de legat.iij.& in d.l. hæredes mei,in princip. iuncto §. cùm ita, & ibi Alexan.& in l.hæredibus.§.vlti.& in l.epiſtolam.§.mulier,& in l. Lucius. §. tres hæredes.ff. ad Trebel.& in l.penul.ff.de ſolu. & in l.ij.§.perueniſſe.ff.de hæred.& actio.vendi. { & in l. libertis.ff. de condi.& demon.& in l.fideicommiſſaria.§. etiam fideicommiſſaria.ff.de fideicom.liber. vbi verbum perueniat,dicitur de fideicommiſſaria libertate. } & in l.hæreditatis, & ibi Barto.ſibi contrarius.C.de hære.inſti.& in §.manifeſtum,in prin.in authen.de reſti.fideicom.& voluit etiam Pet.Iaco.titu.de verbis obliquis,col.j.Signo.conſi.lxvj.factum tale eſt,reperitur, col.3.in ij. dubio. & conſi.cvij.quidam nomine Maragonus,col.9.verſic.indubitanter. & iterum conſi.cxj. in quæſtione ſeu quæſtionibus,col.3.in prin.& conſi.clxxxix.quæſtio præſupponitur,col.j.verſic. redeo ad primum.& conſi.ccxxxv.in quæſtionibus præſentibus,vbi & hoc dicit tenere Rayn. & Guid. Pap.ſing.dcclvij.licèt verba.& conſi.xcvj.caſus ſub nominibus,circa medium v.dubij.

197 *An ſint communia.*

¶Ideo ipſe Barto.in d.l.Centurio,col.penul.ff. de vulga.& pup.dicit ea verba eſſe communia, & ſequitur Bal.ibi,col.2.verſi.idem etiam dico,& Franc.Aret.col.penult.& alij recentiores. & idem dicit ipſe Bart.in l.Lucius,col.ij.in ij.quæſtio.princi.& ibi etiam Bald.Imol. & alij.ff.de vulga.& pupil.idem Bart.in l.cogi,in princ.ad fi.verſ.& per hoc ſemel,ad Trebel.& conſi.xxij.homo.col. 2. vbi dicit hæc verba eſſe obliqua , aut certè negari non poſſe , quin ſint communia.&{ iterum conſi.xxxvij.quidam Cola , colum.ij.atque } iterum conſi.ccxlj.pater filio impuberi,col.ij. Bald. in l.iam hoc iure.§.ſed ſi alter. ff. de vulga.& pupil.& in l.precibus,col.vlt.verſic.item quæritur, & ibi etiam Ang.colum.penul.& Alexand.colum.vj.verſic. in ea ibi rogo,& Corne.colum.xvij. verſic.verba autem communia,& Franc.Curt.iunior col.xj.nume.39.C.de impuber. & ali.ſubſti. idem Bald.in l.vlt.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in repetit.cap.ſi pater,colum.xv. & ibi etiam Philip. Fran.col.xxxj.verſi.ij.& iij.de teſtam.lib.vj.idem Bald.conſi.ccccl xiiij.à primo puncto, colum.j. Angel.in dicta l.hæredes mei,ibi Imol.& Alex.in §.cum ita.ff.ad Trebellia. idem Angel. in l. ij. per illum tex.C.de bon.quæ liber.& conſ.xiij.pro deciſione , circa medium.Imol.in dicto capit. Raynutius,in materia compendioſæ ſubſtitutionis,in char.penul.verſi.vltimatè. Raphael Com. conſ.cxxxiij.Bartholomæus inſtituit,poſt princip.Cardi.Floren.conſ.lx.Quaglotus de bononiis, col.iij.verſ.de ſubſtitutione.Paul.Caſtr.conſi.clxxij.dubium facit{contra dictum Ioannem , poſt princ.lib.j.& conſi.cccxlj.mater iſta,poſt prin.eod.lib.j.Aegidius bellame.conſi.xxvj.in omnibus autem col.iij.& iterum colum.iiij.verſic.Bartholomæus,& conſi.xxxix.factum eſt tale,dominus Humbertus,col.v.verſi.non obſtant illa verba.Ioa.Ana.conſi.xlvj.circa primum quæſitum,col.j. & ibi Ludo.Bolo.in addit.ad princ.Ang.Aret.in §.extraneo,col.j.Inſtitut.de pupil.ſubſtit. Alex. conſi.lvij.perſpectis teſtamento codicillis,col.ij.lib.ij.& conſ.clxij.circa primum,col.iij.verſ.quod autem ſubſtitutio,eodem lib.ij.& conſi.clxxj.viſo proceſſu,col.j.eodem lib.ij. vbi dicit eſſe communem concluſionem,& conſi.xxxvj.viſo themate,col.j.lib.iij.& conſil.xlix.eodem princi.col.j. lib.vij.Franc.Aret.in l.j.col.iij.ff.de lega.j.}Barb.in repet.dicti cap.Raynaldus,col.xxxiij.verſi.nota ibi deuenirent,extrà de teſtam.Bened.Capra,conſi.50.punctus quidam Martinus, colum.vlt. Corne.conſi.liiij.duo in puncto quæruntur,col.j.lib.iij.& iterum conſi.cccvij.videtur prima facie dicendum,col.iiij.eo.lib.iij.Guid.Pap.conſi.clxxxvij.credo ſententiam.& conſi.ccxxvij. falcona. col.vlt.Socin.in l.j.col.vj.verſi.aliquando & tertiò.ff.de vulga.& pupilla.& conſil. ccxlix.materia præſentis conſultationis,col.x.verſi.tertia reſponſio,lib.ij.Franc.Curt.ſenior conſi. xlvj.ſæpe reuoluta,col.iiij.verſ.fortiùs.Fran.Curt.iunior conſi.xv.circa præmiſſam,col.j.Philip. Dec. in l.qui ſe patris,col.iiij.verſi.quintò not.C.vnde lib.& in l.cùm quidam,col.j. & ibi quoque Iaſon etiam col.j.C.de impub.& ali.ſubſtit.& ipſe Iaſ. conſi.iiij.Nicolaus,col.4.verſi.tertio principaliter,lib.1. & D.Guil.Bene.in repet.cap.Raynutius,in verbo,eidem impuberi ſuccederent,nume.14.de teſt. Stepha.Bertran.conſi.cxxxv.Chriſti,&c.viſo caſu,nu.4.libr.1.& conſi. ccxxviij.ponitur in facto, nume.2.eod.libr.1. & conſi.xxiij.viſo inſtrumento,col.2.nume.6.libr.iij. Alci.in l. perueniſſe , de verb.ſigni.quanquam non omnes quos citauimus loquuntur de omnibus his verbis , ſed alij de vno,alij de aliis.

198 *Confirmatio præcedentiũ.*

¶Et hanc ſententiam credo eſſe veriorem ex tex.ſuprà allegat.vt interim omittam tex.in l. cum hæres,in prin.ff.de ſtatulib.cum dicitur,ſtatim ad libertatem peruenit. Nam ſi verbum peruenit, ſimpliciter prolatum eam vim habuiſſet,vt intelligeretur ipſo iure libertatem cõpetere , ad quid addidiſſet lex illa dictionẽ ſtatim,quæ & idem prorſus ſignificat,vt ſuprà diximus?Sed & ſunt in eo.tit.alij multi tex.ſimiles,vt in l.iij.§.ſi quis hæredi,& §.ſi ita ſit,& §.idem Iulianus,& in l.mortuo,in princ.Et eſt etiam bonus text.in l.ij.C.per quas perſo.nobis acquir.ibi,pignus ipſo iure & ſine aliqua ceſsione ad dominium contractus peruenire,&c.& in l.vlt.ibi,omnimodo perueniat. C.de condit.inſert.Nam vt etiam ſuprà diximus,hæc dictio omnimodo,ipſo iure ſignificat.Sed eſt tex.omnium optimus,probans verbum peruenire eſſe & directum,& obliquum,quanquam à nullo comperi fuiſſe perpenſum , in l.ſi quis ſeruo.ff.de manu.teſta. Hæc autem omnia verba in re de qua loquimur,ſunt paria:quamuis ſit aliquid quod videatur augere ſignificationem verborum deueniat & perueniat,vt de hoc ſuprà diximus,& de vtroque Bald.in d.l.Centurio.

199 *Verbum pertineat , an ſit directum.*

¶Sexageſimoquintò in verbo , pertineat,quod etiam eſt directum,ſi credimus Guid.Pap.conſil. xxxj.cuius initium eſt,viſo ad plenum,colum.iij. motus autoritate l.licèt.C. de pactis. vbi & hoc dicit voluiſſe Bart.qui tamen non id voluit,ſed illud tantùm,ſcilicet videri directum , per illum

text.de



tex.de quo remittit ad ea quæ dicit in d.l.Centurio.ff.de vulg.& pup.ſubſti.declarans non aliud ſibi videri,quàm quod dicit in d.l.Centurio. de quo mox dicemus. Et idem omnino dicit ac facit ipſe Bar.in l.Seia,in prin.ad fi.ff.de donat.cauſ.mor.Sed apertè id quod Guid.dicit, affirmat Bal.in d.l.licèt,& in c.cùm Ioannes,col.j.verſi.ibi remanerent,extrà de fide inſtrum.

200 ¶Verùm communis opi.eſt,hoc verbũ non eſſe ſimpliciter directum,ſed etiam obliquum. Nam id voluit Bar.in d.l.Centurio,col.vlt.& ibi Bal.& omnes poſt eum. { & idem Bar.in l.j.ad fi.ff.de dona.& } in l.Lucius.§.filium ex aſſe,per illum tex.& ibi quoque Bal.ff.de lega.ij. & ipſe Bar.in l. fideicommiſſa,§.ſi filio,per illum textum,ff.de lega.iij.Cy.& ibi Bar.Bal.Salyc.Ang.& Pau.Caſt. in l.j.C.de pact.inter empt.& vendi.Petr.Iaco.in titu.de verbo.obli.col.j.Bal.in l.iam hoc iure.§. ſed ſi alter.ff.de vulga.& pupil.& in repe.d.c.ſi pater,& ibi etiam Io.Lig.& Phil.Fran.col.31.verſi. v.de teſta.lib.vj.Saly.Ang.Paul.Caſtren.Franc.Aret.in j.not.Phil.Dec.in vij. not.& Iaſon in vltino.Fran.Curt.iunior col.j.nu.3.& cæteri recentiores in d.l.licèt.C.de pact.vbi idem omnes penè dicunt de verbo,potiantur.Imo.in d.c.Raynutius,tum nume.125.tum vbi ſuprà citauimus, & ibi etiam D.Bened.in verbo,eidem imperatori ſuccederent,nu.15.Aegid.Bellame.conſi.xxxix.factũ eſt tale,dominus Humbertus,col.5.verſi.his præmiſsis. Corn.in l.precibus,col.18.verſi. verba autem communia.C.de impub.& ali.ſubſti.Ange.Aret.in d.§.extraneo,col.2. verſi.octauò verbum pertineat,Inſti.de pupil.ſubſti. { Fran.Aret.in l.lex Cornelia,per illum tex.ff.de vulg.& pup.Soci. conſi.lxxx.in quæſtione quæ vertitur,col.2.verſi.præterea & ſecũdò,lib.iij.vbi idem dicit de verbo,ſpectare.Bened.Cap.conſi.lxxv.punctus Iacobus,col.4. } Guid.Pap.ſibi contrarius,conſi.cciij. ſequuntur vndecim quæſita,in j.dubio.Alcia. in l.verbum illud pertinere,in fi.ff.de verb.ſign. { & eſt bonus text.probans id verbũ eſſe obliquum,& ad fideicommiſſum & legatum pertinere,in l. alumnæ.§.vlt.ibi,ex cauſa fideicommiſsi pertinere:& iterum in l.filio,quæ confeſtim illam ſequitur,in prin.rurſumque in §.j.qui tex.etiam in legato,& fideicommiſſo,eo verbo vtuntur.}

*An uero obliquum.*

201 ¶Ideoque nec id verbum ſuapte natura ſignificat ipſo iure,ſecundum Paul.Caſt.in l.j.in fin.ff.de donat.& Cardi.Alex.in c.imperialem.§.callidis,col.2.tit.de prohi.feud.ali.per Fede.& in c.j.§.domino,col.2.tit.ſi de feu.defun.conten.ſit inter dom.& agna.vaſal.Niſi & illud ipſo iure ei verbo addatur,vt in l.ſi vſusfructus.ff.ad leg.Falc.vbi dicitur,ipſo iure ad ſingulas partes pertineant. & in l.j.§.j.in duobus locis.ff.de iure fiſci,vbi eſt ſimilis tex.Nã & fruſtra ipſo iure fuiſſet adiectũ,ſi in verbo pertinẽdi fuiſſet intellectũ. Niſi hic diceres quæ ſæpe ſuprà in ſimili diximus. { Nam & cùm huiuſmodi verbo præſentis tẽporis,quod vt diximus,eſt latæ ſentẽtiæ, interdũ cõperitur dictionẽ ſtatim,quæ & ipſa eſt latæ ſentẽtiæ,fuiſſe adiectã,vt in l.eius rei.ff.de rei vend.vbi ita ſcribitur,dominiũ ſtatim ad poſſeſſorem pertinet. } Quanquam Bal.in d.§.domino, aliud videatur voluiſſe cùm exponit pertinere,per ſententiã,propter rationẽ quandã ſpecialem,quam ibi ponit.

*De eadem re.*

202 ¶Sexageſimoſexto hoc quoque fallit in verbo,cõpetat,quod eſt eiuſdem ſignificationis. Nam & id etiam eſſe directum probat tex.in l.cum duobus.C.de inoffi.teſta.vbi ita ſcribitur,quamuis libertates & directæ competant, & fideicommiſſariæ præſtari debeant. Vides enim ibi id verbum peculiariter eſſe attributum libertati directæ,aliud autem verbum ſeparatim fideicõmiſſariæ aſsignatum , tanquàm ei non conueniret hoc verbum.Et ſimilis tex. { in l.ergo,quæ eſt iiij.§.ſi quis exemplum.ff.de fideic.liber.cùm dicitur directæ libertates non competent , & paulò pòſt,nec fideicõmiſſariæ præſtabũtur.Et rurſum } in l.generaliter.§.ex teſtamẽto.ff.de fideic.libe.cũ dicitur, neque directas libertates competere,neque fideicommiſſarias deberi,vt iam ex duobus illis locis poſsis intelligere,non id caſu contigiſſe,vt id verbum ad directas priuatim ac proptiè referretur, ſed ſtudioſè & de induſtria ita ſcriptum fuiſſe. { Et in eam ſententiam,vt ſcilicet ſit verbũ directum,videtur inclinare Fran.Aret.qui tamen nihil allegat,in l.Centurio,ad fi.ff.de vulg.& pup.

*Cõpetat uerbũ ſitne directum,an obliquum,an commune.*

203 ¶Verùm & ipſum quoque commune eſſe aſſeruit Ange.in l.precibus,col.5.& ibi quoque Philip. Corn.col.18.verſic.verba autem communia.C.de impub.& ali.ſubſt.per tex.in §.manifeſtum, in auth.de reſtit.fideic.vbi & hoc no.ipſe Ang.col.3.verſic.vbi competere. { Et idem voluit Franc. Aret.in l.idem eſt,col.j.ff.de vulga.& pup. } Et facit etiam tex. huic verbo annectens hæc verba, ipſo iure,quaſi ea non intelligerentur in eo,in l.j.ff.fami.erciſc. { & in l.ſi ambo, in prin.ff.ad ſenatuſc.Velleia.& in l.j.C.de repud.& in §.nõ autem omnes,Inſti. de perpe.& tempo.act.& } in §. ſi quis autem,in auth.vt liber.de cæter.vbi cum hoc verbo iungitur dictio,mox,& in l.vlt.C.de condit.inſer.vbi & cum eo adiicitur dictio,omnimodo. {& alius tex.qui ei verbo etiã in præſenti addit dictionem confeſtim,& in d.l.iiij.§.addictis.ff.de fideic.liber.& alius , qui ipſo iure addit,& in l.generaliter.ff.de noxa.act.& item alius,in l.Caius,ibi directò non competat.ff.ſol.mat.

*De eadem re.*

204 ¶Quin ſunt & alij tex.qui id verbum ad fideicommiſſum referũt,vt in ea ipſa l.iiij.§.item ſi minor.ff.de fideicõ.liber.Idque etiam in præſenti tempore,vt in l.ſi quis de pluribus.ff.de reb.dub. Sed & in l.Lucius.ff.de fideic.liber.apertè oſtenditur per id verbum non intelligi ipſo iure,cùm primum dicit,libertas competit,poſtea autem ſubdit,petenti Eroti libertatem.nam vt ſcribitur in l.ſed & ſi non,quæ eſt pen.eo.tit.fideicommiſſaria libertas petitur , directo autem,quia ipſo iure competit,non petitur.}

*De eadem re.*

205 ¶Sexageſimoſeptimò in verbo,maneat,vel remaneat,vt nuncupatim voluit de primo Panor.in c.quia in omnibus,col.2.verſi.extra gl.extrà de vſuris.de ſecundo Bal.in d.c.cùm Ioannes, col.j. verſi.ibi remanerent,extra de fide inſtrumen.vbi interpretatur illud verbum ipſo iure,& ſubdit,

*Verbum maneat, an ſit directum, obliquũ aut commune.*

& ſic

& ſic eſt verbum directum,per l.ij.ff.de pactis dota.& l.ſi cùm ante.C.de donat.ante nupt.Quo in loco Bal.ipſe ſibi contrarius,tenet hoc verbum remaneat,eſſe commune,ſicuti etiam facit in l.j.in fi.C.de pact.inter emp.& vendit.& in l.vlt.col.vlt.C.de ſacroſan.eccle.& in tract.ſubſtit.col.vlt.& ſimiliter Bar.in l.Centurio.col.vlti.verſi.quartò dubitatur,& ibi Fran. Areti.& Iaſ.vterque col.vlti.ff.de impub.& aliis ſubſtit. { & idem Bar.in l.tale pactum.§.vlti. poſt prin.per illum text. ff. de pact. } Pet.Iaco.in d.tit.de verbis obliquis,col.j. { Imo.in c.Raynutius, in materia compendioſæ ſubſtitutionis,& ibi quoque Benedict.in verbo,eidẽ impuberi ſuccederẽt.nu.14.de teſta. } & Corne.in l.precibus,vbi ſuprà.C.de impub.& ali.ſubſti.Alex.conſi.clxviij. põderatis narratis, col.2.lib.v. { Benedict.Capra,conſi.lxxv.punctus Iacobus & Barto.colum.4.Carol.Ruin.conſil. cxxxiiij.viſo,col.2.nu.5.libr.ij. } Franciſc.Curt.iunior conſi.xv.circa præmiſſam,col.j. Ipſe autem Bart.& Angel.in d.l.cùm ante,dicunt quòd ſi referatur ad poſsidentem,vt propriè refertur, eſſe directũ:ſi ad non poſsidentem,& ita impropriè,eſt obliquũ:quod etiã dicit ipſe Bar.in l. prætor, in fi.ff.de collat.bon.& idẽ ipſe in l.tale pactum.§.vlt.in prin.ff.de pact.Et tu interim vide Aegid. Bellame.conſi.xxxix.factum eſt tale,dominus Humbertus,col.5.verſic.his præmiſsis.& tex.{ in l. ſcribit.§.vlt.ibi,ipſo iure nõ remanebunt.ff.de auro & arg.leg.& in l.j.§.ſi quis ex mortis, ibi,ipſo iure remanet.ff. quorũ lega. } in l.bene à Zenone,verſi.quia igitur.C.de quadr.præſcr.dũ dicitur, maneat illico.& in §.aliud verò,verſi.ſi autẽ omnis,ibi, modis omnibus manere, in auth.de non elig.ſecun.nubẽt.& in §.& quia parũ,verſ.ſi vero permixtæ,ibi,omnino manere,in auth.de nupt.

206 ¶Sexageſimooctauò in verbo accreſcat,quod eſt directum,ſecundum Bart.in d.l. Centurio,col. vlt.verſi.octauò quæro.& ibi quoque Lancel.Gal.in repe.col.antep.& Bal.in l.vlti.col.pen.C. de ſacroſanct.eccle.per tex.in l.qui patri.ff.de acqui.hær.& in rub.& iterum in l.j.C. quando peten. part.& in l.j.his ita.C.de caduc.tollen.& eundem Bal.in tractatu ſubſt.col.vlt. Imo.in ca.Raynutius,char.pen.verſi.vltimatè Bar.& ibi etiam Bened.in gl.eidemque impuberi ſuccederent,nu.10. extra de teſta.Ang.Aret.in d.§.extraneo,col.2.Phil.Frã.in d.c.ſi pater,col.xxx.verſi.octauò poſt Bal.ibi,de teſta.lib.vj.Corn.in l.precibus,col.16.C.de impub.& ali.ſubſtit.

*Accreſcat uerbum an ſit directum.*

207 ¶Et in hoc non reperio qui huic ſententiæ aduerſetur,præterquam quòd Barto.in l.codicillis,in prin.per illum text.not.hoc verbum inducere fideicommiſſum.Sed hæc confeſtim ſubiungit, de hoc dic,vt in d.l.Centurio.ff.de vulg.& pup.In qua contrarium tenet,vt diximus.Tamen quòd nõ ſit directum,nec ideo ipſo iure intelligatur, videtur probare tex.in l.æquiſsimum.§. ſi duo.ff. de bon.poſſ.ſecun.tab.cùm dicitur,ipſo iure ei accreſcet.& in l.j.§.his ita definitis.C.de cad.tollẽ. vbi etiam dicitur,ipſo iure accreſcat.Nam ad quid illud ipſo iure adiectum fuiſſet, ſi ſine expreſſione intellectũ eſſet,cùm nihil in iure noſtro ſuperuacuum ſit? quod iam ſuprà ſæpius diximus. Sed dici poteſt id factum eſſe ad clariorem apertioremque rei demonſtrationem,vt etiam ſuprà ſæpius diximus. { Tu autem de hoc vide omnino Franc.Ripam,in d.l.Centurio,col.pen.verſic. verbum autem accreſcat. }

*De eadem re.*

208 ¶Sexageſimonò fallit in verbo,fiat,quod ſimiliter ex ſua ipſius natura non requirit factũ iudicis, ſed eſt latæ ſententiæ,vt voluerunt Bal.& Saly.in l.ij.vterque in iij.q.C.de iure emphy.Quod & idem videtur voluiſſe idem Bal.in l.vlt.in fi.C.de com.ſer.manu.cùm hæc ſcribit:Nota quòd verbum fiat,ſignificat futurum,& eſt arg.quòd licèt Papa ſcribat,fiat,non eſt perfecta gratia, antequam in modum redigatur,& bulletur.Contrarium eſt verũ,quia nihil eſt quod cauſam ſuſpendat,vt not.in proœmio lib.vj.in nouella.Hæc Bal.qui & idem in effectu,vt noſtri loquuntur,voluit in l.ſi qua per calumniam,col.2.verſi.deinde vos videtis.C.de epiſc.& cleri.Calde. & Domi. in c.quiſquis,de elect.vbi Calde.ipſe adfert illud Gene.j.Fiat lux,& facta eſt lux.& illud Lucæ ij. Fiat mihi ſecundũ verbum tuũ.& Feli.in rubr.de conſti.col.pen.verſi.& iſta verificant.& in d.c. Rodulphus,col.19.de reſcrip.& Mat.Afflict.deciſio.Neapo.ccliij.duo regij conſiliarij, col.3.verſi. adducitur.& nouiſsimè Fran.Rip.lib.ij.reſponſorum.c.xj.inci.de iure ſufficit. { & Ludo.Gomeſ. in commentariis regulæ,de non iudicando iuxta formam ſupplicationis , ſed literarũ expeditarum,in xvj.q.col.j.verſi.eſt in primis.Quanquam,ne hoc omittam, ſunt qui contendunt in illo priore loco,ſcilicet Gene.primo,non vertendum eſſe fiat lux,ſed ſit lux,& Caſtellio vertit eum locum,iuſsit Deus vt exiſteret lux,non verò dicit vt fieret.

*Fiat uerbum eſt latæ ſententiæ.*
*Et ſignificat futurum.*

209 ¶Et huc ſpectat } quod ſcribit Bal.in d.c.quiſquis,paulò ante fin.extrà de electio.quòd verbũ fiat, licèt videatur eſſe futuri temporis,eſt tamen futuri immediati,quia ſubauditur aduerbium tunc, quod extremitatem temporis ſignificat.Cui conſimile eſt quod tradit Collect.in c.ex parte , col. 2.verſi.quid ſi vir rogat,extra de ſponſa. quòd ſi quis rogat mulierem vt ſe ſibi in vxorem det, & ea reſpondet,fiat , contrahitur per id verbum matrimonium de præſenti , licèt ſit futuri temporis.Et adfert etiam illud diuæ virginis,Fiat mihi ſecundum verbum tuum.

*De eadem re.*

210 ¶Contrarium tamen,vt videlicet hoc verbũ fiat,non denotet rem ipſo iure fieri,voluit expreſsè gl.in d.c.quiſquis,& ibi etiam Panor.col.2.de elect.& non obſcurè ſentit gl.in c.ſi quis , extra de vita & honeſt.cler.dũ exponit tex.ibi,ne ſit latæ ſententiæ,in hũc modũ Sit,id eſt,fiat.neq; enim eſt excommunicatus ipſo iure.quam gl.ad hoc expendit Barb.in addit.Panor.in c.ſi diligẽti,col. 7.de foro compet.& eſt ſimilis gloſ.quam ipſe non citat,in c.ſi quis.xxiij.diſt. { & in ca.generali. xxv.q.j.& in c.ſi quis eadem cauſa.q.ij. } Et ſimilem etiam interpretationem facit Cardi.Flor. in clemen.j.in prin.col.vlt.in iij.quæſt.de exceſ.prælat.& Ant.Flor.iuris minimè imperitus, tit.xiiij. cap.iiij.

*Qui contrarium teneant.*



cap.iiij.§.vj.colum.j.vbi dicit in caſu de quo loquitur,ſit,id eſt fiat,quia nõ eſt,inquit,lata ſententia,ſed tantùm comminatio.

211 ¶Et ego huic ſententiæ accedo.nihil enim video in ſignificatione huius verbi, quòd latam ſententiam ſignificet,niſi ſubiectum argumentum aliud ſuaderet. Et facit text.in l.cum hic ſtatus,in princ.ff.de donat.inter vir.& vxor.vbi ita ſcribitur , ipſo iure res fiant eius,&c. & in l. dotis fructus.§.vlti.non ſemel.& l.ſeq.ff.de iure dot.vbi ſæpius hæc verba adſcribuntur, eius ſtatim fiant. & in §.ſcire autem,ibi,fiant omnino extranei,in auth.de non ali.& in c.monaſteria, ibi, penitus fiant alieni,extra de vita & hon.cleri.& in c.clerici,in fi.de exceſ.præla.vbi eſt ſimilis tex.tanquã ſcilicet fruſtra ei verbo fuiſſent adiecta illa verba,ipſo iure,ſtatim,omnino,& penitus , quæ eandem vim habent vt ſuprà diximus,ſi in eo id intellectum fuiſſet. Quanquam id dici poſſet factum fuiſſe ad clariorem expreſsionem:quod & iam ſuprà ſæpius diximus in aliis verbis. ſed & in d.c.dotis.& ſeq.ea dictio ſtatim,appoſita eſt ad declarationem temporis, & differentiam conditionis,de qua ibi. Et in hanc quoque partem facit quod ſcribit ipſe Collect.in cap.j.col.ij.verſi. præterea Papa,extra de regu.iur.vbi tenet contrarium eius quod ſuprà ex aliis diximus,videlicet non eſſe perfectam gratiam Papæ per id verbum.{Facit etiam text.in l.ij. §. deinde ait prætor.ff. ne quid in loco publ.dum exponit ea verba,ſit,fiat. Et interim vide quid de hoc verbo fiat , appoſito in reſponſione Papæ ſcripſit Anto.conſi.ij.repetito conſi.xlix. Viſis literis,& domi.conſi. lxv.diſcutiam,col.vlt.Felin.in c.nonnulli,col.viij.verſic.addatis,de reſcript.}

*Autoris ea de re opinio.*

212 ¶Septuageſimò fallit in verbo,non audiatur,vtputa ſi dicatur,non audiatur bannitus aut excommunicatus,ita intelligatur,vt non opus ſit exceptione,quin ſi audiatur,erit iudicium nullum ipſo iure,vt diſputando tenuit Iaco.Are.in ea diſput.incip.quæſtio eſt,ſi lata eſt ſententia,quem refert & ſequitur Io.And.in addi.Spec.tit.de ſent.prola.§.iuxta,verſi.item eſt nulla ratione litigatorum.

*Verba hæc,nõ audiatur bannitus, quomodo ſint intelligenda.*

213 ¶Sed tu tamen de hoc vide pleniùs per Bart.in l.cùm lex,col.vlt.verſi.tertiò dixi.ff. de fideiuſ.& in d.l.j.§.ſublata,& ibi etiam Angel.Imol.Raph.Com.Paul.Caſtr.Alexan.& Iaſ. in vtraque lect. ff.ad Trebel.Bal.in l.non dubium,in vlti.q.C.de legib.& in l.planè.ff.de peti.hære.& in d.l.j.col. vlti.verſic.quintò quæritur.C.de hær.inſtit.& in l.j.in fin.C.de pat.pot.& in repet.l.edita,colum. penult.verſicu.item quando libellus.C.de eden.& in l.ſcire.§.conſequens,per illum text.ff.de excuſ.tutor.& in l.cùm lege,& ibi etiam Angel.& Fran.Aret.ff.de teſta.& in l.quos prohibet,verſi. item iſte text.ff.de poſthu.& in repet.l.ij.col.xviij.verſicu.ſed iuxta hoc venit.ff.de iureiuran. & in tit.de pace Conſtan.in princ.in verbo,non admittimus.& in ſua diſput. incip. ſtatuto ciuitatis cauetur quòd fœnerator,colum.j.verſic.ſed dubitatur.Alber.in l.j.C.de iur.& fact. ignor. & in l. vlti.ad fin.C.de ordin.cog.& in vlti.parte ſtatutorum,quæſtio.lx.incip.pendet etiam ex ſuperioribus.Ang.in l.venditioni.C.de vſucap.pro empto.Petr.Anch.in c.ea quæ fiunt,colum.vj.& ſeq. ff.de regul.iur.lib.vj.Imol.in cap.vlt.col.xvj.verſic.item etiam attende,extrà de præſcript. & in l. cùm prolatis.ff.de re iudic. Nullum in tractatu ſtatutorum,in iij.parte ſecundi temporis, in iij.q. Rom.conſi.xv.plura ſunt,in iij.dub.Pano.& Ioan.Ana.in cap.quia fruſtra,illum in fi.hunc col.iij. extra de vſur.& eundem Ana.in c.ad abolendam,colum.x.extra de hæreti.Maria.in c.j. col.xiiij. in xxj.except.extrà de lit.conteſta.& in rept.c.qualiter & quando, le ij.in iij.quæſt.arg.viij. extra de accuſat.Franc.Aret.in c.j.col.iiij.verſic.ſed ſuppoſita communi op.eo.tit.& conſi.lxxxv. conſiderata diligenter.Alexan.latè conſi.lxxxj.ponderatis his de quibus, per totum,lib.j.Felyn.in c. paſtoralis,col.pen.extra de except.

214 ¶Quid autem ſi alicui denegetur actio,{vel petitio,}vtrum intelligatur ipſo iure,an verò ope exceptionis,vide vltra prædictos doct.quorum plurimi etiam de hoc nuncupatim loquuntur , Archidia.in c.hoc ius,verſic.qui verò,in verbo,denegandas.x.q.ij.Bart.in l.ij.in prin.ff.ad Velleia.& in l.j.etiam,in prin.ff.ad Macedon.& eundem Bart.in l.j.§.in operis,& ibi Alexan.col.ij.ff.de noui oper.nunt.Panor.in c.ij.col.j.extra eod.titu.Franc.Aret.in l.generaliter,colum.j. & ij. & ibi etiam Barb.col.vij.verſi.octauò adduco,& iterum verſic.decimò.ff.de verb.oblig.& Calça.conſi.lxxiiij. quod dictis filiabus,col.j.& ij.cum aliis concord.adductis ab Alexan.in d.§.in operis.& præterea Iaſ.conſi.vij.adeò copioſè,col.j.lib.j.& latiſsimè conſi.clxviij.ſtatuto inclytæ,per totum, lib.ij.{& Carol.Ruin.conſi.vj.quia in præſentiarum,col.j.num.2,lib.iiij.}

*Actio ſi alicui denegetur, utrum id intelligatur ipſo iure, an ope exceptionis.*

215 ¶Quid item ſi dicatur,non reddatur ius,ſiue non detur actio?an quod actum fuerit, erit nullum? erit ſine ope exceptionis.vide etiam præter eos quos ſuprà adduximus,qui & de hoc maxima ex parte locuti ſunt,Bald.in l.iubemus.§.ſanè,col.ij.verſic.quædam eſt pœna iuriſdictionis.C.de ſacroſanct.eccleſ.Ang.in d.l.nam & poſtea,in princ.ff.de iureiur. & in d.l.j.in prin.ff.ad Maced.& in d.l.ij.ff.ad Velleia.Alb.in ij.parte ſtatutorum,quæſt.ccxxiiij.incip.quid ſi ſtatuto cauetur.Card. Flor.in clem.conſtitutionem.§.vlti.verſi.quæro circa proximè dicta,de elect. & Franc. Aret.in l. neceſſariis,in iij.not.ff.de acquir.hæred. { Quid denique ſi dicatur,non admittatur , vide latiſsimè Iaſ.conſi.clxvj.vertitur quæſtio,per totum,lib.ij.& duobus ſeq.conſil.}

*Quid ſi dicatur non reddatur ius , an quod actũ fuerit erit nullũ.*

216 ¶Septuageſimoprimò fallit in verbo,habeatur:vt ſi lex vel ſtatutum dicat, habeatur pro confeſſo,conuicto,priuato,eſt enim latæ ſententiæ,vt voluit Archid.& poſt eum Ioan.An.Petr. Anch. & Domi.in c.ij.de confeſ.lib.vj.vbi Pet.And.& Domi.addunt hanc rationem,quoniam iſta verba ab eo prolata,cui ius eſt & facultas inducendi qualitatem,æquipollent iſtis verbis, talem eſſe, vt dicit probari in c.ex parte,extra de ſponſa.& in c.tanta,extra qui fil.ſunt legit. Ergo idem,in-

*Habeatur uerbum an ſit latæ ſententiæ.*

quit,eſt dicere haberi pro confeſſo,& eſſe confeſſum. Sed & quòd hæc verba,habeatur pro confeſſo,ſint latæ ſententiæ,voluit Panor.in c.vlt.col.iij.extra de iur.cal.

217 ¶Verùm glo.in d.c.ij.in verbo,pro confeſſo,de confeſ.lib.vj.poſt Io.Monach. tenet contrarium. atque etiam glo.in c.ſi diligenti,in verbo,cauſam perdant,poſt princ.& ibi etiam Panor. col.ij.in penult.not.& Maria.in ſecundo not.extra de foro compet. vbi dicunt quòd per hæc verba, pro condemnato habeatur,& hæc quoque,à communione habeantur alieni,non fertur ſententia,ſed ferri mandatur.& glo.quæ loquitur in infinitiuo,in d.c.vlt.& ibi etiam Bald.poſt princ.de iuram. cal.& Bart.in l.j.§.ſed & conſtitutio,poſt medium.ff.de cal.& in l.eius qui delatorem,poſt prin.ff. de iure fiſci.Iacob.Aret.Iac.Butr.Bart.Paul.Caſtr.& Franc.Curt.ſenior in l.ij.§.quod ſi actor, per illum text.ibi,liceat iudici proferre ſententiam.C.de iuramen.calum.Bal.in c.vlt.poſt prin. & iterum verſic.in text.ibi debeat,extra de iuram.calum.& in c.j.col.vlt.verſic.econtra differt,extra de lit.conteſt.& in l.j.col.j.C.de pœna iudi.qui male iud.& in l.vnica,colum.antep.verſic. ſed nunquid contumax.C.de confeſ.& in c.vaſallus,l.ij.col.j.verſic.nota ergo quòd ille tex.tit.ſi de feud. fuer.contro.Ang.in l.in criminali,in vlti.not.per text.ibi iuncta glo.C.de iuriſdi.omn.iudi.Math. not.cxv.nota quòd vbi lex.Alex.in l.j.col.antep.ff.de leg.ij.& in additio.Bart.in l.imperator.ff.de iure fiſci. Et hinc fit,vt cùm pœna quæ imponitur ipſo iure,tranſeat in hæredes,non etiã ea quæ requirit ſententiam,vt dicemus infrà verſic.cccxcvj.incip. quartum quod ipſo iure. Certè pœna quæ his verbis imponitur, habeatur pro confeſſo vel conuicto, non tranſeunt in hæredes ante ſententiam,ſecundum Bart.in d.l.eius qui delatorem ante fi.verſi.tertiò & vltimò,per tex.ibi.ff. de iur.fiſci.& in d.l.ij.§.quòd ſi actor,in fi.C.de iuram.calumn.& Bald.in l.ij.col.vlt.C.de eden. & Panor.in d.c.vlti.col.iij.verſicu.item dicit quòd ſi iſte,extra de iur.calum.

*Pœna quæ imponitur ipſo iure tranſit in hæredes.*

218 ¶Sed tu circa id de quo tractamus,principaliter vide Bald.qui in hac re diſtinguit,in l.tranſigere, col.vlt.verſic.demum nota.C.de tranſact.& in l.j.col.iij.verſicu.ſcias autem quandocunque.C.ex delict.defun. Vide præterea Felyn.qui ſuper hoc dubitat,& multa in vtranque partem adducit,in d.c.Rodulphus,tum col.xx.verſicu.habeatur pro priuato,tum col.xxiiij.verſicu.ſed declaratoria, extra de reſcript. Neque enim hîc omnia ſcribere ſtatuimus. Vide denique Hippol.Marſi.in practica cauſarum criminalium,in §.aggredior,nu.105.& multis ſeq.& in rub.ff.ad leg.Corn.de falſ. num.24.& multis ſeq.& conſi.x.caſus dubitationis,col.v.verſi.ad hoc enim,& multis ſeq.lib.j.

*De eadem re.*

219 ¶Illud autem adiecerim,huiuſmodi verbum in actiua ſignificatione,vt ſi dicatur,habeat,non eſſe directum,ſed vel obliquum,vel certè commune.Nam quòd ſit obliquum,probat tex.in l.qui concubinam.§.j.vbi not.Bart.ff.de leg.iij.& in l.fideicommiſſa.§.ſi filio,eo.tit. Commune autem eſſe affirmat Bart.in l.Centurio,col.vlti.verſi.tertiò dubitatur.& ibi Iaſon & Lancel.Gal.in repet.ff.de vulg.& pupil.& Bald.in d.l.vlt.C.de ſacro.eccle.& in tract.ſubſtit.col.penul.verſi. quid de verbo habet.Imol.in c.Raynutius,char.penult.verſi.idem de verbo habeat,extra de teſtam. Phil.Corn. in l.precibus,col.xviij.verſic.verba autem communia.C.de impub.& ali.ſubſti.Alex. conſ.clxviij. ponderatis narratis,col.j.verſicu.& dicendo,lib.v.Ang.Aret.in d.§.extraneo,colum.ij.verſic.decimò,Inſtit.de pupil.ſubſtit.{Benedict.Cap.conſi.lxxv.punctus Iacobus & Bartol.colum.iiij.Franc. Aret.in l.planè,quam legit cum l.ſi pluribus.§. ſi ita Titio.ff.de leg.j. De quo tamen vide ipſum Franc.Aret.} in d.l.Centurio,col.vlti. Non video autem, quid poſsit intereſſe inter actiuum & paſsiuum,quantum ad rem de qua loquimur,pertinet.

*Habeatur uerbum,in actiua ſignificatione non eſt directum.*

220 ¶Sed illud tamen minimè eſt ſubticendũ,quod ſubdit Bal.in d.c.j.col.vlt.vbi ſuprà, & ibi etiam Barb.extra de lit.conte.quòd ſi cum hoc verbo habeatur,iungeretur verbum ſit,verbi gratia,habeatur & ſit pro confeſſo,tunc intelligeretur,ipſo iure.quod & idem voluit per tex.in d.c.j.quem ad hoc dicit ſing.ipſe Barb.conſi.liij.præclarè ſcripſit,col.pen.lib.ij.& conſi.ſeq.clemẽtiſsimi Dei, col.vlt.eo.lib.ij.& conſi.lix.illud in medium afferam,col.ix.eo.lib.ij.& Anton.Corſet. in tractatu geminationis,col.iiij.verſicu.xxij. Id quod certè neutiquam mihi dubium eſt,tum quia verbum, ſit,etiam ſolum eſt latæ ſententiæ,ex communiori doct.ſententia, vt diximus ſuprà in lx.fallent. Tum quia etiam ſi eam vim non haberet, vt quibuſdam placuit, tamen propter geminationem verborum,quæ etiam per ſe eſſent tantùm ferendæ,fierent latæ,vt ſuprà diximus in iiij.fal.

*Verbum habeatur,coniunctum cum verbo ſit,quomodo intelligatur.*

221 ¶Et hoc poſtremum confirmo ex eo quod ſcribit idem Bald.in prima conſtit.ff.in fi.princ. quòd licèt aliud ſit eſſe ciuem,aliud haberi pro ciue:quia illud veritatem dicit,hoc fictionem, vt no.gl. in l.mercis appellatione,& ibi expreſsiùs Bart.ff.de verb.ſignifi.Tamen ſi ita dicatur,ſit & habeatur pro ciue,ſignificabunt illa verba ſimul iuncta veritatẽ,ſi poſſunt,per text.in l.j.§.vlti.ff.quod quiſque iur.vbi & hoc ſequitur Alex.& etiam Barb.in repet.rubr.C.qui admit. ad bon.poſſeſ.col. xix.verſic.præterea adduco pro ſuo conſilio,vbi ita dicit ſæpius ſe conſuluiſſe,& in repetit. rubr. extr.de fide inſtru.col.viij.verſi.ergo autẽ,vbi hoc dicit ſin.& in repe.l.cum acutiſsimi,col.x.verſ. tu conſidera,& iterum col.cxvij.verſi.ſecundò faciat.C.de fideic.& in l.iij.col.xiij.verſi.ego dico. ff.de verb.obli.& in d.c.j.ad fin.extra de lit.conteſt.& conſi.xiij.Clementiſsimi Dei, col.vlti.lib.j. vbi id dicit ſolenne.& conſi.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.xiiij.verſi.& ſi quiſpiam opponit,vbi id dicit ſing.eo.lib.j.& conſi.38.præclarè ſcripſit,col.v.verſ.& iſta ſunt.vbi hoc dicit ſing.& iterũ col. xiij.verſ.& pondero,lib.ij.& d.conſ.liij.præclarè ſcripſit,col.ante.eo.lib.ij.& conſ.liiij.clementiſsimi Dei,col.vlt.eo.lib.ij.& d.conſ.lix.col.ix.eo.lib.ij.& conſ.lv.clementiſsimi Dei, col.j.lib.iij. & conſi. lxx.illud in mediũ referam,col.x.verſi.modò iſtud imponit,eo,lib.3,& conſi.87.illud referã,col.j.

*Differentia inter eſſe ciuem & haberi pro ciue.*

eo.lib.



eo.lib.iij.& conſi.vj.illud in medium adducam,col.viij.verſi.ſubdit poſtea,lib.iiij. & alibi ſæpe. & Franc.Curt.ſenior conſi.xlix.memoriæ recolendæ,col.xj.verſi.& pondero. Iaſ.in l. patris & filij, in primo not.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& in l.j.col.ix.ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſd. vbi & hoc dicit ſing.& in l.eum qui,in primo not.ff.de iureiur.vbi id quoque {dicit ſing.& in l.prætor ait.§.j.col.j.ff.de oper.noui nunt.vbi item dicit ſing.} & conſi.xxxv.factum ſic ſe habet de anno, colum.vlti.lib.j.{& conſi.cxlv.beatiſsimus Papa,col.v.verſicu.quartò quòd iſte, lib.ij.vbi id dicit ſing.} Philip.Dec.conſi.xlv.in cauſa iſtorum,col.ij.verſic.& ad hoc ſpecialiter.& Anton.Corſet.in tractat.de geminatis,col.iij.verſi.decimò adduco.& Hippo.Marſil.conſil.ij. altiſsimum refugium, col.v.verſic.& quod dicta inquiſitio,lib.j.& Nicol.Eucral.in locis legalibus,in loco à geminatione locutionis vel actus,col.iij.& Catel.Cot.qui hoc item dicit ſing.memo.incip.ciuem eſſe.& alio ſing.incip.habeatur. Sed & idem voluit ipſe Bald.conſi.xxix.ordinamentum,lib.v. & ante eum Bart.in l.ſi is qui pro emptore,in iij.q.princ.ad fin.ff.de vſucap.

222 ¶Licèt in hoc poſtremo dicto Bal.more ſuo ſibi contrarius contrariũ tenuerit,in c.licèt de vitanda,col.j.verſi.ibi,habeatur ſupple & ſit,extra de elect.arg.l.filio quem pater.ff.de liber.& poſthu. In quo tamen aduerte quod in multis codicibus Bal.eſt mendum in duobus locis,in verbo ſit,in cuius locum librarij ſubſtituerunt,& ſic.Bald.autem ibi ſecutus videtur fuiſſe Iaſ.ſibi quoq; contrarius in d.l.j.§.vlt.ff.quod quiſque iur.& apertiſsimè ſequitur Fran.Cur.ſenior etiam ſecum pugnans,conſi.xxxv.ſtatuto ſeu in capitulis,col.xiij.verſi.nec in priuilegio dicitur.Sed vtrumcunq; ſit in hoc vltimo dicto,certè in eo de quo nunc tractamus,nõ dubito,ob ea quæ ſuprà diximus. Quanquam & in illo ſequi malo priorem ſententiam:quando & verbum ſit, ſolum ac per ſe ſit præcisè ſignificatiuũ ſubſtantiæ veritatis,vt dicit nuncupatim Bal.conſi.cclxxiiij.verba,col.ij.verſ. præterea iſti ſunt,lib.j.{& ante eum Bart.in l.ſi maritus.§.j.ff.de adult.& ex recentioribus Corne. conſ.ciiij.licèt in hac,col.ij.verſ.licèt ergo,lib.j.& ante omnes gl.in l.ſiue poſsidetis.C.de probat.}

*Baldi locus emendatus.*

*Sit uerbũ,per ſe eſt ſignificatiuum ſubſtantiæ ueritatis.*

223 ¶Sed vocatur in dubium,quid ſi id verbum negatiuè proferatur,puta ſi dicatur, locum non habeat?Et certè glo.vlt.in c.præſenti,in fi.& ibi etiam Ioan.Mo.Archid.Domi.& Phil.Fran.de ſent. excom.lib.vj.aſſerunt hæc verba,declaramus locum aliquatenus nõ habere,quibus is tex. vtitur, eſſe latæ ſententiæ,quæ quidem verba in infinitiuo prolata habẽt vim futuri temporis,quantum ad eam rem pertinet,de qua tractamus,vt poſtea dicemus,cùm diſſeremus de infinitiuo. Ex quo potes intelligere illud verbum negatiuè pronuntiatum habere vim latæ ſententiæ.

*Habeat uerbũ negatiuè prolatum, an ſit latæ ſentẽtiæ.*

224 ¶Niſi dicas illud ibi procedere propter dictionem aliquatenus, quæ & ibi illis verbis adiicitur,ita videlicet,aliquatenus locum non habere. id quod videtur ſentire Felin.in c.Rodulphus,col.xvij. verſic.aliquatenus,de reſcript. Quod & confirmare poteris ex iis quæ latè ſuprà diximus in verbo,omnia vel partem aliquam,verſic.xiiij.incip.mouentur maxima ex parte.& verſic.ſeq. & iterum verſicu.xl.incip.adde præterea. Nempe dictionem aliquis,aliqua,aliquid,ex qua aliquatenus aduerbium conficitur,rem vel minimam comprehendere. Ideo hæc verba,aliquatenus locũ non habere,ita debent intelligi,vt aliquo modo non habeat locum,nec ipſo quidem iure, alioqui aliquatenus locum haberet.{Nam & Archid.in c.quamuis,col.ij.in fi.in verbo,aliquatenus,de offic. ordin.lib.vj.interpretatur hæc verba,ne aliquatenus,id eſt nullo modo. Et id verbum præciſum eſt,vt dicit Ripa in c.j.num.78.extrà de iudic.per text.in c.accepimus,de pact.}

*De eadem re.*

225 ¶Et in ſimili ſcribit Phil.Dec.in c.cæterùm,col.ij.extra de reſcript. quòd illa verba, non obtineat alicuius roboris firmitatem,important ipſo iure,propter illam dictionem,alicuius. Et idem propè dicit Corn.conſi.cciij.in hac conſultatione,col.ij.lib.ij.vbi ſi dicatur,aliquo modo non valeat, intelligitur ipſo iure. Nam ſi ipſo iure valeret,aliquo modo valeret.Vnde & illud fit,quod Sign.in con.cxv.in quæſtione Petri,col.j.dicit,quòd ſi ſtatutũ prohibet aliquo modo procedi, omnis proceſſus contrà factus,erit nullius momenti,de quo nuncupatim diximus in d.verſ.adde præterea. Sed & quod hæc dictio,aliquatenus,ſit latæ ſententiæ,tradit è recentioribus Rebuf.doct.quidem Gallus ille,ſed non Italis poſtponendus,in repe.c.poſtulaſtis,nu.250.ext.de cler.excom.min.

*De eadem re.*

226 ¶Aut etiam dici poteſt illud quidem quod diximus de dicto cap.præſenti,obtinere propter verbum declaramus, ibi quoque adſcriptum, videlicet declaramus aliquatenus locum non habere. Nam illud eſt latæ ſententiæ duabus rationibus. Primum,quia eſt præſentis temporis,vt latè diximus ſuprà in principio huius tractationis,& in ſimili tradit Panor.loquens ſcilicet de verbo decernimus,in cap.nouit,extrà de his quæ fiunt à prælat.Deinde quia eſt declaratorium,ſecundum ea quæ diximus ſuprà in xiiij.fal. Nam & illum text.& glo.in id expreſsim expendit Panor.in c. ſi diligenti,col.vij.extra de foro compet.vt diximus in d.fal.xiiij.

*De eadem re.*

227 ¶Et certè Bart.noſter,quem omnes vbique magnis miriſq; laudibus efferunt,in l.extat,col.vlt.ff. de eo quod met.cauſ.conſtanter aſſerit ea verba,ius crediti non habet,quibus ea vtitur, non eſſe latæ,ſed ferendæ ſententiæ.nec id quidem negant gloſ.& cæteri doctor.in d.c.præſenti,cùm non ſimpliciter innitantur naturæ huius verbi negatiuè prolati,vt apud eos videre licet. Et facit tex. in l.ſed & ſi.§.item ſi inſtitoria.ff.de inſtit.act.cum dicitur,ipſo iure locũ non habet. Quanquam id non admodum vrget,propter ea quæ adeo ſæpe ſuprà diximus,præſertim cum is text.loquatur in præſenti tempore,quod per ſe eſt latæ ſententiæ,& tamen ei additur,ipſo iure. Ideo cogita & vide quæ dicam in tribus ſeq.fal.

*De eadem re.*

228 ¶Sed hoc tamen intelligo, niſi cùm huic verbo iungeretur negatiua vniuerſalis,vt ſi diceretur,

*De eadem re.*

nullam actionem,nullam iuriſdictionem,nullas vires habeat.tunc enim hauddubie eſſet latæ ſententiæ,per text.in l.ij.C.quan.prouo.non eſt neceſſ.cùm dicitur,nullas habere vires palam eſt. Et ſubdit ſubinferens : & ideo nec prouocationis auxilium neceſſarium eſt. quem text.dicit ad hoc eſſe meliorem totius iuris Barb.in clemen.j.colum.xiij.in paruis,verſicu.nota de clauſula eo ipſo, de elect.& eum quoque ad id allegat & alia multa idem Barb.in l.generaliter,col.vij.verſic.ſecundò moueor.ff.de verbor.obligat.& hoc quoque voluit Franc.Areti.in l.j.col.iiij.verſicu. ſed hanc rationem.& paulò pòſt verſicu.ego aliàs.ff.de teſta.

*Ad ueritatem uniuerſalis negatiuæ requiruntur omnia eſſe uera.*

229 ¶Cuius rei eſt aperta ratio:nam ad veritatem vniuerſalis negatiuæ requiruntur omnia eſſe vera, vt dicit glo.in cap.nemo poteſt,le j.in verbo,obligari.in princ.de regu.iur.lib.vj.& Bart.in l.nullam.C.ex quib.cauſis infamia irrog.& Rom.in d.l.generaliter,de verbor.oblig.& faciunt quæ diximus ſuprà in xxij.fallent.& aliis duabus ſequent.

*Dictio penitus eſt latæ ſententiæ.*

230 ¶Quanquam in contrarium vrget tex.in l.eos.§.ſi quis autem aliquid.C.de vſur.vbi ita ſcribitur, nullam penitus habet actionem.nam ſi verba,nullam habeat actionem,intelligerentur ipſo iure, fruſtra addita fuiſſet dictio penitus,quæ & ipſa eſt latæ ſententiæ,vt diximus in xxvj.fal. Sed ad hoc potes dicere,quod diximus ſuprà in verbo,præſentis temporis,verſicu.xxvj.incip.ſed quod his reſpondeatur.& alibi ſæpe,& vide quæ dicam in ſequen.fallent.

*Verba teneat, obtineat, an ſint latæ ſententiæ negatiuè pronuntiata.*

231 ¶Septuageſimoſecundò fallit in verbo,teneat,ſiue obtineat,etiam negatiuè pronuntiato,vt ſi dicatur,contractus ſic factus non teneat,ſiue non obtineat vires,quia intelligitur ipſo iure,ex ſententia glo.loquentis in infinitiuo non tenere,in c.ad audientiam,in fi.& ibi Panor.in vlt.not.extra de appel.& alterius gloſ.in c.ſtatuimus,in verbo,non teneor,de ſent.excom.lib.vj. Ioan.Fab. in auth.ſtatuimus.C.de epiſc.& cleri.Bald.in c.ſi duobus,col.j.verſi.ibi non tenet,extrà de appel. & Angel.conſi.xxvj.cuius exordium eſt,pro deciſione quæſitorum,col.vlt.Barb.in c.cæterùm,& ibi Felin.col.vj.verſi.non eſt nullum,extrà de reſcript.& Philip.Dec.in c.conſtitutus,in ij.no.ext. eo.titu.& probatur in l.certa.C.quando prouoc.non eſt neceſſa.cùm dicitur,dubium non eſt firmitatẽ non tenere.vbi glo.exponit,ipſo iure:nam & in text.ſubiũgitur,& ſine appellatione poſſe reſcindi. Ideo Bart.ita illã l.ſummat,vt noſtri loquuntur,impoſitio mulctæ vltra quàm iudex poſſit ex ſua iuriſdictione,eſt ipſo iure nulla.& in c.ſi motu proprio,de præben.lib.vj.vbi vires nolumus obtinere.Ex quo not.Domi.in pen.not.quòd impetratio in caſu illius c.eſt ipſo iure nulla.

*De eadem re.*

232 ¶Tamen Panor.cuius autoritas eſt maxima apud Cano.vtpote quem ſummum pontificiæ cenſuræ præſulem vocet Barb.in repet.rub.C.qui admit.ad bon.poſſ.col.iij.Panorm.inquam,in d.c. cæterùm,col.ij.verſi.capio primam quæſtionem , non obſcurè ſentit contrarium , cùm dicit hæc verba,non obtinent,eſſe latæ ſententiæ,quia ſunt præſentis temporis,quaſi dicat,aliud eſſe , ſi in futuro tempore pronuntiaretur. Et idem etiam ſentiunt Tancre.& Gof.ibi,prout illos retuli ſuprà in xlij.fal. Idem quoque Inno.& Hoſtien.Compoſt.Collect.Philip.Petr. Ab.anti.& Bald.ibi, dum dicunt ea verba,nec obtinent alicuius roboris firmitatem,intelligi non quidem ipſo iure,ſed ope exceptionis. Nam ſi id verum in præſenti tempore, quid in futuro ? Et quod magis mirum eſt,ea verba alicuius roboris,qualecunque robur videbantur amouiſſe,& ita latam ſententiam induxiſſe,per ea quæ diximus ſuprà in præcedenti fal. Ideo vel verior eſt op. eorum qui dicunt ibi ipſo iure intelligi,vel ſi altera verior eſt,vt ſcilicet ope exceptionis intelligatur,id quidem eſt non propter verba ibi appoſita,ſed propter alia iura, quæ id ita fieri interpretantur , prout ibi omnes declarant. Nam & aliàs ſemper id procedit , vt verba cuiuſcunque temporis vim ſuam perdant, aſſumantq; alienam,alterius ſcilicet temporis,propter alia iura id declarantia,vt diximus ſuprà in ij.fallent.præteriti temporis.& iterum in xij.& lx.fallent.futuri temporis.

*Autoris ea de re opinio.*

233 ¶Ego autem vt dicam quod ſentio,in his verbis,de quibus loquimur,nihil propemodum video intereſſe inter hæc verba,non habeat,non teneat,ſiue non obtineat. Nec contrarium probat tex. in d.l.certa,imò potiùs contrarium.nam ſi verba,non tenere,ibi poſita,idem induxiſſent , quod ipſo iure,non erat opus ſubiungere illa verba,& ſine appellatione poſſe reſcindi.Quin in c.qualiter,in fi.de elec.& in c.dilecti,in fi.de appel.ita ſcribitur,penitus non tenere,quaſi illa verba,quæ quantum ad hoc de quo agimus,habent vim futuri, vt poſtea dicemus cùm de infinitiuo loquemur,non habeant vim latæ ſententiæ, niſi & additum fuiſſet penitus. Niſi ad hoc diceres quod ſuprà ſæpius in ſimili diximus:quando & alibi cum hoc verbo,negatiuè concepto etiam in præſenti tempore,quod haud dubiè per ſe eſt latæ ſententiæ, interdum iunguntur & aliæ dictiones etiam latæ ſentẽtiæ,vt in auth.ad hoc.C.de lati.libe.tol.cùm dicitur,ipſo iure matrimonium non tenet. Et vide quæ etiam dicam in ſeq.fallen.in qua tractamus de verbo huic ſimili.

*Verba teneat, obtineat, tum demũ ſunt latæ ſententiæ, cùm illis iungitur uniuerſalis negatiua.*

234 ¶Sed quod in primo diximus,ſcilicet in verbo habeat,in præcedenti fal.idem & tu in iſtis intelligito,vt videlicet tũ demum ſint latæ ſententiæ,cùm illis iungitur vniuerſalis negatiua, videlicet nullas vires obtineat:nullo pacto teneat,per tex.in l.ſi tutor.C.in quibus cauſ.in integ.reſtit.non eſt neceſ,qui loquitur his verbis nullam,ſiue nec vllam firmitatem obtineant , id eſt,ipſo iure,vt exponit glo.Nam & in eo tex.confeſtim ſubnectitur per modum conſequentis.Fruſtra igitur in integrum reſtitutionis auxiliũ deſideras,quando ea ipſo iure irrita ſunt.& eſt idem tex.in l.in dubium.C.de tut.vel cur.qui non ſatiſd.nam & eadem l.eſt in illis duobus locis repetita, niſi quòd in priori loco deeſt initium.Et in hac ſententia ſunt Imo.Domi.Barb.& Fel.in c.cæterùm.Anto. in c.ad aures,extra de reſcr.& Felyn.in d.c.Rodulphus,col.xxj.verſi.nullas vires obtineat,eo.tit.





*Verbum ualere, negatiuè poſitum quomodo intelligatur.*

235 ¶Septuageſimotertiò fallit in verbo valeat,etiã negatiuè poſito,quia intelligitur ipſo iure,ſecundum glo.loquentem in infinitiuo non valere,in cap.ſi cui,in verbo,non valere, quam ſequuntur Io.And.Domi.& Phil.Fran.ibi,de elect.lib.vj.Inno.Compo.Io.And.Domi.Pano.& propè omnes in c.quia propter,extrà de elect.Ioan.And.in c.eccleſia veſtra,le ij.in verbo,non valeat,extrà eo. Bal.in c.j.col.ij.verſi.quæro dicitur hìc,tit.de ali.feu.Bal.& Domi.in c.nonnulli,col.j.ext.de reſcr. Ang.d.conſi.xxxv.col.vlt.Domi.in c.diſpendia,in prin.in iij.& iiij.not.de reſcri.lib.vj.Fran.Are. qui in infinitiuo loquitur,in l.moribus.§.prius,col.j.ff.de vulg.& pup.Io.Ray.in c.j.§.callidis,ver. pœna,in viij.q.j.partis prin.tit.de prohib.feud.ali.per Fed.Corn.conſi.cciij. in hac conſultatione, col.ij.verſi.his tamen nõ obſt.lib.ij.Phil.Dec.in c.ij.col.iij.ext.de teſti. per tex.in d.c.quia propter, & in cle.j.de in integ.reſtit.{& Io.Crot.in repe.c.j.col.iij.verſi.ſecundo no. de reſcrip.lib.vj.}

236 ¶Sed contrarium voluerunt glo.Bart.Bald.ſibi contrarius,& alij in l.vniuerſa.C.de precib. impe. offer.& glo.quæ loquitur in infinitiuo,non valere,in l.noſtram.C.de teſta. & alia glo. ſi rectè & & ſolerter expendatur,in d.c.diſpendia,in verbo,proceſſus,de reſcript.lib.vj. de qua diximus ſuprà in iij.fal.& ibi expreſsè Philip.Franc.Bart.conſi.lxix.viſo ſtatuto.Hoſt.in d.c.quia propter,in verbo,non valeat,Bald.in l.hi qui ad ciuilia,col.iij.verſ.ex hoc facit.C.de appel.& in c.cum ordinem,tum col.ij.verſi.habentes autem,tum col.iiij.verſi.item ex prædictis habes,extra de reſcript. Panor.ſibi quoque contrarius,in d.c.nonnulli.§.ſunt & alij,eo.tit.Philip.Fran.in c.j.in ij.not. per illum tex.eod.tit.lib.vj.Barb.conſi.xij.ſcribitur apud prophetam,col.iij.verſi.& ſi quiſpiam,& iterum col.vj.verſi.modò ita eſt,lib.j.& {Philip.Fran.in d.c.j.in ij.not.per illum tex.de reſcri.lib.vj.} Iaſ.in d.l.moribus.§.prius,colum.j.ff.de vulg.& pup.& idem videtur voluiſſe Ang.conſi.ccclxxj. multùm conſidero,ad fin.dum dicit quòd verbum futuri temporis eſt latæ ſententiæ,quando lex vltrà procedit id declarando,& allegat dictum c.j.de reſcrip.lib.vj.quod quidem vtitur eo verbo, non valeat,ſed adiicit ipſo iure.ſentit ergo Ang.quòd illud verbum non valeat , ſine alia expreſſione non induxiſſet canonem latæ ſententiæ. Ideo autem Pet.An.& Phil.Fran.in d.c.j.ex eo id not.quod diximus,quia fruſtra additum fuiſſet,ipſo iure,ſi intellectũ fuiſſet ex vi & natura verbi.

*Verbum futuri temporis eſt latæ ſententiæ.*

237 ¶Sed & ſunt alij text.ſimiles,videlicet in l.ſi libertus,in princ.ibi,ipſo iure non valebit.ff. de iure patro.& in l.Labeo.ff.de oper.liber.quæ loquitur per infinitiuum,ita videlicet , ipſo iure non valere.& in l.iij.§.ſciendum,ibi,ipſo iure nil valeat.ff.de donat.inter vir.& vxor.& in c. ex parte, in fin.cum dicitur,penitus non valere,extra de arbit.nam vt ſuprà diximus,penitus,eſt latæ ſententiæ.& in c.quanquam,in fi.de vſur.lib.vj.cùm dicitur,teſtamenta aliter facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo iure.& in cle.j.§.propter quod,de hæreti.vbi poſt illa verba,non valebit,continuò ſubdit,& ſi ſecus præſumptum fuerit , nullum ſit, & irritum ipſo iure. Sed quod iam ſæpe diximus, præſertim verò in præſenti tempore,verſic.xxvj.incip.ſed quod his reſpondeatur,non magnum eſt in his text.& ſimilibus fundamẽtum,quod & hinc maximè probatur,quia cum præſens tempus non dubiè ſit latæ ſententiæ,vt ſuprà latè diximus:ſæpe tamen comperimus hæc verba, ipſo iure,addita fuiſſe ad præſens tempus huius verbi negatiuè prolati,vt in l.Papinianus.§.ſi ex cauſa.ff.de inoffic.teſtam.vbi ipſo iure non valet.& ſimilis text.in l.j.ff.ad ſenatuſc. Velleia. & in l.is cui lege.ff.de teſta.& in l.ſi quis poſthumos,in prin.ff.de liber.& poſthu.& in l. ſiue generalis,in princ.ff.de iure dot.vbi ita ſcribitur,ipſo iure promiſſio non valet,cum ſimil.

*Verbum præſentis temporis eſt latæ ſententiæ.*

*Lex ſi ſimpliciter dicat,nõ ualeat actus, intelligitur ipſo iure.*

238 ¶Cæterùm vt redeamus ad illam noſtrorum doct.controuerſiam,eam ſedare nixus eſt Felin.in d. c.nonnulli.§.ſunt & alij,col.xiij.verſic.poſſunt opiniones conſiderari extrà,ſecundum doctrinam Bart.& Ioan.Plat.in l.ij.C.de cano.fru.vr.Ro.lib.xj.videlicet quòd ſi lex ſimpliciter dicit,non valeat actus,intelligitur ipſo iure,vt ibi,& in l.non dubium.C.de legib. At ſi lex ita loquitur, non valeat,ſi aliquid factum fuerit,aut omiſſum, intelligitur pro ope exceptionis. Et ſe præterea remittit Bart.ad ſeipſum in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb.oblig. vbi & hoc idem quoque poſuit. Sed & idem voluit ipſe Bart.in d.l.vniuerſa,& ibi Iaſ.in iij.not.C.de precib.imper.offer.& {idem Bart.} in l.cum lex,colum.pen.verſi.ſed pone quòd lex dicit.ff.de fideiuſſ.& in l.j.col.vlt.in prin. {& ibi Fran.Aret.col.iiij.in fin.} ff.de teſtamen.& ſequitur Petr.Anch.in d.c.j.in iij.not. de reſcri. lib.vj.dum citat Bart.in d.l.non lex,& Fran.Aret.in c.ij.& ibi etiam Feli.col.iij.qui adducit concordan.extra de teſti.& Anto.Corſ.in ſing.in verbo,valeat negatiua præcedente.& vide quæ dixi ſuprà in eadem glo.{verſi.lxix.incip.intellige ſecundo in ſolennitate.} Sed hìc tamen aduerte quòd Bar.in d.locis,præſertim in d.l.vniuerſa.& in d.l.j,ff.de teſta.non illud dicit quod diximus, ita ſimpliciter,ſed ita quidem,vt ſi lex dicit aliquid non valere propter aliquod omiſſum, quod debet fieri poſt ipſum actum,illud non vitiat ipſo iure;ſed ſi diceret non valere, ſi quid ſit commiſſum,quod in ipſo actu fieri debet,vitiat ipſo iure. Et ita propè omnes videntur intelligere.

*Defectus formæ uitiat ipſo iure.*

239 ¶Sed & illud hoc loco notandũ,quòd ſi huic verbo addatur dictio aliter,ita videlicet,aliter non valeat,apertè oſtenditur,illud eſſe ſpecialiter pro forma,ex ſententia Bartol.in l. de his, circa medium.ff.de tranſact.Iaſon qui id dicit notandum,in l.de pupillo,in prin.col.j.verſic.tertiò pondera.ff.de oper.noui nuntiat.vbi & ad hoc dicit facere text.in l.comparationes,in ij.locis.C.de fide inſtru.vnde ſequitur,quòd ſi res aliter fieret,nulla eſſet ipſo iure, cùm defectus formę vitiet ipſo iure,glo.in cap.cùm dilecti,in verbo,irritum,extrà de reſcript.cum multis concordan.à me collectis ſuprà hac eadem glo.num.67.decimoquintò fallit. Sed tu hæc tamen intelligas ſecundum ea quæ ibi diximus,& ſeq.verſicu.nam l.vniuerſa.C.de precib.impera.offeren.his verbis vtitur,non

aliter valeant & tamen non ipſo iure intelligitur.}

*Verbum liberetur, ſimpliciter prolatū intelligitur ipſo iure.*

240 ¶Septuageſimoquartò fallit in verbo liberetur,ſiue liberabitur,ſiue etiā liberari,quod ſimpliciter prolatum intelligitur ipſo iure,per tex.in l.cùm quis.§.j.ff.de ſolut.cùm dicitur, debitorem non liberari,ſed exceptione eum aduerſus maritum tuendum eſſe.quem ad hoc expendit Iaſ. in l. ſi inſulam,col.ij.verſi.quintò pondera.ff.de verbo.oblig. Et ante eum Raph.Com.conſi.xxiij.teſtator filio,col.vlti. Et eſt ſimilis tex.quem neuter citat,in l.ſi acceptolatum,in princ.ff.de accept.Et hoc apertè voluerunt Bart.& Ang.in l.& ſi poſt tres,ille col.vlti. verſic.oppoſ.extra glo. dicitur, hic,col.j.verſi.in tex.ibi,defendi.ff.ſi quis cautio.cùm intelligunt tex.in d.l.ſi inſulā,qui dicit ſimpliciter,liberari,vt denotet,ipſo iure. Et idem dicunt Bald.& Angel.in l.pen.C.de fideiuſ. eodem modo interpretantes tex.ibi,vtentem etiam ſimpliciter verbo liberandi,ſine alia adiectione.

*De eadem re.*

241 ¶Licèt in contrariam ſententiam vrgere videatur text.in l.ſi cùm te,in princ. ibi,ipſo iure liberabitur.ff.de pactis,tanquam ſcilicet ſuperuacuò addita fuiſſent verba ipſo iure,ſi in verbo,liberari, intellecta fuiſſent.& ſimilis text.in l.ſed & ſi lege.§.ſi minori.ff.de petit.hæred.& l.ſi quid poſſeſſor.in princ.ibi,ipſo iure non liberauerit.& iterum in §.vlt.eiuſdem l.ibi,liberari ipſo iure debitores.ff.eo.& in l.ſi noxale,in princ.& iterum in §.ex iis.cùm vtrobique dicitur ipſo iure liberari.ff. de noxa.& in l.ſi ſeruus.§.vlti.ff.de furt.vbi eſt ſimilis tex.& in l.Papinianus.ff.manda.& in l.vlt. ibi,ipſo iure liberata ſint.ff.de ſeruis expor.& in l.j.§.cui certum,ibi, ipſo iure liberatur.ff.de auro & arg.lega.& in l.minor xxv.annis.addito,ibi,liberati ipſo iure.ff.de minor.& in l.Lucius.§.tutelæ,& iterum §.vlti.ff.de adminiſt.tuto.{ & in l.conuento,ibi,ipſo iure liberatum.ff.de tutel.& ratio.diſtrahen.} & in l.Græcè.§.& poſt litem,ibi,ipſo iure non liberatur.ff.de fideiuſ. & in l. ſi ſeruus.§.cùm mihi,ibi,ipſo iure non liberabuntur.ff.de verbo.obligat.& in l.ſi res,§.vlt.ibi, ipſo iure liberatus non ſit.ff.de iure dot.& in l.vlti.verſi.tales igitur,ibi,penitus liberari,& rurſus verſic.ſin autem neſcius,ibi,omnimodo liberari,in duobus locis.C.de furt.& in §.quæ de fullone,Inſtit.de obligat.quæ ex delict.naſcunt.vbi eſt ſimilis tex.& in l.Iulianus.§.j.ibi,protinus rerum liberari.ff. de verbo.oblig.& in l.ſtipulatus ſum damam,ibi,continuò eum liberari. nam vt ſuprà diximus, dictiones penitus,& protinus,& continuò,idem ſignificant quod ipſo iure. Sed hi tex.& ſimiles parum faciunt,vt diximus in præcedenti fal.& ſæpe aliàs,cùm & hîc videamus has dictiones additas ad id verbum præteriti & præſentis temporis. Porrò Sal.Socin.Iaſ.& Phil.Dec.& Alcia.in l.cùm poſteaquam.C.de pact.nuncupatim ſcripſerunt id verbum non eſſe latæ ſententiæ. Sed tu interim vide Iaſ.in l.eum qui ita.§.qui ita ſtipulatur,le j.col.ij.verſi.limita regulam.ff.de verb.obli.

*Verbum futuri temporis an ſit latæ ſententiæ.*

242 ¶Septuageſimoquintò & vltimò,fallit generaliter, vbi ſubiecta materia declararet verbum futuri temporis eſſe latæ ſententiæ.tunc enim potius ſequēda eſt natura ſubiecti argumēti,quàm ipſius verbi futuri temporis,vt abundè patet ex iis quæ ſuprà diximus,tum in verbo præſentis temporis,verſic.xxix.incip.ſi tamen hanc poſteriorem,tum quoque in verbo præteriti temporis, verſic. xxx.incip.fallit ſecundo.tum poſtremò in hoc verbo futuri temporis, in 36.37.38.42.82.90.108. 132.150.166.183.fallent. Ideoque & Panor.in c.ſuper ſpecula.col.j.verſic.ex prædictis infero,extra nec cleri.vel monach.ſcribit ea verba quæ aliàs ſunt ferendæ tantùm ſententiæ, fieri tamen latæ ex materia ſubiecta,& idem voluit Franc.Aret.in l.j.col.iiij.verſic.& ita reſponſio.ff.de teſta. vbi dicit de hoc eſſe caſum no.& expreſſum in l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.

*Dictio nullus, cōiuncta cum uerbo cuiuſcunque temporis, denotat nullitatem.*

243 ¶Septuageſimoſextò fallit,cùm diſpoſitio vtitur hac dictione nullus. nam cum verbo cuiuſcunq; temporis denotat nullitatem ipſo iure,glo.eſt in c.innotuit, in verbo,nullam eſſe.extrà de elect. Nam & ſi verbum eſſe,quod eſt infinitiui temporis,omnia tempora comprehēdat,& in dubio ſit ferendæ tantùm ſententiæ,vt paulò pòſt dicemus:dicit tamen ea gl.ea verba,nullam eſſe,intelligi ipſo iure.& ſequitur Iaſ.conſi.cxxviij.verba permutationis,col.iij.verſi.tertiò dicitur,lib.iiij.Et facit quod ſuprà diximus de dictionibus,nullatenus,nullo modo,nullius momenti, quia id non ob aliud fit,quàm quòd hæc dictio,nullus,ſicuti & illæ aliæ ſunt vniuerſales negatiuæ,quæ vniuerſaliter & ſine vlla exceptione operātur,gl.in l.nemo poteſt,le j.in verbo,obligari,in prin.de reg.iur. lib.vj.{& Ro.conſi.cxcix.præſens ſtatuti particula,col.j.vbi ex hoc dicit quòd comprehendit omnem caſum poſsibilem cōprehendi.} Et faciunt quæ ſuprà diximus nu.228.incip.ſed hoc tamen, & ſeq.& 234.incip.ſed quod in primo.& tex.in l.ſi quis Sempronium,in verbis,nullum effectum habent,iunctis verbis quæ ſtatim ſequuntur,momentū aliquod habebūt.Et glo.{ in l.ij.in prin.in verbis,nulla iuriſdictio.ff.de iud.& alia glo.} quæ loquitur de his verbis,nullius firmitatis, in cle. vlt.in glo.vlt.de electio.Et tex.in c.j.verſi.propter,de iura.cal.lib.vj.vbi dicitur,nō eſt nullus, nec etiam annullandus.{Et quod ſcribit Franc.Aret.in l.j.col.j.verſic.præterea poteſt dici,& ſeq.ff.de teſtam. Et quod de dictione,nihil,tradit Saly.in l.vlt.col.j.verſi.ego tamen.C.de acq.poſſeſ.}

*Infinitiuum eſt aptum comprehendere omnia tempora.*

244 ¶Infinitiuum autem ( de hoc enim reſtat dicere ) licèt ſit aptum comprehendere omnia tempora,ſecundum Grammaticos,& ex noſtris voluerunt gloſ.Bart.& alij.in l.v.§.ſtipulatio, in verbo, daturum.ff.de verb.oblig.Ioan.And.in procemio lib.vj.& Salyc.in l.ſi vt proponis,paulò ante fi. C.de condit.ob cauſ.& Alex.conſi.xxviij.vſis & accuratè ponderatis,col.ij.verſi.& eſt ratio,lib.j. quod repetitur conſi.xxxj.lib.ij.& idem Alex.conſi.lxxxiij.viſo themate,col.iij.verſic. præterea ſi non apparet,lib.iij.{ & Corne.conſi.ccxcvij.in conſiliis,col.ij.lib.iij. Et } id quidem probatur in c. eos,in fi.j.q.j.tamen in dubio eſt ferendæ ſententiæ,non latæ,vt ſic potiùs habeat naturam futuri quàm præſentis aut præteriti,glo.in §.j.in verbo,imminere,in auth. de inceſt.nupt.& in c.j. in verbo,



verbo,ſuſtinere.ij.q.iij.& Cardin.Alex.in cap.j.in princ.tit.quib.mod.feud.amit.& in c.domino, col.ij.tit.ſi de feud.defunct.conten.ſit inter dom.& agna.vaſ.

*Verba legis uel ſtatut.quæ habent ſignificationem præteriti uel futuri, pro futuro accipiūtur.*

245 ¶Et id quidem iure optimo{duabus non contemnendis rationibus,nam primùm verba legis vel ſtatuti,quæ ſcilicet habent ſignificationem præteriti & futuri,cuiuſmodi eſt futurum ſubiunctiui in dubio pro futuro accipiuntur,vt voluit Bart.in l.omnes populi,char.pe.verſ.iuſta præmiſſa. ff. de iuſt.& iure,Bal.in l.leges.col.iij.verſi.an verba ſtatuti.C.de legib.Pan.in c.vlt.col.j.verſi.not.iij. extra de conſtit.Rom.qui alios allegat,conſi.ccccxxxiij.quò ad primum,in princ.Ferdin.Loaz.in repet.l.filiusfamiliàs.§.diuus,char.ix.num.187.ex quo ſingulariter.ff.de leg.j.cum aliis multis cōcord.collectis à Sebaſt.Sappi.in addit.ipſius Panor.in d.c.vlt.de conſtit.

*In pœnis benignior ſit interpretatio.*

246 ¶Deinde quia in pœnis}benignior fit interpretatio,c.in pœnis,de reg.iur.lib. vj.cum concor. adductis per glo.ibi,quæ & ob id dicit quòd in dubio debemus iudicare canonem ferendæ ſentētię, magis quàm latæ.quam ſequitur & dicit ſing.Phil.Fran.ibi. Sed eſt illi ſimilis in c. cupientes.§.ſi verò,in verbo,priuentur,de elect.lib.vj.& in c.ij.§.inhibemus,in verbo,innodetur, de hæret.eod. lib.vj.& idem voluerunt Petr.Cyn.& Bal.qui hoc dicit no.in l.quæ ex relationibus,in fi.C.de legi.idem Petr.in repet.l.ſi quis in tantam,col.pe.C.vnde vi.Cy.in l.in criminali.C.de iuriſd.omn. iud.& in auth.qui ſemel,col.ij.verſ.quinto quæritur,& ibi.Bal.col.j.verſ.quæro ad euidentiam.C. quo.& quan.iud.Ioan.And.in c.ij.de hæret.lib.vj.Petr.Iac.in tit.de actione in rem pro feuda.cōt. emp.col.iiij.verſ.ſi autem ex aliis.& tit.de condi.ex l.non ſcripta,col.ij.verſ.item ſi dubium ſit. & tit.de cauſ.ex quib.dom.deb.amit.propr.in xiij.diſt.feud.col.eiuſdem ij.verſ.item amittere. & iterum in fi.illius tit.& tit.ſeq.qui eſt,ſuper condi.ex moribus,col.j.Bart.in l.Męuius.§.duobus, col. vlt.ff.de leg.ij.Bal.in l.j.in ij.oppo.& ibi etiam Iac.à ſancto Georg.in ij.not. C. ne lic.poten.idem Bal.in l.vlt.C.de cap.dimi.& in l.ſi quis in tantam,col.pe.verſ.ſuper quarto. C.vnde vi. & in l.ſi qua.C.de ſecund.nupt.{& in l.trāſigere,col.vlt.C.de trāſact. } & cōſi.cccj.proponitur quòd Petrus,col.1.lib.1 Saly.in auth.habita,col.antepe.verſ.quærit ſequens glo.C.ne fil.pro pat. Ant.Imo. Pan.& Fran.Are.in c.ſi diligenti,de foro compe.vbi illud expreſsim dicunt,quòd quando verba legis habent ſignificationem præteriti & futuri,debemus ſequi mitiorem partē,vt videlicet in dubio ſint futuri,& ita ferendæ ſententiæ,non latæ.Petr.Anch.in c.j.col.j.verſic.& vnum circa hoc ſcias,de reſcrip.lib.vj.& in c.2.in fi.de hæret.eod.lib.6.Imo.in c.1.col.2.de locat.& in c.vlt.col.17. verſ.ſed certè vbi ſtatutum,extrà de præſcrip.Domi.in c.j.§.vlt.col.1.verſ. quæro an deficiens, de electio. lib.6.& conſil.xxiij.quia diffusè per patres meos,colum.2.Panorm.in c.querelam.colum. 3.extra de iureiur.& ſubobſcurè conſi.xl.venio ad primum dubium,col.vlt.lib.1.Aegid. Bellame. conſi.ix.factum eſt tale,cùm eſſet lis,col.8.verſ.item ad iſtam partem,& iterum col.x.verſ.itē non obſt.quod dicit Ioan.Ana.in c.1.col.4.extra de ſagit.& in c.dura,in princ.extra de crim.fal.Alex. conſ.ciij.videtur prima conſideratione,col.pen.verſi.item poſito,lib.j.& conſ.cxxiiij. omiſsis ſuperfluis,col.j.& iterum ad fi.eo.lib.j.Card.Alex.in d.c.domino,& in c.ſalonitanæ,col.j.lxiij.diſtin. Iaſon in l.rem quæ nobis,col.pen.ff.de acquir.poſſeſ.Philip.Dec.conſ.clxvj.ego Philippus, col.2. & in l.cum poſteaquam,circa medium.C.de pactis,& in l.nemo ex his,col.vlt.verſicu.non obſtat quod dicitur.ff.de regu.iur. & D.Ioan.Selua ſenator Pariſienſis in tract.de iureiurand. col.totius operis pen.& nouiſsimè vir optimus & mei amantiſsimus Petr.Rebuffus in repet. l. diuus, char. xiiij.verſ.quæro an non vindicans.ff.de ſenatuſc. Sylla.

*De eadem re.*

247 ¶Quod cùm ſemper aliàs locum habeat,tum verò maximè procedit, cùm pœna à lege, ſtatuto, aut alia conſtitutione imponitur delictis non perfectis aut conſummatis. tunc enim nunquam in dubio videtur eſſe canon latæ ſententiæ,vt nuncupatim aſſerit Ioan.Andr.in c.j.de homic.lib.vj. quod dictum pro not.citat & ſequitur Franc.Aret.in d.c.ſi diligenti, col. iiij. extrà de foro compet. At quod optimè faciunt quæ latè dicemus inferius in xvij. effectu, ſiue differentia canonis latæ & ferendæ ſententiæ.

*Pœna priuationis nunquā incurritur ipſo iure niſi ſit iure expreſſa.*

248 ¶Quin etiam nunquam incurritur pœna priuationis ipſo iure,niſi ſit iure expreſſa,vt voluit Inn. in c.bonæ,le ij.col.vlt.ext.de electio.Imo.Pan.& Fely.in c.querelam, extra de iureiur.idem Pan. in c.vlt.paulò ante fi.extra de cleri.non reſid.Domi.in cap.quo iure,col.vlt.viij.diſtin.Rom.conſ. cccxxv.hoc exordio,quò ad primum,col.1.verſ.ſecundò quia pœnam.Barb.Fely.& Phil. Dec.in c.ij.extr.de reſcrip.{idem Fely.in c.inquiſitionis,col.2.extr.de accuſ.}Card.Alex.in d.c.1.col.1.tit. quib.mod.feud.amit.& iterum in §.item ſi fidelis,col.pe.eo.tit.Coſ.Guy.in tit.de collat.§. taliter, in verbo,reſidentiæ.Thomas Parp.in repet.l.ſi quis maior,in iij.q.xvij.not.& ibi quoque Hiero. Cagno.etiam in repet.num.121.C.de tranſact.

*Pœna priuationis non ſimpliciter imponenda eſt. Niſi à iure exprimatur.*

249 ¶Sed nec pœna priuationis ſimpliciter imponenda eſt,niſi à iure exprimatur,vt eſt glo.omnibus nota in c.vlt.& ibi Pan.qui eam dicit ſing.extra de iure patro.& ſimilis tamen glo.in c. cùm vos, in glo.ij.in fi.extr.de offi.ordina.& alia item in cle.2.in verbo,ſuſpenſus,de vita & honeſta.cleri. & voluit etiam Ioa.Mo.in extrauag.iniunctæ,in gl.vlt.de elect.Pan.in d.c.bonæ,le ij.col.iij.verſ. ſuper glo.j.extrà de elect.vbi & illam primam glo. citat & commendat,& in cap.cùm venerabilis,col.viij.verſ.circa primum puto,extr.de excep.& in ca.vlt.in fi.extr.de præſump.& Alex.cōſ. ciij.col.pen.verſ.pro hac facti.lib.ij.& conſ.ccxij.ponderatis his,lib.6.& Barb.in tract.de præſtan. Cardin.in 1.quæſtio.1.partis,col.xix.vbi illam glo.dicit ſing.& conſ.ix.præclarè ſcribitur,col.vij, verſ.præterea facit,lib.ij.& Iaſ.in l.j.col.pe.ad fi.C.de tranſ.Philip.Dec.in rub.extr.de iud.col.1.in

priore lect.& in d.c.ij.col.ij.& ibi quoque Fel.col.item ij.ext.de reſcrip.& ipſe Fel.in c. at ſi clerici,in prin.col.ij.ext.de iud.

*De eadem re.*

250 ¶De qua re eſt tex.optimus in §.cùm igitur,in auth.de non elig.ſecun.nub.ibi, nec eſt lex aliquid tale dicens.Cuius authoritate Bald.in auth.ex teſtamento,col.pen.verſ.modo quæritur. C.de ſecund.nupt.dicit id quod lege non eſt cautum,non inducere priuationem.& ad hoc quoque not. illum tex.Ioan.Ana.in c.j.col.ij.extr.de maled.& Alex.in l.etiam.§.j.col.iij.verſ.confirmo. ff.ſolu. matri.vbi illum dicit no.& d.conſ.ciij.col.pen.verſ.pro hoc facit,lib.j.& dicto conſ. cxxiiij. in fin. eod.lib.j.& conſ.xcij.perſpectis diligenter,col.iiij.verſ.condeſcendo ad quintam , lib.vj. vbi dicit illum tex.eſſe ad hoc not.Barb.in c.j.col.viij.extra de offi.deleg.& in repet.c.Raynaldus,char.44. extra de teſta.Iaſon latè in l.j.col.vlt.& ibi quoque Aquen.col.item vlt.C.de tranſact. & ipſe Iaſ. in l.ſi quis maior,col.2.& ibi Thomas Parp.in repet.in xvij.notab.in iij.quæſtio.eo. tit. & idẽ Iaſ. in l.illam,col.iij.verſ.addo ad regulam.C.de collat.vbi dicit illum tex.eſſe ad hoc ſingul. & in l.ex facto,col.ix.verſ.contra Bar.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& in l.quod te,col.antep.verſ.breuiter ego teneo.ff.ſi cert.pet.& in l.diuortio.§.ſi fundum,col.ij.verſ.ego puto quòd iſta.ff.ſol.matri.& Fely. in c.tranſlato,col.pen.verſ.item vbi imponitur.& in d.c.2.col.j.extra de reſcrip.& Fran.Rip.in d. rub.de iudic.col.iij.& Thomas Parp.in repe.l.2.col.7.verſ.præterea de adulterio.ff.ſol.matrim.& Nicol.Eueral.in locis legalibus,in loco à ſimili,col.vlt.vbi dicit illum text.non ſolere ad hoc allegari.Sed & ex illo tex.dicit Bal.in l.ſi pater,col.iij.verſ.aduerte quantum.C.de inſti.& ſubſti.quod caret lege,non curat legis miniſter.

*De eadem re.*

251 ¶Eſt & tex.quoque optimus in cap.is,qui,in prin.de ſenten.excom.lib.6.per quem dicit Domin. conſ.cv.ſuper dicto dubio,col.ij.verſ.ſecundò arguitur,quòd pœnæ non ſunt imponẽdæ ex magiſtrorum opinionibus, ſed in caſibus tantùm expreſsis. ad quod etiam allegat c.ſi habens. xxiiij. q.iij.& ca.Romana,de ſupplen.neg.præla.lib.vj.& gl.in c.porrò,in verſ.ſeparari,de diuor.Cui adde & tu tex.in l.at ſi quis.§.diuus.ff.de relig.& ſumpt.fune.cùm dicitur eum hæredem qui prohibet funerari ab eo quem teſtator eligit,non rectè facere , pœnam tamen in eum non eſſe ſtatutã. quem tex.ad hoc quoque not.Barb.conſ.xj.ſcripſit bellìſsime,col.iij.verſ.modò ſi dicatur,lib.1.& conſ.xvj.clementiſsimi Dei,col.1.eo.lib.1.& conſ.xxiiij.illud afferam,col.j.eo.li.j.& conſ.xlvj.pręclarè ſcribitur,col.2.eo.li.1.& conſ.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.xvij.verſ.capio nunc alium,eo.lib. 1.& conſi.lxj.ſcribitur Sapientiæ ſeptimo,col.pen.eo.li.j.& conſ.ix.præclarè ſcribitur.col.vij.verſ. præterea facit,lib.2.& Iaſon in d.l.diuortio.§. ſi fundũ,vbi ſuprà.ff.ſol.matri.& in d.l.illud,col.iij. verſ.addo ad regulam.C.de collat.& Philip.Dec.in d.rub.de iud. & in auth.qui rem , col. 2.C.de ſacro.eccl.{& conſ.penult.cuius ſupraſcriptio incipit,ſi ſtatutum,col.2.verſ.ſed tamen vlteriùs.& conſ.clxiij.non fuiſſet propoſiti,col.2.verſ.& hoc confirmatur.}& ante eos Bal.qui eum dicit no. in l.nemo martyres,poſt prin.C.de ſacroſ.eccl.Adde item tex.in §.quia verò Leonis, in auth. de non alienan. per quem dicit Bal.in l.ſuper chirographis,in 3.no.C.ſi cert.pet.quòd pœna nunquã imponitur niſi in caſibus à l.expreſsis,& tex.in l.ſi ſeruus.§.prætor ait,verſ.non dixit prætor. ff. de acq.hær.& in c.j.§.illud,& §.porrò,tit.quæ fuit pri.cau.amit.benefi. quas & in id expẽdit Fran. Cur.conſi.64.antiquiſsima,col.13.verſi.quintò etiam reſpondendo.Adde & glo.in c.1.81.diſt. & in ſumma xv.q.8.quæ dicunt nullum crimen inducere depoſitionem, niſi ſpecialiter à canone ſit expreſſum.& quod ſcribit Bal.in l.improbum.C.ex quib.cau.infa.irro. quòd vſurarius nulla pœna criminaliter afficiendus eſt,cùm nulla lex hoc dicat,& ſequitur Saly.ibi,& latè Phil.Dec.conſ. clxx.viſo themate,col.2.verſ.ſecundò principaliter.

*Verbum dubium potius cẽſetur ferẽdæ quã latæ ſententiæ.*

252 ¶Hæc autem quæ diximus,& probauimus,verbum dubiũ cenſeri potiùs eſſe ferendæ quàm latę ſententiæ,velim intelligas cùm agitur de pœna imponenda,vel aliàs ſumus in materia odioſa, in quibus etiam terminis locuti ſumus.nam & huc conueniunt omnia quæ in eam ſententiam diximus.Quòd ſi in alia materia loqueremur , in qua fauorabilius eſſet interpretari verbum dubium in ſenſu directo,id eſt,vt ipſo iure,& ſine alterius adminiculo intelligeretur, ita potiùs eſſet intelligendum quàm in ſenſu obliquo,vt expreſsè voluit Corn.loquẽs in caſu noſtræ legis, vt ſcilicet quia eſt fauorabilis,debeat interpretari in dubio ipſo iure,cõſi.xv.ex quo dictus Franciſcus, col. 5.li.1.Et hac tantũ ratione motus,quòd odia reſtringi,fauores ampliari decet.c.odia,de reg.iu.li.6.

*Subſtitutio, in materia ſubſtitutionũ, in dubio intelligi debet potiùs directa quàm obliqua.*

253 ¶Sed & hoc ex eo apertè probatur,quòd in materia ſubſtitutionum in dubio debet intelligi ſubſtitutio potiùs directa quàm obliqua,vt non obſcurè innuit tex.no.in l.vlt.vbi hoc not.Saly. Fulg. Alex.C.de hæred.inſtit.& eſt tex.apertiſsimus in cap.ſi pater,& ibi Ioan.And.in nouella.Pet.An. col.v.in xix.not.Domi.in verſ.præmiſſæ,in j.not.& Philip.Fran.in 14.not.de teſta.lib.6.& voluit glo.in l.verbis ciuilibus,in fi.& ibi Bal.qui eam dicit ſing.de iure ciuili,& Ang.qui etiã dicit ſing. Pau.Caſt.& Alex.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& Bart.{conſi.13.ex facto propoſito , col.3. verſ.reſtat de ſecundo.&}conſi.xv.in nomine,& c.pater habens filium,col.2.verſi.ad ſecundum , { & conſi. ccxliiij.fuit quidam de Aſsiſio,col.iij.& Fran.Tigr.inter conſil.illius conſi.clij.& ego Franciſcus.} Bal.in l.Centurio,{col.2.verſ.item & ratio,& ibi Ang.col.3.verſ.ſed huic deciſioni. ff. de vulga.& pupil.ſubſt.& idem Bal.in l.precibus,col.13.verſ.vnum etiã aduerte.C.de impube. & aliis ſubſti.} & in l.vlt.paulò ante fi.C.de ſacro.eccle.{& in l.ſi quis ita,per illum tex.ff.de vſufruct.& in.l.vlt. col.j.C.de hæred.inſtit.}& in cap.1.col.vlt.in 2.lect.extrà de iudiciis,& conſi.xxxv.pater filio,circa medium.lib.2.{& conſi.ccccxxiij.verba teſtamenti,lib.1.& conſ.xxxv. pater, in princ. lib.2.&

conſi.



conſ.xxxvij.decreto,in fi.lib.iij.& conſ.ccccxxij.ſtatutum,circa med.eo.lib.3.& conſ.ccxcvj.pręmittendum eſt,circa medium,lib.iiij.& conſ.clxxv.præmiſsis verbis,col.1.lib.v.}Ang.conſ.cxxv. hoc eſt teſtamentum.col.ij.verſ.hinc deſcendit.Raph.Co.conſ.ij. proponitur quòd Ser Blancus, col.iij.Petr.Anch.conſ.8.difficultas quæſtionis,col.1.{Pau.Caſt.in l.1.col.2.C.de pact.inter empt. & vend.Rom.conſi.cccciij.diligenter inſpectis,col.ij.verſ.ſecundò probatur.Fran.Are.conſ.clv. periculoſum eſt,col.ij.verſ.quòd autem iſta pars. Alex. conſ.xij.attentis verbis teſtamenti, col.4. verſ.rurſus poſito,lib.iij.}& Phil.Corn.in l.precibus,col.xvj.verſ.dicit tamen Ang. C. de impub. & aliis ſubſtit.{& conſ.xlvij.videtur prima facie,col.2.lib.1.& conſ.ccxcv.videtur in hac,col.ij.eo. lib.j.& conſ.cxij quanquam videatur,col.iiij.verſi.nam præmittenda eſt , lib.2.& conſ.ccxxxviij. circa primum,col.2.verſi.aliud autem,eo.lib.ij.& conſ.cccxvj.videtur,col.2.li.3.& conſ. cxxxviij. nulli dubium,col.iij.verſ.pro quo facit,lib.iiij.& quiſquis eſt inter conſ.Alex.conſ.xiiij.adſit, col. 5.verſ.non enim filij,lib.4.}& Soci.in l.j.col.7.verſ.confirmo iſtam.ff.eo.tit.{& Iaſ.in l.Marcellus quæ eſt iij.in prin.col.6.verſ.ad tertiam inductionem.ff.ad S.C.Treb.}& Philip. Dec.conſi.xcv. cuius ſuperſcriptio incipit,ſubſtitutio facta,col.ij.& conſ.ccclxxj.in cauſa magnifici militis, col.2. verſi.& hoc etiam confirmatur,& iterum col.vlt.verſ.non quod potiùs.vbi declarat quomodo id intelligatur.Nam in his fauorabilius eſt directum,quàm obliquum,vt colligitur ex l.vlt.C.de his qui à non domi.vbi id not.Bald.Et vide quæ diximus ſupra nu.9.incip.porro Corn.

*Verba ſub interminatione anathematis non ſunt latæ ſententiæ.*

254 ¶Poſtremò ſcias huiuſmodi verba,ſub pœna excommunicationis,centum librarum , aut alterius rei,vel etiam hæc,ſub interminatione anathematis, vel ſimpliciter ſub excommunicatione , non eſſe latæ ſententiæ,{vt non obſcurè probat tex.ſi modò paulò penitiùs introſpiciamus,in d. c.relatum,de iure patr.nam ibi primùm dicit,ſub anathematis interminatione prohibere cũctis. Subdit autem poſtea,ſi quis autem prohibitionis veſtræ contemptor extiterit,eum excõmunicationi ſubdatis,quibus poſtremis verbis ſatis oſtendit illum nõdum fuiſſe excommunicatum ex illa interminatione anathematis.& hoc etiam no.glo.vlt.Hoſti.Ioan.And.Collect.& Pan. ibi.

*De eadem re.*

255 ¶Et hoc quoque voluit glo.in c.}cùm eſſes,in gl.vlt.& ibi Tancre.Inno.Hoſt.& Ioa.And. ext.de teſta.& in c.cum eccleſia,in verbo,anathematis,& ibi Hoſt.& Io.And.extra de immu.eccl.& in c. dolentes,in verbo,ſub pœna,& ibi etiam Vincen.Hòſti.in eodem verbo,& Ioa.And.col.vlt.ext. de celeb.miſſ.& gl.in c.j.& ibi etiam Pan.& Io.Ana.& alij.ext.de ſagit.& in c.ſicut tuis,& ibi Collecta.in prin.Pan.Ioan.Ana.& Fel.extra de ſimo.& in c.ij.ext.de mat.cont.inter eccle. & in c.j.& in c.j.& ibi etiam Inno.ext.de eo,qui fur.ordi.ſuſce.& in cap.ſalonitanæ.lxiij.diſt.& in c.non ſolùm,in verbo,ſub pœna,de reg.lib.6.& in cap.j.in fi.& ibi Dom.de biga.eo.lib.6.& in cle.j.in prin. in verbo,terminationem,de exceſ.præla.Zenze.in ext.Ioan.xxij.incip. quorundam verſ. ideóque omnes,in verbo,ſub excõmunicationis pœna.Hoſt.in ſumma tit.de ſagi.verſ.ſed nunquid,& ſeq. & iterum tit.de ſent.exc.§.iij.in xxiiij.caſu canonis latæ ſententiæ.Bal.in c.P.& G.col.ij.verſ.nota quòd licèt,ext.de offi.deleg.}Pet.Anch.conſ.cclj.ex his quæ ſuperiùs,col.2.} Imol. qui hanc dicit eſſe communem op.in cap.j.col.2.verſ.& aduerte,& ibi etiam Pan.ext.de loc.idem Pan.in c.dura,in j.not. extra de crimi. fal.domi.d.conſ.xxiij.quia diffuſe per patres meos,col.2.Paul.Caſtr.& Iaſ.in l.ad diem,in j.no.ff.de verb.obli. {idem Pau.Caſt. conſ.xcix. quia per ſupraſcriptos,in prin. lib.1.{Cepo.latè conſ.criminalium conſ.xiij.ſtante quodam decreto , col.iij. verſ.& ſecundũ iſtam op.{Alex.conſ.ciij.videtur prima conſideratione.col.pen.verſ.item poſito,lib.j.& Barb.in c.Raynaldus,col.cj.verſ.octauò adduco,de teſta.vbi aliter declarat quàm alij.}Steph.Bertr. conſ.xxviij, exiſtentes,nu.5.lib.j.Phil.Dec.in l.non videtur.§.in pœnalibus,in prin.ff.de reg.iur.Et facit quod ſcribit Inno.in c.cùm in tua.ext.qui mat.accuſ.poſſ.

*Pœnæ legalis & conuentionalis differẽtia.*

256 ¶Sed hoc tamẽ primo loco limitabis procedere,vbi lex aut iudex illis verbis vtitur, ſecus ſi paciſcentes aut contrahentes,verbi gratia,ſi quis promittat ſub pœna cẽtum. Hæc enim verba eam vim habent,vt niſi id fiat,quod actum eſt aut promiſſum,ea pœna ipſo iure debeatur, ad idq; agi poſsit,per tex.in d.l.ad diem.ff.de verb.oblig.quem ad hoc not.Pau.Caſt.& Iaſ.ibi,& ad hoc quoque facit tex.in l.reſcriptum.§.ſi pacto.ff.de pact.vbi glo.in verbo,vtraque, facit hanc differentiã inter pœnam legalem & conuentionalem.Ex quibus potes intelligere non verum eſſe quod ſcribit Fel.in d.cap.ſicut tuis,in ij.limitatione,extra de ſimo.

*Declaratio producit effectum ex eo tẽpore tantùm quo fit.*

257 ¶Limita ſecundò procedere,niſi poſteaquam is,cui ſub pœna excommunicationis aliquid iuſſum fuerat,non id fecit,iudex declaret voluiſſe ſe excommunicare re non impleta,ſecundum Hoſt.in d.c.j.extr.de ſagit.& Guil.à monte Laud.in d.cle.j.& ibi Imol.col.ij.de exceſ.prælat.Non nocebit tamẽ talis declaratio impetrationi beneficij,& aliis actibus interim factis ante ipſam declarationẽ, cùm agitur de graui aliquo præiudicio,vt aſſerit Pan.ibi,quia declaratio producit effectum ex eo tempore tantùm quo fit,nec retrotrahitur ſecundum Ioa.Ana.ibi,quem ſequitur Fel.in d.c.ſicut tuis,extr.de ſimo.qui & ad hoc dicit facere glo.ſing.in c.apoſtolicæ,de cleri. exc. quæ dicit valere impetrationem beneficij ab eo factam,qui probabiliter ignorabat ſe eſſe excommunicatum.

*Iudicis uerbo non creditur in præiudiciũ partis.*

258 ¶Quin Cardi.Alex.in d.c.ſalonitanæ.lxiij.diſt.in nullo caſu admittit illud dictum Hoſtienſ. quia non creditur,inquit,verbo iudicis in præiudicium partis,per glo.in c.ſicut,ext.de ſenten.excom. Subditque facere quæ habentur in c.cùm à nobis,ext.de teſti.cum ſimi. Et huic ſentẽtiæ accedo, cùm huiuſmodi iudicis declaratio ſiue interpretatio ſit contra vim ac naturam verborum per ea quæ latè diximus ſuprà in verbo,libertis,nume.1.Nam & ipſe Hoſti. in ſumma d. tit.de ſagit.vbi

ſuprà

ſuprà citauimus,tradit hæc verba non eſſe latæ ſententiæ,niſi proferens aliud intēderet,ſubditq; tum demum conſtare de intentione,ſi id ipſe proferēs expreſſerit:aliàs, inquit,non eſſet à verbis recedendum.At Ioan.And.in d.c.j.de ſagit.ſimpliciter dicit credendum eſſe iudici,ſed antequam declarauerit,excuſatur non ſeruans ſententiam.Quanquam Guil.& Imo.in d. cle.j. de exceſ.prælat.fuerunt in hac ſententia,vt facta declaratione effectus pœnæ retrotrahatur.

*Excommunicationis ſententia quādo ſit latæ ſententiæ.*

259 ¶Limita tertiò,niſi lex aut iudex ita dixerit,ſub excommunicatione, quam ſtatim contraueniēdo incurras.Aut ſic,ſub pœna excommunicationis,quam ipſo facto incurras.Aut etiam ſic,ſub pœna excōmunicationis,quam exnunc prout extunc,vel ſimpliciter exnūc(ita enim noſtri loquūtur)proferimus,vt de primo voluerunt omnes in d.c.vnico,de ſagit. De ſecundo Pan. poſt alios in c.præterea requiſiſti,col.pe.ext.de app.De tertio Pau.Caſt.& Iaſ.in d.l.ad diem.ff.de verb.oblig. De poſtremo Pan.in c.ſecūdo,de mat.contr.conſ.inter.eccl.Ex quibus potes facilè intelligere, idē eſſe in ſimilibus verbis.Nā & Hoſt.in d.c.ſicut tuis,col.2.verſ.ſed nūquid hæc verba,dicit quòd ſi iudex ſimpliciter dicat,ſub pœna excōmunicationis,quā cōtraueniens incurrat,habent vim ſentētiæ.Idemq; ſi dicat,ſub ſententia excōmunicationis.Nā illud verbū ſententia,declarat eſſe latæ ſententiæ,vt voluerūt Hoſt.& Io.An.in c.innotuit,in verbo ſententia,ext.de eo qui ord.fur.ſuſ. Sed & idē ſi dicatur,ſub interpoſitione excōmunicationis,vel ſub interminatione,vt &icit gl.in d.c.relatum,de iure patro.Sed quantū ad ſecundum ea glo.eſt contra tex.ibi,vt ibi etiā no.Hoſti. & Inn.And.ibi.Idem ſi poſt ea verba, ſub pœna excommunicationis,hæc & ſimilia ſubiiciantur, quòd ſi quis contrà fecerit,ſciat ſe excommunicatum,ſecundum eundem Hoſt. in c.non minùs, in verbo,ſub anathematis diſtrictione,& ibi quoq; Io.An.in illo verbo,diſtrictione,ext.de immu. ec.per tex.ibi,cui adde ſimilem tex.in c.clericis,ext.ne cle.vel mo.& ibi quoque Hoſt.& Io.And.

*De eadem re.*

260 ¶Idem denique ſi dicatur ſimpliciter ſub pœna,vel ſub banno,ſecundum Hoſt.qui hanc facit differentiam inter hæc,ſub pœna excommunicationis vel banni, & ſub interminatione excommunicationis vel banni.illud enim eſſe latam ſententiam , hoc minimè. Ita enim voluit in d. c.ij.de mat.contrac.conſ.interd.eccleſ.ſed huic omnes aduerſantur. Et contra Hoſtien. facit text.in cle.j. verſ.nos tam,de relig.dom.quæ ad illa verba.ſub pœna excōmunicationis,mox hæc addit,quam in contrarium facientes incurrere volumus ipſo facto.

*De eadem re.*

261 ¶Limita quartò procedere,niſi iudex ipſe qui hæc verba protulit,præmiſerit cauſæ cognitionem, vel etiam ea ſolenniter protulit,ſcilicet accenſis extinctiſq; candelis : videtur enim tunc proferri excommunicatio ipſo facto,quia à lege non potuit talis ſolennitas aut cerimonia proferri,vt voluit Ant.& poſt eum Panor.in d.c.j.extrà de ſagit.& Card.Alex.in d.c.ſalonitanæ.lxiij.diſt.

*De eadem re.*

262 ¶Limita quintò,niſi ex aliis verbis conſtitutionis,quę his verbis vtitur, appareret hæc verba eſſe latæ ſententiæ,vt probatur ex glo.in d.c.j.in verbo,ſub excommunicatione,ext.de loca. quæ dicit ea verba eſſe illic latæ ſententiæ.quam ſequuntur Tan.Vin.& Philip.ibi,& Hoſtien.& Lapus,qui caſum illius c.ponunt inter cæteros caſus excommunicationis latæ ſententiæ,ille quidem in ſumma tit.de ſenten.excom.§.iij.in prin.hic in tract.de cenſura eccleſiaſtica,col.xxiiij.Dicitq; Pan.in d.c.j.quòd ea glo.reſpiciebat ad alia verba eius conſtitutionis,de qua ille tex.loquitur. Nam aliàs, inquit,non eſſent illa verba latæ ſententiæ.Et generale eſt,vt verba ſuā vim mutent propter alia verba eiūſdem conſtitutionis id declarantia,vt diximus ſuprà in xj.fal.futuri temporis.

*De eadem re.*

263 ¶Limita ſextò niſi priùs eſſet lata ſentētia excommunicationis à iure vel ſtatuto, & poſtea iudex hac interminatione vtitur.Nam tunc infert & aliam excōmunicationem,& ita is erit duplici ſententia ligatus.ita voluit Guilli.à monte Laud.& Imo.in d.cle.j.de exceſ.prælat.per c.à nobis , le j. extrà de ſent.excom.Sed vt ſcribit Card.Flor.in d.cle.col.vlt.quæſt.iij.d.c.id non probat,nec verum eſt.in qua etiam ſententia eſt Collec.in d.c.relatum,de iure patro.

*Hæc uerba, ſub pœna,non ſunt latæ ſententiæ.*

264 {¶Limita ſeptimò,niſi aliquid fuerit iuſſum aut prohibitum ſub pœna periurij,nam cùm ea pœna ipſo iure incurratur,ſi contrà fuerit factum.c.cùm quidam de iureiu.conſequens eſt eum qui non paret,ipſo iure eam pœnam incurriſſe l.iij.§.ſi ad diem.ff.de re milit.Ita voluit Fran.Are.in c.trāſmiſſa,extrà de foro compet.& ſequitur Fely.in c.ij.col.pen.verſ.quando autem exprimitur, extrà de ſponſal.Qui & ipſe reſpondet ad ea quæ ſuprà diximus, hæc verba,ſub pœna , non eſſe latæ ſententiæ,quia ea procedunt,vbi comminatio poteſt habere alium effectum,quàm latæ ſentētię. Hîc autem propter præcedens iuramentum contrauentio ſtatim operatur periurium. quod dicit not.quia non eſt alibi adeo bene declaratum. Quanuis ſint alij,vt & idem dicit, qui tenent contrarium,vt ibi videbis per eum.}

265 ¶Parum abfuit quin omiſerim rem ad hunc locum pertinentem.Id ſcilicet eſt, quòd cùm regulariter opus eſt ſententia ad aliquid reuocandum:tamen in caſu aliàs irreuocabili ſi valeret mero iure,nullum eſt ipſo iure.verbi gratia,ſi quid in fraudem creditorum alienatum fuerit,regulariter valet mero iure,ſed retractatur actione reuocatoria,vt per totum tit.de his quæ in fraud.credit.& l.ſi ſciens,in fi.ff.de contrah.empt.Tamen quia libertas ſemel data non reuocatur,vt in l.& ſi ſine. §.ſed quod Papinianus.ff. de minor. Ideo ea data in fraudem creditorum , ipſo iure nulla eſt.§.j. Inſtit.quib.ex cauſ.manu.non licet.vbi Ioan.Plat.Ang.Aret. & alij recentiores huius rationē eſſe dicunt,quoniam quod difficulter reuocatur,etiam difficulter conceditur,vt not.gloſſ. in l.ſi noxale,in princ.in verbo,ipſe iure durat.ff.de noxa.actio.{Et huc ſpectat quod tradit Bald.in l.j.col. 2.C.de neceſſ.ſeruis hæred.inſtituend.

*Quod difficulter reuocatur difficulter etiam conceditur.*

¶Penè



*Vtrum aliquid fiat ipſo iure, an uerò per ſententiam.*

266 ¶Penè huius tractationis me cepit faſtidium,quod ex eo pedem referre monet.Sed illud priùs dixerim,nō modicum intereſſe,vtrùm aliquid fiat ipſo iure,an verò per ſententiā.Sunt enim multi huius rei huius rei effectus,& diſcrimina.Ex quibus aliquot,& eos quidem memorabiliores & inſigniores,prætermiſsis cæteris,operæpretium viſum eſt ſubſcribere. Quorū etiā multi ad legem noſtrā pertinēt.Ex quibus plane intelliges nō recte ſcripſiſſe And.Iſer.in c.j.§.callidis,tit.de prohi. feu.ali.per Fed.inueſtigationem illam,de qua inibi tractatur,vtrùm vaſallus cadat ipſo iure,an per ſententiam eſſe inutilem:pro quo tamen eſt tex.in l.nihil.ff.de regu.iur.vbi ita ſcribitur,nihil intereſt,ipſo iure quis actionem non habeat,an per exceptionē infirmetur.{& in ſimili tex.in l.Fulcinius.§.ſi in diem,& ſeq.ff.quib.ex cauſ.in poſſe.eat.& facit tex.in l.ſi cum exceptione,in prin.ff. quod met.cauſa.}Quod vtique verum eſt in eo primo caſu quantum ad effectum,vt dicit glo.{in d.§.callidis.}& Pet.Iac.in tit.de cauſis ex quib.domi.debet amit.{prop.in fi.& Pet.Anch.conſ. 62. duplici reſpectu,in fi.Et quantum ad d.l.cum exceptione,videbis etiam Bal.ibi,in priore lect.}

*De eadem re.*

267 ¶Sed & in aliis caſibus plurimùm intereſt, vt ex iis quæ ſubiiciemus, liquido apparebit. Ex quo etiam ait Bal.in l.j.col.xj.verſ. ad principium quæſtionis reuertor.C.de confeſſ.quòd plenius ius eſt tutum eſſe ipſo iure,quàm ope reſtitutionis in integrū.{quod & ipſum aſſerit & probat Fran. Aret.in l. Pannonius,col.iiij.verſ.ſecunda ratio iſtorum.ff.de acq.hæred.Sed & ipſe Bal.} in l.metum.§.ſed quod prætor.ad fi.ff.quod met.cauſa.tradit per glo.ibi,quòd{intereſt alicuius magis nō teneri ipſo iure,quàm habere exceptionem.Sed & Ang.ibi tradit quòd} is qui obligatus reperitur ipſo iure,licèt ſe exceptione tueri poſsit,dicitur damnum pati.quod pro not. reaſſumit Phili. Dec.in l.non videtur,col.ij.verſ.& ex ſupradictis.ff.de reg.iur.{Sed & hinc fit,vt ea lex nō ſit ſuperflua,quæ ipſo iure tollit quod exceptione ſubmoueri poterat,ſecundum glo. in l.ſi ſtipuler vt id fiat,in princ.in verbo,ſi ſororem,& ibi Fran.Aret.ff.de verb. oblig. ſuper quo etiam vide quæ ſcribit idem Aret.in l.qui bis,in prin.& in l.ſi dari,propè per totum.ff.de verb.oblig.}

*Cum aliquid fit ipſo iure, an ſtatim fructus debeant reſtitui.*

268 ¶Primum igitur diſcrimen hoc erit,quod cùm quid fit ipſo iure,ſtatim ex eo tempore debent fructus reſtitui,non expectata petitione,aut litis conteſtatione.quæ fuit ſententia gl. in §.j.in verbo, imminere,in fi.quam ibi ſequuntur Iac.Bel.Bart.& Ang.in auth.de inceſt.nupt.per tex.in l.eum qui.ff.de his qui.vt indig.ſequuntur etiam Cy.& Bal.in auth.inceſtas.ad fi.C.eo.tit.de inceſt.nup. & Ioan.And.in c.felicis.§.nullus,& ibi etiam Pet.Anch.col.pen.verſ.quæro poſt Ioan. And.& ibi quoque Domi.& Philip.Franc.vterque in princ.col.ij.de pœnis,lib.vj.& idem Petr. Anch.in c.ij. in ij.not.de præſcrip.lib.vj.{And.Iſer.in cap.j.§.ſi autem dixerit,col.iiij.verſ. perditur dominium, tit.quo tempor.miles.& in c.j.§.item ſi fidelis,tit.quib.mod.feud.amittat.}Petr.Iac.tit.ſuper cōdi. ex moribus,col.j.Petr.Ferra.in tit.for.libel.in cauſ.ſpo.poſ.in verbo,ipſo facto,ad fi.Ioan.Ray. in d.§.callidis,verſ.pœna,in xvj.quæſt.j.partis prin.& ibi etiam Cardi.Alex.in d.§.callidis,col.ij.titu. de prohi.feud.ali.per Feder.Ang.Aret.in tracta.malef.in verbo,& eius bona publicamus, col.xiij. {verſ.& bene aduertas,vbi & eam glo.dicit ſing.& ibi Auguſt.Ari.in additio.illius. } Alex.in l.j. col.j.C.de his qui.vt indig.Alberic.Brunus conſ.xlj.viſo inſtrumento inueſtituræ, col.vlt.Matth, Afflc.in conſtit.Siciliæ,incip.pacterenorum,col.4.verſ.ſed quæro an iſta publicatio.{& in conſtit. incipiente,ſi dubitatio.col.vj.verſ.prima quòd vbi agitur. } Petr.Belluga,qui eam glo.dicit aureā, in ſpeculo principum, tit.de amortiz.§.nunc videamus,col.iij.Pau. à monte Pico in repet.l. poſt contractum,col.pen.ff.de donat.cum aliis concord.adductis per Fely.in c.Rodulphus,char. pen. verſ.limita tertiò reſpectu fructuum,ext.de reſcri.& in c.de quarta , col.xj.verſ. faciunt poſtremò prædicta,ext.de præſcri.Petr.Rebuf.in arbor.feudo.in fin.

*Fructus rei donatæ an debeant reſtitui ſtatim à nato filio.*

269 ¶Ex quo videtur quòd in caſu huius l.debent reſtitui fructus rei donatæ ſtatim à nato filio. De qua re nuncupatim tractauit Lancel.Gali.in repet.l.Centurio,char.pen.in xiij. concluſione. ff. de vulg.& pup.ſubſtit.vbi primùm dicit videri fructus non deberi niſi à tempore quo res eſt petita, cùm donans nec rem quidem ipſam teneatur reſtituere,niſi fuerit petita,ſecundum ea quæ ſuprà latè diximus in hac eadem glo.verſ.10.incip.fuerunt tamen qui dixerunt,& ſeq.Poſtea verò ſubdit ipſe Lancel.hoc eſſe dubium propter glo.in d.§.j.in auth.de inceſt.nupt.Tandem concludit, quòd ſi donatarius ignoraret filios donanti fuiſſe ſuſceptos,non tenetur,niſi tanquam bonę fidei poſſeſſor.vbi verò ſciret,caſus adhuc,inquit,dubius eſt,quia iura & doct.qui dicūt fructus ſtatim deberi,cùm quid fit ipſo iure,loquuntur quādo quis priuatur ex facto ipſius proprio,vel vbi nūquam habuit dominium in re ipſa.Subiungit tamen poſtea dicendum eſſe,quòd ex quo ipſo iure eſt reſolutus titulus donationis quam habebat donatarius,teneatur ad reſtitutionem fructuum.

*Legitimæ ſupplementum nō fit niſi petēti.*

270 ¶Nā etiā aliàs licet ſupplementū legitimæ nō fiat niſi petēti,vt voluerūt gl.Bar.& alij in l.ſcimus, in prin.C.de inoffi.teſta.& ſuprà copiosè diximus in hac gl.verſ.14.incip.idē quoq; dicimus.Tamen fructus debēt reſtitui à tēpore mortis patris,vt no.cōſuluit Card.Flor.conſi.8.præſuppoſito ſtatuto quòd filiæ,in fi.& voluerūt etiā alij pleriq;,quos Lācel.nō citat,videlicet gl.ordi.in l.in fideicommiſſaria,in gl.j.in fi.{& ibi Fran.Ripa col.7.nu.46.}ff.ad Treb.& Bal.qui & hoc dicit procedere,etiā ſi ipſi fructus ſint bona fide cōſumpti,in l.nō eſt.C.fami.herci.& cōſ.22.quædā domina Nicolina,col.vlt.li.2.Ang.conſ.cj.conſiderandū eſt quòd ſubſtitutio, verſ. ſequitur videre de Margarita,vbi dicit procedere,cùm legitima conſiſtit in rebus corporalibus, & ſic in ſpecie certa, Nam ſi in quātitate,nō niſi à tēpore moræ.{ipſe Ang.conſi.349.cōſultatio,col.ij.} Alex.cōſ.lxix. ſuper primo dubio.col.ij.verſ.ſuper ſecūdo dubio,li.j.per l.Papinianus.§.vnde ſi quis.ff.de inoffi. teſta.

teſta.& idem Alex.conſ.vij.viſis & diligenter animaduerſis,col.iij.verſ.ex prædictis infertur,li.2.& conſ.128.ſentio fieri dubiũ,col.1.verſ.tamẽ iſtis.{& in fi.} lib.vj.& Bened.Capr.cõſi.88.punctus Angelus olim Martini,col.iij.verſ.circa ſecundũ.{& cõſi.cliij.cum vt præſupponitur,col.j.} Corn.conſ.cclxv.circa primum & ſecundum,col.j.verſ.tamen quandocunque, lib.j.per illum eundem tex.& id dicit voluiſſe Bart.conſi.incip.viſis ſtatutis,aliàs,proponitur quòd domina.quod tamen reperire non potui.& idem Corne.conſil.eiuſdem numeri , incipien. in hac videtur , paulò ante fi.lib.iij.per illum tex.{Soci.conſ.lvij.in cauſa reſtitutionis,col.ix.verſ.præterea etiam dico,lib.4.} Steph.Bertr.conſi.cccj.quia prout ſupponitur,ante fi.lib.2.& conſ.ccj.ex themate, num.4. lib.iij.& conſ.xlvij.cum quinquaginta,num.2.eo.lib.iij.& conſ.cccxxij.viſo teſtamento,ad fi. eo.lib.iij.& Fabia.Giocchi in repe.auth.nouiſsima,in vij.quæſt.prin.col.ij.verſ.vltimò quæritur, & iterum in vij.quæſt.ix.quæſt.prin.C.de inoffi.teſta.

271 *Emphyteuta quando teneatur ad reſtitutionẽ fructuũ.*

¶Sed & hæc ſententia confirmari poteſt ex eo quòd plerique dicunt emphyteutam teneri ad reſtitutionem fructuum ex eo tempore quo reſoluta fuit emphyteuſis.Cuius ſententiæ fuit Specu.tit.de locat.§.nunc aliqua,verſ.x.Alber.in l.ij.col.viij.& ibi etiam Iaſ.col.v.verſ. ſecundò quæro.C.de iure emphyteut. Bald.in l.ſi pater,in iij.no.C.de vſufruct. Angel. in §.ſi verò,poſt princip.ibi,ſed quæro tunc,in auth.de non ali.Soci.conſ.clxvij.non inutilis,col.iiij.verſ. poſtremò prædicta confirmantur,lib.ij.& Fely.in d.c.de quarta,col.xj.verſ.ſimile eſt,{de præſcrip.& Iaſ.conſ.29.nunquam putaui,ad fi.lib.1. Et tamen certum eſt hoc caſu emphyteutam non priuari,niſi dominus voluerit & declarauerit,vt latè diximus ſuprà hac in glo. nu.x. fuerunt tamen qui dixerunt. Et id optimè animaduertit Fran.Ripa. in l.j.ff.ſi hæres.num.xvj.ff.ad Trebel.cùm negat emphyteutam cadere,niſi domino volente.Tamen facta declaratione domini,tenetur nõ ſolùm ad fructus perceptos à tempore declarationis,ſed & à tempore commiſsi.

272 *Feudatarius tenetur ad fructus perceptos ex die commiſſæ feloniæ.*

¶Et} ſimile eſt quod tradunt Guil.Cu.Ang.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in d.l.j.per illum tex.quẽ Paul.Caſt.dicit perpetuò eſſe menti tenẽdum.C.de his quib.vt indig.feudatarium etiam teneri ad fructus perceptos ex die commiſſæ feloniæ.quod & voluit Rom.in l.diuortio,in princ.col.2. ff.ſol.matr.{& Martin.Laud.& Cardi.Alex.in cap.j.vterque paulò ante fi.tit.quib.mod.feud.amitta. le ij.vbi id dicunt ſing.& Iacob.à ſancto Georg.in tracta.feudo.in verbo, doctiq; vaſalli promiſerũt non committere feloniam,col.xiij.verſ.addo vobis.& Zazius in epito.feudor.parte x.} Idq; dicũt Guil.& Pau.Caſt.in d.l.j.procedere in clerico,qui commiſit delictum,ob quod debet priuari beneficio , vt ſcilicet teneatur reſtituere fructus à tempore delicti : quod & videntur voluiſſe Bald.Ang.& Pau.Caſt.in l.prædonis,per illum tex.ff.de petit.hæred.& Bal.in c.paſtoralis,col.pe.verſi.quæro an excommunicatus,extr.de appel.per d.l.& alia quædam iura.& Domi.in §.j.xlij.diſtin.& nouiſsimè Ant.Burg.in c.ad noſtram,col.xj.verſ.venio modò,extrà de empt.& vendit.& Philip.Dec.conſ.cxviij.viſo inſtrumento,col.j.& Hippo.Marſil.ſing.cccccxxv.clericus qui commiſit. & Fran.Ripa in l.vlt.in lxvj.quæſt.hoc tit.de reuo.donat.vbi ex hoc dicit donatarium ingratum teneri ad reſtitutionem fructuum à tempore ingratitudinis commiſſæ. Quanuis in clerico contrarium teneat Cardi.Flor.in c.j.ext.de celeb.miſſ.& ibi quoq; Panor.col.vlt.& Corn.in d.l.j.col.j.& Fely.in d.c.de quarta,{d.col.xj.verſ.faciũt poſtremò,& multis ſeq.} vbi multa allegat.Et facit etiã tex.in l.hæredem,& in l.eum qui,in prin.ff.de his quib.vt indig.& quod voluit gloſſ.in §.& hæc quidem,in verbo,relictis,in fi.in auth.de hæred.& falcid.

273 *Donatarius quando teneatur ad reſtitutionẽ fructuũ.*

¶Sed vt reuertamur ad caſum noſtrę l.Fran.Ripa in ea ipſa l.in xl.quæſt.in qua rẽ hãc nũcupatim tractat,in ea eſt opinione,quam ſupra inter cæteras ex Lancel.Gali. adduximus vt ſcilicet donatarius nõ teneatur ad fructuũ reſtitutionẽ,niſi à tẽpore,quo primũ reſciuit filios eſſe natos donatori.Ante enim,inquit,erat in bona fide:ideoq; fecit fructus ſuos nõ extãtes.l.certũ.C.de rei vẽd.cum ſim.Cui in hoc quidẽ accedo,vt ſcilicet nõ teneatur donatarius ad fructus,quãdiu eſt in bona fide.Sed arbitror non eũ in malã fidẽ cadere cõtinuò quàm ſciuit natos liberos,ſed tum demũ tantũ,cum donator declarauerit velle donationẽ reuocari,ſecundum ea quæ diximus ſupra in d.verſi.10.fuerũt tamẽ qui dixerũt.& ſeq.iũctis & iis quæ etiã diximus in verbo, ſuſceperit liberos, verſ.211.incip.ſecundò intelliges procedere,cum multis ſeq.quæ videbis, ne hîc iterum repetam.

274 *Confirmatio præcedentiũ.*

¶Nec obſtant contraria,videlicet d.glo.in d.§.j.de inceſt.nupt.& ſimilia,quia vt dicunt Lancel.& Ripa,procedunt cùm reſoluitur contractus ex facto eius qui fructus percipit , & ideo confeſtim fit malæ fidei poſſeſſor.Quod autem dictum eſt de fructibus legitimæ,poteſt intelligi ſecundum præterita,ſi videlicet,& poſtquam petita fuerit,vt quæ non debeatur niſi petita , vt diximus. nec tex.in d.l.Papinianus.§.vnde ſi quis.ff.de inoffi.teſta.probat contrarium.

275 *Fructus percepti ante natiuitatem liberorum an debeãt reſtitui.*

¶Cæterum & hîc quoque dubitatum eſt , an etiam fructus percepti ante natiuitatem liberorum, debeant reſtitui.Sunt enim multa quæ reſtitui ſuadent. Primùm quidem tex.l.noſtræ , quæ dicit totum reuerti ad donatorem.Ex quo ſequitur & fructus reſtituendos,per optimum text. in l.baliſta.ff.ad ſenatuſc.Trebel.vbi propter dictionem , omnem,etiam fructus reſtituuntur. Nam qui omne vel totum dicit,nihil excludit.l.pediculis.§.Labeo.ff.de aur.& argen.legat.cum multis quæ diximus ſuprà in verbo,totum,in princ.Additq; hic noſter tex.quicquid , quod ſimiliter omnia compræhendit,vt etiam diximus ſuprà in verbo,quicquid.Nec totum quidem reuerteretur , niſi & fructus reſtituerentur,qui ex re donata prodierunt : ſicuti etiam in ſimili diximus non plenè aliquid



aliquid reſtitui , niſi & fructus reſtituantur.l. videamus generaliter.§.in Fauiana.ff.de vſur. & l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.ff.de minor.& l.& ex diuerſo.§.j.& ibi gloſſ.in verbo, reſtitui.ff.de rei vendic.& l.in condemnatione.§.j.ff.de reg.iur.& l.plus eſt,& l.reſtituere.ff.verbor.ſignific.

276 ¶Ex quo dicit Bald.in rub.C.de fruct.& lit.expen.quòd ſi iudex in ſentẽtia dicat ſimpliciter condemno te vt reſtituas rem,intelligitur etiam condemnare ad reſtitutionem fructuum,propter illud verbum reſtituas,quod habet plenum ſignificatum. Idq; commendat Iaſon,& dicit perpetuò ac diligenter not.in §.omnium,in fi.Inſtit.de actio.{ ſed & idem dicit multùm not. ipſe Iaſon in l.iuſiurandum §.procurator,col.vj.verſi.no.tamen ex iij.parte.ff.de iureiur.} & idem voluit ipſe Bald. cuius Iaſon non meminit, conſi.ccccciiij.arbiter & arbitrator, col. ij.verſi.modò quæritur, lib.v.& quòd id verbum habeat plenam { ſignificationem,} tenet etiam Archid.referens Goffre. in c.ſi exiſtens,in verbo,integerrimo.iij.q.ij.& in c.quia ſæpe,& ibi Ioan.And.col.ij.in verbo plenè,in nouella.& Domi.etiam col.ij.verſi.quæro an ſi non fuiſſet,de elect.lib.vj.cum ſimil. *Verbum, reſtituas,habet plenum ſignificatum.*

277 ¶Deinde quia huiuſmodi donatio cenſetur fuiſſe facta ſub conditione , ſi donans non ſuſceperit liberos,vt ſuprà diximus poſt princ.noſtræ l.& alibi ſæpe. Ideo deficiente conditione,ſuſceptis ſcilicet liberis,perinde eſt ac ſi nunquam fuiſſet donatum.l. ſi quis fundum.ff.de contr. emptio.& l.neceſſariò,in princ.ff.de peric.& commo.rei vendit.& l. pecuniam, & ibi Paul. Caſtr. & Alexand.in vlti.not.ff.ſi cert.peta.& l.j.ff.de regu. Cato. cum concordan.adductis à Bald. conſi. ccccclxxviij.quidam Franciſcolus,col.j.lib.j.nec niſi exiſtente conditione dominium transferri potuit.l.ei qui ita hæreditatem.ff.de condit.inſtit.& l.qui hæredi.§.vltim. & ferme per totum. ff. de condit.& demonſt.& l.qui abſenti.§.j.& ibi Bartol.& alij.ff.de acquir.poſſeſ.& cap.ſuper eo,extr. de condi.appo.& ibi concordant.in glo.cum ſimilib. Propterea dicit Signo.conſi.cxxvij.in quæſtione nullitatis,col.pen.verſic.præterea euentus,quòd defectus conditionis ſemper habet oculos retro,videlicet ad tempus diſpoſitionis,per multa iura quæ allegat. Ideoq; deficiente conditione res reſtituenda eſt cum fructib.d.l.neceſſariò.§.quòd ſi pendente.ff.de peri.& commo.rei vendit. & l.omnia.§.j.ff.de legat.ij.& not.Rom.ſing.cccccxl.fructus percepti, vbi hoc limitat in ſing.caſu {& Soci.conſi.clxx.in præſenti conſultatione,col.v.verſi.tertium,lib.ij.}& bene facit tex. in l.vbi autem.ff.de in diem addic.{ Nam nec fructus percepti ex re legata pendente conditione,legatario debentur.l.filium,quæ eſt pen.ff.de opti.leg.& ibi concord.in glo.} *Donatio conditionalis quã do nullius ſit momenti.*

278 ¶Poſtremò,quia cùm titulus eſt reuocabilis,cuiuſmodi eſt donatio cauſa mortis,legatum,venditio cum pacto addictionis & in diem,& legis commiſſoriæ,& ſimiles : reuocatur res cum fructibus.l.eum qui emit,in princip.& l.item quod dictum eſt,& l.imperator.ff.de in diem addi. & l. is qui.§.ſi fundus.ff.quod vi aut clam.& l.vlti.ff.de iure fiſci.& l.j.§.j.& l.quòd ſi nolit,in fi. iuncta l.cum autem §.cùm redhibetur.ff.de ædil.edict.& l.lege.ff.de lege commiſſo.& l. cùm quis. & ibi Angel.& Alexan.ff.de condict.ob cauſam & l.videamus.§.item & indebitum , & duobus.ſeq.ff. de vſur. & dicta l.j.& ibi Angel.Paul.Caſt.& Alexan.C.de his quib.vt indig.& voluit glo. in l. ſi mortis cauſa donatus,& ibi expreſsiùs Bart.ff.de donat.cauſ.mort.Bald. in l. vltim.C.de vſur. & fruct.legat.& conſi.ccxciiij.donatio cauſa mortis,in princ.lib.iij.Panor.in cap.illo vos, col.ij.extr. de pign.Angel.Aret.in §.j.col.vlti.verſicu.quæro quando reuocatur,Inſtit.qui.eſt permiſ.fac.teſt. & Franc.Cre.ſingul.xv.ſi legatum ſoluitur.Anto.Burg.in d.c.ad noſtram,vbi ſuprà, de empti.& vendit. Quibus adde quod ſcribit Rom.conſi.ccccliiij.in re præſenti,colu.vlti.in iij.dubio, quòd cùm titulus ad irritum recidit,res reſtituenda eſt cum fructibus,per text.quem dicit ſingu.in l.filio.§.contra tabulas.ff.de inoffic.teſta.quem ſequitur Fely.in c.cùm cauſa,colum.pen.verſi.reſpectu autem fructuum,extra de re iudic. *Titulus quando eſt reuocabilis, reuocatur tum res cum fructib.*

279 ¶Veruntamen quòd fructus percepti ante liberorum donatoris natiuitatem in caſu noſtræ l. reſtitui non debeant,non obſcurè ſentit Archid.non infimæ vir autoritatis, in cap.vlti.xvij.quæſt. iiij.& apertiſsimè Franc.Rip.qui Archid.non memorat,hîc in xl.quæſt.motus duabus rationibus, quia hæc lex non ſimpliciter dicit totum reuerti,ſed totum quicquid donator largitus fuerat.At non elargitus eſt fructus,vt qui tempore donationis nondum eſſent in rerum natura.Et licèt donatarius poſtea perceperit fructus ex re donata,non tamen vt donatos,ſed vt proprios, ac ex re propria collectos. Nam quòd fructus non dicantur donati , probat l.ſancimus.C.de donat. vbi non computantur fructus in æſtimatione rei donatæ. Cui adde in hac ratione text.optimum in l.in ædibus.§.ex rebus.ff.eod.titu.de donat.vbi ita ſcribitur , ex rebus donatis fructus recepti in ratione donationis non computantur.quem text.ad hoc elegantem dicit Bald.in l.vlt.col.ij.verſi. item dat.C.de vſucap.pro donat.{ & alium tex.in l.cùm de donatione.ff.eod.tit.de donat. vbi ita quoque ſcribit,cùm de donatione quæritur,neque fructus nomine,neque fructuum,neque penſionum,neque mercedis vlla donatio videtur eſſe facta. Et bene facit tex.in l.quod quis,in prin. ff.de legat.iij. Adde inquam} huic rationi Ripæ,quod in non longè diſsimili caſu reſpondit Angelus,conſi.cccxxxj.pro conſultationis,col.ij.verſi.inter has autem. *Fructus percepti ante natiuitatem liberorum an debeant reſtitui.*

280 ¶Secunda autem ratio Ripæ eſt,quia lex noſtra dicit , reuertatur in arbitrio. ergo loquitur de his rebus quæ aliquando fuerunt in arbitrio ſiue dominio donatoris. argu.l. verbum reddendi.ff.de verborum ſignificatio.& not.per gloſ.& alios in rubri.ff.ſolut.matrimonio.de quo poſtremo & nos multa diximus ſuprà in verbo,libertis , verſicu.cxij.incipien.his autem Corne. Fructus autem,vt ad Ripam reuertamur,nunquam fuerunt in dominio donatoris. Nec obſtat,inquit, quòd *Hæc uerba,reuertatur in arbitrio, quomodo intelligenda.*

donatio cenſeatur facta ſub conditione reſolutiua,quia verum eſt,vt exnunc,non extunc,vt probat id verbum reuertatur.

*Donatio inter viuos cum reuocatur aliqua ex cauſa, fructus tamen non reuocantur.*

281 ¶His Ripæ rationibus adde quod voluit glo.no.in l.generaliter dicimus.§.planè ſi minus,in verbo,ex cauſa.ff.de fideicommiſ.libert.quòd cùm reuocatur donatio inter viuos ex aliqua cauſa,fructus non reuocantur.quam glo.ad hoc not.Bald.in ſua margar.in verbo,fructus,in princi. vbi ex ea dicit poſt Rayn.quòd reuocata donatione per ingratitudinem,fructus non reſtituuntur.quod not.quia Fran.Ripa tenuit contrarium in repet.l.vlti.in lxvj.quæſtio.hoc eodem titu.{ vbi ſuprà diximus,nume.272.} Sed & illam gloſſ.ad id quod primùm diximus,expendit { Ioan.Berber.in Viatorio iuris,titu.de reuocat.donat.col.ij.verſicul. an autem in caſibus &} Iaſon, qui eam dicit ſingu.in d.l.cùm quis,quam legit cum l.ſi hæres,in prin.ff.de condict.ob cauſ. aſſeritq; ex ea eſſe intelligendum quod ibi no.Ang.& Alex.per illum tex.titulum reuocabilem non præſtare acquiſitionem fructuum,vt ſcilicet procedat in titulo ſiue in donatione cauſa mortis,non etiam inter viuos,ſed & illam glo.ſequitur & dicit ſingu.Catel.Cot.in memor.incip.legatum factum à teſtatore. Et id quidem adeo procedit,vt etiam non reuocentur fructus bona fide percepti ex donatione facta inter virum & vxorem,tametſi errauerit in iure qui percepit.l.fructus,& ibi glo.ff.de vſur.& glo.in l.nec vllam,§.omnibus,in verbo,vxor.ff.de petit.hære.quam ad hoc dicit ſingu.& trahit ad omnes donationes quæ non valent,ſed valere creduntur.Bald.in ſua margar.in verbo, donatio,in fi.& alia glo.in l.de fructibus.ff.de donat.inter vir.& vxor.ita intelligens tex.ibi.

*Contrarium tenentes.*

282 ¶Sed huic ſententiæ obſtant text.in d.l.quod dictum eſt,& in d.l.imperator.ff.de in diem addic. & in dicta l.vltim. ff.de iure fiſc. quæ loquuntur de venditione facta cum pacto addictionis in diem,& in d.l.ſi quod nolit,in fin.& in l.cùm autem §.cùm redhiberetur.ff.de ædil.edict. quæ loquuntur in venditione,quæ redhibitoria actione reuocatur.& ita omnes hæ leges in contractibus inter viuos,& tamen fit reſtitutio fructuum,vt illis cauetur.

*Venditio conditionalis non eſt pura venditio.*

283 ¶Verùm quantum ad priores leges pertinet, quæ loquuntur de venditione facta cum illo pacto addictionis in diem,certe multùm intereſt quibus verbis res agatur. Nam ſi ita actum eſt,vt perficiatur venditio,niſi melior conditio afferatur,nõ eſt pura venditio,ſed conditionalis. Ideo nec vſucapit emptor,nec ad eum fructus pertinent.ſed ſi ita actum eſt,vt meliore oblata conditione, ab ea diſcedatur,erit pura venditio,quæ ſub conditione reſoluitur. quo caſu emptor & vſucapit, & fructus & acceſsiones lucratur.text.eſt ita diſtinguens in l.2.3.& 4.ff.de in diem addic.{& l.ij.§. Sabinus,& §.ſi in diem.ff.pro emptor. Hîc} autem eſt pura donatio ac perfecta,ſed quæ reuocatur ſiue reſoluitur,ſi donans poſtea ſuſceperit liberos. Neque enim facta eſſe cenſetur ſub conditione ſuſpenſiua,ita ſcilicet,ſi donans non ſuſceperit liberos, quo caſu ſuſpenderetur effectus donationis,donec conditio purificaretur,vt noſtri loquuntur. ſed conditio quæ hîc intelligitur, eſt huiuſmodi,vt ſcilicet reuocetur donatio,ſi donans poſtea ſuſceperit liberos, vt expreſsim diximus ſuprà in præfatione,verſi.vj.incip.hinc dicunt plerique omnes.quæ quidem conditio non eſt ſuſpenſiua,id eſt,non ſuſpendit actum,nec eum facit conditionalem,ſed in euentum ipſius reſoluit,vt optimè declarant dicta iura cum glo.in d.l.ij & Card.Flor.conſi.xxix.iudex, col.j.verſi. quartò verba.& Imol.in cap.illo vos,in ij.nota.per illum textum,extrà de pigno.cum ſimil. Ideo & optima ratione fructus percepti ante eam reſolutionem,fiunt donatarij. Sicuti etiam in ſimili dicimus de venditione pura,ſed ex pacto de retrouendẽdo reſoluta ſiue reuocata.nam & emptor interim facit fructus ſuos,vt probat tex.in l.ij.& ibi Bald.& Pau.Caſt.C. de pactis inter emptor. & venditor.& plenè diximus in { noſtro tractatu Retractuum, titu.ij.§.v.in glo.j.num.1. & ſeq.} Nam cùm interim fuerit dominus,vt etiam in caſu l.noſtræ,cõſequens eſt & eum fructus ſequi. l.fructus,& l.in fundo,& l.ex diuerſo.ff.de rei vendic.& l.fructus.ff.de vſur.cum ſimil.

284 ¶Et aliàs etiam videmus fructus perceptos ex re fideicommiſſaria , aut aliàs ſubiecta reſtitutioni ſub aliqua conditione,vel aliàs,eſſe interim illius qui grauatus eſt reſtituere,ante ſcilicet conditionis euentum,l.mulier.§.j.& l.in fideicommiſſaria.ff.ad Trebel.& l.domos,& ibi no. per omnes.ff. de lega.j.& l.quod his verbis,in princ.ff.de legat.ij.& l.filiũ,quæ eſt pen.& ibi Bart.ff.de opti.lega. & l.Herennius,la j.ff.de vſur.& auth.idem eſt.C.de hæret.& in §.ſi quis de prædictis,le ij. verſi. ſi verò poſthac,& ibi Angel.in auth.vt cùm de appel.cogno.& not.Bald.Martin. Laud. & Alex. in cap.j.tit.de feud.dat.mini.valua. Ang.conſi.cccxxxj.pro conſultationis,in princ. Raph.Fulgoſ. conſi.xxiiij.humaniſsime.& Pau.Caſt.conſi.xciiij.clarum eſt in iure,col.ij.verſi.quantum verò ad fructus interim perceptos,lib.ij.{ Socin.dicto conſi.clxx.col.v.verſic.aliquando & ſecundo, lib.ij. cum ſimil.Euentus enim} conditionis non trahitur retro,quò ad dominium & commodum fructuum,ſecundũ Bart.& alios in l.vlti.§.ſed quia,cum ſequent.C.commun.de legat.per l.j.§.{ ſerui appellatione,quem pro j.citauit.}ff.de ſenatuſconſul.Syllan.

*Euentus conditionis non trahitur retro.*

*Conditiones extrinſecæ nõ faciunt actus conditionales.*

285 ¶Præterea & ſi illa conditio vt ſuſpenſiua intelligeretur,videlicet hoc modo,dono,ſi non habuero liberos,non tamen faceret donationem cenſeri conditionalem,ſed puram , cùm non expreſſa fuerit,ſed tacitè tantùm intelligitur. Nam huiuſmodi conditiones extrinſecæ, quæ ſcilicet tacitè inſunt & ſubintelliguntur,non faciunt actus conditionales,nec eos ſuſpendunt , per textum qui ita nuncupatim exponit conditiones extrinſecas,in l.conditiones extrinſecæ.ff.de condit.& demonſt.& in l.aliquando,eod.tit.& in l.cum illud.§.j.in fin.ff.quemadmod. dies leg.ced. & vbique concord.in glo.& præterea in c.ſignificaſti,& ibi glo.& doct.extrà de electio.& cap.ij.vbi Panor. & Card.



& Card.Alex.not.vterque in j.not.extra de ſponſal.& voluerunt etiam glo.& doct.in cap.ad audientiam,le ij.ext.de reſcript.& in cap.ij.de elect.lib.vj.Bal.conſi.lxx.præmittendum eſt,in fi.lib. iij.cum ſimilib. Idq; etiam ſi exprimantur.l.muto.§.j.ff.de tutel. Atque etiam ſi ea tacita conditio ſubrogetur à lege in locum expreſſæ ab homine.l.quæ ſub conditione.§.vlti. & ibi glo.& Bart.ff. de condit.inſtit.quem ad hoc admodum commendat Franc.Aret.in l.iij.ff.de legat.j.

286 ¶Quod autem dictum eſt in poſterioribus legibus de venditione quæ per redhibitoriam reuocatur,nõ videtur huc pertinere,cùm res ibi redhibeatur ex cauſa de præterito, quæ ſcilicet inerat iam à tempore venditionis.neque enim competit redhibitoria ex morbo aut vitio quod omnino poſt venditionem cõtingit,nulla ſcilicet præcedente cauſa,vt patet per totum titu.ff. de ædil. edic.& C.de ædil.actio.etiam per totum , præſertim in l.ſi apud. Hîc verò fit reuocatio ex cauſa quæ non ſuberat tempore donationis , ſed quæ eam ſecuta eſt. Ideo non mirum, ſi nec fructus ante cauſam ipſam percepti reſtituuntur.

*Redhibitoria non competit ex vitio quod poſt venditionem cõtingit.*

287 ¶Nec huic obſtat quod hîc dicitur,totum reuerti,etiam ſi ſimpliciter id diceretur,nec fuiſſent adiecta ea verba,quod donatum fuerit,vt illud quoque addam Ripæ. Nam huiuſmodi verborum ſimiliumq; enuntiatio fructus antè perceptos non compræhendit,per tex.apertum in l.quod his verbis.ff.de leg.iij.vbi ita ſcribitur,quod his verbis relictum eſt , quicquid ex hæreditate boniſve meis ad te peruenerit,cum morieris,reſtituas:fructus quos is viuus percepit,non venire.Et tex.in l.hæredes mei,in princ.ff.ad Trebel.vbi & ita quoque ſcribitur , hæredes mei quicquid ad eos ex hæreditate boniſve meis peruenerit,id omne poſt mortem meã reſtituant,nihil de fructibus pendente conditione perceptis petitum videri poteſt.quos text.expendit Rom.ſing.xxxvj.quòd licèt legatarius.& ex poſteriori Bart.in l.meuio.§.j.in fi.ff.de legat.ij.tradit per hanc dictionẽ quicquid,non contineri fructus,vt etiam hinc intelligas eam dictionem hîc nihil ad id obeſſe. Et facit etiam text.ſi penitus introſpiciatur,in l.in fideicommiſsi.§.cùm Pollidius.ff.de vſur. vbi cùm teſtator quiſpiam rogaſſet hæredem,alteri,cùm certam ætatem compleſſet,quicquid ex bonis ad eum perueniſſet,reſtituere,reſpondit iuriſconſultus,fructus reſtituẽdos propter alia quædam verba fideicommiſſo adiecta,tanquã ex illis verbis quæ diximus,non eſſent reſtituendi. Quanquam in illis iuribus contrarium potuiſſet videri propter verbum reſtituere , per iura ſuprà allegata in verſi.ccxxiiij.incip.cæterùm & hic de quo vide doct.in d.l.plus eſt.ff.de verbor.ſignifi.{ & Alcia. in l.hæc verba in ſtipulatione,in princ.ff.de verbor.ſignific.

*ἐμπονήματα quænam dicantur.*

288 ¶Sed hîc quæro,cùm hic donatarius poſsit deducere aut repetere melioramenta quæ vocamus, Græci ἐμπονήματα vocant,veluti laboramenta , de quibus non ſemel fit mentio in nouellis Iuſtiniani Græcis cõſtitutionibus,in titulo περὶ ἐκποιήσεως καὶ ἐμφυτεύσεως ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, id eſt de alienatione & emphyteuſi rerum eccleſiaſticarum, quo in loco Haloander vertit emponemata , meliorationes, non veritus hoc verbo vti poſt Vlpianum iuriſconſultum in l. æquiſsimum.§.inde quæſitum.ff.de vſufruct.& Iuſtinianum in l.ij.C.de iure emphyt. quæ etiam lex emponematum mentionem facit. ſed nonnulli eum locum emendare volentes , aliud verbum ſubſtituerunt,freti vt reor,autoritate Antonij Bartholini in ſuis legum annotationibus. ca. xlvj. quos palam erroris arguunt Græcæ illæ Iuſtiniani conſtitutiones , vt hinc intelligas , non adeo temere mutanda eſſe antiqua volumina , etiam ſi quid occurrat quod fortè non intelligas, ſed tantùm admonendos lectores,ſi quid tibi magis arrideat. Sed vt ex hoc tandem diuerticulo redeamus,cùm donatarius poſsit deducere vel repetere huiuſmodi meliorationes,& alias impenſas neceſſarias à ſe factas ad perpetuam rei vtilitatem,per dictam l.domos , cum iij.legibus ſeq.ff. de leg.j. An hîc ſaltem hæc ipſa compenſabit cum fructibus,vt ſcilicet ea tantùm deducat vel repetat,quæ fructus ipſos excederent ? Id quod videtur , per text.in l.ſumptus.ff.de rei vendic. & gloſſ.in l.in fundo.in verbo,deducto,quæ eſt vlti.poſt medium,eod.tit.& Bald.conſi.cccix.quæritur vtrùm adulta,in fin.lib.ij.& conſil.ccccxviij.ad primum dico,in vij.dubio,lib.iij. cum ſimil. quibus ſatis probatur,eos qui ad fructuum reſtitutionem non tenentur cum ſumptibus , tamen eos compenſare debere.

*Ad fructuum reſtitutionem qui non tenentur cum ſumptibus,eos tamen compenſare debent.*

*Contrarium tenentes.*

289 ¶Tu tamen in hoc caſu tene contrarium,vt in cæteris omnibus , in quibus is qui fructus percepit,erat interim dominus,{nam is non tenetur compenſare huiuſmodi melioramenta,& impenſas cum fructibus. Et} etiam ſi res erat ſubiecta reſtitutioni,vt voluit gloſ.not.in d.l.emptor, in princ.in verbo,ſuperfluum,ad fin.ff.de rei vendic.quam ſequuntur Bart.qui eam dicit notandam, Bald.& Angel.qui & eam dicunt ſingu.& alij recentiores ibi. & idem Bald. Imol. Raphae.Com. Paul.Caſtr.qui & eam negat eſſe alibi.Alexan.& Iaſon qui eam quoque dicunt ſingu. in d.l.domos,Bald.Angel.Imol.Alexand.qui & ipſi dicunt ſingu.in l.in inſulam.§.fructus.ff.ſolut. matri. Bald.qui illam item dicit ſingul.in cap.grauis,colum.ij.verſicu. ſi autem ædificaſſem,extra de reſtitu.ſpol.& conſil.ccciij.ad euidentiam præmittendum eſt quòd creditor, poſt medium,libr.j.& in ſua margarita,in verbo,fructus,colum.j.verſi.fructus percepti ex re.& in cap.j. circa medium; {& ibi etiam Cardin.Alex.} titu.de feudo dat.miniſtr.valua. vbi Bald. dicit elegantem {Salyc.in l.dote,C.de rei vendic.} Alexand.conſi.cxxiij.diſcuſsis hæſitationibus,ad fin.lib.j.vbi etiam illam dicit ſingul.{ & conſi.cliij.conſideratis his poſt medium,lib.vj.& conſi.clxij, viſis narratis,col.ij. verſicu.nec etiam poteſt dici,lib.vij.quibus item locis dicit illam ſingu.} Franc. Crem. ſingul.cv. ſi feci impenſas,vbi & illam quoque dicit ſingul. { Fely. in cap.cùm cauſam,colum.vlti. extrà de



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

re iudic.Iaſon qui eam quoque dicit ſingu.in l.ij.colum.viij.in vij.not.verſicul. item adde prædictis.} Stephan.Bertran.conſi.cclxxxiij.Chriſti,&c.viſo caſu mihi exhibito, colum.ij.verſicu. ad tertium,lib.j.& conſi.cccxxiiij.cuius eſt ſimile initium,in fin.eod.lib.j.& conſi.ccclxxix. eodemq; vlti.Chriſti,&c.viſo conſultationis themate,colum.iij.verſi.venio ad quartum,eod.lib.j.& conſi. ccclxxj dudum fuit,num.2.lib.ij.Matth.Afflict.Deci.Neapol.lxxxvij.magnum eſt dubium,col.ij. verſicu.item ex quo,{vbi dicit not.& Ioan.Lup.in repetit.rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.lxij. col.vij.verſic.ex iſtis etiam ſolet.}

290 *Sumptus qui ad fructuũ collectionem ſpectant, ſemper compenſantur cum fructibus.*

¶Nec abs re diximus ſuprà ſumptus ad perpetuam rei vtilitatem pertinentes. Nam alij qui ad fructuum collectionem ſpectant,ſemper compenſantur cum fructibus,vt declarat Bald. { conſil. clxvij.Titius lib.j.& rurſus } dicto conſil.ccciij. & id quidem nemo negat. { & probatur in l. fructus,& l.diuortio.§.impendia,qui vltimus eſt.ff.ſolu.matri.& ibi concord.in glo.& latiſsimè diximus in noſtro tractatu Retractuum,titu.j.§.xv.glo.j.num.1.& multis ſequent.} Igitur vt hoc caput finiam,donatarius lucratur integros fructus, & tamen ex re donata deducit aut repetit integros illos ſumptus,qui perpetuam rei vtilitatem reſpiciunt , nec in eos imputare fructus tenetur, ſed in eos tantum,qui ad eorum collectionem pertinent.

291 *Cùm quid fit ipſo iure,id tenetur in foro conſcientiæ.*

¶Secundum diſcrimen,quia cùm quid fit ipſo iure , ſtatim ad id tenetur in foro quod conſcientiæ appellant,etiam ſi pœna ſit,quæ quidem aliàs ex ſententia gloſ.in c. fraternitatis.xij.q.ij.cum ſimilib.non debetur in eo foro. Ita voluit Panor.in ca.j.colum.iij.& ibi Fely. qui hoc admodum confirmat,col.xiij.verſic.incipit tamen illa glo.extra de conſtit.& idem Panor.in c.extirpandæ.§. quia verò,in repetit.col.viij.verſicu.ex his dico,& iterum colum.ſequen.verſicu. & ex prædictis, extrà de præben.& in c.dilecti,col.iij.verſic.in glo.fin.ext.de arbit.Barb.in repet.cap. Raynaldus, col.xlv.& iterum col.clxj.ext.de teſta.vbi ex hoc conatur probare,hæredem qui non conficit inuentarium,teneri in foro conſcientiæ vltra vires hæreditarias.Card.Alex.in d.c.fraternitatis,col. penult.verſic.nota ex glo.Fely.in c.Rodulphus,char.pen.verſic.limita tertio,extr.de reſcrip.& in cap.cùm nobis,col.vlti.eo.tit.Thomas Parp.in repet.l.ſi quis maior,in ix.q.ext.glo.C.de tranſact. {Carol.Ruin.conſi.iiij.proponitur in themate,col.iij.num.11.lib.v.} Corſet.in ſuis ſingu. in verbo, pœna,incip.vbicunque pœna,& iterum in eodem verbo,pœna,in foro conſcientiæ,in fin.Matth. Affli.in conſtit.Siciliæ,incip.violentias,col.iij.in ij.q.vbi repræhendit And.Iſer.qui ibi tenet contrarium,quoniã vt ipſe And.dicit,Theologi non conſiderant iſtas ſubtilitates.Verùm ex Theologorum ipſorum ſententia,ſi quis ſemel fuerit condemnatus ad pœnam,ea debetur in foro conſcientiæ,vt per diuum Thomam ij.q.lxij.arg.iij.& voluit etiam Bal.in l.id quod pauperibus,in ix. q.verſi.ſed pone teſtator.C.de epiſc.& cleri.& Pet.Anch.in c.poſſeſſor malæ fide,col.xxv.verſi. tertiò quæro,de reg.iur.lib.vj.& Fely.in d.c.j.col.xiiij.verſi.limitatur ſecundò,ext.de conſtit.

*Semel condemnatus ad pœnam tenetur in foro conſcientiæ.*

292 *De eadem re.*

¶Et hæc communiter tenentur.licèt Philip.Deci.dubitet in d.c.j. col.viij.verſicu. prædicta concluſio,extra de conſtit atque etiam { Fely.in hac re ſibi malè conſtans in capit.audiuimus, col.ij. verſic.ſed aduerte,de ſimoni. tribus rationibus,quas ibi videre poteris & } Stepha.Coſta in tractat.de ludo,colum.xij.verſic.& limitando prædicta & apertè negat Hiero. Cagno. in repetit.l.ſi quis maior,chart.pen.num.160.C.de tranſactionib. Et pro hac parte facit quod ſcribit Bald. poſt Nicol.Matheſi.in l.ij.C.de vectig.& commiſ.quòd cùm res cecidit in commiſſum,ſi is cuius erat moriatur,etiam ante quinquennium,non tenetur in foro conſcientiæ,per nota.in dicto cap. fraternitatis.Et tamen conſtat in eo caſu rem eſſe commiſſam ipſo iure,vt patet in eo tex.à contrario ſenſu,in verbo,vendicari non poteſt,& not.etiam in l.commiſſa.ff.de publica. & vectig.{Sed priori opinione ſuffragatur,quòd ſi quis ipſo iure priuatus ſit beneficio,non poteſt illud ampliùs licitè tenere. Secus ſi priuandus ſit per ſententiam,vt patet ex not.per Inno.in c.cùm noſtris, de præben.Panor.in cap.item cùm quis,col.iij.verſic.hoc vltimum dictum.de reſtit.ſpol. & Fely. in cap.inquiſitionis,in prin.col.ij.de accuſa.}

293 *Donatarius in foro conſcientiæ, an teneatur ad rei reſtitutionem.*

¶Sed ſequendo communiorem ſententiam,videtur in caſu noſtræ legis, donatarium in eo foro conſcientiæ teneri ad rei reſtitutionem,de quo videtur text.expreſſus in c.quicunque.xvij.q.iiij. vbi & hoc voluit Archid.& glo.in c.vlt.& ibi Io.And.col.ij. & Collect.col.penult. ſed nunquid ille. {Ioan.Cald.in repe.col.j.verſi.quintò propter nouam.} & Imo.col.ij.& iterum col.iiij.verſi. quintò fallit & Panor.col.ij.ſuper glo.j.extr.de donat.{ & glo.in c.ex tranſmiſſa,in glo.vlt.de renunt.dum allegat.d.c.quicunque.} Hoſtien.in ſumma eod.titu.§.qualiter reuocetur,verſicu. item propter ſuperuenientiam.Oldr.conſi.cclxxviij.licèt quantùm ad clauſtrales,col.ij.verſi.ad tertiam quæſtionem.Rapha.Fulgoſ.in l.j.C.de inoffic.dona.Corn.conſil.xv.ex quo dictus,colum.ij.lib.j. & conſil.xi.in præſenti conſultatione,col.iij.verſic.tertio dicta donatio,lib.iij.& conſi.xxx. in hac conſultatione,col.ij.ante fin.lib.iiij.

294 *Donatio facta eccleſiæ non reuocatur per natiuitatem liberorũ.*

¶Quod etiam procedit in eo caſu,quo donatio non reuocatur niſi ad legitimum bonorum ſubſidium , vt ſcilicet nihilominus teneatur donatarius totum reſtituere in foro conſcientiæ. Nam text.in dicto cap.quicunque,loquitur in eo caſu , videlicet in donatione facta eccleſiæ, quæ quidem non reuocatur per natiuitatem liberorum,niſi vſque ad legitimam,vt diximus latè ſuprà in verbo,libertis, verſicu.lxxxij.incipien.verùm ſunt & multi.& intelligit gloſ. ibi,& omnes.& nouiſsimè Fort.Garcia.in tractatu de vltimo fine iuris,chart.xvj.colum.iiij.verſicu.his itaque præſuppoſitis,& ſequent.

¶Tertium,



295 ¶Tertium,quòd non longè à ſuperiori diſtat,licèt aliàs eccleſia non iudicet de occultis, capit. ſicut tuis,in fin.extr.de ſimo.& ibi concor. Tamen pœna ipſo iure impoſita afficit delinquentem quantumlibet occultum,vt voluit glo.in clem.j.§.verùm quia,in verbo,eo ipſo,& ibi Card. tum in xij.not.tum in vij.quæſt.de hæret.quam ſequitur & dicit not.Panor. in c.vlti. in ij.not.& ibi etiam Ioan.Anan.& Fely.extr.eod.titu.& idem Panor.in c.ad falſariorum,colum.ij.& ibi quoque Ioan.Ana.col.v.extr.de crim.falſi.& voluit ipſe Panor.in repet.d.§.quia verò, quibus locis ſuprà in ij.diſcrimine allegauimus. Tu tamen hîc omnino vide Domi.in cap.perpetuæ,col.ij.verſic. ſuper dubio gloſ.de elect.lib.vj.

*Pœna ipſo iure impoſita afficit delinquentem quantumlibet occultũ.*

296 ¶Quartum,quod ipſo iure fit,tranſit aduerſus hæredes, etiam ſi aliàs non tranſeat, verbi gratia, pœna non tranſit in hæredes delinquentis.l.j.ff.de priua.delic.& l.j.C.ne ex delic.defunc.Tamen ſi ipſo iure ſtatuitur,tranſit. Ita enim voluit eas leges limitãs glo.in l.ſi quis iniquum.§.quod autem ait,& ibi Bart.Bald.Ang.Paul.Caſtr.Alex.{Socin. qui id dicit ſing.} & fere omnes per illum tex.ff.quod quiſque iuris.& Bart.in d.l.j.colum.j.ff.de priua.delic.& in l.ex iudiciorum, circa medium.ff.de accuſa.& in l.j.§.ſed hæc conſtitutio,circa medium.ff.de calum.Bald.Ang.& alij in d. l.j.C.ne ex delic.defunct.Bald.in l.quæ ſub conditione.§.vltim.in fin.ff.de condit.inſtit.vbi dicit illam glo.ſingul.{ & in l.qui à latronibus.§.j.circa medium.ff.de teſta.} & in rub.C.de priua.delic. colum.pen.vbi & dicit illam glo.ſingu.& in l.vlt.col.ij.verſic.item op.videtur. & ibi etiam Ioan. Plat.col.quoque ij.C.de iure fiſci.lib.x.& idem Bald.in l.imperialem.§.inſuper,col.vlti.& ibi etiã Iacob.Aluar.& Card.Alex.col.ij.titu.de prohi.feud.ali.per Feder.Salyc.in l.j.C. ſi reus vel accuſa. mort.fuer.Petr.Anch.in c.j.in j.not.de reſcript.lib.vj.& in c.cùm ſecundum,poſt princ.de hæret. eod.lib.vj. { & conſi.cclvj.pro clariori,per l.commiſſa.ff.de public.& dicto c.cùm ſecundum.iuncta l.j.& ibi Bart.ff.de priua.deli.} Paul.Caſt.in auth.hoc amplius,col.ij.verſi. in tex.ibi excluditur.C.de fideicom.Panor.in c.dilecti,col.iiij.ext.de arbit.& in c.vlt.col.iij.verſi.item ſi donatio,& rurſum col.ſeq.verſi.ſed quo ad argu.glo.extrà de dona.& conſi.iij. nitar in præſenti cauſa in ix. dubio,lib.ij.{Raph.Fulgo. conſi.xxiiij.humaniſsimæ,in fin.} Ioan.Ana.in c.vergentis,col.ij.extr. de hæret.& in c.in literis,col.j.ad fi.extr.de rapto.Phil.Fran.in c.felicis.§.nullus , de pœnis lib.vj. Cepola conſ.xxiij.ſpectabiles domini,col.iij.verſi.nec prædictis obſtat,Alex.in l.quia tale,col.ij.ff. ſolut.matr.Ang.Aret.in §.interdum,col.j.ad fi.Inſtit.de hæred.quæ ab inte.defer.per tex.in l.Caius.ff.de ſenatuſc.Sylla.& idem Aret.in §.non omnes,col.iij.verſi.iij.oppo.& verſi. ſecundo caſu. Inſtit.de perpet.& tempo.actio.Fran.Aret.conſi.xiiij.viſo & diligenter conſiderato ad fin.Socin. conſi.lxvj.viſa donatione,col.pen.verſi.quintò confirmatur,lib.iij.Anaſtaſius Platus inter conſi. Barb.conſi.vlti.multos futuros eſſe,col.v.verſi.ad quintum,lib.j.Cepola cauſarum ciuilium conſi. lix.ſpectabiles domini,col.iij.{ & criminalium conſi.xxiij.ſpectabilis,col.iij.verſi.nec prædictis obſtat.Socin.conſi.lxvj.viſa donatione,col.pen.lib.iij.} Matthæ.Afflict.in deciſ.Neapo.deci.cclv.habens feudum,ad fin.Philip.Dec.in l.{ pupillum.§.} in hæredes,in ij.fal.ff.de reg.iur.Iaco. à ſancto Georg.in l.ſi quis maior,col.pen.& ibi etiam Thomas Parp.in repet.in v.q.verſi.ſecundus caſus, & Aquen.col.ij.& Hiero.Cagno.in repe.char.lxj.nu.145.C.de tranſact.Et eſt optimus & expreſſiſsimus tex.in l.cõmiſſa.ff.de publ.& vectig.quem ad hoc expendit Rom.ibi.& Bart.in d.l.ex iudiciorum & Panor.locis ſuprà allegatis. Et ex eo colligitur ratio huius ſententiæ, cùm ita ſcribitur ad verbum:Nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit eius eſſe,qui crimen commiſit.

*Quod ipſo iure fit, tranſit aduerſus hæredes.*

297 ¶Quanquam Iaſon ſolus omnium,vt videri vult,tenuit contrarium in d. §. quod autem,vbi videbis quibus rationibus moueatur. Sed ante eum in ea ſententia fuerat Bald.ſecum pugnans,cuius non meminit,in l.vlt.col.j.verſi.glo.arguit.C.eo.tit.de reuoc.donat.& ibi eum ſequitur Fran. Rip.in repet.q.vlti.col.etiam vlt.& Franc.Curt.iunior in tract.feud.in pen.q. quartæ partis principalis. Sed & in hac tacitè,dum aliud agit,inclinare videtur Petr.Ancha. ſibi quoque contrarius in cap.ij.col.vlti.de confeſ.lib.vj.

*Contrarium tenentes.*

298 ¶Priorem autem ſententiam confirmat eorum op. qui negant id quod dicitur, crimen extingui morte delinquentis,procedere,cùm bonorum pœna ipſo iure imponitur. Nam tunc quantum ad ipſa bona non extinguitur. Ita voluit Cy.poſt Iac.Ray.& Petr.in l.ij.col.ij.in j.q.C. qui teſta.fac. poſſ.per tex.optimũ in l.Caius.ff.de ſenatuſc.Sylla.& Bal.in l.qui à latronibus.§.ſi quis,circa medium,& ibi etiam Ang.in fi.& Imo.ff.de teſta.& Bal.in rub.C.ſi pend.appel.mors interue.vbi dicit,quòd quando confiſcatio fit ipſo iure,mors non extinguit pronuntiatũ,nec impedit pronuntiandũ,per d.l.Caius.Platus d.conſi.vlt.vbi ſuprà.{& Iaſ.conſi.xlvj.pro fiſco regio,in prin.lib.iij.}

*Confiſcatio cùm fit ipſo iure, mors non extinguit pronuntiatum.*

299 ¶Ex quibus potes intelligere,quòd licèt donatarius mortuus fuerit,antequam donans declarauerit velle ſe donationem reuocare ob natiuitatem filij,poterit tamen ab hæredibus ipſius reuocare:præſertim cùm hæc reuocatio non fit ob delictũ donatarij, ideo nihil eſt quod prohibeat competere aduerſus hæredem,quãdo regulariter actio tranſeat & aduerſus hæredem, etiam ſi agatur de reuocatione contractus,per l.ij.ibi,hæres emitteret.C.de pactis inter empt.& vendit.comp.atque etiam de reſciſsione ex auxilio extraordinario,per text.in l.qui ſolidum, §.j.& ibi Bald.ff.de legatis ij. Quin & ſi ex delicto eſſet,tamen cùm res apud hæredes reperiatur,aduerſus eos competit actio.l.j.C.ne ex delict.defun. Quod tamen intelligitur ſecundũ ea quæ latè diximus ſuprà in verbo,ſuſceperit liberos,num.211.ſecundo intelliges,cum multis ſeq.vſque ad nu.225. An autem poſsit reuocari à tertio poſſeſſore,videbis infrà num.325.ſed quæſtionis eſt.

*Nihil eſt quod prohibeat cõpetere aduerſus hæredem, quando actio trãſeat & aduerſus hæredem.*

300 ¶Quintum, quemadmodum tranſit aduerſus hæredes paſsiuè ( ita enim magnà ex parte loquuntur quos ſuprà citauimus) ita quoq; & ad hæredes actiuè, vt etiam expreſsè voluit Bal. in d. c. imperialem. §. inſuper, col. vlt. verſicu. ex his etiam apparet, tit. de prohi. feud. ali. per Feder. Panor. in d. cap. vlti. vbi ſuprà, in priori loco. & ibi etiam Cardin. Flor. de donat. & idem Panor. dicto conſi. iij. lib. ij. Paul. Caſtr. in l. omnimodo, colum. ij. verſic. item glo. quæ incipit. C. de inoffic. teſta. Card. Alex. in c. j. §. porrò, colum. ij. titu. quæ ſit pri. cauſ. benefi. amit. & Hippol. Marſil. in l. j. num. 64. C. de rapt. virgin.

*Pœna quæ tranſit aduerſus hæredes paſsiuè, eaquoque tranſit ad hæredes actiuè.*

301 ¶Quod & confirmat quòd licèt proteſtatio extinguatur morte proteſtantis, nec ad eius hæredes tranſeat. l. non ſolùm. §. morte, & ibi Bart. & alij. ff. de ope. no. nunt. de quo & per Bartol. Angel. & alios in l. ſi intra. C. de non num. pec. & per Cardin. Alexand. in c. ſolicitudinem, col. xxiij. verſic. x. quæro, extr. de appelat. fallit tamen in proteſtatione, quæ ſecum trahit executionem, ex ſententia Bald. in c. Cumana, col. pen. extr. de elect. Quem ſequitur Anto. Rub. in repe. d. §. morte, chart. xvij. col. ij. verſicu. ſubſequenter quærit, vt dicit de hoc videri caſum in l. Neſennius. ff. de negot. geſtis.

*Confirmatio præcedẽtium.*

302 ¶Quamuis Imol. in d. c. vlt. col. vij. verſic. ſecundò poteſt obiici, de donat. teneat contrarium eius quod diximus, pœnam ad hæredes tranſire, cùm ipſo iure imponitur. Nam licèt, inquit, vaſallus priuetur feudo ipſo iure ob feloniam, intelligitur tamen, ſi dominus voluerit, per not. in l. ij. C. de iure emphy. & in l. j. §. vlt. cum l. ſeq. ff. ſi ager vectig. & ſuprà alibi latè diximus. Ideo ſi dominus non declarauerit voluntatem ſuam, videtur quòd hæres ipſius non poſsit auferre. & hoc videtur ſequi Iaſ. in d. l. omnimodo, in fi. C. de inoffi. teſta. & Curt. iunior vbi ſuprà. Quibus adde quòd hæres non poteſt declarare voluntatem defuncti, vt voluit glo. in l. idem Pomponius. §. vlti. & ibi Bart. Bal. in vtraque lect. & Ang. ff. de rei vend. & gl. in l. inter ſtipulantem. §. j. in verb. actori, & ibi etiam Bart. Ang. & Alex. qui adfert concord. & etiam Iaſon col. iiij. ff. de verb. oblig. Inno. in c. cùm dilectus, ext. de ſuc. ab inte. Spec. tit. de acti. & peti. §. ſequitur, verſicu. quòd ſi nolit. & tit. de libel. concep. §. vlt. verſi. ſed quando. Bart. Bald. & Ang. in l. ſi quis intentione. ff. de iudic. & in l. ſi quis à filio. §. ſi plures. ff. de leg. j. Bart. in l. edita. col. ij. {verſi. & intelligo.} C. de eden. & in l. naturaliter. §. j. col. vj. verſic. quid ſi ex coniecturis. ff. de acqui. poſſeſ. Bald. in c. j. col. pen. verſic. & nota quòd hæres, extr. de conſti. {Ang. conſi. ccxciiij. punctus eſt Ser Stephanus} & Petr. Anch. in c. ij. in v. not. de reſcrip. lib. vj. vbi not. dicit illam priorem glo. & Iaſon in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, col. ij. verſi. quartò not. ff. de verb. oblig. & conſi. cxlviij. nobilis & generoſus, col. pen. verſi. ſecundo principali, lib. ij. Et facit tex. in l. centeſimis. §. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. vbi & hoc not. Iaſ. in ij. not. Quod qualiter intelligatur, vide omnino Iaſ. in l. poſt dotem, col. ix. verſic. ſecundò vltra ſcribentes. ff. ſolu. matr. Quæ res admodum facit ad caſum noſtræ legis in iis quæ diximus ſuprà in verbo, ſuſceperit liberos, verſi. ccxj. incip. ſecundò intelliges procedere, & ſeq.

*Qui contrarium teneant.*

303 ¶Sextum, conſtitutio quæ aliàs extendi poſſet, tamen non extenditur cùm fit alicuius rei priuatio ipſo iure. Quod vt perſpicuè intelligas, conſtitutio pœnalis ſæpe extenditur ex eadem ratione, vt per glo. in cle. j. in verbo, præſidenti, de reſcrip. & latè per Imol. & alios in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matr. & Domi. & Phil. Franc. in cap. j. de tempo. ordin. lib. vj. & Ioan. Bapt. Seuer. in repetit. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. cum ſimil. & probatur ex duobus cap. ſimul iunctis, ſcilicet c. cupientes. §. hac generali, de elec. lib. vj. & cap. ſi poſtquam. §. cum autem. & §. ſi verò, & ibi not. eo. tit. ſecundum Bal. conſi. cccclxxxvj. ſtatutum prouidet, col. vlt. lib. ij. & eſt text. in c. j. §. porrò, ad fi. tit. quæ fuit pri. cauſ. bene. amit. quem meliorem totius iuris dicit Bal. ibi in vlt. not. Tamen cùm pœna ipſo iure imponitur, nunquam fit extentio ex eadem ratione, vt pulchrè voluit Ioan. And. in c. odia, col. ij. verſi. in contrarium, & iterum col. iij. in reſponſione primi contrarij. { & ibi poſt eum Alber.} de reg. iur. lib. vj. per §. pœnæ, de pœnit. diſt. j. & l. pen. ff. de pœnis. & alia quædam iura, & Bald. in l. de quibus, col. xij. verſi. reſtat videre de prorogatione. ff. de legib. & Pano. in c. vlt. extr. de iure patro. & in cap. non magnopere, col. iij. verſic. & per hoc, & iſtum text. ext. ne cle. vel mona. & Philip. Deci. qui vnum Bald. citat, in c. tranſlato, in j. lect. col. vlt. verſic. ſeptimò in pœnis, extrà de conſtitu.

*Conſtitutio, cum fit alicuius rei priuatio ipſo iure, non extenditur.*

304 ¶Similiter licèt in exæquatis ſiue æquiparatis à iure antiquo extendatur conſtitutio pœnalis, vt apertè probat glo. in c. poſtquã, in verbo, prouiſione, de elect. lib. vj. & confirmat glo. in c. de multa, in verbo, in eadem eccleſia, quam Panor. ibi commendat, ext. de præben. cum ſimil. iſtud tamen non procedit in conſtitutione latæ ſententiæ, ex ſententia glo. in c. licèt canon, in verbo, parochialis, de elect. lib. vj. quam ad hoc expendit & dicit ſingu. Fran. Aret. in l. ij. ad fin. ff. de legatis 1. vbi etiam dicit ad hoc facere text. in c. j. & quod ibi not. ext. ne cler. vel monach. eo. lib. vj. Quod multùm notandum ad ea quæ latè diximus ſuprà in verbo, libertis, in j. q. cùm diſſeruimus an iſta lex debeat & poſsit extendi ex eadem aut ſimili ratione.

*Cõſtitutio pœnalis in æquiparatis licèt extendatur iure antiquo, nõ extenditur tamen in conſti. latæ ſentent.*

305 ¶Et hæc quidem confirmat Imol. ſententia in c. vlt. col. x. extrà de conſtitu. quæ eſt huiuſmodi, quòd licèt conſtitutio iuris antiqui declaratoria addens nouam pœnam non extendatur reſpectu pœnæ ad præterita, per tex. in c. quoniam, & ibi Anto. Panor. & Ioan. Ana. extr. de ſimo. & in cap. primo, & ibi etiam ipſi Panor. & Ana. poſt antiq. extr. ne præla. vic. ſuas. & vt voluit Petr. Liaz. in procemio Cle. & Ant. in d. c. vlt. de conſtit. per glo. in clem. j. in verbo, de cætero, de vſur. Hoc tamen procedit, inquit Imo. in d. c. vltim. quando pœna imponitur ipſo iure. Secus fortè, ait, ſi eſſet imponenda per iudicem, per id quod not. Io. Lig. in c. j. extra de conſtitutionib. Et hæc etiam fuit ſententia Goffre. in d. c. j. ne prælat. vices ſuas. Sed ea non placuit Panor. & Ananię ibi. & ipſi Ana. in d. c. quoniam, quos vide.

*Confirmatio præcedẽtium.*





306 ¶Septimum cùm pœna imponitur ipſo iure, ſed ante aliquid nominatim debet fieri, tunc neceſſe eſt fieri expreſsis nominibus propriis, aut aliàs ita manifeſtis aut indubitatis, vt vicem propriorũ nominum obtineant. Quod ſi ipſo iure pœna non imponitur, ſatis eſt fieri per quaſdam circunſtantias, vt appellant, ſiue demonſtrationes non adeo ſtrictas. Ita voluit Panormit. in c. in Lateranenſi, ante fi. ext. de præben. per glo. in cle. j. in verbo, nominatim, de vit. & honeſt. cleri. & in c. cõſtitutionem, in eodem verbo, de ſententia excommunic. libro vj. & quod voluit Innoc. in d. ca. in Lateranenſi. Sed tu tamen interim vide Franc. Aret. in l. j. col. ij. verſic. ad ſecundam quæſtionem. ff. de liber. & poſthumis.

*Pœna cum imponitur ipſo iure, debet fieri expreſsis nominibus propriis.*

307 ¶Octauum, vbi quid fit ipſo iure, non eſt locus pœnitentiæ, vt voluit glo. in cle. ne in agro. §. quia verò, in verbo, ipſo facto, de ſtat. monac. quam in eam rem expendit & dicit ſing. Bal. in auth. habita, col. vlt. C. ne fili. pro patr. & eam quoque ſequitur Panor. in c. non magno, col. iij. verſic. tertiò quæro, ext. ne cleri. vel monac. & Rom. conſi. ccccxxvij. in propoſito caſu, col. j. verſi. nec eſt dicẽdum. Alex. in l. ſi inſulam, col. xij. in xj. fallentia. ff. de verb. oblig. & in addit. Bart. in l. j. ff. de his qui not. infamia. & in l. qui ea mente, in fi. ff. de furt. & conſi. xiiij. viſo & conſiderato, col. ij. verſic. ſed ſic eſt, lib. ij. & Philip. Franc. in c. ij. col. ij. ſuper glo. in verbo, mandauerit, in princ. de homici. lib. vj. Barb. in c. ſi quorundam, col. iij. verſi. vtrùm autem, ext. de ſolut. vbi hoc dicit mirabile ad intellectum illius decretalis. {Franc. Aret. in l. ij. col. ij. C. de in ius vocand. Phil. Deci. conſ. cxxxviij. cuius ſupraſcriptio incipit, verba iſta, col. j.} & Hippo. Marſil. ſing. cccxxvj. pœnitentia in delictis, in fin. {Et idem quoque voluit ea glo. non allegata, Bal. in l. j. §. beſtias, poſt prin. ff. de poſtul. & in l. non ſolùm. §. vlt. ff. de aliena. mutan. iudic. cau. fac. & conſi. xxxiiij. ſtatuto ſeu capitulo, col. iij. verſi. præterea iſtud delictum, lib. v. vbi ad hoc multa iura allegat, quæ tu ipſe videre poteris. & Salyc. in l. vltim. C. de emphyt.}

*Pœnitentiæ non eſt locus, ubi quid fit ipſo iure.*

308 ¶Nonum, quod cum præcedenti admodum conuenit, quòd cùm electio alicuius rei ad aliquem ſpectat, non licet, variare, quando electio habet vim executionis ipſo iure, quia ſcilicet ſecũ trahit executionem, per tex. in l. ſi is cui, & ibi Bart. ff. de legatis ij. & in l. apud Aufidium, & ibi Bart. ff. de lega. j. & glo. in l. ſtatuliberum. §. Stichum. ff. de legat. ij. & glo. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, & ibi Bart. col. j. verſ. ex prædictis, & Franc. Aret. col. j. ff. de verb. oblig. Dynus in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. eo. Bart. in l. eum qui certarum. §. vlt. col. j. & ibi Ang. etiam poſt princ. & iterum in fin. ff. eo. tit. & idem Bart. in l. ſerui electione. ff. de lega. j. & ibi etiam {Fran. Aret. &} Iaſ. qui hoc confirmat ex eo quod diximus in præcedenti verſi. Bal. in l. j. col. j. in fi. ff. de lega. j. {Franc. Aretin. in l. ſi quis ex pluribus, poſt medium. ff. de verb. oblig.} & Iaſ. in l. non vbique, in princ. col. ij. in ij. no. ff. de eo quod certo loco.

*Electio quãdo habet uim executionis, trahit ſecum executionem.*

309 ¶Et in ſimili licèt iudex poſsit reuocare ſententiam interlocutoriam, l. quod iuſsit. ff. de re iudic. tamen id non procedit in ſententia quæ ſecum trahit executionem, ſecundum gloſſ. not. in l. j. §. vlt. in verbo, vel adde, & ibi Rayn. qui dicit ſing. & Bart. qui dicit multùm not. & Bal. qui item dicit ſing. ff. de prætor. ſtipul. Rayn. & Imol. in l. pen. eo. tit. Roma. qui & illam dicit ſing. conſil. 226. vltra pridie allegata, in princ. Panorm. in c. cùm ceſſante, col. vlt. per gloſſ. ibi, & ibi quoque Philip. Peru. col. viij. ext. de appel. Paul. Caſt. in d. l. quod iuſsit, & ibi Alex. in ix. fal. & Iaſon primùm quidem col. j. verſi. iſtam regulam, deinde & latiùs col. viij. verſ. ſecundò, inquantum. idem Iaſon in l. cùm procurator. §. ſi dominus, col. vlt. & iterum in l. ſi opus col. j. ff. de ope. noui. nunt. vbi & illã glo. dicit ſolennem. & Felyn. in c. ſi clerici. §. de adulteriis, col. ij. verſi. fallit primò, ext. de iudic. {& Fran. Aret. in l. ſi quis ex pluribus. ff. de verb. oblig.}

*Iudex poteſt reuocare interlocutoriã, quando ſentẽtia ſecum trahit executionem.*

310 ¶Decimum, quod & à ſuperioribus non longè abeſt, Cùm quid ipſo iure fit, non admittitur morę purgatio. l. ſi is cui, & ibi Bart. ff. de legat. ij. & l. qui ob rem non defenſam, & ibi item Barto. {Bald. Salyc.} & recentiores. ff. de condict. indeb. & voluit glo. in c. vlt. quam ita intelligit & ſequitur Bal. ibi, col. ij. verſi. Ber. tractat. hîc, ext. de elect. & glo. in c. licèt, in gloſſ. vlt. & ibi Anto. col. j. verſic. not. quòd collatio, & iterum col. ij. verſi. oppo. quòd hîc mora, extr. de ſup. neg. prælat. & glo. in c. vlt. in gl. quoq; vlt. & ibi itẽ Ant. in ij. not. ext. eo. tit. & glo. in c. cupientes. §. quod ſi per xx. in verbo, expectati, & ibi etiam Ioan. Mo. Archid. Ioan. And. Pau. Petr. Anch. Imo. Domin. & Philip. Franc. de elect. lib. vj. & glo. in c. licèt canon. §. is etiam, in verbo, priuatus, in prin. & ibi. {Ioan. Mo. col. ij. in eodem verbo,} Domin. paulò ante fi. & Petr. Anch. tum col. j. verſi. item not. in text. tum col. vlti. verſi. quartò quæro, & Philip. Franc. col. vlt. eod. tit. & lib. & Dyn. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. Bart. in d. l. ſi inſulam, in iij. & iiij. quæſt. & ibi quoque Bald. paulò ante fi. Ang. col. viij. verſi. ſecundò fallit. Imol. col. xv. Alex. col. xj. verſi. vndecimò fallit, vbi hoc multis modis limitat {Iaſon qui & ipſe duobus modis limitat, char. vlt. verſic. in iiij. quæſtione, } & penè omnes. ff. de verb. oblig. idem Bar. in l. ſi quis. §. ſi plures, in fi. ff. iudic. ſolui. & in l. ſi quis maior, col. ij. & ibi Bal. col. vlt. & Saly. col. j. Ang. Pau. Caſt. Alex. non ſemel. Franc. Aret. & Iaſon col. pen. Alcia. in verbo, mox, & penè omnes. C. de tranſact. {Bart. in l. iam tamen, in prin. quam legit cum l. ſi quis apud, in fi. ff. iudic. ſol.} & idem Bald. in l. & ſi poſt tres, col. antepenul. verſi. ſed venio ad ſecundum, in lect. & iterum in repe. col. vj. verſ. ex prædictis colligo & ibi etiam Ang. qui tamen diſtinguit, vt videre

*Moræ purgatio nõ admittitur, cũ quid fit ipſo iure.*

poteris,col.vij. verſic. ſecundò concludit.ff.ſi quis cautio.& idem Bald.in l.ſi pacto, quo pœnam. col.pen.verſi.iſta ſunt vera,& ibi quoque Saly.& Alciat.in verbo,vt fiat,in quarto caſu.C.de pactis,idem Bald.in l.ſuper.C.de tranſactio.& in l.magnam,col.vj.verſi. ſecundò fallit. C. de contr. & committenda ſtipul.& in l.ſi plures,col.vlt.C.de condi.inſert.& in c.capitulum,col.vlt.extr.de reſcrip.& in c.j.col.j.circa,& ibi Iacob.Bel.Marti.Laud.tit.quid iur.ſit ſi poſt ali.vaſal.feud. recup. & idem Bald.in c.j.col.j.& ibi etiam Marti.Laud.Card.Alex.col.ij.tit.quo temp.mil.vbi & de hoc eſt bonus tex.idem Bald.in c.j.in prin.col.ij.verſi.quæro quid ſi vaſallus,tit.de prohi.feud.ali. per Feder.{& conſi.ccccíiij.quia dictus conſultor,col.vlt.verſi. & confirmatur , lib.iij.& conſil.xciiij. hîc plura occurrunt,col.j.lib.iiij.}Saly.in tracta.de mora,quem poſuit l.ſemel mora.ff.ſolu.matri. col.v.in ij.& iij.concluſ.negat.& iterum col.xv.in iij.concluſ.iudiciaria,itémque colum.'xix.in v. quæſt.princ.& in auth.habita,col.ix.verſi.quæro an locus ſit pœnitentiæ.C.ne fili.pro patr.& in l. 2.col.iij.verſi.reſtat nũc reſpõdere.C.de iure emphy.Ang.in l.quandiu,la iij.col.j.& ibi Fran.Are. col.antepen.verſi. etiam glo.not.ff.de acquir.hær.idem Ang.in l.ſi ex duobus.ff. iudic.ſol.& conſ. lxiiij.quoniam nihil eſt,col.j.& conſi.cccxxvj.ex themate,col.iij.verſi.ſecundo probatur. & Ant. in c.vltimo,in ij.not.ext.de ſuppl.negli.prælatorum.eod.titul. & conſil.xxxiiij.caſus emphyteuta vendens.Imol.poſt alios in c.potuit,col.xj.verſi.ſed aduerte quia contra,ext.de loca.Petr.Anchar. in c.quàm ſit,in v.no.de elect.lib.vj.{& conſi.ccclxxxvij.in themate quædam narrantur.}Roma. d.conſi.ccccxxvij.col.ij.verſi.tertiò quia vbi eſt executio.Pau.Caſt.conſi.xcix.quia per ſupraſcriptos,lib.j.& conſi.lxxviij.videtur dicendum præfatum,col.j.lib.ij.& conſ. ccxxviij. quæritur primò,col.ij.verſ.ſecundò quia vbicunque,eod.lib.ij.{Raph.Com.dum allegat not.in d.c.cupientes, & in d.c.licèt canon,conſi.v.nauta quidam,colum.vlt.} Cepola cauſarum ciuilium conſi.xxv.ex quæſtione prædicta,col.vij.verſic.ſecundò probatur. Aegidius Bellamer.conſil.ix.factum eſt tale, cùm eſſet lis,col.j.& alibi ſæpe in eod.conſil.Domi.conſi.xxiij.quia diffusè per patres meos,col.ij. Alex.conſi.xiiij.viſo & conſiderato,col.j.lib.ij.& conſi.lvij.perſpectis teſtamento codicillis,col. 4. verſi.ex omnibus igitur,eod.lib.2.{& conſi.vj.circa proceſſum col.pen.verſi.& reſpondit, lib.iij.} & conſi.xl.viſo themate,col.j.lib.vj.Barb.{in c.ſi quorundam,col.2.ext.de ſolu.vbi id dicit ſingu. &}conſi.lxxxvj.illud referam.col.ix.verſi.tertiò faciat,lib.iij.& conſi.xlv.illud in medium, col.vj. verſi.ſeptimò eſt ponderandum,lib.iiij.Corn.conſi.{cxxj.quanquam videatur,col.iij.in litera,t,& ſeq.lib.j.& conſi.cclxxvj.quoniam poſt conſilium,col.iij.verſi.quod maxime procedit,eod.lib.j.& conſi.xxv.in hac conſultatione,col.vlt.verſ.tertiò vbi eſt tacita,lib.ij.& conſi.}ccxlvj. videtur in hac,col.j.verſ.& quia ipſo iure,lib.iij.& conſi.xl.viſo proceſſu,col.v.verſ.& vbi pœna,lib.iiij.Fran. Aret.{in l.ſi ſerui.§.vlt.col.quoque vlt.ff.de verb.oblig.& in d.l.ſi quis ex pluribus,eo.tit.}in c.at ſi clerici.§.de adulteriis,& ibi etiam Fely.col.ij.ext.de iudi.& idem Aretin. conſi. xciiij.reſpondeo breuiter,colum.pen.{verſi.tertio quoque poſt lapſum.}vbi dicit ad hoc ſing.glo.in dicto §. quòd ſi per xx.& Franc.Curt.ſenior.conſi.lxiiij.antiquiſsima,col. vlt. Guido Pap.conſil.xxxj. viſo ad plenum,in vj.dubio.& conſi.cxcij.ex facti narratione,col.1.Card.Alexan.in c.1.col.2.tit.quæ fuit prim.cauſ.bene.amit.& in c.propter eccleſiaſticas,col.ij.verſi.ex prædictis. & iterum in c.quoniã, col.vlt.verſ.hoc etiam ego.xviij.diſtin.& Iaſon in l.2.col.ij.C.de iure emphyt.& in dicta l.huiuſmodi.§. Stichum.col.pen.ff.de legat.j.{& in l.prætor ait. §.j.col.vlt.ff.de nou. oper.nuntiatio.} & Philip.Dec.in auth.qui rem , colum.iiij.verſ.iij. principaliter.C.de ſacroſanctis eccleſiis, & conſi. cxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit,verba iſta,col.1.& 2.& conſi.cxlvj.cuius ſuperſcriptio incipit, dubia de quibus,col.iij.verſi.vltimò non obſtat.{& conſi.clx.in cauſa monaſterij,in fi.}& Stepha Bertr.conſi.cclxxv.viſis pactis,num.5.lib.1.Hippo.Marſil.in repet.ff.de fideiuſſor.num.344.Matthæus Afflict.deciſi.Neapol.clxxiiij.quidam reſtituit,col.ſecunda. Nam & aliàs cùm diſpoſitio eſt conſummata,non poteſt mora purgari.Bal. in l.1.col.v.verſi.generaliter not.C.de his quæ pœnæ no.per l.Thais.§.intra.ff.de fideic. liber.Et vt idem dicit in ea ipſa lege,col.pen. terminus qui perimit gratiam,facit vt mora purgari non poſsit,per dictum §.intra.& l.qui fundum. ff.de contra. empt.& cle.ei quem,de conceſ.præb.

*Dictio mox, non impedit moræ purgationem.*

402 *De eadem re.* ¶Sed tamen adde quintam limitationem,vt ſcilicet requiratur ſententia declaratoria in his quæ reſpiciunt commodum aliquod priuatum aut pecuniarium fiſci aut aliorum , prout loquitur c. cùm ſecundum , de hæret.lib.vj.Sed vbi de commodo pecuniario non agitur,vt ſi ex quopiam delicto videlicet perduellionis quis occidi poſsit,non eſt opus ſententia declaratoria,quæ ſcilicet illum declarauerit perduellionem , ita expreſsè voluit Carol.Ruin. conſi.iiij. proponitur in themate,in fi.Et ita dicit voluiſſe Bar.in extrauag.qui ſunt rebelles,in verbo,rebellando,circa fin.Et adducit Ruin.rationem differentiæ:quia hoc vltimo caſu nihil prodeſſet , dictam pœnam fuiſſe ipſo iure commiſſam , & per legem ipſo facto impoſitam. Sed in alio caſu ceſſat hæc ratio,quia licèt priùs non poſsit executio fieri,bona tamen quæ ſunt ipſo iure confiſcata , non poſſunt interim alienari,vt alibi diximus. }

403 *De eadem re.* ¶Non omiſerim tamen quid tandem ſcripſerit nouiter Domi.à ſancto Gemi.d. conſi.xxxvj. reſpondens ad c.cùm ſecundum,de hæred.lib.vj.Nam iudex,inquit, qui habet poteſtatem cognoſcendi iudicãdique criminis,ex quo pœna irrogatur ipſo iure , poteſt ad executionem procedere ſine alia ſententia declaratoria.& hunc dicit eſſe caſum d.c.pro humani.At iudex cui ius non eſt cognoſcendi de eo crimine,non poteſt eam pœnam exequi , niſi prius lata à iudice competente declaratoria ſententia.& iſte eſt,inquit,tex.rectè intellectus in d.c.cum ſecundum. Sed ego malo adhærere cõmuni ſententiæ. { ita tamen vt eam intelligas,quòd ſi executio facta ſit ſine ea declaratione,valet tamen & tenet,ſi oppoſitum nõ fuerit,ſecundũ Inn.in c.ex ratione,de appel. quem refert & ſequitur Bal.in c.j.tit.de feud.ſine culpa non amitten.vbi dicit eſſe menti tenendum. & Iaſon d.conſi.xxj.quatuor principales,col.3.verſi.ſecundò reſpondetur,lib.iij.}

404 *De eadem re.* ¶An autem in hac ſentẽtia declaratoria citandus ſit is qui crimen cõmiſit,latè comperies diſcuſſum & examinatum ab eodem Fely.in illis duobus locis, vbi etiam comperies vtrùm ab ea ſententia poſsit appellari:& alia multa quæ ad hũc locum priuatim pertinent. { vt item videbis per eundem in d.c.ij.col.j.& ij.extra de ſponſal. Sed quantum ad primum de citatione , vide Roma. conſi.ccccIxxxij.in caſu præmiſſo,in ij.dubio,& Georg.Nat.in repe.cle.ſæpe,in prin.col.59.verſi. ſecundò quæro,de verb.ſign.& Franc.Rip.in l.is cui bonis,col.7.nu.26.& 27.ff. de verbo.oblig. Quantum ad ſecundum autem,vide Pet.Anch.conſi.ccxl.per prædicta ſubtiliter.paulo ante fi. } Idcirco hinc pedem mature,ne tarde dicam,referre ducimus.

¶Quin



405 ¶Quinquageſimumprimum,ſi res emphyteutica aut feudalis cadat in commiſſum ipſo iure , ea domino proprietario cedit:ſin per ſententiam,vſufructuario dominij directi quæritur.Ita voluit Guido.Pap.doct.quidem Gallus,ſed in iuris peritia exercitatiſsimus,deciſio.Delphin.ccccIxxvij. vtrum proprietarius,verſi.ſed ad quem pertineat,vbi ad hoc quædã iura allegat,quæ in eo loco videre poteris.Et idem longo antè interuallo,licèt Guid.tacuerit,voluerunt Oldr.conſi.ccxl. ſuper eo quod quæritur, & ipſius diſcipulus, tacito tamen nomine præceptoris , vt prope ſemper aliàs,Io.And.in addit.Spec.tit.de locat.§.nunc aliqua,verſi.xciij.& Alber.tum in rubr.C.de vſufruct.tum in l.vſufructu legato.ff.eo.quos refert & ſequitur Iaſon in l.vlti.col.xj. verſic.retento eodem themate,qui quidem eſt ſub v.quæſtio.C.de iure emphyt. *Emphyteutica res ſi cadat in cõmiſſum ipſo iure, ea domino proprietario cedit.*

406 ¶Quinquageſimumſecundum,licet aliàs cùm dubitatur vtrùm quis poſsit venire contra factum ſuum,ſint multæ diſtinctiones ac limitationes:vt videre licet apud Bar.& Bal.in l.poſt mortẽ. ff. de adopt.Tamen cum factum eſt illud eſt,ipſo iure nullum,hauddubiè non impedit,quin is qui fecit,contrauenire poſsit,vt apertè innuit gl.in l.j.& ibi expreſsiſsimè Bal.C.de libe.cauſ. *Vtrum quis contra factũ ſuum uenire poßit.*

407 ¶Quinquageſimumtertium,ex eo intelligitur quod ſcribit ipſe Bal.in l.j.col.xj.verſi.ad principiũ quæſtionis reuertor.C. de conf. quod tutum eſſe ipſo iure , eſt plenius ius quàm eſſe tutum ope reſtitutionis in integrum:quod & nos ex eo diximus ſuprà verſic.cclxvj.incip.penè huius,& ſeq. ſed addit Bal.quod occaſionem tribuit,vt id repeterem , illud quidem eſſe remedium ordinariũ, hoc extraordinarium,ſiue ſubſidiarium.Multum autem intereſt,ſitne aliquod remedium ordinarium,an extraordinarium:vt patet ex iis quæ diximus ſuprà in gl.libertis,verſi.cxiiij.inci.ſuperioribus quoque rationibus,& aliis multis. *Tutũ eſſe ipſo iure eſt plenius ius,quàm tutũ eſſe ope reſtitutionis in integrum.*

408 ¶Sed hîc velim intelligas,candide lector , aliquid dici ipſo iure fieri , cùm ſignificamus rem eſſe latæ ſententiæ,ad differentiam eius quod fit per ſententiam:& de hoc ſuprà maxima ex parte locuti ſumus.Item cũ intelligimus aliquid fieri ſine ope exceptionis,vt in l.ſi ſine.§. ſi procurator. ff.rem rat.hab.cùm dicitur,domino ipſo iure,aut per exceptionẽ actio inutilis eſt. { & in l.ſi rem. §.ſi duplæ.ff.de euictio.& l.cõuento.ff.de tute.& ratio.diſtra.& l.qui ſeruum.§.ſi is cui.ff.de actio. & obli.& l.ſcire oportet.§.vlt.ff.de excuſ.tuto.& l.nec ex contrario.ff.de reg.iur. } & alibi ſæpe in noſtris legibus.Denique cùm etiã ſignificamus aliquid nullum eſſe ipſo iure , nec opus eſſe reſtitutione in integrum , vel tuitione prætoris, vel etiam appellatione,vel de reuocatoria, { vel ceſſione,vel traditione,vel excuſatione.} Vt de primo videmus in tit.C. de prædi.minor. { & in l.in cauſæ,la ij.in prin.ff.de minor.& l.ſi vſusfructus.§.j.ff. vſusfru. quẽadmod.caue.De ſecũdo,quod non longè abeſt,in l.j.§.idem Põponius.ff.quod fal.tut.aut.vbi ita ſcribitur.tũc enim valebit per prætoris tuitionẽ,non ipſo iure.De tertio,in tit.quando prouo.nõ eſt neceſ.De quarto,in tit.ſi in frau.patro.De quinto,apud Bald.in l.vlt.C.de manu.teſta. dum dicit,quòd vbicunque in lege vel ſtatuto dicitur,quòd ex ſtipulatione alterius quæritur actio,ſemper intelligitur ipſo iure ſine ceſſione.quod dictum,vt id dicam obiter,dicit ſing.Fran.Aret.in l.cauſa cognita.ff. de vulg.& pupil. vnde & illud quæri ſolet , vtrùm ex ſtipulatione notarij quæratur ipſo iure ſine ceſsione.de quo per Bar.in l.ij.ff.rem pupil.ſalu.forè,cum concord.à me collectis in tractatu de iure cõſtituti poſſeſſorij,in iij.parte,in xxx.limitat.De ſexto in l.vlt.C.de ſacroſ.eccle.& l.j.ff.pro ſocio,cũ ſim. De ſeptimo in d.l.ſcire oportet.§.vlt.ff.de excu.tuto.& aliis multis in eo.tit.Ne tamen omittam aliis quoque modis ipſo iure dici,qui ad hunc tractatum non pertinent. quos tu,ſi lubet , videre poteris apud Bal.in l.ſub conditione,col.ij.verſi.& ſecundum eſt.ff.de condi.indeb. *Aliquid ipſo iure fieri,quo modo ſit intelligendum.*

409 ¶Sed tamen illud ſcire debes,ea illa omnia,quæ ſigillatim ſuprà deduximus, ex eodẽ propè fonte manare, in eundemque effectum ferè abire.{ nam non ob aliud proponitur exceptio , quàm vt ſententia ſequatur:nec item ob aliud reſtitutio petitur,aut appellatio interponitur, quàm vt ſententia quoque in id ſequatur, quæ reſcindat quod actum eſt. { Et ſic quoque de cæteris. } Quod ideo huc adiecimus , ne mireris quædam nos diſcrimina poſuiſſe { quæ ad multa quæ ſuprà diximus & dicemus poſtea priuatim pertinent.} *De eadem re.*

410 ¶Quinquageſimumquartum,ſi ſtatuto caueatur vt contra inſtrumentũ nulla exceptio ſiue defenſio admittatur,intelligitur de defenſionibus, quæ ipſo iure nõ tollunt actionem.Aliæ enim quæ ipſo iure eam perimunt,opponi poſſunt non obſtante eo ſtatuto. Ita voluit Bald.in l.ſi non fortem.§.j.verſic.ſed quid de exceptione pacti.& ſeq.verſic.& iterum verſic.ſed quid de exceptione nouationis.ff.de condi.indeb.Et facit quod & ipſe Bal.ſcribit in l.ſi cauſam.quæ eſt ij.col.j.verſic. extra quæro.C.de execu.rei iudic.& Imo.in l.vlt.col.8.ff.à qui.ap.non licet. *Vtrũ ſtatuto caueri poßit ut contra inſtrumentum nulla exceptio admittatur.*

411 ¶Quinquageſimumquintum,quòd licet ius ciuile poſsit aliquid tollere ipſo iure, ius tamen prætorium non poſſe,etiam ſi exprimeret.§.quos autem.Inſtit.de bono.poſſeſſ. gl.in l.in ſubſtitutione,in verbo,fortè,in fi.vbi omnes eam ſequuntur.ff.de vulg.& pup.ſubſti. & omniũ expreſsiſsimè Iaſ.in l.j.§.ſublata,in vtraque lect.col.j.ff.ad ſenatuſcon. Trebel.poteſt tamen inducere quòd vbi ipſo iure non competit obligatio ciuilis & naturalis ex lege ciuili , etiam nullum ius ipſo iure competat ex eodem iure prætorio,per tex.in l.generaliter.vbi Franc. Aret.id expendit in j.not.ff. de verb. oblig. *Ius ciuile licet poßit tollere aliquid ipſo iure, ius prætorium tamen id non poteſt.*

412 ¶Quinquageſimumſextum,licèt dubium ſit,an cùm notarius deliquit in officio ſiue aliter,vnde contraxit infamiam,poſsit poſtea conficere inſtrumenta,& eis credendum ſit,præſertim ante interdictionem iudicis, de quo per gl.& Bal.in l.ij.§.miles.ff.de his qui not.infam.& gl.in §.penul. *An notarius qui propter delictum in*

*officio cõtraxit infamiã, poſſit poſtea conficere inſtrumenta.*

in verbo,ipſis,in auth.de tabel.Inn.in c.fraternitatis,de hæret.Specu.tit.de inſtr.edi.§.reſtat,verſi. quid ſi tabellio.Bar.in l.eadem.§.hac lege.ff.ad leg.Iul.repe.& conſi.clxxiiij.Ser.Ioannes,& Bald. in l.cunctos populos,colum.5. verſicu.ſed in infamia tabellionis.C.de ſumma trinitate. & Paul. Caſt.conſi.ciiij.ponitur in facto,in j.dubio,lib.2.cum ſimilib.Tamen illud propè conuenit,v ſi crimen ſit notorium,& tale quidem,ex quo ipſo iure ſit priuatus officio, nõ valeant inſtrumẽta ab eo confecta etiam ante ſententiam: ſecus ſi non ipſo iure ſit priuatus,ſed tantum ſit priuandus,vt per Bald.in l.& militibus.C.de teſta.mil.& Paul.Caſt.conſi. clxviij.ſuper primo dubio,in iij.dubio,lib.j.& conſi.clxxx.ſuper eo quod primo loco quæritur,col.3.verſi.vlterius etiam videtur,eo.lib.1.Et idem dici poteſt de cæteris officiis ſiue muneribus.

413 ¶Quinquageſimumſeptimum,inter alias qualitates exceptionũ quæ litis ingreſſum impediunt, hæc vna eſt,quando ipſo iure concludit agenti non competere actionem,per l.ſi pupilli.§.vlt. ff. de nego.geſt.& l.cum quærebatur,verſi.proinde.ff.iudi.ſol.& voluit Bar.in l.nam & poſtea.ff. de iureiur.& Paul.Caſt.conſi.ccxxj.antequam veniam ad dicta dubia,ad fin.lib.2.

414 *Quod nullum eſt ipſo iure, tractu temporis non confirmatur.*

¶Quinquageſimumoctauum,quod nullum eſt ipſo iure,tractu temporis non cõfirmatur, etiam amoto impedimento,quod nullum ipſum reddebat.Secus ſi actus non erat nullus:ſed tantũ annullandus:verbi gratia,ſi teſtis productus erat excõmunicatus,ſed dum deponit, erat abſolutus, non valet teſtimonium:cùm ipſo iure à teſtimonio repellatur. Sed ſi teſtis inimicus producitur, ante autem depoſitionem redeat in gratiam,valet teſtimonium , cũ non niſi ope exceptionis repelleretur,& ſuperuenerit extremum cõfirmans,arg.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. Hæc Bal.in c.quoniam contra falſam,col.3.verſi.ſed obiicitur.extra de probationibus. Sed & hoc ante eum voluit gl.ordinaria in c.non firmatur,de reg.iur.libr.vj.De quo & tu vide latè per Phil.Dec. in l.quod in initio.ff.cod.tit.

415 *Quod ab initio ipſo iure nullũ eſt,ratificari non poteſt.*

¶Quinquageſimumnonum,quod præcedenti adfine eſt, quòd ab initio nullum eſt ipſo iure,ratificari non poteſt,licèt cætera regulariter poſsint,ſecundum gl.in c.cum nos,in gl.vlt.in fi.& ibi etiam Hoſt.paulò poſt medium,extra de his quæ fiũt à prælat.fine conſen.cap.Hoſt.& Io. And. in c.j.in prin.eo.tit.& Bar.in l.obſeruare.ff.de offic.proconſ.Pet.Anch.conſi.cxxij. ex narratis in facto,ante fin.Alex.conſi.lxxxviij.viſo & diligenter ponderato , col.5.verſi.iiij.reſpondeo,lib.5.& probatur ex c.auditis,& ibi gl.in verbo,poſt facto,Inn.& alij,extra de elect.{& in id quoque citatur c.nonnulli,& c.ex parte decani,de reſcrip.

416 *De eadem re.*

¶Quod qualiter intelligatur,} vide per Fran. Aret.conſi.cxxvij. eximie domine,col.2.& Philip. Dec.in l.ſemper qui non prohibet,col.3.verſi.quartò regula.ff.de reg.iur. { & conſi.ccclxvij. viſo puncto,col.2.verſic.quia reſpondetur. } vbi alios antiquiores citant.Nempe vt quod nullum eſt ipſo iure , ratificari non poſsit,vt retrotrahatur: ſed poteſt vt à tempore tantùm conſenſus ſiue ratificationis habeat effectũ.Super quo etiam vide c.cura,extrà,de iure patro.vbi actus erat ipſo iure nullus,vt ſtatim in ſeq.verſicu.dicemus.& tamen vim obtinere poteſt ex conſenſu ſequente epiſcopi,vt patet ex verbis,aut diœceſani epiſcopi habuerit poſtea conſenſum.Ibique Panor.dicit quòd in eo caſu actus valebit exnunc,non extunc. {Et vide etiam Lucam Pen.in l.ij.col.2.verſi. ſciendum eſt etiam.C.de iure fiſci.libr.10.vbi & ad hoc alia quædam allegat.Et ante hos omnes vide Bald.conſi.ccccxvij.primum dubium,in illo ipſo primo dubio,libr.2.vbi multis oſtendit,id quod nullum eſt ipſo iure ratificari poſſe. }

417 *Contractus ipſo iure nullus, non præſtat titulum præſcribendi.*

¶Sexageſimum, contractus ipſo iure nullus non præſtat titulum præſcribendi, licet aliàs ſecus, ex ſententia Hoſt.& Io.And.in d.c.j.poſt princ.extra de his quæ fiunt à præla.fine conſ.cap.Tamen contrarium apertè innuitur in c.cura,de iure patr.Nam illic cõceſsio erat ipſo iure nulla,vt patet ex verbis,huiuſmodi cõceſsiones penitus irritas eſſe cenſemus.& tamen illic procedit præſcriptio,vt patet ex verbis,niſi legitima fuerit præſcriptione munitus.Tu omnino vide doct.ibi.

418 *Confirmãs licèt nihil uideatur dare, fallit tamen ſi confirmat actum ipſo iure nullum.*

¶Sexageſimumprimum,licèt cõfirmans nihil dare videatur.l.vnum ex familia.§.j.ff.de leg.ij.cum ſimil.fallit tamen ſi cõfirmat actum ipſo iure nullum.nam is dare videtur, & cenſetur actus nouus.l.adoptio.ff.de adopt.l.legata inutiliter.ff.de lega.j.& l.Tribunus.§.vlt.ff.de mili.teſta.Ita poſt Guil.voluit Bar.in l.more maiorum,in j.op.& ibi quoque Bal.col.2.verſ.& quia eſt via.vbi etiam dicit Cyn.idem voluiſſe. { ff.de iuriſdi.om.iudi.} & ſequuntur recentiores ibi qui adferunt concor.præſertim Soc.Iaſ.& Franc.Purp.Quibus adde { Rom.conſi.xcviij.quò ad id de quo,in prin. & } Fran.Aret.d.conſi.cxxvij.col.2.verſi.ſecundò hoc probatur.

419 *Ignorantia iuris.*

¶Sexageſimumſecundum , licet ignorantia iuris mulierem plerunque excuſet.l.ſi adulterium.§. fratres.ff.de adult.cum ſimil.hoc tamen intelligitur in pœnis, quæ ipſo iure non irrogantur , ſed ſententiam hominis requirunt. In his autem quæ ipſo iure imponuntur, ignoratia iuris eas non excuſat.Bal.in l.liberorum.§.notatur.ff.de his qui no.infam.per glo.ibi,quam dicit multùm ſingularem,quæ tamen hoc non dicit,ſed aliud quippiam,de quo diximus ſuprà in xvj.differentia, nu.332.decimoſeptimo infamia,vbi videre poteris.

420 *Allegare turpitudinẽ ſuam an quis poſſit.*

¶Sexageſimumtertium , licèt quis non poſsit allegare ſuam ipſius turpitudinem.l.cùm profitearis.C.de reuoc.don.& l.ſi creditoribus.C.de ſer.pign.da.manu.& c.inter dilectos, cum concord. vbique à glo.citatis, id tamen non procedit,cùm turpitudo talis eſt,vt per eam concludatur ius actori ipſo iure non cõpetere,vt nuncupatim voluit Caro.Ruin.conſi.lxxij.primò videtur, col.j. nu.2.lib.5.in id allegans Cardi.Floren.Imo.& Panor.in d.c.inter dilectos, de donat.qui tamen id





non dicunt,ſed aliud,vt ibi per eos videre poteris. At idipſum nũcupatim voluit Bal. quem ipſe non allegat,in repet.l.ij.col.29.verſi.ad ſolutionem iſtius quæſtionis,ff.de iureiur.per l. quemadmodum.C.de agricol.& cenſit.lib.xj.

421 ¶Sexageſimumquartum,in eo quod quæritur,an qui reſtituitur propter impedimẽtum, reſtituatur pro rata temporis impedimenti,ad totum tempus,habemus gl.no.in c.ſi electio,in glo.vlti.de elect.libr.vj.Quòd ſi quis reſtituatur ipſo iure ſine miniſterio iudicis,ad integrum tempus reſtituitur, & ſi vno tantũ die fuerit impeditus: vbi tamen illi ſuccurritur per viam reſtitutionis , & miniſterio iudicis,tunc non habet niſi tantũ tempus,quantum amiſit,per iura quæ ibi allegat , & ſequitur,& alios alleg.Fely.in c.ex ratione,col.2.verſic.quintò dum intricatè,de reſcri.vbi & hoc duobus modis limitat,vt ibi videre poteris.

422 ¶Sexageſimumquintum , licèt dubium ſit, an admittatur excipiens contra perſonam electi poſt confirmationem,idque recipiat multas declarationes & diſtinctiones,tamen id haud dubiè tenetur illum ſemper admitti,cùm opponitur exceptio,per quam(ſi vera eſt) eſſet ipſo iure priuatus, vt hæreſis,& ſimilia,arg.c.quo iure,viij.diſt.& c.accepta,de reſtit.ſpol.licèt ſecus,ſi non ipſo iure in multis caſibus , etiam ſi crimina eſſent grauia,vt homicidium,periurium, adulterium, per l.ad probationem.C.de probat.cum ſimil.Ita enim voluit Ioan.And.poſt Compoſt.in c. quod ſicut, col.pen.verſi.ſed ſi dicitur,extra de elect.

*Excipiẽs contra perſonam electi an admittatur.*

423 ¶Sexageſimumſextum,cùm quæritur an citatus à iudice incompetente teneatur comparere , allegaturus illius incompetentiam,inter cæteras diſtinctiones illa eſt,quòd aut ipſo iure deficit iuriſdictio illius, & tunc citatus,ſi notorium eſt , comparere non tenetur:nec valebit proceſſus factus contra illum. Aut ope exceptionis potuit ſe ſubtrahere ab illius iuriſdictione , vt in caſu l.j. C.quando inter pupil.& tut.& in authen.habita.C.ne fil.pro pat.& tunc tenetur comparere & excipere,aliàs valebit proceſſus factus contra eum,per l.ij.§.legatis,& l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi. Ita enim voluit ipſe Io.And.in addit.Spec.tit.de cita.§.j.in prin.

*Citatus à iudice incompetente an teneatur comparere.*

424 ¶Sexageſimumſeptimum,quando ex cauſa tranſactionis reus eſt ipſo iure liberatus, tunc poterit pœna peti & actor repelli exceptione tranſactionis, per text.in l.vbi pactum,ſecundum communem lecturam C.de tranſact.At ſi reus non ipſo iure,ſed ope exceptionis eſt liberatus,ſecus:quia ſi pœna petitur,contra exceptionem datur replicatio,per l.cùm proponas, eo.titu.ſuper quo vide omnino doct.omnes vtrobique.

*Actor quãdo repellatur iure trãſactionis.*

425 ¶Sexageſimumoctauum , quando caput ſiue remedium incompetens eſt nullum ipſo iure, tunc ſufficit ignorantia iuris,ad hoc,vt quis non videatur renuntiaſſe remedio competenti:ſed quãdo actus qui fit,vel approbatur,eſt validus ipſo iure,poteſt tamen impugnari,tunc fauore teſtamẽti, vt inſtitutio & voluntas teſtatoris ſeruetur,quantum fieri poteſt,etiam error iuris præiudicat, vt retractari non poſsit,tex.eſt vtrunque probans in l.poſt legatum,in prin.& ibi Bar.col.j.ff.de his quibus vt indig.& quem in id dicit ſingu.Franc.Aret.in l.Clodius,col.2.verſic.quærit ibi gl.ff.de acquir.hære.Et bene facit l.ſi patronus,in vlt.membro.ff.ſi quid in fraud.patro.quam etiam allegant Bar.& Aret.vbi ſuprà.

*Iuris ignorantia quãdo ſufficiat.*

426 ¶Sexageſimumnonum,quando pœna infertur ipſo iure,tunc res iudicata dicitur, confeſtim quã ſententia lata eſt,non expectatis decem illis diebus,intra quos appellari poteſt:aliàs ſecus , vt videre licet ex glo.& Bart.in l.furti.§.j.ff. de his qui not.infam. & in l.qui vltimo.ff.de pœn.& ipſe Bar.in l.j.ff.de re iud.& Fran.Aret.in l.qui à latronibus.§.ſi quis in capitali,col.3. verſi.ſed iſte intellectus.ff.de teſta.ex quibus planè intelliges,quem effectum hæc differentia habeat.

*Pœna quando infertur ipſo iure, tunc res iudicata dicitur.*

427 ¶Septuageſimum,cùm fertur ſententia contra abſentem,pro eo qui non habet actionem ipſo iure,& ſcit actionẽ ſibi non cõpetere,ſemper ea ſententia nulla eſt ipſo iure,licèt ſibi cõpetat actio, ſed per exceptionem elidi poteſt,valet ſententia:de quo quia longa eſt controuerſia inter noſtrates,ne te ſic diutius detineam,vide canoniſtas in c.ſi duobus,de appel.Bar.in l.abſentem,in iiij. q. ff.de pœn.Alex.& Fran.Are.poſt alios in l.ſi is ad quem.ff.de acqui.hæred.

*Sententia lata à iudice quando ipſo iure nulla ſit.*

428 ¶Septuageſimumprimum aſſumitur ex l.neceſſariis.ff. de acquir.hæred.vbi ſui hæredes poſt immixtionem non habent abſtinendi beneficium, niſi ea immixtio ſit ipſo iure nulla.Ita enim eam l.intelligit Bal.ibi,ſuper quo vide omnes ſcribentes in eo loco.

429 ¶Septuageſimumſecundum,cùm quæritur an cùm teſtator inſtituit duos hæredes: alterum incapacem,in eo quod capere poteſt vel etiam in re quapiam:alterum in reſiduo,an hic totum habebit,nécne? Sunt qui diſtinguunt,an ille ipſo iure capere non poterat,an ipſo iure , de quo tu vide Cy.& Alber.poſt Petr.in l.pater,quæ eſt ij.C.de hæred.inſtit.Et hinc occaſione ſumpta,rixantur an ſpurius ſit ipſo iure incapax,de quo in l.hæreditas.C.de his quib.vt indig.ſed & tu de hoc vide Corn.in d.l.ij.& de hoc quoque nonnihil per Bal.in l.ſi is qui.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.

*Spurius an ipſo iure ſit incapax.*

430 ¶Septuageſimumtertium dubium eſt , vtrùm ante ſecundam ſtipulationem pœnalem cõmiſſam poſsit agi ad id quod venit ex prima veſtita,in qua re gl.noſtræ ſunt contrariæ ; & habent vtræque ſuos ſectatores.At Bart.in l.ita ſtipulatus,col.vlti.ita diſtinguit. Nã aut pœnalis ſtipulatio ſequens nouat primã ope exceptionis,& tũc poſsit agere,vt ſaltem valeat ſententia,ſi non oppoſitum fuerit.l.ſi fideiuſſor.ff.manda.nec enim poteſt poſt latam ſententiã, talem exceptionem opponere, niſi in caſibus notatis in l.j.C.de iuris & fact.ignor.Aut nouat ipſo iure,& tunc non valet ſententia per not.in l. vbi pactum.C. de tranſactio.& hoc admodum conuenit cum eo quod

*An ante ſecũdam ſtipulationem pœnalem commiſſam poſſit agi ad id quod uenit ex prima ueſtita.*

diximus in xx.diſcrimine,& vide etiam quod dicemus in lxxvij.diſcrimine.

*Reſcriptum quando ipſo iure nullũ reddatur.*

431 ¶Septuageſimumquartum,ſi impetrans reſcriptum , per ignorantiam quicquam obrepſit,iudex etiam delegatus cognoſcet de principali,non ſi per malitiam,vt no.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius.Sed hoc intelligit Io.Fab.ibi,quãtum ad primum caput, niſi eſſet talis ſubreptio qua probata,reſcriptum ipſo iure nullum redderetur,vt in c.ſtatutum,de reſcript.lib.6. Nam iudex non cognoſcet de principali,etiam ſi per ignorantiam ſubreptum fuerit.

432 ¶Septuageſimumquintum,in illa quæſt.tenebricoſa, an ſi dominus condonauerit culpam vaſallo,ob quam feudo priuatur,ſit tunc feudum cenſendum nouum,veluti de nouo conceſſum: an antiquum,vt prius erat? ſunt qui diſtingunt,an ea erat culpa,quæ ipſo iure vaſallum priuabat,an non ipſo iure,de quo tu vide Andr.Iſern.Iac.Aluar.Marti.Laud.& Cardi.Alex.in c.j.tit.de vaſal. decrep.ætat.& plurimos quos tibi longo ordine retuli ſuprà in ead.gloſ.nu.12.ex his autem, & in tracta.Retractuum,tit.j.§.xxxij.gl.j.nu.29.quid autem de feudo.Ex quibus multos comperies id quod diximus ſcribentes:& inter alios,ne te diutius detineamus omnes ſigillatim conquirendo, Bal.in c.ſuper,col.2.verſi.quæro ſi vaſallus,tit.de prohib.feud.aliena.per Feder.

*Pœna quæ ipſo iure infligitur, an poßit commutari.*

433 ¶Septuageſimumſextum,quod voluit idem Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior,col.vltima, verſiculo vlteriùs circa noſtram.ff.de his qui not.infa.in priori lectu.quòd nunquam poteſt per iudicem commutari pœna,quæ ipſo iure à lege infligitur,in aliam,per l.palam,in fi.ff.de rit.nupt.licèt nonnunquam vna pœna in aliam commutari poſsit,vt not.in d.§.pœna grauior.

434 ¶Septuageſimumſeptimum , qui ipſo iure tutus eſt,non habet neceſſe opponere : qui verò ope exceptionis,neceſſe eſt illi eam exceptionem opponere , alioquin condemnabitur,& valebit ſententia,Bald.in l.ſi cum exceptione.in princ.ff.quod quiſque iur.in j.lect. Et id quidem propemodum ei ſimile eſt quod diximus ſupra in xx.diſcrimine & iterum in lxxiij.

*An actus inualidus confirmari poßit.*

435 ¶Septuageſimumoctauum,quia à noſtris tractatur,an actus inualidus confirmari poſsit , tũ alibi ſæpe,tum in l.legitima.ff.de pact.Bal.ibi,col.vlti.verſic.ſed oppo.dicitur,ita diſtinguit. Aut deficit actus propter inhabilitatem perſonæ,aut propter defectum formæ , aut propter defectum cauſæ. Primo caſu,aut eſt talis perſona,in quã actio nõ cadit ipſo iure,& tunc cõfirmari nõ poteſt.l.j.§. ſi filius.ff.de leg.iij. niſi cauſa confirmans ſuperueniat tempore habili & de nouo.l.ſi minor.ff. de ſer.export. Aut eſt perſona in qua actus ſuſtentari poſsit ipſo iure,ſed ei obſtat exceptio , & tunc poteſt confirmari.non quòd per ſe ipſum cõfirmetur: ſed per cauſam confirmantem.l.ſi mulier. C.ad ſenatuſ.Velle.Secundo caſu cùm eſt defectus formæ,& cætera,quæ omitto ad hunc locum minimè pertinentia, ſed id habet neſcio quid confine cum lviij.& lix.diſcriminibus,vt ibi videre poteris.

*An dolus cũ dolo compenſetur.*

436 ¶Septuageſimumnonum,cùm tractatur,an dolus cum dolo compenſetur, Bald.in l.cum mulier, col.3.in xij.q.ff.ſol.mat.hanc inter cæteras diſtinctiones poſt Dy.& Iac.Are.ponit.nam aut agitur criminaliter,aut ciuiliter,ſi primum,aut loquimur de compenſatione pœnæ extinctiua,& nõ fit.l. ij.§.ſi publico.ff.de adul.aut de compenſatione excluſiua perſonæ,cui dolus obiicitur ad eã repellendam,& tunc refert,an compenſatio fiat ipſo iure,& non fit:aut ope exceptionis,& tunc iterũ refert,an exceptio opponitur poſt litem conteſtatam & cætera,quæ ibi videre poteris.

*Reſtitutio in integrum an poßit incidenter peti.*

437 ¶Octuageſimum,quia quæſitum eſt,an reſtitutio in integrum poſsit incidenter peti,Bal.in l.nam & poſtea.§.ſi minor, col.j.verſic.& ideo cùm quæritur.ff.de iureiur. Si minor,inquit, læſus eſt in iudicio,aut actus lędens perimit ius minoris ipſo iure,quia renuntiauit actioni,quæ ipſo iure tollitur,tunc non poteſt incidenter reſtitutionem petere,ſed neceſſe eſt, vt principaliter petat , quia per modum replicationis non poſſet,cùm actionem non habeat,arg.no.in l.lecta.ff.ſi cer.pet. & in l.vbi pactum.C.de tranſ.& in l.cum à te,in gl.ff.de dol.mal.Si autem non perimit ipſo iure, & tunc aut ſimpliciter replicat,& non poteſt,arg.leg.necnon.§.exceptio.ff.ex quib.cauſ.maior. Aut petit reſtitutionem, & poteſt,per d.§.ſi minor.Quid autem in contractu & præſcriptiòne, ibi videbis.neque enim ad hunc locum pertinet.

438 ¶Octuageſimumprimum,pœnæ pecuniariæ impoſitæ ratione delicti & poſtea ipſo iure ſublatæ, renaſci non poſſunt,ſi veniunt ratione contumaciæ vel pacti. Si verò non ſint ipſo iure ſublatæ, ſemper poſſunt inſtaurari ope replicationis.l.pacta nouiſsima.C.de pact.& voluit Bald.qui & alia multa iura in id citauit,in l.ſi quis accepto.ff.de cond.cau.da.

439 ¶Octuageſimumſecundum , dubitatur à multis an naturaliter obligatus reſtitui poſſet aduerſus naturalem obligationem,qua in re nonnulli dicunt reſtituendum , niſi ſit tutus ipſo iure,de quo in l.Marcellus.ff.de condi.indebi. & in l.iij.§.pupillus.ff.de nego.geſt.per Cyn.in l. indebito,C.ſi aduer.ſolu.& Bal.in l.interdum.ff.de condi.indeb.

*Iuris ac facti executio quãdo nullũ habeat effectũ.*

440 ¶Octuageſimumtertium,cùm pœna ipſo iure infligitur,ea non imponitur delinquenti extra territorium,quia nec iuris nec facti executio ibi celebrari poteſt.ca.vt animarum, de conſtit.lib.6. Si autem non ipſo iure, ſed per ſententiam,& hæc poteſt infligi ſubdito delinquenti extra territorium,quia ſumit effectum intra territorium:& de natura ſententiæ iudicis eſt,vt poſsit ligare abſentem,vt qui ratione contumaciæ pro præſente habetur,authen.qua in prouinc.C.vbi de crimi. agi opor.& faciunt no.in l.amiſsione.§.qui deficiunt.ff. de ca.dimi.& in l.ij.C. de eunuch.& in l. mercatores.C. de commer.& mercat.Hæc Bald.in l.j.col.antep.verſi.viſo an forenſis.C. de ſum. Trini.ſed tu de hoc vide pleniùs Dom.poſt alios à ſe citatos in d.c.vt animarum,col.ij.

Octua



441 ¶Octuageſimumquartum , vbi ipſo iure lata eſt ſententia per legem , non poteſt ficta ſiue præſumpta confeſsio reuocari prætextu erroris.l.quoniam.ff.de his qui no.infa. & l.ſi tutor.C.de interd.matri.licèt aliàs reuocari poſsit l.diui.ff. de pœn.& in §. ſi verò in auth.de exhib.reis. Hæc idem Bal.in l.error,paulò ante finem.C.de iur.& fact.ignor.

442 ¶Octuageſimumquintum, ſi ſocius omnium bonorum emit de pecunia communi , res non eſt communis ipſo iure,ſed per actionem pro ſocio tenetur eam communicare, vel pecuniam reſtituere,per l.ſi quis ſocietatem,in ij.reſpon.ff.pro ſoc.& l.Titiũ & Meuium.ff.de admi.tut. cum ſimi.Et hoc eſt magni effectus,vt dicit Bald.in l.j.ad fin.C.ſi quis alter.vel ſibi,quia ſi quis interim alienaret,in alium transferret dominium,nec poſſet emptor cõueniri,cùm res non ſit cõmunis, ſed communicanda,nec perſonalis actio ſequitur fundum l.cogi.§. quæritur.ff.ad Treb. & l.cùm fundo,& ibi Bal.ff.de ſeruit.ruſti.præd.& l.eum cui.C.de act.& obli.cum ſimili.Etiam ſi obligatio perſonalis ſit contracta reſpectu rei.l.quædam.§. nihil intereſt.& l.vlti.§.j.ff. de contrahen.empt. cum aliis multis concord.à me collectis in tract.retract.lib.j.§.viij.in gloſ.v.num.7.incip.id quod procedit.

*Socius omniũ bonorum ſi emerit aliquid de pecunia cõmuni, an res empta ſit communis.*

443 ¶Octuageſimumſextum,ſublato principali ipſo iure,funditus ſublatum eſt acceſſorium,quia per ſe ſtare non poteſt,& ita habet locum l.cùm principalis.ff.de reg.iur.cum ſimil.Secus ſi non ipſo iure,ſed tãtùm per exceptionem.l.eos.C.de vſur.Ita voluit Iac.Bu.in l.ij.C.de luitio. pign.quem refert Bald.ibi , qui tamen dicit poſſe dici quòd in d.l.eos.vſuræ erant deductæ in ſtipulationem. Ideoque perempta ſorte principali,nõ ideo perimuntur, cum per ſe ſtent ex illa ſtipulatione per leg.j.C.de iudic.Sed tu de hoc vide latiùs Cyn. & Alber.in d.l.ij.quam vnam legunt ex toto illo tit.Et hæc addas ad Phil.Dec.in d.l.cùm principalis.

*Sublato principali iure ſublatum eſt & acceſſorium.*

444 ¶Octuageſimumſeptimum,quia quæri ſolet , an vitiato principali vitietur & iuramentum ſuper eo appoſitum,in qua re noſtri & legiſtæ & canoniſtæ digladiantur vbique, inter cæteras autẽ diſtinctiones,quæ huc afferuntur,ea vna eſt de iure ciuili.Nam aut aliquid eſt prohibitum ipſo iure & in effectu,& tunc id non confirmatur iuramento , per l.non dubium.C. de legib. Aut ipſo iure eſt aliquid,ſed non cum effectu, & tunc iuramentum ſupplet circa effectum , vt non poſsit impugnari,vt in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vendi.Hæc Bal.in d.l.non dubium , col. antepen.in xvij.oppo.vbi hinc ſequi dicit quòd ſi contractus minoris vel maioris valet ipſo iure, iuramentum tollit ei omne iuris beneficium in iure ſingulari , cuiuſmodi eſt beneficium reſtitutionis in integrum.

*Vitiato principali, an uitietur iuramẽtum ſuper eo appoſitum.*

445 ¶Octuageſimumoctauum,non longè ab illis diſtat quod ſcribit idem Bald.conſil.cccx.ſuper eo quod quæritur poſt medium lib.2.quòd quãdo iudicium eſt ipſo iure nullum,ſi non valet principale non valet iuramentũ.l.ſi quis inquilinus.§.vlti.ff.de leg.j.& arg.l.ſi minor.ff. de ſer.export. Nec obſtat,inquit,auth.ſacra.publ.quia ea loquitur de contractibus, vbi ex conſenſu oritur obligatio naturalis , & ideo poteſt accedere fomentum iuramenti , ſed in iudiciis talis obligatio non oritur.l.Iulianus.ff.de condict.indeb.quia ea redduntur in inuitum.l.inter ſtipulantem.§.ſacram. ff.de verborum obligat. Sed quantum ad contractus pertinet , an ſcilicet iuramentum confirmet contractum ipſo iure nullum , vide quæ ſcripſimus in noſtris legibus connubialibus , in gl.iij.in verbo,*ne peult*, nu.25.ex his quoque,& ſeq.vſque ad fi.eius gl.

*Iudiciũ quando eſt ipſo iure nullũ, non ualet iuramentum.*

446 ¶Octuageſimumnonum,in his quæ ipſo iure conceſſa ſunt,non neceſſe eſt adire iudicẽ,vt in cæteris rebus.l.j.§.hoc autem Senatus.ff. de ſer.fugit.licèt tamen poſsit officium iudicis , ſi de facto expedit implorari,vt no.in l.ij.C.de iure emphy.& in l.iij.C.de pign.nã tutiùs fit quod autoritate iudicis fit.Spec.tit.de feud.§.j.verſic.xviij.quæritur.& in hoc debent iudices ſe faciles præſtare, & interdum ſine citatione alicuius,ne fuga inſtruatur, vt not.Iaco.But.in l.conſentaneũ.C.quomo. & quand.iud.Bar.in l.ait prætor.§.qui debitorem.ff.quæ in fraud.cred.& facit quod idem not.in l.ſi quis ſeruitute.ff.de furt.& Imo.in c.vt fama,de ſen.excom.& Io.And.in c.cùm nõ ab homine, de iudi.& ſic iudex per modum voluntariæ iuriſdictionis hoc concedit, per not.in §.multis, Inſt.de liberti.& in l.iij.§.j.ff.de bono.poſſeſ.Hæc Bal.in l.requirendi,in prin.C.de ſer.fugit.

*In his quæ ipſo iure conceſſa ſunt, nõ eſt neceſſe adire iudicem.*

447 ¶Nonageſimum,ſi in venditione adhibitus fuerit dolus in minùs vendendo,tenet venditio, ſed poteſt ſuppleri iuſtum pretium per emptorem.l.diligenter.ff. mand.& leg.Iulianus.§. ſi venditor. ff.de act.empt.Sed hoc verum eſt,cùm venditio nõ eſt vlla ipſo iure.quòd ſi talis ſit,ea ſuppletio locum non habet.l.j.C.ſi vend.pigno.agat.& voluit Bal.cuius hæc ſunt,in l.cum contra,eo.tit.

*Dolus ſi in uẽditione ſit adhibitus, an uẽditio ualeat.*

448 ¶Nonageſimumprimum , dum quæritur vtrùm valeat impetratio dignitatis vel beneficij , non facta mentione poſſeſsionis aduerſarij.Idem Bald.conſi.ccclxxxviij.inſuper quæritur.lib.1.ita diſtinguit.Aut poſſeſſor non habet titulum ſaltem coloratum,& valet impetratio:aut habet,& tunc aut titulus eſt ipſo iure nullus,aut per ſententiam annullandus, ſi primum quidem ſit exiſtenter vt ipſe loquitur,ſed non euidenter,& tunc aut eſt clauſula amoto quolibet illicito detentore , & valet impetratio,quia iſta clauſula æquipollet mentioni coloratæ poſſeſsionis, ex ſentẽtia Ioannis de Deo.Si autem ea clauſula non eſt,non valet impetratio,quia iſte poſſeſſor nõ poteſt amoueri ſine ſententia diffinitiua principaliter lata,& non incidenter, & ſic non habebit per modum executiuum,vt in capi.cùm noſtris , de conceſ.præb. &c. quæ tu apud ipſum Bald. videre poteris, neque enim huc aliter pertinent. Et vide interim quæ diximus ſupra in xviij. diſcrimine qui eſt in num.335.& ſeq.

*Impetratio beneficij an ualeat non facta mentione poſſeßionis aduerſarii.*

449 ¶Nonageſimumſecundum, matrimonium quod ipſo iure nullum eſt,non præſtat impedimentum iuſtis nuptiis,maximè ſi hoc declaratum fuerit,vt no.in l.non præſtat,de reg.iur.lib.vj.nam licitè contrahit nuptias,qui priores efficaciter non contraxit.l.hæc cõditio.ff.de cond.& demon. Quod tamen verum eſt,niſi Papa in primo matrimonio diſpenſaſſet,ca.literas,de reſtit.ſpo.nam tunc de non eſſe tranſiiſſet ad eſſe,& ideo aliud poſtea contrahi non poſſet.§.affinitatis,Inſtit.de nupt.Hæc ſunt Bal.conſi.xcv.punctus dubij,in j.dubio,lib.2.

*Matrimoniũ quod eſt ipſo iure nullũ, nõ impedit iuſtas nuptias.*

450 ¶Nonageſimumtertium,id quod fit per legem ipſo iure,non deſiderat ſcientiam hominis.l.apud hoſtes,C.de ſuis & leg.& l.liber homo.§.vlt.ff.de ſtipu.ſeruo. & l.ex militari.§. vlti.& l.ſeq.ff. de mil.teſt.& l.multùm intereſt.ff.de condi.& dem.& l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum.ff.de condi.ob cau. & l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pet.Ita Bal.in conſi.ccccíiij.quia dictus,in prin.lib.3.

451 ¶Nonageſimumquartum,ſi vaſallus culpam admiſerit aduerſus dominum, an poſſit illam eluere,& rem reponere in priſtinum ſtatum,ſine metu pœnæ,ſaltem antequam dominus dictarit iudicium contra eum. Et ita diſtinguitur , an pœna ipſo iure infligebatur , & non poſſit ſine conſenſu domini,vt in c.j.tit.quid iur.ſit ſi poſt aliena.& argu.c.j.§.ex hoc,tit.de feud.fœ.nam cùm à iure facta ſit executio,non iam ampliùs poteſt ſuam culpã purgare,per ea quæ diximus de moræ purgatione ſuprà in x.diſcrimine. Secus ſi pœna infligenda eſſet per ſententiam , quia ante eam poteſt purgare,ex no.in §.item mixta eſt actio,Inſt.de actio.Et ita determinat Bald.in c.j.in prin. col.ij.verſi.quid ſi vaſallus,tit.de prohib.feud.alie.per Fed.& huc quoque pertinent quæ diximus in viij.diſcrimine.

*Vaſallus ſi admiſerit culpã aduerſus dominũ, an poſſit illã eluere.*

452 ¶Nonageſimumquintum,quia quæſtionis eſt an valeant ſecundæ literæ impetratæ ſine mentione primarum,in quo Pan.ita diſtinxit in c.ex tenore,col.ij.verſ.& in gl.ibi,ego ſic diſtinguerem. Nam aut tempore ſecundarum literarum primæ erant nullæ ipſo iure,& valent ſecundæ, vndecunque ſurgat defectus,ſiue ex defectu impetrantis,ſiue alterius,per d.reg.nõ præſtat, de reg.iur. lib.6.Aut primæ erant aliquæ,ſed ex poſtfacto corruère,& tunc ſi ſunt ad beneficia , non valent. c.ſi eo tempore,de reſcri.lib.6.ſi ad lites,ſubdiſtinguit,vt ibi videre licet.Quòd ſi primæ literæ tenent,ſed poſſunt annullari per exceptionẽ,& tunc aut per exceptionem competentem tertio, & non valent,vt in caſu c.mandatum,extr.eo.titu.aut competentem ſecundo impetranti,& valent ſecundæ,arg.l.ſi dari ſtipuler.ff.de verb.obl.& l.non videtur latitare.ff. de iudi.

*Literæ ſecundæ impetratæ an ualeant ſine mentione primarum.*

453 ¶Nonageſimumſextum,agnatus cui ius eſt reuocandi alienationem factam in extraneum, id facere debet intra annum à morte alienantis,per c.Titius, tit.ſi de feud. fue.controuer.inter do.& agn.vti & in alio caſu in c.j.§.porrò,tit.qual.olim feu.alie.pot.Sed hoc intelligitur, quando alienatio ipſo iure non eſt nulla,vt in dictis locis, quòd ſi ipſo iure nulla eſt, non currit hoc tempus nec agnato nec domino,de quo loquitur d.§.porrò,vt probatur in c.j.titu.de prohib. feu.alie.per Fed.& voluerunt Marti.Laud.& Card.Alex.in d.c.Titius,vterque col. vlti.

*Agnatus cui eſt ius reuocãdi alienationẽ factã in extraneũ quãdo id facere debet.*

454 ¶Nonageſimumſeptimũ,quod ex eodem aſſumitur,ſi ea alienatio ipſo iure non valet,poteſt ſtatim agnatus vel dominus non expectata morte alienantis reuocare.l.j.§.ſed & res,tit.per quos fiat inueſtit.& c.j.verſi.alioquin , titu.de alien.feud.Quòd ſi non ſit eiuſcemodi,agi non poteſt ante mortem ipſius alienantis,ſecundum diſt.dicti ca.Titius,vbi ipſe Mart.& Card.id annotarunt.

455 ¶Nonageſimumoctauum,quod ex eodem fonte procedit,cùm alienatio eſt nulla ipſo iure,nõ eſt neceſſe alienanti agere reuocatoria,quæ datur ad reuocandum.d.§. ſed & res.ſecus ſi nõ ſit eiuſcemodi.c.j.tit.quali.olim feud.alien.pote.& voluerunt iidem Marti.& Card.in d.c.Titius,col.vlti.

456 ¶Nonageſimumnonum , ſi minor geſſerit ſe pro hærede & factus maior debitores hæreditarios exegerit,non per hoc videtur ſibi præiudicare,quin iure minoris abſtineri poſſit,cùm id fecerit ex neceſſitate præcedentis aditionis factæ in minori ætate,per leg.iij.§.ſcio.ff.de minor.Non poteſt ergo dici actus voluntarius,qui inducit aditionem.Quòd ſi quis obiiciat illum actum non videri neceſſarium,cùm minor potuiſſet petere ſe reſtitui aduerſus primam illam aditionem , vnde videri ei imputandum facto maiori, ſi non fecerit,ſed potius ipſe debitores exegerit.Ex quo enim habebat priuilegium,eo non vtendo feciſſe videtur voluntariè,non neceſſariò.l.voluntariè.C.de excu.tut.& l.ait prætor.§.permittitur.ff.de minor.& quod no.Bal.in auth.presbyteros.C. de epiſ. & cler.& in l.libertorum,col.ij.verſi.in ea gl.ibi.C.de reſti.Sed huic obiectioni ita reſpõdet Fran. Aret.in l.pro hærede.§.ſi ſepulchri,qui eſt vlti.ff.de acq.hær.vt hæc iura procedant,quando allegans priuilegium eſt tutus ipſo iure:ſecus ſi eſſet opus remedio reſcindente,vt eſt reſtitutio in integrum , tunc enim non dicitur actus geri voluntariè , per d.§.ſcio, quem monet ſemper menti tenendum.

*Non dicitur actus voluntarius,qui inducit aditionem.*

457 ¶Ex quo vnum tibi maximè annotandum monemus. quod quotidie tibi in practica continget, quod in d.§.ſcio,qui nunquam non allegatur an id quod diximus, aditio minoris non fuit nulla,& conſequenter facta ſolenniter fuit,alioquin opus non fuiſſet reſtitutione in integrũ, de qua is tex.nuncupatim loquitur,quæ tum demum competit,ſi iuris ſolennitas interuenit : ſed minor ibi conuentus eſt:quia fortè hæreditas reperitur oneroſa, neque enim id extraordinarium remedium competit,niſi cùm ordinarium deficit.l.in cauſæ cognitione etiam,in prin.ff. de minor.quæ loquitur ſpeciatim in hoc caſu , & eius ſunt hæc verba , in cauſæ cognitione etiam hoc verſatur, num fortè alia actio poſſit competere citra in integrum reſtitutionem : nam ſi communi auxilio & mero iure munitus ſit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium. Igitur ſi minor ſine vlla ſolennitate

*De eadem re.*



ſolennitate hæreditatem adiit,ob quod poteſt dicere aditionem nullam, quod eſt remedium ordinarium.Certè ſi is effectus maior debitores exegerit,aut quidpiam aliud ſimile effecerit, quod non niſi nomine hæredis facere poteſt,videtur nouo conſenſu & actu adiiſſe hæreditatem,ita vt illi iure minoris ætatis ſuccurrendum non ſit.Niſi ſi quis diceret in Gallia ſemper opus eſſe in integrum reſtitutione,quod verum non eſt: nam ſatis eſt obtinere literas regias, quibus mandetur actum declarare nullum,& in quantum opus fuerit reſcindere &c.

458 ¶Centeſimum,ex differentia eius quod nullum eſt ipſo iure,& eius quod per exceptionem tolli poteſt,fit vt ſi ſtatutum prohibeat, ne contra inſtrumentum poſſit opponi exceptio,ſi tamen id ſit nullum,poterit opponi non obſtante huiuſmodi ſtatuto,vt voluit Bart.in l.j.§.j.ff. quod vi aut clam,& eius autoritate Fran.Aret.in l.ſi dari,quam legit cum l.qui bis idem,col.j.ff.de verb.obli. hinc occaſione ſumpta quòd text.ibi appellat ſtipulationem quaſi nullam obſtante exceptione. Nam per ea verba (inquit) datur intelligi,non omnino paria eſſe, quippiam nullum eſſe ipſo iure,& exceptionem competere.

*Ratio quare contra inſtrumentum non poßit poni exceptio.*

459 ¶Centeſimumprimum,pœna legalis toties committitur,quoties iteratur idem factum.l. inficiando.§.infans.ff.de furt.ſed hoc tamen procedit,vt inibi,quoque probatur,in pœna quæ ab homine per ſententiam imponitur,ſecus ſi pœna ipſo iure imponatur, quando plura facta ſunt continuata,vt not.voluit Io.And.in c.delictum perſonæ,de reg.iur.lib.6.in Mercu.Bal.in l.ſi quis non dicam rapere,col.3.verſi.item no.aliam differentiam.C.de epiſc.& cle.& Fran.Aret.in l.ſi ſic ſtipulatus,col.3.verſi.& ad materiam.ff.de verb.obli.

*Pœna legalis toties committitur, quoties iteratur idem factum.*

460 ¶Centeſimumſecundum,cùm ſententia lata eſt contra priuilegium,quod ipſo iure tollit iuriſdictionem,non valet,quia lata eſt à non ſuo iudice.Inn.in c.ex parte in Chriſto,de verb.ſign.At ſi non ipſo iure ſed per exceptionem declinatoriam tollit iuriſdictionem, valet ſententia,vt not.in auth.habita.C.ne filius pro patre,& in c.cum perſonæ,de priuil.libr.6.hæc Bald.in l.qui autem,in additio.ff. ſi quis cautio.

*Sententia lata à non ſuo iudice, nõ ualet.*

461 ¶Centeſimumtertium , cùm iuriſdictio expirat aut ſoluitur ipſo iure,ſi id partes ſciant, & nihilominus ſponte litigant , non valet proceſſus, per l.priuatorum.C.de iuriſdict.omn.iudic. Si autem non ipſo iure,ſed ope exceptionis,valet : cùm iuriſdictionis ſubſtantia ipſo iure non ſit extincta, Paul.Caſt.in l.more maiorum,col.ij.verſi.in tex.ibi ſolui mandatum.ff.eo.titu. de iuriſdi. omnium iudic.

*Iuriſdictio cũ expirat ipſo iure , an ualeat proceſſus.*

462 ¶Centeſimumquartum,quia dubitari ſolet,an poſſit opponi exceptio , ad impediendum proceſſum ante litis conteſtationẽ,de quo latè per omnes in l.ſi quæramus.ff.de teſta.Et inter alias huius rei diſtinctiones hæc eſt,vt ſi talis exceptio ſit, quæ concludat actionem ipſo iure non competere,poſſit opponi,aliàs non poſſit.Sed quia id non indubitatum eſt,nec perpetuum,vide Bar. in l.cùm quærebatur.ff.de iudi.ſol.& omnino Franc.Aret.in d.leg.ſi quæramus, col.j.iterumque iij.verſi.adde quòd ſi tenes.

*An poßit opponi exceptio ad impediendũ proceſſum ante litis conteſtationem.*

463 ¶Alia diſcrimina(nam vt verum fatear,horum ſigillatim deſcribendorum iam me cepit faſtidiũ) intelliges ex l.ſi is qui tres,& ibi gl.in verbo,tenuit eum,& alij doct.ff.de excu.tuto.& in c.reprehenſibilis,in prin.extrà de appel.& in c.ſi quãdo,de electio.lib.6.& in c.quia periculoſum,de ſent. excom.eo.lib.6.Bart.in l.j.C.de re iudi.Bal.in l.Titia in ij.lect.col.j.ff.de inof.teſta. & in l.pater,in ij.lect.col.ij.verſi.in ea gl.ibi habere,eo.tit.& in repe.l.ij.col.16.verſi.& ideo cùm quæritur, & col. ſeq.verſi.ſed an exceptio,& rurſum col.20.verſ.ſed quid ſi reus.ff.de iureiur. & in l.iuſiurandum & ad pecunias.§.cùm res,eo.tit.& in l.ſi is qui.ff.de vulg.& pup.ſubſtit. & in l.j.col.ij.verſic.quædam ſunt pœnæ confiſcatiuæ.C.ex delic.defunct.& in l.ſi pater,in prin.C.de hære.inſtit.& in l.j. C.de re iudi.& conſi.cxix.Petrus tenebatur,poſt medium,lib.1.& conſi.ccccvij.in quæſtione, col. ij.eo.lib.1.& conſi.cl.caſus actualiter,in fi.eo.lib.2.& conſi.ccccxcix.ita ad plenum,eo.lib.2. Fran. Aret.poſt alios multos ab eo citatos,in l.ex duobus,la ij.col.pen.in x.q.præſertim verſicu.ad hoc poteſt,& verſi.& ex vtraque ſolutione.ff.de duob.reis.& omnibus vbique. vix enim finis huiuſmodi diſcriminum reperiri poſſet.

# IN EIVSDEM DONATORIS ARBITRIO.

1 IGITVR pater ipſe qui donauit,confeſtim nato filio poteſt reuocare donationem:nec mors ipſius donantis expectanda eſt,vt is filius reuocet, vt apertè indicant hæc verba , nec obſcurè voluit gloſ. vlt.& apertiùs omnes doct.hîc , è quibus Bald.in duobus locis j.lectu.itemque in ij.lect.etiam in ij.locis ſubinfert non eſſe neceſſe patri rem hanc reſeruare ipſi filio,ſed poſſe de ea,vt libitũ fuerit diſponere. Sed & donantem ipſum poſſe reuocare,tenet Collect.in ca. vlti. colum.penul.verſic.ſed nunquid ille,ext.de donat.tum quidem per text.in ca.quicunque.xvij.q. iiij. tum etiam quia , vt ſuprà diximus , hîc intelligitur conditio tacita. Ideo poteſt idem ipſe reuocare conditione deficiente.c.quemadmodum,& ibi not.extra de iureiuran.Tum denique propter ius de nouo quæſitum.c.cùm inter.ext.de renun. cum ſimil.Idem quoque voluerunt Guil. Cun.in l.j.& ibi etiam Cyn.in ix.q.C.de inoffic.donat.Barto.Bald.Ange.Raph.& Paul.Caſt.in l.

*Pater qui donauit confeſtim nato filio reuocare poteſt.*

ſi totas,eod.titu.per illum text.in fi.& idem Bart.in l.Titia Seio.§. vlti.vbi & hoc quoque voluerunt Imo.& Pau.Caſtr.ff.de lega.ij.& Petr.Iaco.titu.de condict. quæ pro re donat.compe.colum. vlt.Ang.in §.j.col.4.verſi.item quæro an iſta donatio, in authen.de immen.donatio.vbi & hoc dicit,quòd pater poterit reuocare etiam inuito filio.Pet.Ferra.in tit.for.libel.quo agit.pro donat. in verbo,irreuocabiliter,col.4.verſi.ſed an iſta reuocatio.Corn.cõſi.xv.ex quo dictus,col.5.verſi. quia reſpondetur,lib.1.& conſi.xj.in præſenti conſultatione,col.vlt.lib.3.& And.Alcia. in l.pacta quæ contra.C.de pact.Et hoc minimè eſt dubium propter verba hæc quæ commentamur, quæ ſcilicet relinquunt rem donatam & arbitrio & ditioni donatoris.

2 *Qui contrarium teneant.*

¶Quanquam contrarium ſatis inaduertenter,vt ſic dicam,poſt Io.antiquum gloſatorem voluerunt Acc.Iac.But.& Io.Fab.in d.l.ſi totas,per tex.in l.hac edictali.C.de ſecun.nup.& in §.quia verò,in authen.de ſecun.nup.Et dicit Raph.in ea ipſa l.ſi totas,hanc opinio.facilè in practica poſſe obtineri propter autoritatem gl.Sed quamuis ea ſanè magna ſit,non tanta tamen,quæ poſsit legem ipſam tam apertam ſubuertere.

3 *Filius an poſſit uiuo patre reuocare.*

¶Sed vtrum filius etiam ipſe poterit viuo patre reuocare? Dic breuiter quòd non,vt voluit Cyn. in d.l.j.in ix.q.& ibi etiam Io.Fab.in prin.C.de inof.dona.& Petr.Ferra.vbi ſuprà: quia quis non debet eſſe ſollicitus de hæreditate viuentis.l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hære.& idem voluit Ang. in d.auth.de immen.dona.quo loco ſuprà citauimus,motus quia viuente patre nihil debet habere de bonis patris.l.lex Cornelia,ibi,nulla bona in ciuitate reliquit.ff.de vulg.& pup.

4 *Donatarius quãdo teneatur alere filiũ donantis.*

¶Veruntamẽ ſi propter magnam quampiam donationem à patre factam egeret filius, teneretur donatarius eum alere,vt voluit Cy.poſt Iac.Ra.in d.l.j.in ix.q.C. de inof. donat.& idem Cy.in addit.& poſt eum Ray.Alber.& Imo.in d.l.Titia.§.imperator.ff.de leg.ij. Nam onus alendi trãſit in eum in quem tranſiuerunt bona per donationem,arg.l.ſi quis à liberis.§.vlti.ff.de libe.agno.& faciunt no.per Cy.in l.alimenta.C.de neg.geſt.

# IN FINE.

1 *Donans habẽs multos liberos, ſi promiſerit ſub pœna centum nõ uenire aduerſus donationẽ, an poſt ea ſuſceptis liberis poßit reuocare ex hac lege.*

